


600077812V

Suomalaisen Kirjallisuuden Seuran


Toimituksia.

21 Osa.

1 wihko.

HENRICI GABRIELIS PORTHAN

OPERA SELECTA.



PARS PRIMA.

H. G. PORTHANS SKRIFTER

I URVAL

UTGIFNA

AF


FINSKA LITTERATUR-SÄLLSKAPET.

FÖRSTA DELEN.



HELSINGFORS,

Finska Litteratur-Sällskapets tryckeri, 1859.



Första delen af den valda samling af HENRIK GABRIEL PORTHANS Skrifter, hvilken Finska Litteratur-Sällskapet beslutit att utgifva och hvars närmare ombesörjande blifvit uppdraget åt undertecknade, framträder nu inför allmänhetens ögon.

Samlingen, beräknad till fem delar, är bestämd att innehålla alla de PORTHANS efterlemnade skrifter, hvilka behandla Finlands och den öfriga nordens historia, finska språket och folklitteraturen, eller andra fosterländska ämnen. Den kommer således att upptaga: de till detta område hörande af PORTHAN sjelf eller under hans ledning och inseende utgifna akademiska arbeten, — med undantag likväl af de historiska urkundssamlingarne; de af honom i K. Vitterhets-, Historie- och Antiquitets-Akademiens Handlingar införda svenska afhandlingar; samt de värderikaste af hans i de äldre Åbo-tidningarne och andra blad förvarade mindre afhandlingar och uppsatser af fosterländskt intresse. — För närmare upplysning om samlingens blifvande innehåll hänvisa vi till tidskriften Suomi för år 1858 (sidd. 367—370), der den af Litteratur-Sällskapet för utgifvandet fastställda plan finnes införd.

I enlighet med nyssnämnde plan innehåller denna del förra hälften af PORTHANS största och vigtigaste arbete: Annotationerna till *Paul Juustens* krönika öfver Finlands biskopar.

Detta arbete utgafs af PORTHAN i form af disputationer vid akademien i Åbo. Första häftet utkom år 1784, och utgifningen fortgick sedan i sexton år eller till år 1800, då med femtiondesjette häftet arbetet blef afslutadt. Det hela utgjorde en volym af 812 sidor in 4:o, jemte 38 blad register; och försedt med allmänt titelblad, ingick arbetet sedermera äfven i bokhandeln.

PORTHAN har i originalupplagan låtit sina annotationer föregås af *Juustens* korta krönika i dess helhet. För att åstadkomma större lätthet vid arbetets begagnande har man ansett nödigt att i denna nya upplaga ändra anordningen sålunda, att det af *Juusten* åt hvarje biskop egnade

särskilda stycke här omedelbart åtföljes af PORTHANS till detsamma hörande annotationer. Den Juustenska texten kan väl sägas derigenom vara söndersmulad emellan de vidlyftiga noterna, men den urskiljes i alla fall utan svårighet ifrån dessa genom de större (Cicero-) stilar, som för den blifvit begagnade.

Den långa följd af år, hvarunder arbetet utgafs, gjorde det naturligt, att PORTHAN innan dess afslutande skulle finna mycket att tillägga och förbättra vid de tidigare utgifna delarne. Han bifogade derföre också till slut en icke obetydlig mängd af sådana »*corrigenda et addenda*». Dessa rättelser och tillägg hafva i denna upplaga blifvit troget iakttagna; tilläggen, införda hvart på sin plats, igenkännas lätt genom de klammer, inom hvilka de äro inneslutna. (Se t. ex. sid. 10 not. 2.)

För öfrigt har vårt åtgörande inskränkt sig till att verkställa en nödig förändring af de från text till noter ledande siffer- och bokstafstecken, och att efter denna upplagas paginering rätta de ofta förekommande hänvisningarne till föregående ställen i arbetet.

De talrika typografiska inkonsequenser, hvilka såsom en sjelffallen följd af det långvariga utgifvandet förekomma i originalupplagan, hafva icke alla, oaktadt den bästa vilja, kunnat undanrödjas. Att äfven ett och annat bokstafsfel insmugit sig, torde få tagas för afgjordt.

Tryckningen af följande del påbegynnes utan uppehåll.

Helsingfors i September 1859.

Sven Gabr. Elmgren. **Aug. Schauman.**

M. PAULI JUUSTEN

CHRONICON EPISCOPORUM FINLANDENSIUM,


ANNOTATIONIBUS ET APPARATU MONUMENTORUM ILLUSTRATUM.

DISPUTATIONIBUS ACADEMICIS

PROPOSUIT

HENR. GABR. PORTHAN.

I.



PRAEFATIO EDITORIS.

In summa qua laboramus penuria monumentorum, ad Historiam resque Fennicae gentis illustrandas pertinentium, de singulari nobis felicitate gratulari convenit, quod ad nostra usque tempora pervenit Chronicon Episcoporum Finlandensium, *a viro de Patria Ecclesiaque nostra immortaliter merito M. PAULO JUUSTEN, Episcopo olim Aboënsi, concinnatum; varias res complectens, lucem non Ecclesiasticae tantum, sed Civili quoque harum terrarum hujusque gentis Historiae non spernendam affundentes. Manuscriptum illud diu circumferebatur; magnoque fuisse* Messenio *aliisque rerum nostrarum scrutatoribus usui reperitur: typis autem primus vulgandum instituit, in sua rerum monumentorumque Svecicorum Collectione* (Schwedische Bibliothec) *Illustris NETTELBLADT* a), *gratissimamque Patriarum rerum curiosis, eo consilio, rem praestitit. Praeterquam vero quod rarescere illud jam opus incipiat; aut Codicem ille nactus fuerat non optimae notae, aut non accuratissime ubique exprimendum typis curavit: nomina inprimis locorum Fennica vitiose pleraque scripta videas, nonnullosque alios passim naevos irrepsisse. Exemplum*

---

a) Erstes Stück, *N:o 2, pagg. 62—90.*

quidem suum, ad Nobiliss. pertinuisse ELIAM BRENNERUM, idoneum sane harum rerum arbitrum, docet Illustris Editor; sed medicam illius expertum haud fuisse manum, res ipsa docet. Quod vero addit, pro Autographo Auctoris habitum a viris fuisse, quibus nota b. Episcopi manus fuerit; deceptum illum fuisse, non difficulter patet. Ubi enim aut quaenam sunt illa JUUSTENI autographa, ex quibus manum ejus cognoverant? Nec periti ignorant, quam difficile sit, in illorum temporum exemplis, manum scriptoris cujusque accurate tutoque discernere. Antiqua autem scriptura praestitisse, Viro illustri haud difficulter credimus; ac si lectu igitur molestum, compendiisque scripturae, pro temporis illius more impeditum fuit, errores qui in impresso obveniunt, non paucos enatos hinc fuisse, credere licet. His igitur impulsi rationibus, ad novam libelli editionem concinnandam, animum adjecimus; exercitiorum Academicorum loco, ab Adolescentibus ingenii egregii harumque literarum amantibus, sensim publicae luci committendam. Subsidia quibus adjuti opus aggressi sumus, (praeter adhibitum a Nettelbladio *Exemplum, quod N. in notis dicimus), Codices primum fuerunt duo Manuscripti: alter beneficio nobis utendus datus Reverendissimi Archi-Episcopi et Pro-Cancellarii D:ni D. CAROLI FRIDERICI MENNANDER, qui his impense favere literis pergit; circa medium scriptus videtur seculi superioris, distincte et haud incuriose; quem ex nomine Possessoris, in sequentibus M. vocabimus. Alter ad Bibliothecam pertinet R. Academiae Aboënsis; quem A. igitur appellamus. Priora folia, ab initio*

Chronici usque ad XX ordine Episcopum, Magnum Nicolai de Särkilax, *recentiore distincte exarata sunt manu,* Henrici *nempe* (Isaaci F.) Brenneri, *qui se eadem anno 1650 descripsisse, ipse significavit: posteriora, quae laudati vitam Episcopi, successorumque suorum, usque ad finem operis, continent, vetustiorem manum, auctorique coaevam, scripturae compendiis difficilibus foedam, exhibent; neque hic librarius suum vel nomen vel aetatem celavit, addens notam folio 9, hujusmodi:* Eo tempore quo ego Michael Stuuth eram in servimine Joannis Wesgoti in Wexö, *(ejusdem nempe, qui vacante post mortem* Arvidi Kurck *sede Aboënsi, reditus Episcopales, jussu Regis GUSTAVI I, collegerat administraveratque) etc. b). Cujus Codicis posteriori huic parti, a vitiis licet nec illi immuni, (quae igitur notavit passim* Brennerus, *veriorem adscribens iis lectionem), multum inprimis tribuimus; adeoque lectionis etiam ejus varietatem diligentius excerpsimus, e reliqua copia iis tantum quae momentum aliquod trahere viderentur, subjunctis. Deinde in* Archivo Palmsköldiano, *quod in Bibliotheca jam servatur R. Acad. Upsaliensis, fragmentum offendimus c)* Chronici Episcoporum Finlandensium, *antiqua valde manu scriptum, JUUSTENIque nostri aetatem sine dubio superans, binis in Quarta quam dicunt Forma foliis constans, Episcoporumque sistens Aboënsium seriem a* S. Henrico *ad* Conradum Bitz *continuatam, in*

---

b) Conf. quam edidimus Hist. Bibliothecae R. Acad. Aboënsis, §. *XXXI.*

c) Vol. Åbo och Åland, *4:o, Fol. 190.*

cujus vita abrumpitur. Brevius JUUSTENI Chronico, vitas Praesulum tangit; sed quaedam tamen habet ab hoc praetermissa; Romano-Catholicae addictissimum superstitioni animum auctoris haud obscure prodit. Legerat atque descripserat Palmsköldius, *sed non ubique feliciter; lacunasque passim in suo relinquere Apographo* d) *coactus est. Non spernendam ex Catalogo hocce collato (quod* Fragmenti Palmsköldiani *nomine laudo), ad loca quaedam JUUSTENI constituenda opem expertus sum.* Librum *denique veterem* Privilegiorum Ecclesiae Aboënsis, *(dictum vulgo* Åbo Domkyrkas Swartbok) *in Bibliotheca Regia Stockholmiensi (quo ex Archivo Antiquitatum translatus fuit) asservatum* e), *consului, confirmandis illustrandisque iis quae a JUUSTENO nostro dicuntur, multis locis egregie inservientem. Atque hac simul opportunitate usi, non textum modo (quem vocant), auctoris nostri edendum esse emendandumque duximus, sed adjunctis quoque eundem Annotationibus, (lucem sic aliquam Historiae Fennicae allaturi), illustrare instituimus; quas, ne opus ipsum edendum vel interrumpere viderentur vel opprimere, ad calcem rejiciendas existimavimus, brevibus tantum, quae lectionis maxime spectant varietatem, notulis textui mox subjectis. Notas Ill. NETTELBLADII, apud ipsum (l. c.) rectius quaerendas, non repetivimus; e quibus tamen (passim itaque*

---

d) Ibid. Vol. in 4:o, Åbo och Åland; *Fol. 180, Åbo* Bisköpar.

e) De quo vid. Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo, *1782, N:o 32, p. 249 sq.*

nobis laudatis), profecisse nosmet, grati agnoscimus. Appendicem tandem opusculo adjiciemus Monumentorum, ad Historiam Fennicam, maxime Ecclesiasticam, illustrandam pertinentium, *e* vetusto *inprimis, quem laudavimus,* Libro Ecclesiae Aboënsis, *sed et aliunde, collectorum atque descriptorum, maximam partem hactenus ineditorum; iis quae jam typis exstant excusa, loco simul ubi legi possint indicato, plerisque breviter tantum recensitis.*

Auctorem Chronici nostri meritaque sua qui cognoscere cupierit, RHYZELII adeat Episcoposcopiam *f), aliosque rerum Sveciae Ecclesiasticarum auctores g). Opusculum hoc suum quod attinet, non tantum ipse in fine praefationis, et post enarratam vitam* Johannis Olavi, *XXII Episcopi, expressis testatur verbis,* reliquias *sese* veterum monimentaque secutum, *adeo ut sua fides, si alicubi a vero aberraverit, accusari minime debeat h); sed Fragmentum quoque Chronici, in Archivo Palmsköldiano asservatum, quod laudavimus, collatusque cum auctore nostro vetus Liber Ecclesiae Aboënsis, idem aperte confirmant.*

---

f) VII B. *III.* Cap. *p. 346.*

g) Quibus addere, si placuerit, licet Diss. Narrationem M. PAULI JUUSTEN, Ep. Ab. de Legatione sua Russica *exh. quam hic edidimus 1757.* Tidn. af et Sällsk. i Åbo *1782, N:o 24 & 25.* Historiam *nostram* Bibliothecae Acad. Ab. §. *XXXI. Cl.* E. Tulindberg *Diss.* Historiola Concion. Sacr. Fennicar. *P. I, §. III.*

h) Nollem igitur Nostrum castigari a Nobiliss. LAGERBRING, Swea Rikes Hist. Del. 2, Cap. II, §. 2, *quasi nullo indicato auctore adduxerit quae de primis memoriae prodit Fennorum Episcopis: sane enim auctores suos, veterum sc. quae bona fide descripsit monumenta, Noster indicavit; de quorum fide judicandum lectoribus reliquit.*

Quin opusculum ipsum clarissime prodit, vitas XXI Episcoporum primorum potius exscripsisse verbotenus JUUSTENUM nostrum, e vetustis libris atque exemplis haustas, quam ipsum enarrasse atque composuisse; adeo ab ejus et judicio et sensu abhorrent quaedam, scriptorisque manum ostentant Pontificia superstitione capti penitus atque fascinati! Quamobrem neque haec loca atque hujusmodi judicia, auctori nostro, magis quam nobis qui opusculum ejus edimus, vitio sunt vertenda. Aliam prorsus mentem, alium de religione sensum redolent, quae deinceps sequuntur atque a JUUSTENI ipsius profecta sunt ingenio; quare eidem auctori totum adscribi opusculum minime posse, facile hinc apparet. Cujus autem aut quorum industriae, prima ejus pars debeatur, plane nosmet latet; nisi quod praedecessores suos *fata Ecclesiae populique Fennici* diligentius scriptis comprehendisse *credere se dicat, in praefatione sua Noster,* eas*que sese* reliquias congessisse, *significet: quod a vero non abludit. Canonicos etiam Ecclesiae Aboënsis aliquos, in quibus homines litteris excultos patriaeque et Ecclesiae suae rerum studiosissimos fuisse constat, hujusmodi operi industriam impendisse, non est improbabile. Sed meras conjecturas adferre piget. Cujuscunque sit, ab hominibus profectum esse rerum gnaris, fideque, ubi de factis narrant, haud indignis, res ipsa loquitur, monumentaque vetusta egregie confirmant.*

PAULUS JWSTEN, EPISCOPUS *Aboënsis, honorabilibus juxta ac discretis Viris, Dominis Ecclesiarum Pastoribus in Finlandia constitutis, gratiam et pacem a Deo precatur* a) *in Christo Jesu Domino nostro.*

Humanissimi Viri, ipsi meministis, repetentes veterum monimenta, quod regnante illustrissimo Rege S. Erico in Svecia, circiter annum Domini 1150 [1], Finlandia subacta sit [2] ad capescendum Christianismum ut relicto paganismo [3] ad Deum vivum et verum converteretur *b*), ipsum et filium ejus Servatorem omnium nostrum in Spiritu Sancto agnosceret *b*), fide coleret *b*) et invocatione adoraret *b*). Tavastia deinde anno D:ni 1249 c), Duce quodam Birgero Jaerl, genero Erici Regis Sveciae, ad amplectendum eundem cultum Dei subigitur [4]. Anno vero 1293 conversa est Carelia ab Idolomania *d*), et regno subacta Sveciae [5].

Hoc ingens Dei beneficium, et singulari praeconio semper celebrandum, agnoscamus nos Finnones, et Deo pro hac immensa misericordia, quam nobis in fi-

---

a) Omittit Codex A. *b) Converterentur, agnoscerent, colerent, adorarent*, habent M. & N. *c)* Codd. M. & N. 1248. *d)* A. *Idololatria.*

lio exhibuit, grati simus, quod nos, qui quondam extra rempublicam Christianorum, abalienati a Deo, in tenebris gentilitatis nostrae vivebamus, non tantum in Christo eligere, sed etiam voce Evangelii sui, mediante Spiritus sui vivifica operatione, ad societatem et communionem sanctae suae ecclesiae vocare, et in ea usque ad haec tristia *e*) tempora [6], missis subinde Evangelii ministris, clementer conservare dignatus est. Hoc beneficium quia aeternum et spirituale est, omnia alia beneficia corporalia et terrena multis parasangis antecellit *f*). Inde enim *g*) colligimus, nos non tantum in hac vita curae esse Deo, et illi fide placere; verum etiam quod ex hac remota natione velit colligere sibi haereditatem et Ecclesiam, quae eum in hac vita agnoscat, colat, invocet, adoret, et post hanc vitam apud eum in aeternum vivat, cum sanctis Angelis, et reliquo glorificatae Ecclesiae coetu. Haec nobis magnae consolationi sunt: dum scimus gentem nostram, majores nostros, proavos, patres, cognatos, amicos, et proximos, nos ipsos et liberos nostros, foedere Baptismi et voce Evangelii ascitos et assumptos esse, in societatem sanctae Ecclesiae, et per redemtionem Domini nostri Jesu Christi factos haeredes vitae coelestis: etiamsi magna videatur esse turba contemnentium beneficium redemtionis Filii Dei. Haec sic fore, de vocandis gentibus Prophetarum oracula praecinuerunt. Collegi igi-

---

e) A. *tristitiae.* *f)* M. *antecedit.* *g)* M. habet *n.* *(nempe* vel *nimirum).*

tur nomina et vitam Pontificum Finlandensium, sicut praedecessores nostri eas antea descriptas post se reliquerant [7]. Ubi illi cessarunt, adjeci ego, maxime ab Episcopatu D. Arvidi Kurck [h]), et sic deinceps. Feci autem hoc, ut videatis initia, progressus, et incrementa Ecclesiae Finlandicae: deinde quid [i]) passa sit a vicinis nationibus, a Ruthenis [8] et impiis Curonibus [9], nec non et a Danica perfidia [10]. Hi omnes, quasi conjurati Philistaei, in perniciem, eversionem et desolationem hujus Ecclesiae conspiraverunt: quam Deus tamen brachio suo extento mirabiliter defendit, et hactenus conservavit.

Vides quoque in hoc brevi scripto, non tantum quomodo accreverit Ecclesia patriae nostrae, sed etiam quomodo et sub quo Episcopo factae sunt mutationes praecipue [k]) status clericalis, reformatio doctrinae et caeremoniarum, et quid unoquoque tempore acciderit. Credo praeterea ista omnia a praedecessoribus nostris diligentius esse scriptis comprehensa [11], sed crebris hostium irruptionibus, incendio, et alio infortunio perierunt [l]). Has igitur veterum reliquias, et nostra quoque fragmenta, pro aedificanda Ecclesia congesta, boni consulite, ac in Domino bene valete.

Dispensatores Ecclesia sancta fideles
Semper habet, quo sit Domini promissio firma [m]).

---

h) Korck habet N. male. *i)* N. *quae.* *k)* [Codex Gahmianus habet *praecipuae.*] *l)* A. et M. *perierant.* *m)* Hi versiculi in Codice tantum M. comparent.

Notae Editoris.

1. Annum hunc expeditionis in Finlandiam a Rege *Erico* susceptae, Noster cum *Fragmento Palmsköldiano* saepius laudato, *Johanne Magno* [1]), *Vastovio* [2]), aliis, exhibet. Falsum vero esse, *Örnhjälm* [3]) et *Lagerbring* [4]) docuerunt; quorum ille anno demum 1157, hic inter 1155 et 1159 factam fuisse existimant. Pendet autem hujus definitio litis praecipue ab anno constituendo quo regnum capessivit *S. Ericus*, (quem quidem 1155 vel 1156 fuisse, probabile videtur); non enim multo post in Fenniam trajecisse, harum scriptores rerum concorditer asserunt; quamvis dubium videri alicui queat, an quae pro rebus Patriae componendis ante bellum Fennicum egisse dicitur, celeriter adeo perfici potuerint, ut eodem adhuc anno suscipere illud valuerit.

---

1) *Gothor. Sveonumque Histor.* L. XIX, C. III.

2) *Vitis Aquilon.* in vita S. Henrici, p. 65, Edit. *Benzelianae.* Antiquissimum vero hunc fuisse errorem, ex *Annotationibus* cernere licet *ex Scriptis Karoli Episc. Arosiensis excerptis*, ubi dicitur: *MCL Beatus Ericus* (quem igitur jam tum Regem fuisse significatur,) *templum Cathedrale* (Upsalense) *perfecit, et Hinricus Episcopus illud B. V. Mariae - - - - Augusti, die Ascensionis consecravit.* Vid. BENZELII *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 20. Quo loco, si auctori aut monumento huic non creditur Ericum anno jam 1150 regnasse (a quo Rege templum Cathedrale Upsalense perfectum fuisse, concedunt), nescio quomodo fides haberi eidem possit, (quae haberi tamen solet), narranti consecrationem Templi illo anno a S. Henrico esse factam: adeo ut hoc quidem solo argumento evinci satis non possit S. Henricum anno jam 1150 Upsalae fuisse. Cfr. LAGERBRING Swea Rikes Hist. 2 Del., Cap. 11, §. 9. — [Spurias esse atque a falsario confictas *Annotationes* illas *ex scriptis Karoli Episc. Arosiensis excerptas*, postea nos probe edocuerunt SCHEFFERUS in *Judicio* de illis edito (Ups. 1678, 8:o) et ÖRNHJÄLM *Hist. Sveonum Gothorumque Ecclesiast.* L. IV, C. IV, p. 474 sqq. Adeo ut mirer, Rev. BENZELIUM (*Monum. Hist. Eccles.* Proleg. p. X sqq.) conatum esse earum γνεσιότητα defendere, atque Ill. LAGERBRING passim easdem in opere suo Historico secure agnovisse!]

3) *Hist. Sveonum Gothorumque Ecclesiast.* L. IV, C. 4, p. 452—460.

4) L. c. 7 Cap. §. 1—4. Cfr. 5 Cap. §. 7 & 12.

Olaus Magnus, in veteri traditione vitium inesse jam videns, expeditionem hanc S. Erici in annum 1155 incidisse dicit [5]). *Messenius*, qui in *Chronico Episcoporum per Sveciam, Gothiam et Finlandiam* [6]), Nostri secutus fuerat auctoritatem, in *Scondia illustrata* [7]) confert in annum 1154. *Peringsköld* [8]) annum adoptat 1156; asseclas habens *Dalinum* [9]) et *Rhyzelium* [10]). Cui igitur horum assentiemur? Haud satis liquet; nisi quod pro anno designando vel 1156 vel 1157, rationes tamen adesse admodum probabiles, ex dictis facile colligendae, videntur.

2. De *caussis hujus expeditionis* disputare solent; de *loco ad quem exercitus appulerit Svecorum; quousque sese arma eorum extenderint, quasque partes Finlandiae occupaverint; qualis* denique *status et conditio Fennorum fuerit*, quum a Svecis invaderentur et subjugarentur? Quae singulae quaestiones materiam singulis suppeditare possunt Dissertationibus; sed multa simul caligine, ex defectu monumentorum et subsidiorum necessariorum, circumfusae sunt. Nos paucis tantum hoc loco illas tangemus; alias forte diligentius easdem consideraturi.

Religionis igitur Christianae propagandae zelum, ut mos illorum tulit temporum, ad Fennos bello aggrediendos Regem Ericum praecipue impulisse, dubio caret [11]), omniumque consensu scriptorum et veterum et recentiorum traditur: neque a vero abludit, quod post *Johannem Magnum* narrant *Örnhjälm, von Dalin, Rhyzelius* [12]) et *Scarin* [13]),

---

5) *Histor. de Gentibus Septentr.* L. IV, C. XVIII.

6) C. XII, p. 105.

7) T. II, p. 3; T. X, p. 4; T. XV, p. 26. Tomo autem XII, p. 97, annum habet 1153; nisi vitium hic in numerum irrepsit typographicum?

8) *Monum. Ullerakerens.* p. 127.

9) Swea Rikes Hist. II Del., 4 C. 3 §. p. 104.

10) *Episcoposc. Sviog.* I B. 2 C. 4 §. p. 27.

11) Cfr. inprimis Nob. LAGERBRING l. c. §. 3.

12) L. l. c. c.

13) Dissert. *de Sancto Henrico Fennorum Apostolo*, P. Pr. (quam Praes. SCARIN hic Aboae edidit a. 1737 *Matth. Fontenius*) §. XI & XII.

Episcopo inprimis *Henrico* suasore Regem ad hanc expeditionem adjecisse animum; licet veteres quidem nihil aliud auctores dicant, nisi comitem belli sese Regi adjunxisse.

Deinde crebris latrociniis Fennos Svecicam infestasse oram, graviaque damna frequenter intulisse, ac tali saevitia Svecorum in se arma concitasse, laudati iidem addunt auctores [14]). Nob. tamen *Lagerbring* recentiorum hanc, non improbabilem licet opinionem, vetustissimorum destitui testimonio monumentorum contendit, quae praeter studium convertendae ad sacra Christianorum gentis paganae, caussam aliam ignorent: quamquam ipse fontem indicat unde ea fluxerit opinio, non illum nuper enatum [15]). Difficile fuerit hodie definire, quo tempore Fenni nostri quaque caussa excitati, rebus maritimis operam dare coeperint, et piraticam exercere: verisimile tamen videtur, exemplo vicinorum suorum, maximeque congenerum sibi Estonum, famosorum olim piratarum [16]), Sinus Fennici accolas australio-

---

14) Quibus addendus SCHEFFERUS, in notis ad *Israëlem Erlandi de vita et mirac. S. Erici*, p. 64 sqq.

15) L. c. §. 3. In *vita* praeterea *S. Erici* a VASTOVIO edita, (quam ex *Breviario Upsalensi* se descripsisse ait, sed in antiquo etiam Codice Manuscripto Coenobii *Rubrae Vallis* in Belgio, unde vitam S. Henrici habuit, exstitisse addit), dicitur: *Postremo in Finnones, non regni magis quam fidei Christianae pertinacissimos hostes, qui continuis incursionibus damna Sveoniae incolis inferebant, expeditionem suscepit.* Et in vita *S. Henrici* ab eodem edita: *Quum vero gens Finlandiae tunc a vero Deo aliena, incolis Sveciae gravia damna frequenter inferret* &c. (Ed. Benzel. p. 66 & 62). Quem posteriorem locum, e veteri Manuscripto accuratius descriptum, ita exhibet BENZELIUS: *Cum vero plebs Finlandiae, tunc caeca et crudelis gentilitas, habitantibus in Svecia gravia damna frequenter inferret* &c. (*Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 34). Quorum testimoniorum quantum sit pondus, alii judicent.

16) Vid. ex. g. GRUBERI *Origin. Livon.* p. 23, 24, 28, 76 &c. Navium, quibus utebantur, magnitudo vel inde existimari potest, quod in una 60 viros fuisse occisos, ibidem dicitur. Cfr. etiam SAXO *Grammat.* Lib. XIV, p. 329. *Ed. Stephanii*, et LAGERBRING l. c. C. 9. §. 5; c. 12, §. 21. Non

risque Finlandiae insularum habitatores, quos piscandi studium aequori arando adsvefecerat, ferum hunc morem primos didicisse, et ad populares suos propagasse [17]. Nec

---

est autem improbabile, florentem Gotlandensium mercaturam, et navigationem ad portus Russicos frequentem, piraticae huic studio excitando materiam imprimis caussamque praebuisse. Cfr. KRANTZII *Wandal.* L. II, C. 29, p. 38.

[17]) Nec abludit a vero, inter piratas, qui seculo XII & XIII Svecica saepe infestasse littora leguntur, *Fennos* etiam quosdam australiores fuisse; *Estones* enim quod omnes fuisse asserunt, praeter veterum fit monumentorum auctoritatem. *Pagani* tantum vocantur, nationis ad quam pertinerent mentione non injecta, qui a. 1187 vel 1188 Archiepiscopum Upsaliensem *Johannem* occidisse, et civitatem Sigtunensem combussisse memorantur. Vid. *Chronicon* ab OL. CELSIO (Ups. a. 1705 8:o) edit. p. 2; *Chronica* apud BENZELIUM *Monum. Eccl. Sveog.* p. 15, 35, & 83; et *Diarium Visbyense* apud LUDEWIG. *Reliqu. Mss. omnis aevi*, T. 9, p. 176. Ita ut non omnino frustra miretur SCHEFFERUS, (Not. ad *Chronicon Archiep. Upsal.* p. 13) *unde hauserit Johannes Magnus,* quem deinde secuti sunt reliqui, *quod scribit Esthonas fuisse.* Castigat quidem hoc nomine *Schefferum* CELSIUS (l. c. p. 32), ad ea illum ablegans quae alio loco habet ERICUS OLAI de *Estaklippa* (p. 116. Ed. in 4:o) et *Chron. Rhythmicum majus* de *Estaskiär* (p. 33); sed vereor ut haec evincant, ab Estonibus solis istas expeditiones fuisse susceptas. *Chronicon* certe *Rhythmicum* (p. 32 & 33) *Careliis* et *Russis* diserte tribuit, dicens

Swerige hade myckin wade
Af **Carelom,** ok stoor onade,
The foro öfwer hafwet ok in i Mäla = = = = =
At the brände opp Siktuna = = =
Joan Arkiebiskop wart ther slagin = = = =
Thess glädde **Carela** och **Ryssaland.**

Cui concinit ERICUS OLAI, verbotenus fere Chronici hujus narrationem exprimens (p. 116). Quo loco simul observamus, cladem piratarum, quae monti nomen *Estaklippa* vel *Estaskiär* dedit, viginti fere annis post Sigtunam combustam contigisse videri; nam prior incursio bene illis successit, in posteriori ab uxore Ducis Johannis quem occiderant, internecione deleti sunt: annumque 1206, quem habet l. c. ERICUS OLAI, hanc spectare incursionem putamus, atque textum ejus ita esse constituendum: illam enim superiorem a. jam 1187 factam fuisse, antea significaverat (p. 101), ac vix temere, sibimet ipsi aperte

improbabile est, a piratis aliarum gentium, qui mare Balthicum diu ante infestaverant, lacessitos, injuriarum etiam ulciscendarum studio ad eosdem imitandos fuisse impulsos. Quicquid sit, a barbari hujus moris culpa majores nostros plane immunes haud fuisse, vel reliquiae carminum vetustorum docent, manifeste ad illum alludentes. Sic in tali quodam carmine fingitur, navem a Deo majorum nostrorum celebratissimo *Wäinämöinen* affabre aedificatam, quam diutius ille super textrino otiosam reliquerat, his verbis sortem deplorasse suam:

Muut purret, pahemmat purret,	Aliae naves, pejores naves,
Jotk' aina ſotia käywät,	Quae semper praeliatum eunt,
Tuowat täytenſä rahoja,	Redeunt plenae pecuniis,
Alaiſenſa aartehia;	Refertae ventrem thesauris;
Minä lahon lastuillani,	Ego putresco super assulis [18]) meis,
Wenyn weistämöiſilläni.	Dissolvor super segmentis [18]) meis.

Verisimile non est, vel hujus moris vel hujus carminis natales, ad tempora Christianae religionis apud majores nostros propagationem subsecuta, referri debere. Ac vel copia vocabulorum indigenorum, quae ad res varias nauticas significandas in lingua vernacula suppetit, haud neglectam a majoribus nostris fuisse, ostendit. Sic praeter nomina navigiorum minorum varia, Ruuhi, Karwas l. Karpas, (Haapio), Wenhe, habemus Lihti, Alus, Laiwa, Purſi, (Haaxi), quae diversa navium majorum genera indicant. Ut alia quaedam ejusdem rei taceam indicia.

---

adeo contradixisse existimandus est. Cfr. *Chron. Rhythm.* p. 32 sq. et LAGERBRING l. c. P. II, p. 258, 327, 372. *Carelios* autem *Fennici* fuisse generis, extra dubium est, et cum *Russis*, imo etiam *Tavastis* conjunctos, Svecos infestasse, infra videbimus. *Estonum* praeterea nomen, non uni modo illi genti quam hodie vocamus, sed pluribus littus maris Balthici *orientale* occupantibus, tributum olim fuisse, ipsa ejus significatio, *Orientales* in genere denotans, suspicandi caussam praebet.

[18]) Nempe quae ex trabibus iis quibus navis aedificata erat, exsectae et abscissae, navale tegebant.

Tertiam belli caussam, quam penitus ignorant veteres, recentissimi addunt auctores [19]); vindicandi nempe imperii, quod jam olim in has provincias acquisiverit populus Svionicus, ex victoriis imprimis Regum *Ericorum, Emundi* Filii et *Victoriosi*, arcessendi: qua de re quae nobis sententia sedeat, ex ultima hujus notae elucebit parte.

Ad quam Finlandiae oram classis appulerit Svecica, sollicite disquirit Auctor Dissertationis *de S. Henrico,* supra jam citatae [20]); variisque variorum adductis conjecturis (argumentis enim nituntur nullis, sed incertis rumoribus et plebeculae suspicionibus), verisimillimum putat in vicinia urbis Aboënsis armatos Apostolos exscensionem fecisse. Ac licet adductis ab eo sententiae firmandae rationibus plerisque parum roboris inesse fateamur; tamen prorsus nihili putandum non videtur (ut commoditatem loci taceam, et quam ex Alandia navigantibus insularumque interjectarum ordine percurso exscensionem in continenti terra facere cupientibus, offert situs, opportunitatem), sedem novae religionis praecipuam hic locorum non multo post constitutam reperiri, Templum Cathedrale non procul ab hoc littore fuisse exstructum, urbem totius regionis primam conditam, et arcem propter ostium amnis munitam: quae quamvis sensim evenisse haud nesciamus, demonstrare tamen non obscure primi appulsus, belli et victoriae locum videntur; maxime si et morem temporum, et necessitatem, tuendae sese causa contra incolarum assultus, stabilem protinus novae coloniae sedem eligendi ac firmandi, aliarum denique exempla hujusmodi expeditionum, cum olim [21]) tum recentiore aetate [22]) susceptarum, in memoriam revocamus.

---

[19]) VON DALIN l. c. §. 3. Cfr. LAGERBRING l. c.

[20]) P. I. §. XV—XXII.

[21]) Ut quae antiquior suppeditat Historia praetereamus exempla, legi possunt quae de vicinae Livoniae et Estoniae expugnatione atque ad sacra Christiana conversione habet vetus Chronicon quod exhibet GRUBERUS l. c.

[22]) Cfr. Historia coloniarum ab Europaeis in utraque India conditarum atque communitarum.

Quam late arma sua Sveci prima hac expeditione circumtulerint, quamque magnam Finlandiae partem mox subegerint, definiri quidem exacte nequit: vix tamen nisi maritimam *Finlandiae* proprie sic dictae (ac forte *Satacundiae?*) oram, nec non *Nylandiae* adiisse, probabile est; magisque austrum versus quam orientem et septentrionem, suam dilatasse ditionem videntur [23]; cujus consilii rationes facile

[23]) Rationes cur hoc credamus, praecipue ex coloniis Sveicis petimus, maritimam Nylandiae oram totam, usque ad fluvium *Kymmene*, et paullo ultra, hodieque tenentibus: cum Finlandiae contra proprie dictae, inprimis borealis, atque Satacundiae oris, vix ulli insidere Sveci reperiantur, (paucos enim in paroeciis *Sastmola* et *Ulfsby* reperiundos, ex vicina Ostrobotnia advenisse, palam est): quamvis non negemus, et ex Alandia, quae diu antea ad Svecos pertinuisse videtur, hujus gentis homines ad propiores Fennici etiam archipelagi (Skären) insulas fortassis transiisse sensimque sedes suas protulisse? et permixtas postea varie gentis utriusque sedes fuisse, ita ut inprimis Fenni quaedam nunc loca occupent, quae ad Svecos aliquando pertinuisse, vel ex nominibus eorum Svecanis liquet: ut nec omnes, ex insulis quas Sveci occupabant, Fennos mox fuisse submotos, ex Fennicis multarum nominibus, mirum licet in modum plerumque depravatis, colligere licet. Quin insulae etiam, continenti quidem propiores, boream versus ab Aboa sitae, atque post Töfsalenses illas singulae, Fennicos habent incolas; qui nullas fere australiores incolere inveniuntur. Et climatis ipsius benignior indoles huic consilio caussam dedisse videtur, et forte major quoque periculi et inquietationis ab his Estonum Careliorumque vicinis ac sociis metus, nisi a maris vicinia fuissent longius remoti. Sedes autem coloniae quod praecipue haec terrae pars delecta fuisset, inde etiam a Fennia distincta fuit et nomen *Nylandiae (Terrae Novae)* ei inprimis tributum. Minime tamen Nobilissimo STIERNHÖÖK assentiri possumus, (*de Jure Sveonum et Gothor. vetusto*, L. I. C. I, p. 19. sqq.), Regem eundem *Careliam* quoque adiisse et occupasse asserenti, *Wiburgique* (quod fere sesquiseculo recentius est) commoratum leges etiam huic urbi easdem privilegiaque quibus civitas Upsalensis fruebatur, concessisse: quem mirum errorem (secure mox et temere ab aliis repetitum, ex. gr. LOCCENIO, *Hist. Svec.* (ed. 2:dae 1676 in 4:o curatae) p. 77; v. DALIN l. c. §. 6. p. 108; Auctore Diss. *de S. Henrico* P. I, §. XVI, not. *(x)*, p. 45 sq.) unde hauserit, conjicere nequeo; nec ubi *Divi Erici* illa *privi-*

ex ipso situ locorum reperire licet. In paroecia quidem *Kiulo* occisum fuisse *S. Henricum,* adeoque ad borealem plagam iter tum suum, incolasque vel instituendi vel domandi studium, convertisse, veteri fama (de qua infra) traditur; sed ultra *Björneburgensis* tamen hodiernae urbis viciniam, primos hosce suos sociorumque conatus haud fuisse progressos, Historia etiam susceptae centum fere annis serius *Birgeri* Ducis in Ostrobotniam Tavastiamque expeditionis indicat, ac quae de fortuna et conditione incolarum, borealiores terrae partes habitantium infra adferentur, confirmabunt [24]). Quin aliquam copiarum partem Rex *Ericus,*

---

legia Wiburgo data, quae *Gustavo I et Carolo IX pro authenticis agnita et confirmata* ibidem affirmat, invenerit, rescire valui. Num aliquis, qui semisomnis HUITFELDIUM legerat (Danmarckis Rigis Krönicke, I Part. p. 104), postquam mentionem Erici Jadwardi fecisset, narrantem, Regem Daniae *Svenonem* (Grathe) *Viburgum* (*Juthiae* urbem) *a. 1150 communiisse ac variis privilegiis ornasse,* haec ad *Wiburgum Careliae* urbem, regnantemque eodem circiter tempore in Svecia Regem *Ericum* stulte traxit, eoque turpi errori ortum dedit? Recte autem fabulam rejecit jam WILDE Swериges Lagars grund etc. §. XXVI, p. 79.

[24]) In *Tavastiam* usque penetrasse, si non Regem ipsum, relictos tamen hic Svecos, ex Literis colligi posse videatur Papae *Gregorii IX,* Upsalensi Archiepiscopo et suffraganeis ejus missis, dat. Laterani V idus Decembris a:o (pontificatus) XI (h. e. A. C. 1237), quae habentur apud VASTOVIUM *Vit. Aquil.* Ed. Colon. p. 176 et GRUBERUM l. c. p. 261. Docent enim *transmissas* ad Pontificem Antistitum horum *literas continuisse, illorum qui Tavasti dicuntur nationem olim multo labore et studio* eorundem Antistitum et *praedecessorum* suorum *ad fidem catholicam conversam exstitisse,* quare etiam barbari iidem *Apostatae* appellantur. Sed verba Pontificis non esse nimis premenda, illamque Tavastorum conversionem aliquanto serius factam fuisse, cum alia quaedam argumenta indicant, tum quod ecclesia illa Tavastensis in iisdem literis *novella ecclesiae Dei plantatio de Tavastia* vocatur, (unde Fennicis caeteris recentiorem fuisse credas), confirmat; forte post constitutas demum curatius seculi XIII initio apud nos res ad religionis curam regimenque ecclesiae pertinentes, fundata.

Quod autem Generos. Dn. DALIN aliique (Vid. Diss. *de S. Henrico* P. I, §. XVII,) post Dn. *Er. Frosterum* (cujus illas

eadem adhuc aestate (ut ex Auctoris nostri narratione in vita b. *Henrici* patet) domum reversus, hic locorum reliquerit, et religionis propagandae ministris praesidio futuram, et victum bello populum in fide contenturam, dubitari non potest; quam etiam castro quodam contra subitos incolarum impetus sese muniisse, non est improbabile, unde prima fortasse arcis Aboënsis initia arcessenda sint[25])? Atque hujus opportunitate expeditionis usos, colonos quoque Svecos sedes in objectis Finlandiae Nylandiaeque littori insulis (Skären) maritimaque posterioris hujus provinciae ora fixisse, verisimile est; ut simili occasione consilioque Dux *Birgerus* postea australiorem Ostrobotniae oram coloniis Svecicis habitandam dedit. Non enim alius, ad has terras, ante *Thorkillum Canuti filium* postea susceptae expeditionis, memoria exstat[26]): hac autem antiquiores, Svecorum

---

Obss. ad antiquit. Ostrobotnicas pertinentes ms. ad manum habeo) narrat, l. c. §. 6, p. 108, *R. Ericum IX* Ostrobotniam quoque subegisse, exscensione prope Korsholmiam facta, id eo minus debuisset commemorari, quo diligentius Dn. MATHESIUS (Diss. *de Ostrobotnia*, p. 31, not. *k*), qui testis laudatur, et unde illam narrationem Vir Generosissimus sumsit, jam monuerat, *Frosterum* errore manifesto R. *Ericum IX* cum *Erico XI*, et expeditionem illius cum posteriore quae hujus tempore, ductuque Birgeri Ducis, suscepta fuit, confudisse.

25) Prima enim arcis hujus exstructio caeterum ignoratur; antiquam tamen esse, et primarium olim fuisse Finlandiae castrum, satis constat. Cfr. RHYZELII *Sviogoth. munit.* p. 1. seq. ubi quae (post Dissertationis *de S. Henrico* auctorem, P. I, p. 54 sq.) commemorat ille vestigia expeditionis R. *Erici Sancti*, quam parum certa sint, vel ex nomine aequoris (fiärd) quod insulas *Runsala, Hirvisalo, Satava, Rimito* etc. interluit, discere licet, quodque a Fennico Airisto (retis genere, quod hyeme sub glacie trahitur, winter=not) corrupte Sveci *Erstan* pronuntiant; id ille nempe ab *Erikstan* (nescio qua commoda significatione) ortum, admodum improbabiliter docet.

26) Ducis *Guttormi* et Archiepiscopi *Stephani* expeditionem, quam a. circiter 1164 susceptam fuisse tradit ÖRNHJÄLM (l. c. C. V. p. 491) et cum eo alii, fictam esse ac idoneo teste plane destitutam, luculenter docet LAGERBRING l. c. C. 8, §. 8 p. 185 sq. Quin nec ipsae illae ad quas provocant, lite-

in his oris sedes utique videntur; ac *Thorkillum,* qui in vicinia conditae a se novae arcis Wiburgensis, colonos Svecos nullos collocavit, hoc consilium minus aut necessarium

---

rae Papae *Alexandri III,* datae Tusculi V idus Sept. atque ad nominatum nuper Archiepiscopum Ducemque missae (quas praeter ÖRNHJÄLMIUM l. c. exhibet VASTOVIUS l. c. p. 161. Ed. Colon. Cfr. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveogoth.* Sect. I. p. 41) diligentius inspectae, huic conjecturae favere, mihi quidem videntur. Dicit Pontifex, gravem esse ad Apostolicam sedem querelam perlatam, *quod Finni semper imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare Christianam promittunt, et praedicatores et eruditores Christianae legis desideranter requirunt, et recedente exercitu fidem abnegant* etc. Quare judicat *non esse dignum ut eis in adversitate Christianum nomen defensionem conferat quod in prosperitate despicere et horrere probantur:* hinc addens, *universitatem vestram monemus atque mandamus, quatenus a fallaciis et fraudibus eorum ita prudenter et discrete de caetero caveatis, quod si ingruerit necessitas ad auxilium et defensionem, vestram non possint recurrere, nisi munitiones, si quas habent, vobis tuendas assignent, aut alias adeo sufficientem cautionem exhibeant et securitatem, quod a modo nullatenus pedem retrahere aut vestram prudentiam valeant circumvenire, sed Christianae fidei documenta cogantur tenere firmiter et servare, ne amplius de eorum numero videantur de quibus dictum est, confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Primum quidem, de Fennis aggrediendis aut nova expeditione contra illos suscipienda, nullum hic mandatum occurrit; multo minus revera susceptam fuisse, hinc effici potest. Deinde, aeque commode, si non commodius, de conditionibus sub quibus auxilium Fennis, ab aliis inimicis afflictis Svecorumque opem et praesidium implorantibus, hi impertire deberent, explicari posse Pontificis consilium videtur, quam de cautionibus in gente hac debellanda a Svecorum exercitu observandis. Mirum sane videri queat, Svecorum copias, ad religionis Christianae professionem Fennos permoturas, vocari a Pontifice *exercitum inimicorum;* cum religionem Christianam professis parceretur, ei dici *illis in adversitate Christianum nomen defensionem conferre;* ac cum a Svecis victi territive in fidem reciperentur, hoc ei audire *ingruentem necessitatem,* qua pressis non debere Fennis concedi ut ad *auxilium et defensionem* Svecorum *possent recurrere,* nisi munitionibus suis traditis etc. Certe haec de Fennis Sveco imperio obsequium jam pollicitis, (quamvis religionem vi obtrusam inimico animo prosequentibus), ideoque a *Careliis, Russis* aliisque nationibus barbaris,

aut aptum rationibus suis existimasse, credere licet [27]). Inter colonos autem qui *Erici* Regis tempore immigrabant, manum inprimis *Helsingorum* insignem fuisse, probabile est, (licet nec numerum eorum, nec duces, tacentibus veterum monumentis, prodere nos audeamus [28]); idque non modo nominibus locorum credimus, ab *Helsingis* ductis [29]), sed aliis quoque non obscuris rei ejusdem vestigiis [30]).

---

saepius hostiliter impetitis Svecorumque auxilium orantibus, (cujus rei testimonia infra dabimus indubia), facilius capias? Nihil tamen affirmo.

[27]) Sensim plures ex Svecia potuisse novos advenire colonos, negare quidem nolumus: sed nec tamen affirmandi rationes adsunt. *Convocato* praeterea *qui remansit populo terrae, pacem dedisse*, post partam victoriam Rex Ericus dicitur, (vid. ISRAËL ERLANDI, *Vita S. Erici* ed. a SCHEFFERO, p. 9, et VASTOVIUS in Ejusdem Vita): ut sedibus suis Fennos a novis advenis passim exturbatos postea fuisse, vix sit probabile: nec bellum cum maritimis saepius deinde exarsisse, demonstrari potest. *Munitiones* si quas haberent, Fennis adimi jussit Romanus Pontifex, non vero *terras possessionesque* eripi. Nec incultam incolisque vacuam relictam fuisse hactenus oram maritimam, probabile videtur.

[28]) Qui scire vult, quid de his rebus fabulentur alii, nullas illi neque afferentes neque habentes assertionum suarum rationes, consulat imprimis *Dissert.* ERICI ALROT *de Gestricia* (Upsal. 1722 4:o ed.) Part. Post. p. 4: unde discere licet *coloniam ducentorum et quadraginta circiter hominum ex Gestricia et Helsingia in Finlandiam fuisse missam:* quam rem, cujus plane nullam vetera monumenta memoriam conservant, ex peculiari sine dubio revelatione auctor rescivit! Nomina etiam Ducum alii liberaliter suppeditant.

[29]) Paroecia *Helsing*, urbs *Helsingfors* etc. Cfr. BUREI *Descr. Svec.* p. 34 et 35, atque L. PAULINI Gothi *Hist. Arct.* L. I. c. XXIV. p. 84.

[30]) In Literis R. MAGNI *Erici* F. datis *Westrearos a. 1331, die exaltacionis S. Crucis*, de Decimis ab incolis *Advocaciae* (Praefecturae) *Wiburgensis* pendendis, ad quam Nylandia olim pertinuit, illi dispescuntur in eos *qui habitant in jure Karelico* (Savolaxia et Carelia) et eos *qui habitant in jure Helsingico* (Nylandia). Vid. *Lib. Privilegior. Eccles. Aboënsis* (Åbo Doms Kyrkas Swartbok) Fol. 7 sq.

In Literis *Beronis* Legiferi Nylandiae, dat. *Tenaliae a. 1345, dominica Reminiscere* (Ibid. Fol. 6), legitur: *apud habita-*

Qualis denique *status et conditio Fennorum esset*, cum a Svecis bello petiti horum imperio subjicerentur, ex vetustis illis monumentis quae hujus eventus nobis notitiam tradunt [31]), discere parum licet. Obviam quidem hosti proces-

---

tores terre Nylandie et rusticos insularum Finlundiae, jure Helsingonico subditos, diversa erat consvetudo in exhibendo Mathsket, *cum in quibusdam Parochiis XIII Marce butiri, in quibusdam XII vel XI, quibusdam vero IX marche butiri solvebantur*, etc. Unde patet, praeter Nylandos, incolas etiam insularum Fennicarum, h. e. totam coloniam Svecicam, *Helsingicae* fuisse originis, et ut videtur, *legibus* etiam olim usam *Helsingicis*? Caussas autem, cur Helsingi potissimum, novas in his nostris oris quaererent sedes, tacentibus vetustis monumentis, nullas nos quidem adferre valemus.

In eodem libro literae etiam habentur (Fol. 10) HEMMINGI Episcopi Aboënsis, *Clero et populo Nylandiam inhabitantibus in jure Helsingonico*, datis *a. 1349, in octava Apostolor. Petri et Pauli.*

Ac singulare est, quod *Birgerus* Archiepiscopus Upsaliensis, in literis dat. *Aboae a. 1369, d. 8 Octobris*, veterem confirmat morem in Finlandia receptum, ut *loco oblacionum et* Matbkyrdh incolae solverent *unam carpam siliginis cumulatam in jure Finnonico, et decem marcas butiri in jure Svevico* (ibid. Fol. 4). Unde patet, *Fennos* agriculturae magis, colonos autem Svecos rei pecuariae, avito *Helsingorum* more, operam dedisse.

[31]) Quae vix alia supersunt, quam *Legendae* Sanctorum *Erici* Regis et *Henrici* Episcopi, in veteribus *Breviariis* reperiundae; unde sua hausisse planum est et ISRAËLEM ERLANDI (cujus *de vita et miraculis S. Erici Sveciae Regis* libellos edidit notisque illustravit Jo. SCHEFFERUS, Holm. 1675, 8:o) et Auctorem veterem *Vitae S. Erici, Svetice conscriptae*, quae in *Codice* Ms. habetur quem a proximo possessore *Bildstenianum* appellare solet Nobil. LAGERBRING (Vid. Sw. R. Hist. 2. D. 7. C. I. §, et Cel. GJÖRWELL Allm. Tidningar, år 1770, N. 156, p. 621 sqq.) quamque typis vulgatam legere jam licet in Tomo IV *Scriptorum rer. Danicar. medii aevi* LANGEBEKII et SUHMII, V. V. Ill. N. CXXV p. 597—599, non minus quam ERICUM OLAI, VASTOVIUM reliquosque recentiores Scriptores ad unum omnes. Non improbabilis quidem videtur conjectura Nobil. LAGERBRING (l. c. not. (I)), *Israëlem Erlandi* vitam Erici Svetice conscriptam in Latinum sermonem libere convertisse, cujus deinde opere posteriores Breviariorum compilatores usi sint (cfr. etiam

sisse, sed proelio cruento superatos dispersosque Regi victori sese postea submisisse, pacemque ea conditione accepisse, quam oblatam primum spreverant [32]), ut Christianae

---

Benzelius in Notis ad *Vastovium*, p. 94); qui tamen alia inde resecuisse, alia addidisse passim reperiuntur, ut conferenti facile patet: (Vid. ex. g. *Breviarium secundum ritum alme ecclesie Arosiensis, impressum Basil. per Magistr. Jacobum de Phortzheim a. 1513*, (cui vero praemissa Epistola confirmatoria Episcopi *Ottonis* data est *Arosiae a. 1504 sexto idus Octobris)*, Fol. 23 sqq. et Fol. 62 sqq. in Festis Sanctorum: et Legenda de R. *Erico* quae ex *Passionali Lubecensi* inserta est Tomo IV *Scriptorum rer. Danicar. Langebekianorum*, p. 599 sqq.). Sed nec dubitari posse videtur, quin ante illam vitam Svetice compositam, Legendae jam et S. Erici et S. Henrici, in usum cultus sacri his Ecclesiae (ut ferebatur) martyribus mature exhibiti, Latine conditae exstiterint, unde materiam narrationum suarum et ille scriptor et (forte etiam illo non cognito?) posteriores acceperint: Festum certe *S. Erici* anno jam 1266 magno hominum concursu fuisse celebratum, ipse docet nobiliss. Lagerbring l. c. §. 6, p. 163. Ecclesiaeque cathedrali Aboënsi, quam *in honorem* b. Mariae Virginis, et *Sancti Henrici Episcopi et Martiris fundatam* vocat, Papa Bonifacius VIII liberales indulgentias a. 1296 concessisse reperitur; in qua bulla *Festivitatum S. Henrici* simul mentionem facit, jam tum celebratarum (Lib. Eccl. Ab. F. 65); ut ita fama rerum ab iis gestarum satis conservari, donec scripto mandarentur, (licet pro ingenio temporis, superstitionisque Monachalis more adornata), facile potuisse videatur.

[32]) *Coadunato exercitu, versus Finnones expeditionem direxisse, ipsosque fide Christi prius* (post adventum nempe suum?) *oblata, ac pace exhibita, renitentes et rebelles in ultionem sanguinis Christiani manu valida aggressum fuisse, ac bello devictos victorem prostravisse,* narrat Israël Erlandi l. c. p. 7. Svecus autem vitae *S. Erici* scriptor *saepe obtulisse Divinam fidem ac pacem* dicit; mansvetudinem sc. Herois sui extollere studens. Verba ejus sunt: *ja tha samkadhe han saman här - - ok for til Finlanz ok stridde, ok drap alla thöm som ey vildo taka vidh rätviso ok rätte troo, for thy at han hafdhe opta thöm Gudz troo ok frid budit, oc the varo sva forhardhe, at the vildo engalund undi ganga, utan medh hardhe hand.* Quod liberalius adhuc ornat Generos. Dalin, scribens: *Innan Eric reste ifrån Sverige, hade han skickat bud til Finnarne, och sagt dem upriktigt til, at han ärnade hemsöka dem med krig, om de*

sc. religioni nomen darent seseque baptizari sinerent, traditur [33]). Sed quos duces habuerint, quanto numero fuerint vel occubuerint, quibus armis quoque loco pugnaverint, non commemoratur; multo minus quali vivendi modo, quibus moribus, aut qua reipublicae forma usi fuerint? Haec igitur aliunde, vix tamen illa nisi per conjecturam, colligenda sunt. Ac victoriam quidem facilem fuisse, nec bellum vel diuturnum vel formidolosum, VASTOVIO non difficulter credimus [34]); cum Fennos parum ad resistendum paratos fuisse atque instructos, verisimile sit.

Primum enim, Rege aut Duce aliquo, satis gravem ad bellum feliciter administrandum auctoritatem exercente, destitutos fuisse, certum est. Non tantum nulla Imperatoris aut Principis Fennici in veterum, de expeditionibus vel R. *Erici* vel Ducis *Birgeri* contra Fennos susceptis, narrationibus mentio fit; sed ne nomen quidem Regiae aut Principalis

---

ej godvilligt gufvo sig under hans välde och antogo Christna läran: men sådant hade de med högmod afslagit: han landsteg derföre med så myckct större skiäl etc. Nempe debebant Fenni religionem incognitam, et peregrinum Dominum, sine ulla mora ac deliberatione recipere! Ac mirum est, nomina etiam legatorum in Fenniam praemissorum (qui periculosum sane susceperant iter), non prodi!

[33]) Institutione scilicet vel nulla vel exigua admodum praemissa, pro more temporis fatuo plane atque barbaro; quali ex. g. Hispanos etiam postea Peruvianis fidem Christianam obtrusisse, non sine indignatione legimus. Quamquam addunt laudatores nostri gestorum S. Regis, *eum superatis hostibus reliquum terrae populum convocasse, et pace data fideque Christi praedicata, sacro baptismate tingi* jussisse. Interpretes autem idoneos unde habuerit, non commemorant: quibus neque sua docendi et convincendi ratio indiguit, promtior sc. longe ac potentior. Mirum igitur videri nequit, populum ita conversum, odium novae religionis vehemens concepisse, veterisque superstitionis studium acre retinuisse; unde ortum habuit misera illa Christianismi et paganismi mixtura, quam diu adeo apud majores nostros obtinuisse, scimus.

[34]) Qui in vita S. *Henrici* dicit: *quibus* (hostibus, s. Finnonibus) *facili negotio, Rege coelesti terreni Regis pietatem prosperante, fidei Christi et suo dominio subjugatis,* caet.

dignitatis ullum in tota lingua Fennica exstat. Quae Islandorum Carmina atque Narrationes de Finnorum quibusdam Regibus habent, vel fabulis annumeranda sunt, vel ad nostros certe majores non pertinent. (Cfr. Diss. D:ni *Frantzén* de *Bircarlis,* anno 1786 hic editae p. I. §. 1, not. *(d)* et *(e)*). Incerti autem auctoris *Chronicon Finlandiae,* quod omnino praeter meritum suae inseruit *Bibliothecae Svecicae* (Schwedische Bibliothec p. I, p. 90 sqq.) Ill. *Nettelbladt,* adeo insulsum est, putidum, omnique fide indignum, ut neque mentio ejus ulla in monumentis Historicis fieri debeat. Sine dubio itaque in libertate naturali majores nostri, usque ad Svecorum adventum vixerant, *Seniorum* (quod idem de Estonibus narrat Auctor Chronici veteris apud *Gruberum* l. c. ad a. 1210, §. 3, p. 78 sq.) auctoritati quidem, ubi opus esset, nulli vero imperio parentes, multarum aliarum barbararum more gentium: quo facilius vinci subigique poterant. Non nisi unum praelium cum iis commissum vetera commemorant monumenta, idque valde sine dubio tumultuarium: quo superatos, dispersos mox fuisse domitosque, docent. Munitionum vel castrorum expugnatorum nulla fit mentio: ac credibile est, in sylvis suis aliisque locis aditu difficilibus, nulla quidem humana arte firmatis, perfugium praesidiumque quaesivisse. Ad quae forte significanda vocabulum Linna (arcem manu humana aedificatam vulgo jam denotans), primum pertinuit; quod hinc montibus quibusdam, nulla artis opera munitis, hodieque tribui, notum est. Neque Papae Alexandro III, (cujus literas supra p. 18 seq. (26) commemoravimus) de *munitionibus* Fennorum aliquid innotuisse, verba sua satis docent. Estones tamen iis non caruisse, certum est; quod vel *castellum Somelinde,* (Suomen Linna, *Fennorum arx)* cujus in *vet. Chronico* apud *Gruberum* (p. 82) mentio fit, abunde testatur. Sed hos, utpote aliorum populorum commercio frequentiori usos, vitae cultu nostris majoribus eo tempore praestitisse, probabile queat videri? Militaris etiam disciplinae eosdem non omnino fuisse expertes, ejusdem auctor veteris Chronici, passim ostendit; qua nostros nullo

tum valuisse majores, verisimile est: unde nec terram suam contra instructiorem copiisque validum hostem potuisse defendere, sed primo fusos praelio, quotquot in regionem interiorem effugere nequiverant, mox sese submisisse, mirum videri haud debet. Quo aut pugnandi more, aut armorum usi fuerint genere, aeque incertum manet. Etiam ex equis pugnasse Estones, dubio caret; (vid. *Gruberus* l. c. p. 76). De nostris nihil tale constat. Nomina vero *arcus* (Joutsi, Jouhti l. Joutti, qui Wogulis et Ungris est *Jäut), sagittae* (Nuoli, wasama), *lanceae* l. *hastae* (Keihäs), *gladii* (Miekka), *clavae* (Nuija), *scuti* (Kilpi?), etc., nostris vernacula, vetustum horum telorum armorumque usum produnt.

Quis caeterum gentis nostrae iis temporibus conditio atque status esset, aeque difficulter, nec nisi per conjecturas, atque ex iis vestigiis morum quae linguae vernaculae opes offerunt, indagare licet. Sedes stabiles, domos et pagos habuisse, dubium non est. Kylä, Huone, Pirtti, Sauna, Aitta, &c. *(pagus, domus, balneum, horreum* etc.) indigena domesticaque nostris sunt vocabula. Si itaque quae de *Fennis* narrat Tacitus *(de Moribus Germ.* c. 46), vel ad nostros majores pertinuisse, vel certa niti fide doceri posset; valde mutatos interim fuisse gentis mores, inde pateret: sed neutrum dare possumus. Venatu quidem atque piscatu multos vitam sustentasse, haud ambigimus; verum neutiquam omnes his solis. Agricolam enim, ante jam quam ad has oras migraret, nationem fuisse, ac rei simul pecuariae operam dedisse, admodum verisimile est. Non illud jam urgeo, ipsum *agri* nomen (Peldo) nostris esse commune cum Ungris *(Föld)*, adeoque antiquius videri gentis utriusque divortio, in avitis illis suis in Caspii maris vicinia sedibus facto· video enim a Germanico Feld (Svecis Fält) utrumque posse non incommode derivari: sed magna praeterea vis nominum, ad rem agrariam pertinentium, vernaculorum et plane indigenorum superest, in quibus nulla peregrinae suspicio originis locum habere possit. Inprimis in agriculturae illo genere (Svetice Swedjebruk) quo sylvarum exustarum cineri semina committuntur, majores nostros

jam antiquitus peritiam comparasse, in aprico est. Quod vel copia vocabulorum vernaculorum varias hujus operis partes, status, labores et instrumenta subtiliter distinguentium, satis indicat [35]); quae quidem diligentius persequi singula, hujus loci non est. Confirmat eandem rem diligentia, qua proxime sequente jam seculo agriculturae studuisse Fenni reperiuntur; quamque a colonis Svecis, rei pecuariae quam agrariae illis temporibus studiosioribus, (ut neque hodie Nylandi Fennis agricolationis palmam praeripiunt) didicisse, credibile non est, e quorum lingua vocabula agriculturam respicientia haud multa mutuasse, deprehenduntur.

Civitatis, Legum, Magistratuum atque *Judicum* nulla licet indigena vernaculus sermo ostentet nomina, *foedere* tamen quodam (F. Liitto) patresfamilias inter se conjunctos fuisse, atque in commune consultasse, non tantum socius libertatem defendendi conatus collectaque et hostibus opposita incolarum manus ostendit, sed *comitiorum* etiam nomen vernaculum (Käräjä) confirmat. Qui *Nobilium* ordinem praerogativasque ignorabant, *servis* tamen usi sunt, ut miserae hujus conditionis nomen (Orja, Orjuus) indigenum prodit. Urbium nec ulla vestigia exstant Svecorum adventu antiquiora, nec vocabula illas spectantia nisi a Svecis manifesto mutuata habemus; qualia sunt Kaupungi, Tori l. Turku, Katu, Marckina ꝛc. [36]). *Opificum* pariter vix ulla habentur

---

[35]) Ex. g. Kaski, Huhta, Karsi, Palo, Käärti, Lottero, Rasi, Aho, Kytömaa ꝛc. Porro Wainio, Moisio, Halme ꝛc. Item Sahra, Hara, Äes l. Äjes, Jyräs, Seuna, Warta l. Warsta, Sirppi, Wikahde, Rohka, ꝛc. Item Cerealium nomina Ohra, Nisu vel Wehna, ꝛc. Item Jauho, Talckuna, Puuro, Leipä, Jyrkä, Kyrsä, Rocka, Sahti, Kalja ꝛc. Item Papu, Hernet, Nauris, Pellawa ꝛc. Quae abunde docent, gentem nostram non heri demum aut nudius tertius agrorum cerealiumque cultum didicisse atque exercuisse.

[36]) Quod omni tamen mercaturae genere carere haud possent, *vendendi* et *emendi* vocabulis vernaculis non destituimur (myydä et ostaa); quin vocabulo gaudemus domestico *Pecuniam* significante, Raha; quod tamen certam aliquam mercem primitus denotasse, suspicamur. Lapponibus quidem idem vocabulum

nomina vere domestica, qualia sunt *Fabri* Seppä, (proprie *ferrarii*, licet ad alias quoque deinde artes traductum reperiatur [37]), ac *Textoris* Kanguri [38]). Caeterum copia vocabu-

---

(Raka) *pellem ferinam cariorem* significare in novo *Lexico Lapponico* (Stockh. 1780 edito, 4:o) docetur, ac *Rahan nakke* eodem etiam significatu usurpari: utrum potestate vocabuli prima propriaque, an tropica? *Omne* certe *id quod in pretio est*, ac *pecuniam*, indicare additur; quod sc. ejusmodi pellibus pecuniae loco olim Lappones uterentur.

[37]) Nempe non *Fabrum* modo *aerarium* atque *argentarium* Waski- et Hopia-Seppä dicimus, sed *fabrum* quoque *lignarium* Puu-Seppä appellare moris est; quin *disertus* similiter Poëtis audit *verborum faber*, sc. Sanoille Seppä. Caeterum instrumenta fabrilia haud pauca domesticis apud nostros insigniuntur nominibus, ex. g. Wasara *malleus*, Pihti *forceps Fabri ferrarii* (a qua sc. differt Hohdin, Hohtimet, quo genere et alii opifices utuntur), Palja *malleus major* (slägga), Palkus (et Alaisin) *incus*. (Ahjo focus fabrilis, Harko *massa ferri crudi*, Kuona *scoria*, Paja *officina ferraria)* etc. Praeterea *faber ferrarius* et ab actu *cudendi* (Takoa) dicitur Takoja, et a materia quam cudit (Rauta, *ferrum*) etiam Rautio; cujus metalli minera ut paludes et lacus Finlandiae haud pauci abundant, ita fundendi tractandique artem mature majores nostros exercuisse, probabile est: quare varia ferri genera et qualitates suis nominibus distinguere didicerunt, ut Teräs *chalybs*, Melto-rauta, Räsy-rauta, Ketto etc. His praeterea ferreorum instrumentorum varii generis usum familiarem fuisse, tot propria et indigena quae iis adhaerent nomina demonstrant, ex. g. Weitzi culter, Kirwes, Tappara, Nyrhi, Nacke *securis* variae species, Ora *candens ferrum* terebrae loco adhiberi solitum, (Jäinsi, Kalwin, Koweli, Tastin l. Taßo l. Teßo *scalprum* vel *radula*, Napakaira, Wäändiä, Malkuri terebrae genera), Wikahde, Wesoin l. Wesuri, Kaßara, *falx* foenaria, messoria et putatoria, Wannas *vomer*, Wiuhta *culter aratri*, Kerihtimet l. Keritzimet *forpex tondendis velleribus ovium* inserviens, etc. etc. Neque *cupri* (Waski) et *argenti* (Hopia) usum iis ignotum fuisse, horum metallorum nomina produnt; *auri* contra, *stanni* et *plumbi* appellationes a Svecis acceptae, serius earum rerum ad nostros pervenisse cognitionem indicant.

[38]) A Kangas *tela*, cujus adornandi et texendi jam olim peritos Fennos fuisse, copia vocabulorum ad hanc artem pertinentium ostendit, ex. g. Loimi *stamen*, Kude *subtemen* (unde Kutoa *texere)*, Niisi *licia*, Kaite et Pirta *pecten*, Sukkula *radius*, (cui inclusus glomulus oblongus Käämi audit), Sohlo *machina*

lorum vestes, supellectilem et instrumenta (Konet) varii generis designantium, pure Fennici quidem idiomatis, cultu vitae omni majores nostros antequam Svecorum imperio adjungerentur haud caruisse, docet [39]); quorum diligentio-

---

textoria (Svet. Wäfstol), Zuhacko *jugum textorium.* Adde Luoda *telam adornare* (Svet. refwa l. uppränna en wäf) unde Luonnos actus talis, et Luoma-puu machina huic usui adhibita (Svet. ref-träd); Wihti (l. Wyhti) fasciculus filorum ex fuso evolutorum (Svet. härfwa) unde verbum Wihtiä hunc actum significans, et Wihdinpuu machina huic usui inserviens (Svet. Harf-träd); Kerä *glomus*, unde verbum Kerin *glomero* et machina huic rei necessaria Kerinpuu vel Kerinnacka (Svet. Nystfot); porro Kehrätä et Lapata *nere*, Kehräwarsi vel Wärttänä *spondylus*, s. *fusus*, Lumbio vel Lumme *verticillum* fusi, Lape, pensum quod netur, Langa et Rihma *filum* vel laneum vel lineum ac cannabinum, etc. Praetereo varia genera *lintei*, suis nominibus significata, Kosti, Hursti, Warti, Piicko, Yskäinen, Kangas, Aiwina, Palttina, item *panni* sive vilioris Sarka, sive nobilioris Werka; etc.

[39]) Pauca modo, exempli caussa, hoc loco commemorabimus, ut sunt: Turkki, Roukka, Rukkana, Wokki *amiculum pelliceum* (Sv. Päls), Takki, Wiitta, Nuttu *amiculum laneum*, Ryöpö et Mekko *amiculum* (amplius) *lineum*, Hame *tunica* (maxime mulierum, Sv. Kjortel), Sopa et Paita *indusium* (licet apud ULPHILAM quoque *Paida tunicam* significet?), etc; porro pilei et virilis et muliebris plura genera, Lakki, Hiippa, Hyttyri l. Hytyrä l. Kypärä, Reuhka, Pitnilkka, Tanu, Tirkatti, Hillikka, Hundu etc; sic etiam habent Wyö *balteus*, Ruckkeet et Lakkehet *femoralia*, Sukka, Säärys, Sylingät, diversa genera *tibialium* (Sv. Strumpor), (Rukkanen?), Kinnas, Lapottimet, Turwakko, *Chirothecarum*, Kengä, Pieru, (Saappas?), Ruojut, Ruotiset, Lipokas, Kallokas, Kalso, Tillus l. Tallus, Töppöset et Kurpuset, Wirsu, Taniaimen, Lotto, *calceorum:* praeterea Helme *torques* ex margaritis vel aliis lapillis elegantibus (Sv. Perlband), Witia *catellae* genus, ad ornamenta mulierum pertinuerunt, etc. In supellectili nominamus Pöydä *mensam*, Rahi l. Rahihta l. Rabta *sellam* longam quae ante mensam collocatur, Wuode *lectum*, Raiti lodicem, etc. Ketto et Ketkyt cunas (cognationem quae forte habent cum Gothico *Hethio*, cubiculum?) Kapalo et Lappeet *fascias* (Sv. Linder), Pata *ollam*, Kasari *cacabum*, Malja *patinam* s. vasculum, Sango *situlam*, Sammio *dolium* l. labrum, Hanbo l. Hanbikko *scyphum* utrinque ansatum, Huhmar *mortarium* ligneum amplum. Lipas et Lipanen (diminut.) *cistae* genus, Rasio *cistulam*, Laukku et Konti

rem infra catalogum adnectemus, observationibus quibusdam illustratum. Istarum nempe rerum si a Svecis demum cognitionem usumque accepissent, quin vocabula quoque illarum, ut multarum aliarum, ab iisdem mutuaturi fuissent, aut ad eorundem consvetudinem imitationemque formaturi, vix dubites.

Literarum nemo, puto, apud majores nostros antiquissimos, requiret vestigia; quarum ne nomen quidem lingua vernacula habet domesticum. Kirja, quo vocabulo *librum* hodie significamus, a Kirjawa vel Kirja, rem quamcunque *versicolorem* sive *variegatam* indigitante, non inepte derivari credas (unde Kirju et Kirjas bovem vel vaccam varii coloris, atque Kirja-Kangas et Kirja-Waatte *telam, pannum* vel *vestem, versicolorem* denotantia descendunt vocabula); nisi *Kirom (exscribo,* ut *Kiratot, exscriptus)* Ungarorum, huic obstare conjecturae videatur, (a particula *ki,* illis *ex,* et verbo *irom* vel *iroc, scribere,* significantibus, compositum), quod aliam vocabuli originem, nobis incognitam, prodat, eorumque simul refellat ingenium, qui ex Graeco γραφω arcessant? Raamattu vero, quo nomine *Sacrum* inprimis *Codicem* appellamus, quin a Γράμμα (ἱερα γράμματα) Graecorum formatum sit, atque a vicinis Russis ad nos propagatum, nullum esse dubium videtur. *Carmina* tamen jam antiquitus majores nostros habuisse et amasse, artemque

---

saccum vel e *corio* vel e *betulae cortice* (Sv. Näfwer) fabricatum, Kuurna (Sv. Bryggrosta) alveum, unde potus hordaceus parandus destillatur, Mändä baculum quo butyrum congulatur (Sv. Kärnstaf), Reki, Saani, Korja etc. traharum varia genera, Onales machinam qua asseres in navigiis fabricandis comprimuntur, Pauni libellam (Sv. Wattpaß), Tahko *cotem,* qua circumrotanda ferrum acuitur (Sv. Slipsten), Suppilo s. Torro (& Tortoi) infundibulum in mola (Sv. Qwarn-tratt), Kaha vel Kahna cistam circum lapidem molarem, Silta *pontem,* Porras *ponticulum,* etc. etc. Praetereo vim vocabulorum, quae *Equorum* usum instrumentaque ad eum pertinentia indicant, (ut sunt Suitsi *frenum,* Ohja *habena,* Hihna *corrigia,* Marhaminna *capistrum,* Aisa et Wehmaro *temo,* etc.) ut et nomina numerosa *pecoris* curam, et varia pecorum genera significantia.

Poëticam suo more excoluisse, res est certissima [40]); cum quo studio conjunctae *Musicae* quoque artis non omnino nullo ductos amore, nomina instrumentorum huc pertinentium, simplicium quidem illorum, demonstrant, quibus usos fuisse constat, qualia sunt Kantele *nablium* (plurium etiam illud generum), Torwi, Tuuttu, Ammri, Luikkuri, *tuba* (*lignea fere, Sv.* Luur, Wallhorn), Pilli *fistula*. *Astrorum* nonnisi paucorum lingua vernacula offert nomina, qualia sunt Otawa *ursa major* et Wenäjän Otawa *ursa minor* (quasi *Russorum arctos*), Seulainen *plejades*, (quasi *cribellum*), Wäinämöisen wicahdin *Orion* (quasi *falx* Dei illius majorum nostrorum celebrati): ita ut ad plura attendisse non videantur. *Anni* quidem tempora majora (Kewä, Kesä l. Suwi, Syys et Talwi) notarunt, et *menses* etiam, Kuut l. Kuukaudet, distinxerunt; sed *hebdomadis dierumque* ejus singulorum non alia nisi a Svecis mutuata, reperiuntur cognovisse nomina, nec *horae* aliud vocabulum nisi Hetki, *exiguum temporis momentum* significans, exstat.

Ad *Mores* gentis domesticos quod attinet, parum de iis constat; nisi quod aliorum similes fuisse populorum barbarorum, probabile est, eorum tamen qui ad artem agriculturae et huic maxime cognatas alias, simpliciores illas licet, exercendas, jam progressi sunt. Cui rei illustrandae, praeter ea quae hactenus ex linguae vernaculae copiis attulimus documenta, etiam vocabula inserviunt justarum *nuptiarum* (Awio) jungendarum ritus et solennia significantia; cujus generis sunt Ylkä et Sulhainen *sponsus*, Morsian *sponsa*, Kosio *procus* (Kosen vel Kosion *puellam ambio, conjugem peto)*, Kaase l. Kaaso *pronuba*, Saijas *virgo sponsae comes* (Sv. Brudpiga), Kihla *sponsalia et munera sponsi*, Kapiot et Myymi, *dona* quae *sponsa* socero, socrui et affinibus distribuit, Häät *celebratio nuptiarum* etc. *Polygamiae* majoribus nostris probatae, nulla exstant vestigia; sed contemtius et durius habiti sexus muliebris, more gentium minus cultarum

---

[40]) Cfr. Diss. nostram *de Poësi Fennica*, cujus hactenus V partes prodierunt, quibusdam aliis propediem augendae.

communi, plura supersunt documenta. Sic labor molestus frumenta pinsendi, (vel molam manuariam versandi), quae sola ratio eorundem frangendorum majoribus nostris innotuit, foeminis injunctum fuisse constat; quare in veteri carmine mulier conditionem hanc deplorans suam canit:

Päiwät pyörin petkeleissä,	Totos dies versor pistillo pisonis quasi affixa,
Kiwen puussa kiikuttelen.	Lapidis (molaris) manubrio adhaerens motitor.

Nec verisimilitudine caret, Patres filias suas procis, multarum aliarum exemplo nationum barbararum, pretio quodam stipulato, vulgo vendidisse. Sane in veteri carmine, puellae, quam post comparatum sibi consensum parentis procus adiisse armenta pascentem fingitur, quaerenti (quod domum puellae paternam se visitasse dixerat), quidnam pater suus egisset, respondet ille:

Myöskendeli (myyskendeli) tyttäriä.	Vendidit (h. e. desponsabat) filias.

Cui regerit puella:

Kellen myötihin minua?	Cuinam ego vendita fui?

illoque respondente

Sinä myötihin minulle,	Mihi tu fuisti vendita,

subjicit sponsa

Paljongos minusta annoit?	Quantum pretii pro me dedisti?

pretioque cognito, se quantovis nempe pretio dignam tantillo venditam fuisse indignatur, adjiciens

Wähembäs hywästä annoit,	Parum sane pro praestanti dedisti,
Pickuruisen kaunihista!	Pro pulcra exiguum!

Jurisjurandi morem atque religionem majoribus nostris incognitum non fuisse, vocabula Wala *juramentum* et Wannon

juro, demonstrare videntur. *Ludis* quibusdam delectatum fuisse populum gravem et subtristem, vix credas; nisi puerili forte aetati atque adolescentiae *myindae* illum (Sokko l. Sokka, olla Sokkoisilla, Sv. Blindbock), et qui aestate in gramine peragitur, Hippa, jam olim arrisisse putemus potius, quam imitatione vicinorum, cum quibusdam aliis postea adoptatos. *Mortuos* quo ritu Fenni antiquissimi extulerint atque sepeliverint, parum liquet; nisi quod vocabulum Peijaiset superest, epulum significans in memoriam mortuorum (etiam aliquot interdum annis post obitum eorum) celebratum; cum quo vocabulo quod Peijakas vel Peijanen, *genius inferus,* manifestam habet cognationem, ad inferos placandos istas institutas maxime fuisse epulas, verisimile est, quamvis ad convivium quodvis indicandum deinde adhiberi a quibusdam audias, adeo ut convivas quoscunque Peijasmiehet aliquando appellare non dubitent.

Unde locorum, qua via et quo tempore populus qui nostram nunc inhabitat Finlandiam, ad has regiones pervenerit? operosioris quidem et difficilioris est indaginis, quam ut accurate pleneque hoc loco explicari queat. Sed ne quid tamen intactum praetermisisse videamur, quod ad res majorum nostrorum antiquissimas pertineat cuique vel tantillam nobis liceat affundere lucem, breviter quae ad hoc argumentum illustrandum hactenus colligere potuimus, comprehendamus.

Dubium igitur non est, quin antiquissimas, de quibus quidem rescire licet, haec gens sedes in illis habuerit terris quae inter Caspium mare et Album illud Balticumque porrectae, ad Russicum jam imperium pertinent. Non modo vetustissimus Russorum significat Chronographus NESTOR, populos, quos ad Fennicum pertinere genus omnes fere consentiunt, regiones Russiae Europaeae atque proximam Asiae septentrionalis partem olim tenuisse [41]), inter quos

[41]) Apud ill. MÜLLER Sammlung Rußischer Gesch. I Th. I Stück, s. 3 et 6. Quamvis enim non ii nos simus, qui huic scriptori seculi XII, de rebus antiquioribus suoque tempore plura secula superioribus, commemoranti, plus auctoritatis tribuamus

nominatim recenset *Tschud*, *Mordua*, *Perma*, *Tscheremissos*, etc.; ac *Slavos* illos, Russorum hodie dominantium majores, quos ex Danubii vicinia arcessit, ad terras hasce septentrioni orientique propiores migrantes, veteres incolas vel conciliasse sibi vel subjecisse, docet: sed eaedem fere hodieque iisdem occupatae gentibus illarumve reliquiis sedes, a recentissimis per has terras peregrinatoribus commemoratae et diligenter descriptae, istam traditionem egregie corroborant.

Sic *Tscheremissos*, quos ripas incoluisse fluviorum *Occa* et *Wolga* idem tradit, eadem fere etiamnum loca, quamvis partim etiam disjectos atque ad vicinas terras translatos, habitare, certa constat fide. De cujus gentis sedibus, conditione, superstitione moribusque, licet non usquequaque plenam, praeclaram tamen et accuratam exhibent notitiam viri clarissimi GERH. FRID. MÜLLER Samml. Russischer Geschichte III B. IV St. S. 305 sqq. et B. VI S. 228 (cum quo conferri possunt, si placet, quae ex SCHOBERI *Memorabilium Wolgensium* Libro II, C. X, Obs. X. §. 1, de *Tartaris Scheremetis* adfert STEPH. SCHULTZ Anleitungen des Höchsten — auf den Reisen durch Europa, Asia und Africa I Th. Halle 1771, 80 S. 313 sqq.), SIM. PET. PALLAS Reise durch verschiedene Provinzen deß Russischen Reichs, III Th. S. 481 sqq., JOH. GOTT. GEORGI Bemerkungen einer Reise im Russischen Reich, II B. S. 840—849, PET. RYTSCHKOWS Orenburgische Topographie, Germanice ed. in ANT. FRID. BÜSCHINGS Magazin für die Neue Historie und Geographie VI Th. S. 498, Beschreibung der Nazionen Rußlands, S. 28—37, JOH. PET. FALKS Beyträge zur Topographischen Kenntniß des Russischen Reichs, II B. S. 453 et I B. S. 63—260 sqq. passim, ADAM OLEARII Moscowitische und Persische Reise, IV B. IV C. p. 343 sqq.; alios ut praeteream, qui obiter de gentis hujus

quam aliis ejusdem aetatis, omnisque omnino aevi auctoribus, fata majorum suorum, traditionibus saepe incertis, saepe varie commutatis celebrata narrantibus; haud contemnendam tamen penitus putamus, maxime ubi narratio sua aliis idoneis testimoniis non repugnat, vel iis adeo, ut hoc loco, confirmatur.

sedibus moribusque aliquid commemorarunt. Indolem vero faciemque linguae eorum hodiernam, ex *Grammatica Tscheremitschica* Russice conscripta, aliquatenus discere licet, quae Petropoli a. 1775 in lucem prodiit, in forma 4:ta, ubi verborum quoque, ad comparationem cum Fennicis instituendam utilis habetur copia: quamvis dubium non sit, quin multo plus adjumenti lucisque huic argumento comparaturus sit, si quis Fennicae etiam linguae peritus ad vocabulorum hujusmodi vim colligendam, utriusque comparandae consilio, accesserit. Facile enim aberrare, atque vel nimis parum vel nimis multum linguarum similitudini eum tribuere, qui earum ignarus contendere easdem instituit, et res ipsa monet et experientia didicimus. Quam dubitationem auget diversa valde eadem vocabula scribendi ratio, non apud diversos modo auctores, sed apud eosdem nonnunquam observanda. Unde tamen, ubi manifesta superest linguarum in partibus suis simplicioribus atque maxime necessariis cognatio, gentium non est explodenda propinquitas; nec obliviscendum, et sermonem et mores in gentibus aliorum variorumque populorum subjectis diu imperio, insignes non potuisse non mutationes subire; quod gentibus Russorum perferentibus dominationem recentioribus temporibus maxime contigisse, scriptores supra laudati significant. Sed ad *Tscheremissos* redeamus. Hujus igitur generis homines, qui ipsi sese *Mari* appellant, (a *Vogulis* autem *Polr* vocantur), quamvis jam, ac imprimis post susceptos a plurimis ritus Christianae Religionis, quales apud Russos invaluerunt, (quo facto facilius etiam cum hoc populo commiscentur), numero valde imminutos, adhuc tamen provincias *Nishegorodensem, Casanensem, Pensensem, Sinbirskensem, Viaetzkensem, Permiensem,* et partem Gubernii *Orenburgensis* incolere, locaque vicina fluviis *Pjana, Mokscha* (qui in *Okam*, ut hic in *Volgam* cum reliquis influit), *Sok, Tscheremschan, Viätka, Kama* et *Volga,* (maxime ripam hujus orientalem) habitare, iidem docent auctores: qui etiam addunt, in pagis eosdem plerumque distinctis vivere, urbium sedes refu-

gere, etc., quod de reliquis etiam, quas mox commemorabimus, cognatis nationibus, fere valet.

Morduani (*Mordwinos* appellare alii malunt), per easdem fere illi quoque terras, sc. in provinciis *Nishnei-Novgorodensi*, *Kasanensi*, *Sinbirskensi*, *Viaetzkensi*, *Pensensi*, *Riaesanensi*, atque etiam *Orenburgensi*, habitant, juxta fluvios *Mokscha*, *Oka*, *Sok*, *Tscheremschan*, *Volga* etc., nec tamen cum *Tscheremissis* etc. confusi. Olim in Gubernio etiam *Moskwensi* prope *Kolomnam* sedes habuisse dicuntur. A *Votjakis*, aeque ac *Tschuwaschi*, communi nomine *Táutu* appellari, traditur. De his plura dant RYTSCHKOW l. c. et Ejusd. Orenburgische Topographie, apud BÜSCHING Magazin für die neue Historie und Geographie, VI B. p. 498 sqq., PALLAS I Th. p. 51, 68, 116, GEORGI II B. p. 857 sqq., Beschreib. der Nazionen Rußlands p. 46, FALK I B. p. 57, II B. p. 456, IWAN LEPECHINS Tagebuch der Reise durch verschiedene Provinzen des Rußischen Reichs (Germ. Vers. Altenb. 1774, 4:o) I Theil p. 83—108; etc.

Voti vel *Votjacki*, qui se ipsi *Ud-Murt* vel *Ut-Murt*, homines s. populum *Ud* vel *Ut* vocant, Tscheremissis autem *Oda* (alii scribunt *Ado*, male, ut putamus), Vogulis *Votak*, Permiis et Sirjaenis *Votiack* dicuntur, antiquas fere sedes in provinciis *Casanensi*, *Viätzkensi* et *Orenburgensi* tenent, ac minus quam reliquae ejusdem generis nationes dispersi, in vicinia fluviorum *Kasanka*, *Kamae* superioris, et maxime *Viätka*, habitant. Consuli de hac gente possunt Jo. GE. GMELINS Reise durch Sibirien, a. 1733, d. 15—18 Dec.[42]), MÜLLER l. c. et VI B. p. 228, RYTSCHKOW l. c. p. 501 sq., PALLAS III Th. p. 475—480, FALK II B. p. 457—460, Beschr. der Naz. Rußlands p. 52; etc.

Permii, quorum adhuc reliquiae supersunt in provincia *Permensi* (exigua veteris *Permiae* parte), utramque

[42]) Qui de *Tscheremissis* etiam etc. quaedam ibidem habet. SCHOBERI librum cujus supra meminimus, in compendium redactum Germanice concinnatum ab AUG. LUD. SCHLÖZER, MÜLLERUM edidisse notis quibusdam castigatum, (Samml. Ruß. Gesch. VII B. p. 4—152), monere ibidem obliti sumus.

inprimis ripam fluvii *Kama*, cum Tscheremissis, Tschuwaschis, Wogulis etc., his tamen non temere commixti, incolentes. Nonnulli etiam septentrioni propiores juxta fluvium *Lusa* (*Ljusza*), qui *Dwinae* miscetur, habitant. Ipsi sese *Komi-Utir* (an *Komi-murt*?) appellare solent; de quibus conferre licet quae habent MÜLLER l. c. VI B. p. 161 sq., 199, 224 sq., 398, 400, GEORGI II B. p. 709 sq. et LEPECHIN Th. III p. 121—123; etc.

Proxima hos cognatione *Sirjaeni* contingunt, qui cum illis septentrionaliores sedes, in antiqua patria, cum *Permensi* provincia, tum *Archangelensi* gubernio et ditione *Vologdensi*, ad fluvios inprimis *Wytschegda*, *Wym*, *Lusa* (*Ljusza*) et *Udera* (quorum omnium aquas *Dwina* excipit), occupant, sese *Komi* vel *Komi-murt* ipsi appellantes: quorum conditionem describunt MÜLLER l. c. et VI B. p. 180, 200, 242, VIII B. p. 56 et 63, LEPECHIN III Th. p. 146—161, FALK II B. p. 462; cfr. etiam Beschr. der Naz. Rußlands p. 71, E. YSSBRANTS IDES Reise nach China, I Cap.; etc.

Tschuwaschi, utramque ripam *Volgae*, ac maxime occidentalem incolentes, atque alia praeterea quaedam loca in provinciis *Nishne-Novgorodensi*, *Casanensi*, *Viätzkensi* et *Ufensi* (Gubern. *Orenburg.*) tenentes, et lingua et moribus ad Tataros multo propius accedunt; ita tamen, ut rationes nec desint ad Fennicum quoque illos genus referre jubentes, quamvis victorum imitatione caeteris plus mutatos? [43]). *Tschuwaschos* sese ipsi dicunt; a Tscheremissis vero *Kurk-Mari* appellantur. Linguae indolem aliquatenus discere licet ex *Grammatica Tschuwaschica* Petropoli a. 1769 in 4:o Russice edita. Mores gentis describunt Jo. GE. GMELIN l. c. d. 14—17 Octobr., MÜLLER l. c. et VI B. p. 322, RYTSCHKOW l. c. p. 503, GEORGI II B. p. 455, LEPECHIN I Th. p. 83—108 passim.

---

[43]) Ad Tatarorum genus refert atque a Fennico plane sejungit SCHLÖZER, Allgem. Nordische Geschichte C. 2, p. 305, not. x); cfr. JOH. EBERH. FISCHERS Sibirische Geschichte, Einleit. §. 67, not.

Voguli vel *Vogulitschi*, primi sunt incolarum Sibiriae qui ex Europaeis Russorum provinciis illam intranti terram sese offerunt, *Tobolskense* inhabitantes Gubernium. Cum ipsius montis Jugoriensis s. Vralensis (qui Sibiriam a Russia Europaea separat) borealiores partes passim occupant, tum radices ejus, maxime quae occidentem versus porriguntur, tractumque vicinum, juxta fluvios *Tura*, *Tawda*, *Pelym*, *Soswa* etc. tenent. *Mansi* ipsos sese vocare dicunt [44]); a Tataris autem vicinis *Vogul*, a Sirjaenis *Vagol*, a Russis *Vogulitschi* appellantur. Advenas hos in iis esse locis ubi hodie habitant, credere licet, ex vicina forte Permia &c. quondam huc propulsos? Agunt de hoc populo Müller l. c. VI B. p. 200 sqq. (cfr. VIII B. p. 16, 24, 28, 75 sq., 78, 84) passim, Yssbrant Ides l. c. C. 2, Pallas II Th. p. 219, 257—261, Georgi II B. p. 596—600, Beschr. der Naz. Rußlands p. 65 sq., Falk II B. p. 461, Lepechin III Th. p. 15—22, Adam Brands Reise p. 47 sq.; etc.

Ostjakorum quidem nomen (a Tatarico *Yschtjäk* quod *peregrinum* vel *barbarum* significat, formatum) non ad unam aliquam gentem, sed plures et lingua et moribus diversas pertinere, laudati saepius a nobis auctores docent: sed *Obdorienses* tamen, *Beresowienses*, *Surgutenses* (et *Tobolskenses*), sive qui in ripa utraque fluvii *Ob* inferioris, ad urbem usque *Surgut* habitant, (addunt alii etiam fluvii *Irtysch* inferioris accolas), ad Fennicam esse stirpem referendas, iidem judicant; a qua *Narimenses* et *Tomskenses*, sive Obio superiori ab urbe usque *Narim*, et ostiis fluviorum *Ket*, *Tschulym* atque *Tom* vicinos, sermone et genere longe recedere, monent. Prius genus, quod *Chondi-Chui* l. *Kondy-cho*, (hominum de *Chonda*, fl. scilicet?) et *Tju-Kum* (hominum palustrium) sibi nomen indere narrant, etiam illud aliunde ad has terras sese delatum (ex Permia forte?), tradere significant; a Wogulis autem *Mansi* appellari, (quo iidem nomine sese etiam ipsos ornant), perhibent. Caeterum plura de *Ostjakis*

---

[44]) *Wogul* sese ipsos dicere, docet tamen l. c. Schlözer p. 403?

commemorant JOH. BERNH. MÜLLER (Leben und Gewohnheiten der Ostjaken) in WEBERS veränderte Rußland I Th. p. 169—214, YSSBRANT IDES l. c. C. V, G. FR. MÜLLER l. c. VI B. p. 161—517 passim, (cfr. B. VIII p. 44, 76 sq., 90, 98, 100 sq., 116, 188), FISCHER l. c. §. 73—76, PALLAS III Th. p. 38—66, GEORGI Beschr. der Naz. Rußlands p. 71 sqq., FALK II B. p. 463—467, AD. BRAND l. c. p. 81 sq.

Harum igitur omnium gentium sedes, a Caspii prope vicinia maris ad terras Septentrionali Oceano confines, pertinentes, quamvis interrupta hodie passim serie, post tot conversiones rerum turbasque exitiosas porrigantur [45]), continuo tamen sese olim ordine excepisse, certum fere videtur [46]): quibus porro conjuncta fuisse cognati ejus po-

---

45) Quibus opportunitas deest laudatos supra de his gentibus auctores specialiores adeundi, iis vel eximio opere Geographico *Büschingiano* (Neue Erdbeschr. P. I, Vol. I, ubi sc. imperium describit Russicum) consulendo cognoscere easdem licet; inprimis si conferre simul placet AUG. LUDOV. SCHLÖZER, l. c. §. 16, p. 301—306, aut *Ejusd.* Probe Rußischer Annalen, II Abtheil. §. 14, p. 101—111. Adderem *Hist. des différents Peuples soumis à la domination des Russes, par Mr.* LEVESQUE, T. I, P. III, p. 361 sqq., eorum in gratiam quibus satis patientiae suppetit ad intrusas passim philosophicas (si diis placet) sententiolas auctoris devorandas, si fidere hujusmodi scriptoribus tuto liceret: certe quae Sect. IX de Fennis habet, (quaeque de totius etiam Magni Ducatus Finlandiae pronuntiare incolis videtur?) talia sunt, ut multum fidei reliquis auctoris vel narrationibus vel judiciis conciliare apta haud sint; cujus offendi calumniis posses, nisi risum potius turpi Galluli inscitiae ridiculaeque temeritati deberi, quam stomachum, mox videres. Servos puto aliquos infelices in Russia, Fennicae stirpis, viderat, ex quorum conditione mox de moribus ac fortuna totius gentis judicare non dubitavit; miserae ejus sortis magis etiam motus commiseratione, ubi felicissimum, scilicet, rusticorum in patria sua statum cum fato illorum contenderet!

46) Quam sit verisimile, interjecta quoque hodie inter harum gentium sedes loca ab iisdem olim fuisse occupata, cum et numerosiores et sui adhuc juris essent, (ante videlicet quam a Mongolis, Tataris, Russis etc. crudeliter affligerentur, dispergerentur ac subjugarentur,) facile quisque videt; quod ex Russicae Historiae monumentis, inprimis ubi diligentius collecta editaque

puli domicilia qui olim *Novgorodensem, Plescoviensem, Petroburgensem, Estlandensem, Olenezensem* provincias habitavit (cujusque reliquiae in *Estonibus, Ingris, Livis*[47]) et *Careliis* Russico item sceptro subjectis supersunt), aeque esse indubium putamus. Situs ipse locorum demonstrare videtur, *Tschudos* illos quibuscum Slavi advenae conjuncti ortum Novgorodensi dedisse imperio, Russorum Chronographis, veterum nixis traditionum fide dicuntur[48]), Fennici fuisse generis. *Estones* certe, indubiam hujus stirpis vicinamque ab una parte propaginem illo inprimis venisse olim nomine, omnes consentiunt[49]); *Biarmios*, proximum ab altera parte populum, seculo jam nono opibus industriaque floruisse, in confesso est[50]), quos ad hoc genus pertinuisse

---

consulere aliquando licuerit, docere haud erit difficile. Vel *Permiorum* late quondam patens florensque regnum, quorum vix sparsae supersunt hodie reliquiae, hanc rem confirmat. Etiam *Baschkiros* ad Fennicum genus pertinuisse existimat FISCHERUS, l. c. §. 69, cujus verba sunt: Von den **Baschkiren**, ist ohnedem bekandt, daß sie nicht Tatarischen ursprungs, ob sie gleich heut zu tag Tatarisch reden; daher sie auch von ihren nachbaren den Kirgisischen Kasaken (qui Tataricae stirpis sunt) **Usch̆täk** (Ostjaken), d. i. **Fremde** genannet werden. Und ich zweifle nicht, wenn wir von der alten Baschkirischen Sprache überbleibsel hätten, daß viele Spüren der Heutigen Ungrischen sprache darinn anzutreffen sein würden, etc., adeo ut victorum linguam, vernacula penitus oppressa (minime inaudito exemplo) adoptasse illos censeat: cfr. SCHLÖZER Probe Ruß. Annal. p. 115. Cui tamen sententiae probandae idonea hactenus desideramus argumenta; licet absurdam haud putemus. Nec a fide abhorret, quasdam generis Fennici partes, populosque adeo, illas inter turbas hostilesque vexationes, prorsus interiisse.

[47]) De hoc populo (cum *Lettis* haud confundendo) ejusve reliquiis cfr. SCHLÖZER in M. *Joh. Jos. Haigolds* (h. e. *Ejusd.* SCHLÖZERI) Beyl. zum Neuveränd. Rußland, II Th. p. 345 sqq.

[48]) Cfr. MÜLLERS Samml. Ruß. Gesch. I B. p. 6 et 10. C. G. ARNDTS Neues St. Petersburgisches Journal 1783, I B. p. 162 sq., 166 et 178, II B. p. 75 sq.

[49]) Vid. MÜLLER l. c. p. 10, not. (**), et V B. p. 402.

[50]) Vid. SNORRII STURLONIDIS *Heims-Kringla* Ed. *Peringskõldii* T. I p. 110, 185, 621 sqq. (Ed. *Schöningii* T. I p. 110, 182; T. II p. 219 sqq.), LANGEBEK *Scriptores Rer. Dani-*

nemo negat [51]); ac satis mature *Carelios* quoque, sive ut in vetustis Norwegorum Islandorumque monumentis etc. audiunt, *Kyrialos* [52]), eadem quae hodie occupant loca tenuisse constat: quos quidem post Novgorodensem demum Civitatem conditam atque opibus invalescentem (adeoque post seculum V aut VI?) ad illas terrarum partes penetrasse, nemo puto existimabit. Quae itaque omnia, indicatas nuper a nobis regiones ab hominibus Fennicae prosapiae habitatas olim fuisse, haud obscure produnt.

Lappones tandem, antiquissimos sine dubio septentrionis nostri (etiam Finlandiae) incolas [53]), ad eandem

---

car. *Medii Aevi* T. II p. 109 sq. Cfr. TORFAEI *Hist. Rer. Norwegicar.* P. I, L. III. C. 25, p. 163 sq.

[51]) Vid. LANGEBEK l. c. not. (i) et (l), ac quos laudat.

[52]) **Kyrjaler** et **Kirjaler** quorum terra vocatur **Kyrjaland** et **Kirjaland** (Cfr. TORFAEUS l. c. P. II, L. I, C. 17, p. 32). Ipsi nempe se vocant **Karjalainen** (pl. Karjalaiset), terramque suam **Karjala** s. **Karjalan maa.** (An a Karja, Fenn. *pecus, gregem,* significante?). Hos cum Norwegis seculo jam IX praelia fecisse, l. c. tradit TORFAEUS, quam tuta fide, non dicam; eosdemque (eodem seculo) a Rege Sveorum Erico Emundi filio subactos fuisse narrat in famosa oratione *Thorgnyrus* Legifer apud STURLONIDEM l. c. T. I p. 485. (Ed. *Schön.* T. II p. 104).

[53]) Cfr. Diss. *de Bircarlis* P. I (quam a. 1786 hic edidit Dn. *Franc. Mich. Franzén,* 4:o) §. I. *Fennos,* qui hodie dicuntur, *(Suomalaiset),* septentrionis nostri esse aborigines, *Lapponesque* eorum esse coloniam vel subolem, aut post Fenniam demum nostram a Svecis invasam a Fennico genere ac stirpe discessisse quamque hodie sectantur vitae rationem adoptasse, absurda prorsus est hypothesis, multisque nominibus monumentis rerum certissimis adversa. Appellationem *Finnorum,* in vetustis Norwegorum Islandorumque monumentis celebratam (indeque ad TACITI quoque aures propagatam), ei genti quae *Lapponum* hodie nomine venit (quod posterius nomen seculo XII antiquius non esse fatentur), olim fuisse propriam, omni caret dubio; eamque gentem et ita appellat et sedes vitaeque sustentandae rationem luculenter seculo nono describit OTHERUS *(Peripl.* apud LANGEBEKIUM l. c.). Lappones totam primitus tenuisse Scandinaviam, probabile est; quod de Fennis nostris dici idem haud potest: quin *Fenniam* quoque nostram (imo etiam *Estoniam,* unde iis fere locis collocasse eosdem TACITUS videtur), ante

Till pag. 41.

Latine	*Fennice*	*Estonice*	*Lapponice*	*Tscherem.*	*Mor*
Unus	Yxi	Yx	Akt	Iktat	Wei
Duo	Kaxi	Kax	Qwekte	Kocktat	Kal
Tres	Kolme	Kolm	Kolm	Kummut	Kol
Quatuor	Neljä	Nelli	Nelje	Nilit, *nillet*	Nill
Quinque	Wiisi	Wiis	Wit	Wisit, *wys-set*	Wie
Sex	Kuusi	Kuus	Kut, kot	Kudut, *ku-dat*	Kol
Septem	Seitzemän	Seitse	Kjetja	Schimit, *schimmel*	Ssi
Octo	Kahdexan	Kahdexa	Kaktse	Kandasche	Ka
Novem	Yhdexän	Yhhexa	Akte, åktse	Indeschen	We
Decem	Kymmenen	Kymme	Lokke	Lu	Ky
Centum	Sata	Sadda	Tjuote	Sjudu, *schyde*	Ssj
Mille	Tuhanen	Tuhhat		Tuschem, *tyschem*	Tos
Deus	Jumala	Jummal	Jubmel	Juma	*Pa*
Coelum	Taiwas	Taevas	Alme	*Pilpomm*	Me
Nubes	Pilwi	Pilw	Palw	Pill, *pullun*	Pje
Ventus	Tuuli	Tuul	Piägg	*Mardesch*	Wa
Nix	Lumi	Lummi	Muot, lobme	Lum	Lo
Sol	Auringo, päivä	Päiw, pääw	Peiwe	*Ketsche,* ketscha	Ko,
Luna	Kuu	Ku	Mano, ask	Tilsa, tasia	Til *ko*

'ermice	*Sirjaenice*	*Tschuw.*	*Russice*	*Tatarice*
'i *	*Bi*	Vutt, vott, *vod*	Oghonn'	Ot
'a	*Wa*	Schiff, *schiwa*	Woda	Ssu
u	*Ju*	*Adal, sirma*	Reka, retschka	Idel (magnus), ssu (parvus)
y	*Ty*	*Kyl*	Os'ero	Kul
u	*Mu*	*Sir, sser*	Semlja	Dscher
'	*Is*	*Tschol*	Kamen	Tasch
ört	*Kört*	Timer, *kimer*	Scheleso	Témir
urt, nort	*Mort*	Ssin, *arsin*	Tscheloviæk	Kschi
ika	*Weres*	Ssin, *obskà*	Tscheloviæk	Ir
ines, ssin	*Sin, schin*	*Koss, kos*	Ghlas	Kuss
élles, pel	*Pel, pjel*	Chulcha, *gulga*	Ucho	Kullàk
yrpiess	*Vom dor*	*Totà*	Guba	Ir
yl	*Kyw*	Tschilgà	Jas'ik	Tell
erku	*Kérka*	*Ssort*	Is'ba	Ju, *dsjurt*
utsch	*Wudsch*	*Uch*	Strela	Dschaia, *ja*
jöl, njol	*Njow,* lyis?	*Symrèn*	Pila	Ok
scherì	*Tschérik*	*Póle*	Riba	Balik

referendos esse stirpem, linguae suae cum reliquis a nobis commemoratis comparatio arguit: qua instituenda interdum reperimus ad aliarum commemoratarum a nobis nuper gentium idiomata, quam ad Fennicum, propius Lapponum vocabula et loquendi morem accedere [54]); unde hos itaque propiori quadam nostros Fennos, quam alias ejusdem generis nationes, cognatione haud contingere, contra quam multi pronuntiarunt viri eruditi, luculenter apparet.

De quarum omnium nationum hac quam linguarum similitudo indicat affinitate, ut quadantenus existimare queant etiam quibus opportunitas deest auctores consulendi quos laudavimus, quique commodam diligentius hujus rei judicium exercendi materiam praebent, tabellam adposuimus, speciminis loco quorundam vocabulorum simpliciorum ususque perpetui comparationem exhibentem, iisdem verbis Russice etiam atque Tatarice adjectis, ut quantum ex harum gentium linguis illae, de quibus nobis quaestio est, vel abeant, vel ad has accedant, videre simul liceat [55]).

---

hodiernorum incolarum in has regiones adventum eosdem olim pererrasse, doceri potest. In *Lapponica* igitur lingua, non autem in *Fennica,* origines nominum peregrini generis quae locis quibusdam Sveciae adhaeserunt, radices item vocabulorum non paucorum Svecicorum quae dialectis Germanicis reliquis ignota sunt, investigare oportet. Nec ego quidem dubito, ubi cognationem inter vocabula Svecica et Fennica intercedere manifestam video, quorum vestigia in Lapponica (aliisve cognatis Fennici generis) nulla reperio, eadem Fennos potius ex Svecis quam hos ex illis mutuasse, pronuntiare.

[54]) Sic *Auris* Fennis *Korva,* ac Estonibus *Körw* dicitur, Lapponibus vero *Pelje,* Tscheremissis *Pillisch,* Mordwanis *Pilå,* Wogulis *Pel,* Wotis *Pell,* Ostjakis *Pel* et *Pelt,* Permis *Pelles* l. *Pel,* Syrjaenis *Pel* l. *Pjel,* adde Ungris *fül:* Lappones et Ungri numero utuntur *Duali,* quem Fenni ignorant, etc.

[55]) Fundamenti loco indiculum adhibuimus a Celeb. PALLAS l. c. T. III p. 57 exhibitum, linguarum *Ostjakis, Wogulis* et *Mordwinis* usitatarum; cum quo Vocabularia contulimus Grammaticis Linguarum *Tscheremitschicae, Tschuwaschicae* (vid. supra p. 34 et p. 36) et *Woticae* (cujus facere obliti supra sumus mentionem, quaeque edita item fuit Russice, Petrop. 1775, 4:o) adjecta, ac indicem a MÜLLERO traditum (l. c. T. III. p.

Cumque *Ungrorum* praeterea gentem ex hac eadem na-

---

382 sqq.) linguarum *Tscherem.*, *Tschuwasch.*, *Wot.*, *Mordwan.*, *Permicae*, *Sirjaenicae* et *Tataricae*, nec non quem habet SCHLÖZER (l. c. p. 308 sqq.) linguarum *Wogulicae* et *Ostjacorum Kondensium* fluvio Irtysch vicinorum, e *Fischeri* Vocabulario Polyglotto (quod possidet R. Institutum Historicum Gotting.) mutuatum, coll. ipsius FISCHERI libro supra laudato, Einl. p. 162 sqq. it. indice quem dedit FALK l. c. T. II. p. 467 sqq. Quos fontes indicavimus, ut quibus volupe fuerit rem ulterius persequi, videant unde abundantius liceat haurire.

Fateri tamen simul oportet, quod etiam supra significavimus, neque ex hujusmodi indicibus solis linguarum et collectoribus et collatoribus caeterum plane ignotarum, aut certe parum cognitarum, satis ubique tutum aut locuples de earum cognatione judicium fieri posse, neque magnam illam Orthographiae in verbis scribendis populorum qui literarum ipsi usu destituuntur (quorumque hinc sonos alii aliter et percipiunt et signandos, suo quisque more, putant) varietatem atque ambiguitatem permittere ut eadem semper fructuose inter se contendantur. Quamobrem multum utique dubitationis ac obscuritatis adhuc restat; eoque plus, quod Dialectorum quoque varietas, quam in rudibus hujusmodi linguis haud parvam esse et res ipsa monet, et aperte scriptores testantur (cfr. MÜLLER l. c. III B. p. 329 sqq.), non potuit non lacunas fallaces parere, ac diversis vocabulorum collectoribus diversis saepe locis in sermonem incolarum (ejusdem caeterum nationis) inquirentibus, varia, neque semper consilio quaerentium idonea, earundem rerum offerre nomina. A vitiis praeterea scriptionis et sphalmatibus typographicis, in tali argumento vehementer molestis, istos indices haud esse immunes, facile quisque existimaverit; qualibus laudatum illud Vocabularium *Fischerianum* (de quo vid. SCHLÖZER, l. c. p. 292 (B), etc.) quantum quidem ad linguam attinet Fennicam, haud paucis laborare vidimus, cum Gottingae versantibus copiam illud inspiciendi Celeb. GATTERER nobis indulgeret. Cujus generis quaedam in Tabella quoque nostra occurrere exempla putamus, quae nos quidem fideliter ex auctoribus nostris expressimus; v. g. quod *Wotjackis* tria *Pin*, et sex *Pat* dici (quae alii *Kwin* et *Kwat* scribunt, reliquis linguis cognatis adstipulantibus) legitur apud Dn. FALK l. c. qui idem *Tscheremissos* lapidem *py* appellare auctor est, pro quo alii *ky* habent, linguis cognatis convenientius, cujusmodi orthographiae singularis alia quoque exempla apud eundem offendas. Sic *Deum* Wotis dici *Jumar* alii docent, alii *Inmar*, invitis hoc quidem linguis cognatis; Wogulis

tam esse stirpe, viri docti docuerint [56]); eadem verba Ungrice expressa ad hujus quoque caussae arbitrium commodius reddendum subjecimus; quem indicem *Samojedica* tandem eorundem vocabulorum interpretatione auximus, confirmandae virorum eruditorum sententiae idonea, qui nullam omnino huic genti cum *Fennico* genere intercedere cognationem, merito judicarunt [57]), quaeque igitur, ne per-

---

nubem alii *tull* alii *pul* efferri, hoc quidem analogiae reliquarum linguarum congruentius; iisdem Wogulis tugurium *kol*, quod eadem ducti ratione *kot* scribendum fuisse suspicamur; etc. Aliquibus talibus caussis varietas quoque est tribuenda, inter verba *Wogulica* quae ex indice *Fischeriano* affert l. c. p. 308 sqq. Schlözer, et quae in Tabella nostra comparent, (ex aliis laudatis nuper fontibus hausta) conspicienda; ita apud illum *Kurom* 3, *Ontellou* 9, *Lou* 10, *Numna* coelum, *Kotol* sol, *Jonkup* luna, *Ma* terra, *Achtosch* lapis, *Kum* homo, *Kümen* vir, *Scham* oculus, *Pitim* labium, *Kwal* hypocaustum, *Jäut* arcus, etc. efferuntur. E quo exemplo de toto hoc genere judicare, facile est; eique consilio adjuvando ut tabella etiam inserviret nostra, studuimus, in qua linguae Fennicae perito quaedam erunt obvia ejus ignaris vix percipienda: ex. g. *Bi* Permiorum et Syrjaenorum convenire cum Fennico *Pii*, silex qui igni excutiendo inservit, *Tu* Wogulorum, *Ty* Wotjakorum et Permiorum, affine videri Fennico *Suo* (palus) et Ungrico *Tó* piscina, eodem modo ac *Szel* Ungrorum cum nostro *Tuli*, etc.

56) Cfr. Sainovicz *Demonstratio Idioma Ungarorum et Lapponum idem esse* (Hafn. 1770, 4:o) et quos ille citat Auctores. Rectissime autem monuit Dn. Schlözer (l. c. p. 306, not. 𝔐) verba *idem esse* admodum hyperbolice a *Sainoviczio* adhiberi, pro *cognatione conjungi;* nihil enim aliud demonstrare voluisse videtur. Negari vero nequit, magis cum *Lapponum* lingua (ac forte etiam, quod Schlözero placet, *Vogulorum*, nobis quidem minus adhuc quam vellemus cognito) quam cum *Fennorum* nostrorum convenire videri; nec dubito, quin orthographia harum linguarum diligentius constituta et collata, atque casuum praeterea doctrina apud Ungros ad eandem normam quam Fennicae perspicacissime constituit in Grammatica sua Vhaelius exacta, mutuo hinc fructu singulae augeri queant.

57) Vid. Schlözer l. c. p. 295 sqq. et Lindheim *de diversa origine Finlandorum et Lapponum*, in *Nov. Act. R. Societ. Scientiar. Upsal.* Vol. II p. 32 sqq. Cfr. Pallas l. c. T. III, p. 67 sq.; qui etiam observat, forma faciei ad *Tungusos* propius

petuis haec disputatio turbis permisceatur, huic generi porro intrudi haud debet.

---

quam ad *Fennos* accedere. Index vero Vocabulorum, quem ubjungere placuit, talis est:

Lat.	*Ungr.*	*Samojed.*
1	Edgy (leg. *Edsch*, et s. p.)	Op.
2	Kettö	Side.
3	Három	Njar.
4	Negy	Toss, tet.
5	Ött	Samljak.
6	Hat	Mat.
7	Hét	Sju.
8	Nyoltz	Sindet.
9	Kilentz	Chasowoju, Chabeju.
10	Tiz	Ju, luzeju.
100	Szaz	Luze jur.
1000	Ezer	Ju jur, U jur.
Deus	Isten	Chaj.
Coelum	Eg, (Mennyet)	*Num.*
Nubes	Felyhö	Tur, Tir.
Ventus	Szel	*Merze.*
Nix	Hó	Jumtsche, Chat.
Sol	Nap	Chajer, Cha-er.
Luna	Hóld	Jalomda.
Ignis	Tûz	*Tu.*
Aqua	Viz	Gii.
Fluvius	Folyo-viz	*Jaga.*
Lacus	Tó (proprie *piscina)*	*To.*
Terra	Föld, Mezo *campus* (Fennis *Metzä* silva)	Ja.
Lapis	Kö	Paj.
Ferrum	Vas	Jeze.
Homo	Ember	Luze.
Vir	Fér	Vajzoka.
Oculus	Szem	Sajva.
Auris	Fül	Cha, Chavon.
Labium	Ajak	Tipte, njauvar.
Lingua	Nyelv; unde Nyalom *lambo*, Nyelem *glutio* (Fennis *Nuolen* et *Nielen)*	Neme, Njame.
Tugurium	Sátora, Haz *domus*	Met, Mjat, *domus.*
Arcus	Jy	Inn.

Sedes igitur hominum Fennici generis, priscas ubinam locorum investigare oporteat, ex dictis judicium haud difficulter fieri posse persuasi [58]), porro censemus *Lappo-*

Sagitta	Nyil	Munk.
Piscis	Hal	*Chale*, Cha-lja.

Verba *Samojedica* ex Indice sumsimus quem inter alias quasdam schedas *Lindhemianas* acquisitum Bibliotheca nostra Academica asservat, quemque ex eodem profluxisse fonte, unde suum Cel. SCHLÖZER hausit, (vid. Ej. Allg. Nord. Gesch. p. 292 sq.), non dubitamus; cfr. LINDHEIM l. c. p. 34 sq. et *Hist.* nostram *Bibliothecae Acad. Aboënsis* §. 31, XLIX. Pauca illa hujus linguae vocabula, quae cum idiomate Fennici generis nationum, in tabella nostra commemoratarum, quarundam conveniunt, per viciniam aut ab his ad Samojedos, aut a Samojedis ad has transiisse, existimanda sunt; ut *Num* coelum, quod cum Wogulis et Ostjakis quibusdam commune habent, *Merze* ventus, Tscheremissorum *Mardesch* affine, item *Tu* ignis, *Jaga* fluvius, *To* lacus, *Chale* piscis: quorum aliqua casui etiam similitudinem hanc debere, ut *Siu*, septem, cum *Svecico* ejusdem numeri nomine, credi potest. Fennicae autem nostrae cum nonnullis linguarum saepe dictarum major evicta jam est similitudo, quam ut cognationem earum insignem quam viri celeberrimi laudarunt, suspectam habere cum Cl. THUNMANNO liceat. Cfr. *Ejusd.* Unters. über die Alte Gesch. *einiger* Nordischen Völker, p. 199 sq.

[58]) Non igitur commentum modo *Rudbeckianum*, de gentis Fennicae ex decem tribubus Israëliticis in exilium Assyriacum abductis origine, merito explodimus, ut hypothesin idoneis omnino destitutam fundamentis; sed neque Celeb. SCHÖNINGII adstipulari sententiae possumus, qui prima vestigia hominum generis Fennici in hodierna Wolhynia et Ukrainia Historiarum scrutatori occurrere, pronunciat, deinde in Mazovia et septentrionalibus Lithuaniae partibus deprehendi, etc. Om de Norskes oprindelse C. VI, §. 11 et 12; Norges Riiges Hist. C. II, §. 27. Nimis a veris suis sedibus haec hypothesis majores Fennorum removet: qua deinde vir doctissimus abutitur ad duas alias non minus falsas opiniones stabiliendas, nempe Fennos (Lappones) *non posse antiquissimos esse septentrionis nostri incolas;* ac *eosdem, quamprimum sedes suas ad septentrionem admoverent, aut non multo post, a Norwegis fuisse subactos ac tributarios factos.* Quae posterior assertio, ita generaliter ac rotunde proposita, quam vehementer etiam a specie veritatis abhorreat, in oculos mox cuique incurrit, a studio partium non abrepto. Lap-

nes quidem, pastoritiae constanter vitae deditos, antiquissimis jam temporibus a communi stirpe divulsos ad septentrionem tetendisse; reliquas vero ejusdem colonias, agriculturae interim arte partim auctas, sive numero hominum semper crescente, sive injuriis vicinorum (feraci motuum et turbarum regione Mongolorum, Tatarorum etc. haud procul sita) sollicitantibus, sensim fuisse secutos. In Finlandiam autem duplici via majores nostros venisse, Lapponesque inde paullatim submovisse, probabile est. Primum quidem littora sinus Fennici secuti videntur, dumque alia pars australius illud Estoniae insederet, quin alia secundum borealius Fenniae, sedes suas explicaret, vix dubitare licet: quae deinde colonia, longius sensim provecta, totam denique Finlandiae oram hanc maritimam occupavit, Lapponibus ad interiores provincias rejectis. Proxima Finlandensis populi cum Estonico affinitas, qui ejusdem linguae dialectis modo diversis utuntur, (quosque interjecti Ingri, intimum sinus recessum accolentes, utrosque contingunt, linguae etiam cognatione proxime utrisque conjuncti), situs locorum, quamque ille hominibus ex orientalibus partibus, unde stirpem communis generis propagatam esse docuimus, advenientibus offert sese secundum littus utrumque quasi diffindendi, opportunitas, hanc firmat opinionem. Necesse itaque haud putamus, majores nostros ex Estonia demum omnes huc arcessere; quam sententiam tuendam ornandamque l. c. suscepit Nobil.

pones enim temporibus nato Christo anterioribus septentrionem jam adiisse, certum haberi debet; atque vel ex fama eorum ad TACITUM perlata (hos enim Fennorum nomine significat), colligere licet. Quo tempore orae etiam sinus Fennici australiori vicinas tenuisse adhuc terras videntur; unde parti *Estoniae*, seculo post natum Christum XIII appellatio *Lappegunda* (h. e. *ditio* s. *regio Lapponum)* etiamnum adhaesit: Cfr. Disp. D:ni FRANZÉN supra citat. §. 1. Ultra fluvium vero Uloënsem Norwegos potentiam suam extendisse, ne ipse quidem SCHÖNINGIUS, ut patet ex aliis locis, docere conatur. Cfr. *Ejusd.* Forsög til de Nordiske Landes, särdeles Norges, gamle Geographie, §. 28 etc.

Lindheim: licet quosdam subinde trajecisse a fide non abhorreat, perpetuumque inter litoris utriusque incolas commercium intercessisse utique constet. Deinde ex *Olonezensi* provincia ac veteris Permiae vicinia Carelios in Savolaxiam penetrasse, submotisque itidem Lapponibus, (qui a Tavastis, maritimae illius ac antiquioris coloniae propagine, ab alia parte pressi, magis magisque ad septentrionem sese conferre omnes sensim coacti sunt), ea loca occupasse, dubio caret: quamobrem hodieque in binas quasi nationes, et dialecto et moribus notabiliter distinctas, gentis licet ejusdem, Finlandiae nostrae incolas dispescere licet; ad quarum aliam Fenni Nylandiam, Finlandiam proprie dictam, Satacundiam, Tavastiam, Ostrobotniae plurimam partem inhabitantes, ad aliam vero Carelii, Savones, ditionum Rautalambensis, et Cajaneburgensis in Ostrobotnia, cultores pertinent. Eaque res caussam simul indicat, cur diu post habitatam jam a Fennis nostris australiorem maritimae hujus orae partem, et Savolaxiam etiam meridionalem a majoribus hodiernorum incolarum occupatam, Lappones tamen regionem interjectam ac septentrionales Finlandiae partes pererraverint: quod testimoniis monumentisque idoneis infra demonstrabitur.

Tempus quidem harum migrationum a majoribus nostris ad haec loca factarum, accurate definire, in summa monumentorum quae res adeo vetustas illustrent inopia, haud licet; (eamque difficultatem auget ambiguitas appellationis *Fennorum* vel *Finnonum*, quam ad Lappones olim solos pertinentem ad nostros majores temere non esse ubique trahendam, saepius monuimus): sed ante seculum tamen post Christum natum III aut IV longinquas atque dissitas has regiones vix adiisse, credas. Cum revocamus in mentem, agriculturae quandam peritiam secum huc adduxisse videri, ac terram tamen nostram tempore invasionis Svecicae, ac diu etiam postea, parum adeo habitatam excultamque fuisse, ut in superioribus provinciis Lappones vitam consuetam ducere tranquille potuerint; documento haec esse videntur, Fennos nostros longa tum harum ter-

rarum possessione gavisos nondum fuisse. Nec hodiernos *Estones* suae provinciae multo antiquiores esse incolas, putamus. Nomen enim *Ostiaeorum* atque *Aestyorum* quod longe antiquius sit, id nihil quidem ad hanc rem momenti affert; *Orientales* nempe illas terras earumque populum, cujuscunque ille caeterum gentis fuerit, a Germanis potuisse recte appellari, quis neget? Ut etiam nostram Finlandiam in antiquioribus Svecorum monumentis Österland, *terram orientalem*, solenni nomine dici, ac Legiferum Finlandiae Lagman i Österland audire, res est notissima; additis interdum, ad appellationis ambiguitatem evitandam, verbis: Aboes Biscopsdömes, vel i Abo Biscopsdöme (*terra orientalis*, Svecorum sc. imperio subjecta, *Aboënsis Dioeceseos*) [59]).

Sui juris fuisse Fennos, tempore quo Regis Erici armis infestarentur, necdum peregrino adsuetos imperio, valde est verisimile. *Norwegorum* potestati unquam Finlandiam nostram paruisse, commentum est ab omni veritatis specie abhorrens. *Russis* fuisse subjectam, antequam sub Svecorum ditionem caderet, asserit nugator qui *Chronicon Finlandiae* consarcinavit, *Bibliothecae Nettelbladtianae* insertum (p. 97), more suo nullas asserti adducens rationes; cui concinere Messenius in *Chronico Rhythmico Finlandensi* videtur [60]), ex aeque lutulentis ille quoque puteis hauriens: quorum virorum opinio, in quantum tamen de *Careliis*, proximas Russiae finibus regiones inhabitantibus valeat, infra videbimus. Svecorum autem imperio plurimam Finlandiae partem multis jam ante R. Erici Sancti expeditionem seculis fuisse subditam, magis idonei auctores, non

---

[59]) Cum de *Estonum* terra sedibusque loquentes, sinus Fennici accolas, ut hodieque sunt, fuisse diximus; non tamen negamus, latius eos olim fines suos extendisse, atque ad Curlandiam (et Prussiam?) usque progressos fuisse, quod viri docti monent. Cfr. Thunmann l. c. p. 8, 17—25, et 195.

[60]) Aboae 1774 ed. p. 13. Quid de auctoritate Messenii, cum de rebus antiquis scribens testes nullos assertorum suorum excitat, censendum sit, abunde docuit, magno Patriae damno Historiae ereptus nuper rebus humanis Ill. Lagerbring.

contemnendis nixi argumentis, contendunt [61]); caussam etiam justam arma contra Fennos movendi, recuperandi nempe imperii temere abjecti, hinc Regi praebentes. Provocant ad auctoritatem maxime STURLONIDIS, apud quem *Thorgnyrus*, Legifer Tiundiae, in famosa oratione quam in Comitiis Upsaliensibus tempore Regis OLAI *Skötkonung* eundem habuisse tradit, inter alia pronuntiat: *Avus meus paternus Thorgnyrus, Erici meminisse potuit Upsaliarum Regis, Emundi filii, quem narravit viridi aetate florentem, expeditis quavis aestate armis et copiis, varias adiisse regiones, suoque imperio subjecisse* (oc lagdi undir sic) *Finlandiam, Kyrialiam, Estoniam atque Curlandiam, nec non plures late ad orientem sitas regiones, ubi etiamnum cernere licet congestos ex cespite aggeres aliaque fortiter ibi et praeclare adeo gestarum rerum monumenta* [62]). Qui memorabilis sine dubio locus est, atque Regem illum insignes utique res in regionibus orientali huic maris Baltici littori adjacentibus gessisse, demonstrat. Verbis tamen ipsis attente consideratis, non tam imperio suo dictas omnes regiones subjecisse, aut animo ditionem suam dilatandi expugnasse, quam incursionibus frequentibus piraticisque expeditionibus littora vexasse, praedasque inde, veterum more Vikingorum egisse, docere *Thorgnyrus*, nobis quidem videtur. Quare eum *quavis aestate* tales fecisse expeditiones dicit (*at hann hafdi hvert sumar Leidangr uti*); neque facile, puto, quisquam existimabit, iis temporibus copias Svecorum tumultuariis hujusmodi bellis altius in omnes istas terras, silvis densis atque asperis obsitas penetrare [63]),

---

61) Von DALIN l. c. I D. 18 C. 21 §. p. 570. LAGERBRING l. c. I D. 5 C. 16 §.

62) Vid. *Heims-Kringla* T. II, C. 81. Ed. Schöning. (T. I, p. 485. Ed. Peringsk.)

63) Si opportunitatem fluminum quorundam intrandorum excipias, difficillime penetrare iis seculis in Finlandiam, aestivo maxime tempore licuisse, facile patet; unde non nisi lente successisse interiorum provinciarum occupationem, etiam cum constantiori postea consilio tentaretur, novimus. Insulas autem

multo minus eas subjugare stabilique coërcere imperio valuisse: unde toties in easdem similes expeditiones fuisse susceptas, legimus. Ac *Estonica, Curlandica Prussicaque* littora maturius saepiusque ab iis infestata esse, quam nostra haec Fennica videntur; quod culta magis ditioraque essent. Certe TACITUS jam de *Aestyorum gentibus* commemorat, *Frumenta caeterosque fructus eas patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborare* [64]); quo tempore idem de nostrae incolis orae dici potuisse, nemo credo contendet. Ac WULFSTANUS etiam, seculo IX, Regi AELFREDO *Estlandiam* (Terram Orientalem, h. e. eandem quam laudavimus Prussiae, Curlandiae etc. oram) describit ut opulentam et florentem [65]). Mercaturam praeterea magnam ac quaestuosam cum proximis Russiae regionibus satis mature a Wisbyensibus etc. factitatam fuisse, cum constet; materiam cupiditati classium piraticarum uberio-

---

quasdam littori objectas Fennico, quas ante devictam a R. *Erico* Sancto continentem ad Svecos jam pertinuisse a vero non abhorret, per occasionem talium expeditionum navalium occupatas fuisse Svecisque colonis tenendas traditas, haud inficiamur; *Alandiam* inprimis, Svecis ante religionem Christianam jam paruisse, vel ex tumulis sepulcralibus (Ättehögar) in hac insula obviis probabile sit, quales nec in caeteris insulis nostris nec in ora maritima cernuntur. Magnis tamen tenebris has res esse obtectas, fateri cogimur.

[64]) *De Mor. Germ.* C. 45. Majorem hunc cultum divitiasque insigniores horum populorum, ex mercatu *Electri*, cujus quaerendi caussa veteres jam Phoenicios illas navibus adiisse oras Cel. SCHLÖZER putat, quodque tanta cupiditate Graeci ac postea maxime Romani coëmerunt, derivare quis possit. Cfr. SCHLÖZERS Försök til en allm. Hist. om Handel och Sjöfart uti the äldsta tider, §. 144; *Ejusd.* Allg. Nordische Gesch. Vorläufige Abh. Abschn. I, §. 2—27.

[65]) Vid. LANGEBEK l. c. T. II, p. 118—123. Apud STURLONIDEM igitur vestigia occurrunt expeditionum in *Estlandiam*, (has puto *Prussicas, Curlandicas, Livonicas*, aut etiam Russicas oras), a Svionibus susceptarum jam seculo circiter VII; cfr. *Yngl. Saga* C. 36, de expeditione R. *Yngwari* Harra: quam ad Wolgae usque viciniam etc. extendere, nimis videtur nobis portentosum.

rem hinc fuisse enatam, consiliaque ducum ad illas terrarum partes aggrediendas versa, probabile est: ut narrationes veterum, de Regum *Holmgardicorum* cum Sveonibus et foederibus et certaminibus praeteream, quas diligentius examinare, atque cum iis quae de communibus *Waraegorum* et *Russorum* vetustorum rebus commemorat NESTOR comparare, instituti ratio non permittit: de quibus, praeter multos alios, cfr. THUNMANN über die Gesch. der Östl. Europ. Völker, I Th. p. 381—390. Regis vero *Ivari Widfadme* celebratum in *Estlandiam* atque *Curlandiam* etc. imperium, non alius fuisse generis quam postea *Styrbiörni* multorumque aliorum ducum, classibus suis mare Balticum accolasque ejus infestantium ac terrentium, credimus, quibus R. denique *Erici* Victoriosi potentiam addimus, quam extollens *Chronicon Rhythmicum minus* (testis de vetustis his rebus non certissimus), dicit eum *Estlandiam*, *Livoniam*, *Curlandiam* et *Finlandiam* non modo armis victricibus subjugasse, sed etiam deinde per totam vitam suam nutu ac ditione gubernasse (*Ed. Hadorph.* p. 8). *Thorgnyrus* quidem l. c. nihil aliud docet nisi *auxisse Sveonum imperium*, (quibus provinciis? nam et Daniam subegisse, alii scriptores tradunt, non addit), *ac strenue defendisse (jók han riki Svia, enn vardi hardfengliga)*. Obscura igitur haec atque parum certa, quae de Finlandia vicinisque regionibus, illis jam seculis a Svionibus tributariis factis imperiove suo adjunctis, circumferuntur [66]), missa facientes, ad recentiores certioresque epochas Fenniae a Svecis devictae subjectaeque considerandas persequendasque porro progredimur.

8. De *Religione Fennorum Pagana* fuse agunt PET. BÅNG *Priscor. Sveo-Gothorum Eccles. s. Hist. Eccles.* L. VI, C. VI et VII, GABR. ARCTOPOLITANUS *Diss. de Orig. et Religione Fennonum* (Ups. Praes. FAB. TÖRNER 1728, 4:o)

---

[66]) Vid. LAGERBRING l. c. I D. IV C. §. I, p. 128 (cfr. §. 4, p. 132); V C. §. 19, 22, p. 168, 169, 173 sqq.: qui fontes simul, more suo, diligenter indicat.

C. II, et CHRIST. LENCQUIST *Diss. de Superstitione Veterum Fennorum* (hic Aboae 1782, 4:o editae) P. I et II; quibuscum cfr. WEXIONIUS *Epit. Descr. Sveciae, Gothiae, Fenningiae* etc. L. X, C. 2. Fundus vero, cui plerique innituntur, est MICH. AGRICOLAE *Carmen* quod versioni Fennicae Psalterii Davidici, Stockh. 1551 in 4:o editae, Praefationis loco praemisit, unde BÅNGIUS et ARCTOPOLITANUS l. l. c. c. verba quae huc praecipue faciunt repetierunt. Cfr. etiam Tidn. utgifne af et Sällskap i Åbo 1778, p. 93, 96, 113 sq. et Diss. nostrae *de Poësi Fennica* §. 13. Paucis ut quae de Religione illa majorum nostrorum constant, complectamur, plures quidem veneratos fuisse Deos (Jumalat) reperimus, quos partito quasi imperio universae naturae rebusque maxime humanis praeesse credebant; quibus utrum unum aliquem summum atque reliquorum quasi Regem praefecerint, non liquet: imagines vero aut effigies eorum effinxisse nullas, neque vel Templa vel Sacerdotes cultui eorum consecrasse, sed *loca* tamen sacra, ac maxime *lucos, arbores* etc. sacras habuisse, magnaque et multiplici superstitione laborasse, certum est. Agnoscere in his similitudinem manifestam cum aliarum gentium simplicissimarum moribus licet (cfr. JENS KRAFT Sitten der Wilden, III Abh.). Sic de veteribus *Pelasgis* HERODOTUS testatur: *ab initio Deos suos sine nominibus* (sc. postea receptis? Fenni autem nomina diis suis, ex officiis aut munere eorum desumta, antiquitus jam tribuisse videntur) *et sine forma ac specie coluisse,* Lib. II, C. 50—53; ac VARRO apud AUGUSTINUM *(de Civitate Dei* L. IV, 31) *Antiquos Romanos plusquam CLXX annos Deos sine simulacro coluisse,* perhibet; cfr. PLUTARCHUS in *Numa.* Fennos porro nostros *festa* quidem Diis suis annua dicasse, cultumque iis tribuisse novimus, quibus occasionibus *sacrificia* quoque iis obtulisse probabile est [67])? an vero

---

[67]) Caret sane vernacula *sacrificii* nomine domestico; Uhri enim a Svecico Offer esse deflexum, facile apparet. Sed vocabulum Wero, *tributum,* forte apud nos, ut apud Lappones, (quibus idem et *tributum* et *sacrificium* significat) a re sacra ad ci-

victimas mactaverint, dubium videtur: certe nec *hostiae* aut *immolandi* vocabulo vernacula gaudet, nec alia ejus moris vestigia supersunt [68]).

Qui jam ante R. ERICI *Sancti* expeditionem, notitiam quandam Christianae religionis ad Fennos nostros pervenisse existimant; argumentorum loco non nisi conjecturas adferunt suas, easque valde improbabiles. Agmen ducit auctor incertus *Chronici Finlandiae* apud NETTELBLADTIUM l. c. I St. p. 113; cujus sententiam Ill. editor cupidius quam par erat, amplectitur, ib. Not (29) et p. 63, not. (3) ad Praefat. *Chronici Juustenian*i. Quam levis sit anonymi illius auctoritas, saepe jam significavimus: quodque argumenti loco ad confirmandum assertum suum commemorat,

---

vilem traductum, post adoptatam religionem Christianam alteram illam significationem amisit? Caeterum vocabula Pyhä *sanctus*, kumartaa *sese incurvare*, *adorare*, etc., religioni priscae deberi, verisimile est. *Biarmiorum* autem exemplum, quos Narrationes Islandorum et Templa habuisse et idola tradunt, ad nostros majores applicari nullo modo potest, si vel maxime illas veras esse detur: apud Biarmios enim opulentia luxusque major, aliarumque gentium commercium, potuit tales genuisse mores. Nec tamen credibile est, Biarmiorum idolo *nomen* Jumala *proprium* fuisse; sed Norwegi linguae ignari appellativum, *Deum* in genere significans, cum proprio (quod jam ignoramus) facili errore confuderunt.

68) [Iis quae hic de ignoto veteribus Fennis ritu hostias immolandi disputantur, objici posse videtur 1:o Quod in Bulla p. 58 sq. citata, *Gregorius IX* de Paganis *Tavestis* queritur, captos Christianos ab iis, extractis primo visceribus, *daemonibus immolari*: sed poterat haec imputatio ex praecipiti nimis Christianorum interpretatione proficisci; qui cum corpora suorum crudeliter excruciatorum a barbaris flammae tradi viderent, hostiarum loco illa idolis paganorum immolari concludebant? 2:o Quod reliquos populos generis Fennici, hostias obtulisse diis suis, testimoniis indubiis confirmetur. Sed magna in talibus locum habuit varietas. Saepe vicinorum exemplo una gens a cognatorum suorum more discessit. Lappones cornua quidem Rangiferorum diis suis obtulisse notum est; vix autem doceas, eos hostias mactasse?]

varias Russicas picturas in quibusdam templis Finlandiae, *praesertim in Carelia, superesse,* quam ineptum sit, facile quisque videt. Primum enim omnino falsum est, ullas tales picturas Russicas ullo in templo Finlandiae, extra Careliam quidem, repertas aut visas fuisse; nec in ipsa illa Careliae parte quae ad Russos olim pertinuit, in aliis templis quam quae cultui divino hominum Graecae religioni addictorum inservierunt, occurrisse scio, quorum notum est totam structuram ac rationem a nostrorum more templorum abire: nisi forsitan tabula aliqua casu ex Russicis aut terris aut templis in nostra aliquando translata fuit: qua de re mihi tamen nihil innotuit. Deinde, an homini vel parum acuto videri debet verisimile, tales ullas picturas tempore expeditionis *Ericianae* esse antiquiores? Unde auctori constitit, eas vere fuisse Russicas? Etc. Sed nimis diu in narratione judicioque tam puerili confutando, moramur. Nec majori probabilitate se commendant conjecturae quas adfert auctor Diss. *de S. Henrico* P. I, Praef. p. 1 et 2, (qui tamen argumento ex Russicis illis picturis sumto, multum tribuere nec ille videtur), de Christianae doctrinae quantulacunque notitia, per famam et culta cum vicinis commercia, ad Fennos propagata, ac de conatibus inprimis illo aevo superioribus, Botnienses (Orientales?) ad Christianam fidem adducendi. Recte itaque et JUUSTENUS noster primam Christianismi lucem opera demum R. ERICI *Sancti* majoribus nostris illuxisse significat, et eandem sententiam diserte profitetur Auctor *Positionum Historico-Politicarum e Chronico Episcopor.* Ejusdem *excerptarum,* Thes. III, (apud Ill. NETTELBLADT l. c. p. 92).

De ipsa, quam adhibitam fuisse probabile sit, majores nostros convertendi ratione, supra jam egimus p. 23 not. (33); cujus curatius cognoscendae qui studio ducitur, conferre poterit vel Historiam Olai Tryggvonis Norwegiae Regis, vel Germanorum qui Lettos, Livones Estonesque subjugarunt et converterunt, agendi morem, apud GRUBERUM l. c. fuse descriptum: plura ejusdem generis exempla ut praeteream.

Indolem novae Religionis, qualis tum erat, cujus quidem Fennis professio obtrudebatur, opus non est ut depingamus: vel ipsa ratio eandem propagandi, nonnisi in externis quibusdam ritibus formulisque, nihil aut parum certe intellectis, sitam fuisse, satis indicat. Informationem diligentem Baptismi solennitati praemittere, mos seculi parum curavit. (Cfr. ex. g. SCHÖNING Norges Riiges Hist. II D. §. 93, p. 353 sqq.)

Sacerdotes aliquot, praeter *S. Henricum,* et exercitum comitatos fuisse Svecicum, et hic locorum, cum ad cultum Divinum novae coloniae dirigendum solenniterque peragendum, tum ad Fennorum conversionem urgendam relictos, veterum auctorum fide (re etiam ipsa idem suadente), credendum est; idque eo potius, quoniam *Templa* etiam, sacris celebrandis Christianis dicata, Regem victorem, ante suum e Fennia discessum, in his oris aedificasse, tradunt. ISRAËL certe ERLANDI dicit: *Baptisatis plurimis* (Fennis), *fundatis ecclesiis, positoque ibidem - - b. Henrico Episcopo - - institutisque ibi sacerdotibus, ac caeteris quae ad religionem Christiani cultus pertinerent ordinatis, ad Sveciam - - remeavit.* L. c. p. 9. Dubium quidem non est, quin paullo magnificentius haec omnia extollere verbis, et ille et reliqui S. Regis laudatores, studuerint (cfr. VASTOVIUS l. c. Ed. Colon. p. 65 et 69, Benzel. p. 62 et 67; BENZELIUS *Monum. Vet.* p. 34; LANGEBEK l. c. T. IV p. 598 et 600; *Brev. Aros.* Fest. Sanctor. Fol. 24): aliquas tamen cultui Divino celebrando consecratas mox fuisse aedes, templorum licet nomine haud dignas, verisimile utique videri debet. Neque repugnabimus, si ex numero *ecclesiarum* illarum (Kirkior) quas fundasse Regem asserunt, casas illas fuisse quis contendat, quarum reliquiae in *Ylistaro* haud procul a Templo *Kumoënsi,* nec non in vicinia Templi Nousensis, ostentantur, in quibus S. Henricum docuisse, veteris traditionis fide narratur. Cfr. *Diss. de S. Henrico* P. I p. 51, et P. II p. 6, 11 et 15. *Rändämäkiensis* autem Templi, *S. Mariae* dicati (quod omnium in Fennia antiquissimum esse non temere creditur, ac intra

xpertos fuisse sortem, nemo ne-na erepta fuit libertas; bona et ot victoris sese imperio submitte-populo, relicta sunt[71]), cui eodem ncessum mox esse reperimus. Ita-mo nomine majoribus nostris rerum se, censendum est, dudumque agno-religionis et literarum notitia, cultu ne humanioribus, sensim aucta.

(*Fennorum*, *Finnonum* l. *Fennonum*) notum, atque.a Norwegis olim Lappo-i inditum, deinde vero ad nostros quo-eprehensam vel creditam gentis utrius-raductum, cujus sit vel originis vel pri-, nos latet; ita unde *Tavastorum* et *Ta-*a (Tawaster et Tawastland) originem traxe-rie denotet, prorsus item ignoramus. Ipsi uam Häme vel Hämenmaa, seque ipsos Hä-, quorum verborum etymologiam aeque pa-us.

vinciam, licet praeter Lappones, incolas ge-ennici, jam ante expeditionem R. ERICI *Sancti* a dubitemus; tamen hujus occasione eventus s auctam fuisse, valde probabile putamus, ea-

GRUBERI *Orig. Livon.* passim, aliique rerum Li-Estonicarum scriptores.

a reliquis Fennis, paullatim sese submittentibus, sse ademtos reperimus, sed omnes in civitatem re-abile est, eas terras quas colonis Svecis in ora traliori insulisque tributas videmus, a pristinis va-esse incolis, aut bello caesis aut hostium metu au-certe ultra primum belli impetum hoc incolas sedi-endi consilium non fuisse adhibitum, res ipsa docet; s esse vel captivos abductos, vel servos novis co-s, glebaeve, ut loquuntur, adscriptos, deprehendi-autem majorem novorum colonorum partem in Ny-lisse scimus, documento est, in eas partes maximam ruisse; cfr. quae diximus supra p. 16 sq. not. (23).

primum, a Christianae religionis doctrina huc illata, seculum mature perfectum fuisse constat), fundamenta jam tum jacta fuisse, affirmare non audemus; verum annum ejus conditi nosmet ignorare, simul fatentes.

Quomodo caeterum hic Sveci res constituerint, plane nescimus. Nullius neque Praefecti his terris nomen, neque instituti memoria, ad illa usque tempora pertinentis, superest. Non admodum magnam hic relictam fuisse Svecorum manum, probabile est; ut nec illorum qui sese victoribus mox submitterent Christianaeque religionis sibi obtrudi professionem paterentur, Fennorum insignem fuisse multitudinem, credere licet: quamobrem novam hanc provinciam, initio minus validam, gravibus hostium insultibus vexationibusque patuisse reperimus; cujus rei infra documenta obvenient. Multos incolarum, metu vis hostilis, in terras interiores recessisse, (Tavastorumque et auxisse numerum et in advenas Svecos odium excitasse), non improbabiliter disputatur [69]: uti nec a vero abhorret, alios, ac maxime Sinus Fennici accolas, vel ad Carelios sese Ingrosque recepisse, vel mari trajecto ad Estones fugisse, ac magis etiam infensos hos populos in Svecanum Christianumque nomen reddidisse; quorum mox in novam Ecclesiam Fennicam versum furorem armaque fuisse, reperimus. Nec tamen negamus, Lapponibus quoque hanc epocham infaustam fuisse; quorum sedes australiores, Fennis ad interiora Finlandiae loca catervatim migrantibus, coarctatas ademtasque sibi sensim, credere licet.

Longe vero meliorem Fennos, quamprimum Svecorum adjicerentur imperio, quam cognatos sibi Estonas (qui non multo post a Germanis quibusdam subjugati miseraque ser-

---

[69]) *Diss. de S. Henrico* P. II, p. 5. Istam autem Fennorum in superiores provincias fugam, *demum Lapponibus originem pariter ac nomen dedisse*, (cujus asserti auctores ibidem SCHEFFERUS et NETTELBLADIUS laudantur) admodum infelix est conjectura. Vid. quae supra monuimus p. 40, not. (53): cfr. HÖGSTRÖM Beskr. öfwer -- Lapmark. C. 2, §. 4, p. 40.

vitute oppressi sunt[70])), expertos fuisse sortem, nemo nescit. Nemini personalis sua erepta fuit libertas; bona et praedia sua victis, quotquot victoris sese imperio submittebant, sensimque toti sic populo, relicta sunt[71]), cui eodem quo victores frui jure concessum mox esse reperimus. Itaque vere felicem non uno nomine majoribus nostris rerum hanc conversionem fuisse, censendum est, dudumque agnovit grata posteritas, et religionis et literarum notitia, cultu vitae civilis moribusque humanioribus, sensim aucta.

4. Ut *Finnorum (Fennorum, Finnonum* l. *Fennonum)* nomen, genti ipsi ignotum, atque a Norwegis olim Lapponicae primum nationi inditum, deinde vero ad nostros quoque majores (ob deprehensam vel creditam gentis utriusque cognationem) traductum, cujus sit vel originis vel primae significationis, nos latet; ita unde *Tavastorum* et *Tavastiae* vocabulum (Tawaster et Tawastland) originem traxerit, quidque proprie denotet, prorsus item ignoramus. Ipsi quidem terram suam Häme vel Hämenmaa, seque ipsos Hämeläiset vocant; quorum verborum etymologiam aeque parum cognoscimus.

Illam provinciam, licet praeter Lappones, incolas generis quoque Fennici, jam ante expeditionem R. Erici *Sancti* habuisse, non dubitemus; tamen hujus occasione eventus novis coloniis auctam fuisse, valde probabile putamus, ea-

---

70) Cfr. Gruberi *Orig. Livon.* passim, aliique rerum Livonicarum et Estonicarum scriptores.

71) Quia reliquis Fennis, paullatim sese submittentibus, agros non fuisse ademtos reperimus, sed omnes in civitatem receptos; probabile est, eas terras quas colonis Svecis in ora maritima australiori insulisque tributas videmus, a pristinis vacuas relictas esse incolis, aut bello caesis aut hostium metu aufugientibus: certe ultra primum belli impetum hoc incolas sedibus suis exuendi consilium non fuisse adhibitum, res ipsa docet; quorum nullos esse vel captivos abductos, vel servos novis colonis addictos, glebaeve, ut loquuntur, adscriptos, deprehendimus. Quod autem majorem novorum colonorum partem in Nylandia consedisse scimus, documento est, in eas partes maximam belli vim ingruisse; cfr. quae diximus supra p. 16 sq. not. (23).

rumque adventu odium in Svecos, maritimae orae dominos, aut excitatum esse aut vehementer auctum, pariter credimus. Infestos certe in Svecorum coloniam animos gessisse, ab illa sine dubio, paganos convertendi et subjiciendi studio flagrante, etiam lacessitos armisque petitos, vel ex litteris Papae Gregorii IX, a. 1237 datis, liquet; quas legere et apud VASTOVIUM licet, l. c. Ed. Colon. p. 176, et apud GRUBERUM l. c. p. 261 (qui RAYNALDI citat *Annal. Eccles.* T. XIII p. 457): cfr. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I p. 67. Barbarae tum gentis, cujus hoc loco nomen *Tavesti,* primum occurrit, crudelitatem et in Svecos atque Christianos odium depingens Pontifex, simul docet, eosdem *Tavestos jam fuisse a Svecis ad Christianam fidem conversos:* quod ostendit, et novae praecones religionis et novorum sine dubio arma hospitum, interim altius in partes terrae interiores penetrasse, ac solenni ejus temporis convertendi modo veteres irritasse incolas. Quam late vero et religionis Christianae et imperii Svecici fines extendere valuerint, eo difficilius erit, monumentorum ope destitutis accurate determinare, quo incertiores sumus quibus limitibus Tavastorum regio iis temporibus circumscripta fuerit, et annon hoc nomine pagani Fenni quicunque, coloniae Svecicae viciniores, appellari a Svecis (nominis istius, ut videtur auctoribus) consueverint? quorum querelis ad Pontificiam sedem harum rerum notitiam pervenisse, facile intelligitur. Societatem autem Tavastos cum vicinis nationibus, *Careliis* sine dubio, *Ingris, Lappis,* [72] *(Russis* ac forte *Estonibus)* iniisse, iisque instigantibus et adjuvantibus, quibus Svecorum et Christianorum vicinia cum incommoda tum periculosa videbatur, hos aggressos fuisse atque afflixisse, ex iisdem literis discimus; quae docent *Tavestos* illos, *procurantibus inimicis Crucis prope positis, ad antiqui erroris reversos perfidiam, cum quibusdam barbaris novellam ecclesiae Dei plantacionem de Tavestia funditus, Diabolo coadjuvante, subvertisse* etc. Quinam autem illi *Crucis inimici barbarique*

---

[72]) [Vox *Lappis* fortassis delenda est?]

fuerint, cum ex Chronico JUUSTENI nostri colligere licet, (ubi a *Curonibus* et *Ruthenis* primos Ecclesiae Finlandensis Episcopos graviter vexatos esse narrat), tum ex duabus aliis patet Papae Gregorii IX Bullis, quibus novae ecclesiae Finlandensis patrocinium suscepit; quarum una, cum ad *Episcopum et Praepositum Rigensem, Abbatemque de Dunemunde, Cisterciensis Ordinis,* tum ad *Episcopum Lubicensem,* ac item ad *Episcopum Lincopensem, et Abbatem Guthlandensem, Cisterciensis Ordinis,* data est: ubi dicitur *Finlandensem Episcopum, in Finlandia et terris vicinis magnum populum ydolatrie cultui servientem, evangelicando nomen Domini nostri Jesu Christi, de novo acquisivisse eidem.* Ac additur: *Denique Rutheni, qui propinqui sunt eis, minimum* (leg. *maxime?*) *abhorrentes ipsos pro eo quod fidem Katholicam susceperunt, multipliciter deseviunt in eosdem, modis quibus possunt ad eorum interitum et dispendium intendendo.* Quare mandat: *quatenus mercatores de partibus vestris, ne mercimonia cum illis exerceant, donec desinant persequi de novo conversos ad fidem in terris eisdem, — cogatis.* Data est haec Bulla *Perusii X Kal. Februarii, Pontificatus anno II:o* (23 Jan. 1229) [73]). Altera, *Archiepiscopo*

[73]) *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 43. Hujus non meminit Nob. A CELSE. Praeterea aliae tres ejusdem Pontificis Bullae, idem argumentum attingentes, in *Reg. Eccles. Aboënsis* comparent, quarum utraque posterior Nobilissimo A CELSE pariter fuit incognita: prima (Fol. 46) eodem quo illa quam mox laudavimus die *(X Kal. Febr. Pontif. II) Perusii* data, qua *Episcopo Lincopensi, Abbati de Guthlandia, Cist. Ord. et Praeposito de Wisby* significatur, Papam *sub protectione Apostolicae Sedis et sua Episcopum, Clerum et Populum Finlandensem recepisse,* eamque ob caussam mandatur, *quatenus non permittant* (Episcop. et Abbas) *eos temere molestari, molestatores eorum indebitos — per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.* Hanc significare videtur A CELSE l. c. p. 62, n. 5. Altera (Fol. 44), Iisdem *Perusii* item data, *XIII Kal. Marcii,* eodem anno (Pontificatus II); ubi legitur: *Ex parte venerabilis fratris nostri Finlandensis Episcopi fuit propositum coram nobis, quod cum in Dyocesi sua sit novella Christi plantacio, sic animos quorundam de Gudlandie partibus ceca cupiditas occupavit, ut*

Upsalensi et *Episcopo Lincopensi* missa, jubet ut - - inhibeant, ne quis Christianorum paganis in *Karelia, Ingria, Lappia* [74]) et *Watlandia* ferrum, arma vel ligna deferat aut apportet, quo eorum crudelitas in Svecos avertatur: quam crudelitatem sine dubio nova Colonia et Ecclesia Finlandensis, iis vicina, maxime experta fuit. Data fuit haec Bulla, *Lugduni V Id. Jan. Pontificatus III* (9 Jan. 1230); de qua commemorat A CELSE l. c. p. 63. *Lappos* quorum hic mentio fit, eos esse puto, qui in nostra Fennia (adeoque in Tavastorum vicinia) tum adhuc degebant; quos quidem alias Svecici partes imperii, quam coloniam in Fenniae ora nuper conditam infestasse, credibile vix videatur [75]). *Wat-*

---

qui gloriantur in nomine Christiano, paganis intendentibus ad exterminium plantacionis ejusdem, in armis, equis, navigiis, victualibus et aliis mercimoniis subvenire presumant; in quo pares aut eciam superiores in malicia fiunt illis, dum eis ad impugnandos Christianos necessaria subministrant. Cum autem fideles deceat universos, non ad impedimentum sed augmentum religionis intendere christianae, - - monemus - -, quatenus pro divina reverencia mercatoribus de Gutlandia interdicatis et inhibeatis expresse, ne paganis predictis in premissis vel aliis audeant subvenire. Etc. Hujus non meminit Nob. A CELSE: sed legitur in *Reg. Ab.* Fol. 44. Mercatores autem Wisbyenses magis lucri sui quam propagandae religionis studio litasse, non unum hoc exemplum demonstrat; cfr. GRUBER l. c. p. 24. Tertia Bulla data *Anagniae Octava Kalend. Decembris, Pontif. anno VI* (1232), Papa *Militibus Christi in Livonia* injungit, ut *in remissionem peccaminum, ad provinciam Finlandie, pro defendenda novella plantacione ad Christi fidem in ea noviter conversorum, contra infideles Ruthenos personaliter accedentes, cum consilio - - Finlandensis Episcopi, qui assumpsit in premissis partibus negocium fidei ex animo prosequendum, defensioni eorum insisterent viriliter et potenter.* Etc. Ibidem legitur. Paruisse Ordinem Livonicum huic mandato, non est verisimile. De zelo autem et Pontificis, et Episcopi Finlandensis, haec molimina satis loquuntur.

74) [Leg. *Livonia.*]

75) [Quod hic de *Lappis,* ut etiam ad hostes novellae ecclesiae Fennicae pertinentibus disputatur, tollendum est. Decepti nempe fuimus falsa lectione Bullae Papalis hic laudatae

landiam autem Ingriae fuisse tractum putamus circa *Koporiam* situm; in qua regione etiamnum homines habitant a caeteris Ingris dialecto, vestitu moribusque distincti, qui *Watialaiset* (sing. *Watialainen)* appellantur, quosque Lapponibus olim vicinos (cum hi australius etiamnum habitarent) infestosque fuisse inde colligas, quod *Wassjolats* his inimicus hodieque dicatur? [76]). Horum autem hostium insultus maxime Nylandiae oram afflixisse, quibus locis imminentes Tavasti reliquorum illorum paganorum sedibus simul erant viciniores, probabile est; quamvis nec Aboënsi regioni pepercisse, ex JUUSTENI nostri Chronico apparet. Pacatam quidem Fennicam Ecclesiam provinciamque, a prima sua origine ad occupatam usque a Duce Birgero Tavastiam resque hic diligentius constitutas, haud fuisse, vel idem *Chronicon Juustenianum* satis docet, Bullaeque Papales hoc tempore datae, quotquot Fennicas res attingunt, abunde confirmant. Litterae Papae *Alexandri III,* ad *Upsalensem Archiepiscopum et Suffraganeos ejus et Gutormum ducem,* (de quibus supra jam disputavimus, p. 18 sqq. not.

(Gregorii IX, datae *Lugd. V Id. Jan. Pontificatus a. III,* h. e. d. 9 Jan. 1230), atque a Nob. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I,* p. 63, N:o 7 recensitae, ubi hic (post ÖRNHJÄLMIUM et PERINGSKÖLDIUM) legi dicit - - „paganis in Karelia, Ingria, *Lappia* et Watlandia", nos autem, consulto ipso Codice, unde desumta ab illis fuit, ecclesiae Lincopensis, (in R. Bibliotheca Stockh. asservato) scribi reperimus *Lipfie (Lipfiae* vel *Liffiae)* h. e. Livoniae, in confinio utique Ingriae et Watlandiae, sitae.]

[76]) Radix quidem hujus appellationis in lingua exstare Lapponica videtur, ubi *Wassjotet* odisse significat; sed et hoc verbum ab illo nasci potuit? Ac notabile est, eosdem Lappones hostibus, a quibus olim vexatos se fuisse perhibent, nomen *Tjude* indere, (in quo *Tschudi* veterum Chronographorum Russicorum haud obscure agnoscuntur), et pro quo interdum nomen *Karjelek* (Carelii) substituunt. Quod magis etiam confirmat, quam supra laudavimus (p. 39) virorum doctissimorum sententiam, qui *Tschudos* istos Fennici fuisse generis docuerunt. Cfr. *Lexicon Lapponicum* D. D. ER. LINDAHL et JOH. ÖHRLING, in voc. *Wassjolats* et *Tjude.*

(26)), *Tusculi V Id. Sept.* (inter a. 1163 et 1185) scriptae, aut cum Fennis, quos novi advenae vi atque armis ad Christianam profitendam religionem cogere pergebant, aut cum vicinis paganis ob ipsam hanc religionem susceptam eos vexantibus, perpetuo pugnatum esse, demonstrant; nec quas ad *Andream, Archiepiscopum Lundensem,* Papa *Innocentius III* dedit, (Vid. A CELSE l. c. p. 52, n. 16), quaeque THOMAM Episcopum Finlandiae attingere putantur, quietum in his oris statum rerum produnt: de quibus literis diligentius infra disputabimus.

Interim tamen Svecos et neophytos Fennos non modo propagandae religionis Christianae studium diligenter ursisse, sed etiam res suas magis magisque stabilivisse, cum allata evincunt monumenta, tum captum jam a. 1229 consilium Cathedralem Ecclesiam (a *Rändämäki?)* ad locum aptiorem transferendi, confirmat; de quo negotio binas existimat datas fuisse Bullas Papae *Gregorii IX* Nob. A CELSE l. c. p. 62, n. 3 et 4, quae tamen non nisi unica esse videtur [77]), sed illa ad assertum nostrum stabiliendum admodum idonea: qua quidem, ad *Episcopum Lincopensem, Abbatem de Gutlandia, et Praepositum de Wisby* missa, significat Pontifex *Finlandensem Episcopum* sibi *exposuisse, quod in pri-*

---

[77]) Alteram dicit *Perusii XIII Kal. Febr. Pont. II,* datam fuisse; quae eadem est cujus verba adtulimus, sed cui in *Registro Aboënsi* dies *X Kal. Feb.* recte assignatur, quamque in Bullariis *Örnhjälmiano* et *Peringsköldiano* reperiri, vir Nobil. indicat. Alteram, *Episcopo Finlandensi* datam, qua approbatur translatio illa Ecclesiae Cathedralis, ubi viderit, non significat, citans modo ÖRNHJÄLMII *Hist. Eccl.* p. 491, quem non nisi de eadem illa superiore loqui, palam est, licet male apud eum dicatur (vitio forte Typographico?) eandem a. jam 1226 datam fuisse, quem annum falsum esse, manifestum facit Dn. A CELSE. Ipse indicat ÖRNHJÄLMIUS, ex *antiquo Aboënsis Ecclesiae Privilegiorum libro* (s. *Registro Aboënsi)* se eandem descripsisse; ubi non nisi una illa, quam laudavimus, reperitur: quam eandem alio loco (p. 464) anno demum 1228 fuisse scriptam asserit, ad *Bullarii* sui testimonium provocans.

mitiva Christianitatis plantacione[78]) *in partibus illis, Cathedralis Ecclesia sua fuit in loco minus ydoneo constituta*[79]): *unde petebat, ut (cum) nunc plura loca, crescente in eisdem partibus per Dei graciam fide Katholica magis ad hoc commoda esse noscantur, transferri Episcopalem sedem ad locum competenciorem in sua Dyocesi mandaremus. Quocirca - - mandamus, quatenus inquisita super hoc diligencius veritate, si rem inveneritis ita esse, cum consilio ejusdem Episcopi et Clericorum suorum transferatis auctoritate nostra sedem eandem ad locum in eadem Dyocesi magis aptum.* Initium quoque condendae urbis (exstruendaeque forte Arcis) Aboënsis satis mature factum fuisse oportet, si anno jam 1198, quod in vita *Folquini* JUUSTENUS noster tangit, Rutheni

[78]) Itaque non multo post primum Svecorum in has terras adventum conditam, et Episcopalis Sedis hic collocandae consilium captum fuisse, oportet? De quo tempore, ut a sua aetate jam remotiore, loquitur?

[79]) Quis ille locus fuerit, docent haec verba, Bullae hujus apographo in *Registro* vet. *Ecclesiae Aboënsis* reperiundo praescripta: *Bulla Gregorii de translacione ecclesie Katedralis a Raenthamaeki usque huc.* Cur veterem illum locum tam incommodum judicaret Episcopus, difficile jam fuerit ostendere, curque hunc in quo nunc exstructum reperitur Templum Cathedrale, si quidem is ejus consilio delectus fuit, tam parvo intervallo a superiore illo distantem, tanto aptiorem haberet, ut operae existimaret pretium tanta suscipere molimina? Verba expendens Pontificis, ex alia credas Finlandiae parte huc transferri Ecclesiam suam Cathedralem et *Episcopalem sedem* Episcopum voluisse, aut hac ex ora ad aliam transferendi consilium cepisse? Num de loco primi Templi erronea postea obtinuit opinio, unde hoc demum tempore ad *Rändämäki* Episcopus sedem suam transtulit, forte in *Nousis*, ubi sepultus fuit S. Henricus, primo collocatam? Sane opus fuisse successu quodam laetiore in propaganda religione christiana, indeque nata ampliore regionis hujus cognitione non videtur, ad comparandam locorum adeo vicinorum (ac illa sunt quibus Templum Rändämäkiense et Aboënse sita conspiciuntur) opportunitatem. Nec credi facile potest, sermonem esse de Templo quod idem demum hic Episcopus, primum ad hanc oram adveniens, festinanter exstruxerit? Res nondum plene liquet.

hanc urbem incenderunt; a quibus tum factam hic *primam depopulationem* fuisse docet MS. quod supra laudavimus *Palmsköldianum,* quam in caussa fuisse simul significat cur nulla *Folquini* ejusdem acta reperirentur. Ac licet hunc maxime impetum, (quem alii similes nominatorum supra barbarorum, in novae ecclesiae Fennicae coloniaeque Svecicae perniciem tanquam conjuratorum, et praecesserant et subsequebantur), ad religionis Christianae qualemcunque in Fennia herbam penitus fere suffocandam vehementer contulisse existimemus [80]; Svecos tamen hinc omnes expellere haud valuerunt, adeoque nec prohibere quo minus hi vires mox reficerent, novisque aucti subsidiis superiores denuo evaderent. *Thomae* certe adventum Episcopi, (circa a. 1209?) aliquanto majorem iis et animum et zelum addidisse, dubium non est; quem in paganismo opprimendo et Christiana propaganda fide et diligentem et non infelicem fuisse, vel inde patet, quod *lucos et delubra, deputata olim ritibus paganorum, quae „de novo per eum conversi" ad fidem, ecclesiae suae voluntate spontanea contulerant,* Pontif.

---

[80]) In Bulla P. *Honorii III* ad Episcopum Finlandensem *(Thomam?) Laterani idibus Januarii* Pontif. *anno V* data (13 Jan. 1221), dicitur: *Cum, sicut ex literis - - Upsalen. Archiepiscopi nostro est Apostolatui reseratum, Ecclesia tibi commissa „de novo ad agnitionem venerit veritatis", et a circumadjacentibus barbaris nationibus, quae plantationem novellam eradicare nituntur, tribulationes multas sustineat et pressuras, ac earum saevitia ex subtractione mercimonii possit non modicum cohiberi, auctoritate tibi praesentium indulgemus, ut Christianos circummanentes, ne ad eos navigent et victualia seu alia necessaria deferant - - per censuram ecclesiasticam - - compescas.* Vid. VASTOVIUS Ed. Col. p. 170, et ÖRNHJÄLM *Vita Ponti de la Gardie,* p. 28; cfr. A CELSE l. c. p. 58, n. 16. Quod consilium barbaros, commerciis eos intercludendo coërcendi, saepe deinde, ut ex nuper allatis patet, a Pontificibus renovatum, haud sane ineptum fuisset, si Christianorum simul mercatorum compesci potuisset lucri fames, sine quorum avida diligentia nec praedam tanti vendere barbari potuissent, unde perpetuum cupiditati suae alimentum accrevit, nec opes tot expeditionibus, navalibus praecipue, suscipiendis, suffecissent.

Gregorius IX, litteris *Perusii II Kal. Febr. Pontificatus anno II* (d. 31 Jan. 1229) datis, eidem ecclesiae concessit et confirmavit [81]): quas terras non contemnendae amplitudinis pretiique fuisse oportet, quoniam partem earundem Cappellano suo Episcopum haud multo post donasse reperimus [82]), nec credibile est, eum nihil earum vel sibi vel ecclesiae suae Cathedrali reservasse? Caeterum novis hostium et maxime Ruthenorum atque Curonum irruptionibus, quae Episcopum quoque fugam hinc capessere atque in Gothlandiam abire cogebant, res ecclesiae suae vehementer fuisse rursus afflictas, et progressus novae religionis impeditos, facile intelligitur: donec per expeditionem *Birgeri* Ducis, et majore huc trajecto exercitu, et Tavastia devicta, novoque imperio accuratius constituto, confirmato, praesidiisque potentioribus munito, insignis plane in his terris rerum conversio contingeret, firmiorique tandem et religionis et reipublicae securitas et tranquillitas fundamento superstrueretur.

Caussas, easque graves et idoneas expeditionis a BIRGERO *Jarlo,* jussu nomineque Regis ERICI affinis sui, susceptae, post adductas supra de incursionibus, odio hostili et crudelitate Tavastorum in ecclesiam Fennicam Christianam expromta querelas et documenta, opus non est ut operose exquiramus. Magno autem studio sumtuque apparatum fuisse bellum, classemque insignem et numerosam ad Tavastos domandos fuisse missam, veteri scriptori facile cre-

---

[81]) De hac re infra, in vita *Thomae* Episcopi, porro agemus. Cfr. interim A CELSE l. c. p. 62, n. 6. *Delubra* autem, quorum hic mentio fit, aedes aut templa, idolis quasi habitanda tributa ac constructa haud fuisse, sed loca tantum diis venerandis consecrata, forte sepium quodam genere circumdata, notamus. Aedium sacrarum (paganorum cultui dicatarum) nullum habemus nomen vernaculum, nec vel ulla earum ad nos pervenit memoria, vel condendarum consilium conditioni ingenioque gentis convenit. Cfr. supra p. 52.

[82]) Etiam de hac re infra, in vita Episcopi *Thomae,* diligentius disputabitur. Cfr. A CELSE l. c. p. 63, n. 6, et p. 66, n. 21.

dimus [83]); licet dubium non sit, quin poëticis coloribus, pro modulo ingenii, narrationem suam exornare studuerit, expeditionemque ad paganos oppugnandos comparatam, magnifice laudare.

De barbarorum porro diligentia consilioque contra Svecorum sese impetum muniendi atque tuendi quod additur, minorem fidem mereri credas; quos ad latrocinia potius exercenda imparatosque invadendos et omni saevitia vexandos promtos, quam ad justum bellum propulsandum sollertes instructosque fuisse, existimare decet: quippe nulli nec communi parentes imperio, nec disciplinae militari adsvetos. Quare nec sese defendere acriter valuisse, nec magnum Svecis eos aggredientibus terramque eorum armata manu intrantibus negotium exhibuisse, videntur. An de bello tanta vi sibi inferendo apparatuque hostium tam diligenti ac ingenti quidquam antea resciverint, mature quidem satis ad cavendum, dubitari etiam potest. Hoc autem certum est, occurrisse Tavastos Svecis, seseque defendere conatos, sed fusos mox fugatosque fuisse, ac quotquot eorum hostium in manus inciderant, si Christo nomen dare (nihil licet aut parum sibi cognito) ac baptismi ritu initiari haud abnuebant, in fidem receptos, ac neque bonis neque libertate mulctatos [84]); illam vero si recusabant conditionem, neci datos [85]).

---

[83]) Auctori anonymo qui Svetice *Chronicon* composuit *Rhythmicum Majus;* Edit. Hadorph. p. 21 et 22: quem Ericus Olai unice sequitur, *Hist. Svecor. Gothorumque;* Ed. *Messen.* in 4:o p. 108; Ed. *Loccenii* (Holm. 1654, 8:o) p. 58. Ipsi eventui coaevi auctores, qui has res explicent, desiderantur.

[84]) Cfr. *Chronicon Rhythm. Majus,* l. c. p. 22. Cujus interpres Ericus Olai (l. c.) *Datur,* inquit, *optio fugientibus, ut qui vellent fierent Christiani, vita et bonis sibi salvis remanentibus; alioquin tam vita quam bonis exciderent.* Repertus quidem fuit, qui devictis Fennis omne terrarum fundorumque suorum dominium ereptum fuisse, fingere non vereretur; sed bene est, quod veritatis fidem manifestam, non historicis argumentis, sed caussidicorum arte atque ingenio in privatae caussae nescio quod patrocinium temere impugnatam, nihil necesse sit accuratius vindicare.

[85]) Chron. Rhythm. L. c.

Hoo them wille til handa gaa,

Ad quem locum classis Svecica appulerit, veteres non indicant Auctores. Ad *Portum* quidem *Tavastorum* vento secundo delatam fuisse, Ericus Olai dicit; is vero quis fuerit, aut ubi locorum situs, non significat [86]).

Ok Christen warda ok doopet faa,
Honom lato the godz ok liif,
Ok frijd at lifwa uthan alt kijff.
Hwilken Heden ey wille faa,
Honom lato the döden öfwergaa.

Scilicet non cupiditate praedae, ditionisve augendae, sed religionis praecipue Christianae propagandae caussa gerere bellum videri volebant! Praeda tamen locupleti auctos fuisse, idem auctor affirmat, suo modo de Svecorum exercitu ejusque gestis canens:

The Christne lade ther til hampna,
Manga otaliga förgylte stampna,
Matte Hedna män ther see,
Ther mera matte förja än lee:
The toko thera baner ok gingo i land,
Them Christne gick ther wäl i hand,
Thera stölla lato the ther stijna,
Öfwer alt thet land, ok hielma fina;
The wille gerna thera swärd fresta,
Oppa the hedna Tawesta,
Som iak wänte at the giorde,
Gull ok Sölff ok starcka hiorde. (Sc. praedam nacti sunt).
The Tawaste drogo tha undan,
The Hedna tappade, the Christne wunno.

Nimis simplex narratio, quamquam nec illa poëtico ornatu carens, (quo etiam vim auri argentique et pecorum numerosas greges victis barbaris ereptas, *opulentam praedam* Decano Upsaliensi dictam, retulerim?) recentioribus visa est; quare et castra munita Tavastis tribuunt, quorum nullam vetus carmen facit mentionem, et ea quomodo a Svecis sint expugnata describunt, etc.

[86]) Olaus quidem Petri in *Chronico rer. Svecicar.* MS. locum non definit accuratius, quam ut exercitum dicat a Rege transmissum *in Finlandiam:* non audemus tamen, veteris scriptoris contemta plane auctoritate asserere ad coloniam suam in Fennia jam confirmatam, Svecos classem appulisse, atque inde

In vicinia hodiernae urbis *Björneburgensis* exscensionem factam fuisse, suspicari quis possit, quod fluvius ibi mari aquas immiscet ex interioribus Tavastiae partibus delatas; unde eo quasi duce, etsi subeuntibus adverso, in regiones illas penetrare, hoc aevo, cum vix ullas adhuc vias aestate permeabiles Finlandia haberet, imprimis licuisse videri queat [87]). Sed probabiliores tamen rationes a MESSENII stare partibus videntur, qui veterem credo secutus traditionem, Birgerum classe Ostrobotniam petiisse, et non procul ab hodierna urbe *Wasensi* ad littus appulisse, auctor est [88]). Quam sententiam Colonia Svecica in australiore

---

terram Tavastorum armatis copiis ingressos, eam subjugasse; docent allati versus aperte, classem Svecicam hostilem oram recta petiisse, hostes Svecis naves egressis obviam mox venisse etc. Nisi parum accurate auctorem haec tenuisse suspicemur; quod durius tamen fuerit? Mirum autem videri possit, nullius ex vicina colonia Svecica simul in Tavastos, ad vires eorum dividendas etc. factae impressionis, mentionem fieri; nisi manca adeo rerum hoc tempore apud nos gestarum omnis esset memoria, ut ex silentio paucorum inopumque quae supersunt monumentorum concludere nihil liceat. Fortassis minus praeterea sive necessariam sive commodam hujusmodi expeditionem judicabant, aut ob vires coloniae tenues non facile audendam? etc.

[87]) Nec omnino absurde ex Nylandiae ora (ob prope sitas aliorum quoque barbarorum sedes, hostilibus incursionibus maxime exposita) Svecos vicinam adiisse Tavastiam, existimari possit; nisi et classem Svecicam, littus praetervectam Aboënse, haud facile ad longius remotum illud navigasse putes, et Nylandiam praeterea a coloniis Svecicis ita jam fuisse occupatam, ut locus aliquis idoneus *Portui Tavastorum*, cujus vetus scriptor meminit superfuisse vix videatur, quem nec in vicinia coloniae Svecicae proxima situm fuisse, verisimile sit?

[88]) *Scondiae illustratae* T. X. p. 9. Verba ejus, non contemnendam totius hujus expeditionis notitiam exhibentia, haec sunt: „MCCXLIX - - Ericus Sveciae Rex, Finnorum provocatus „*borealium piratica*, transmisso illuc exercitu, per affinem di- „recto Birgerum Jarl, plerosque *Ostrobotniensium*, ad arma con- „volantium, prosternit; his novos ex Svecia colonos sufficit; „Ethnicos ad Christum superstites convertit, in binas cum Sve- „cis divisas parochias, *Pederborensem* (leg. *Pedersörensem*) sci- „licet et *Muserensem* (leg. *Mustasarensem*); occasionem rebel-

hujus provinciae ora maritima collocata, valde confirmat, quam *Birgerum* Ducem huc secum adduxisse, terrasque incolarum qui vel acie ceciderant vel novo domino novaeque religioni fidem obligare detrectaverant (aliasque habitatoribus vacuas) ei tribuisse, exemplum R. ERICI Sancti, quod in Finlandia australi Nylandiaque occupanda dederat imi-

———

„landi erepturus illis, praesidium erigit *Korsholmense*, sub quo „et civitas deinde consurgit. Ubi Sveones, circa eundem (lo„cum?) classe relicta, per nemus interpositum invadunt Tava„stiam, Christoque et Sveciae regno incolas non difficulter subju„gatos Rendamechensi commendant Antistiti, veluti in utriusque „conservandos obedientia, Castri adminiculo, ibi mox suscitato, „et Tavastborg ea propter appellato." Cfr. EJUSD. *Chronicon Rythm. Finlandiae*, p. 18 et 19; nec non ELIAE BRENNERI *Narratio de urbis Wasensis primordiis* (in Wihang til Tidn. utgifne af et Sällskap i Åbo 1785, p. 54), ac MATHESII Disp. de *Ostrobotnia* p. 88. *Fenni Boreales* quorum piratica lacessitos fuisse Svecos dicit MESSENIUS (si fidem haec assertio ejus meretur?) nulli esse alii potuerunt quam *Tavasti* per Ostrobotniam sedes suas ad mare usque protendentes, aut piscatus saltim portuumque opportunitate usi littora haec frequenter adeuntes: qui iidem *Ostrobotniensium* quoque illorum nomine venire censendi sunt, quos ad arma convolasse superatosque fuisse, addit. Certe vetustiora monumenta alios Svecorum hostes hac expeditione vel petitos vel devictos, quam *Tavastos*, ignorant (cf. *Scand.* T. XII, p. 117); nec *Carelios* (s. Savones) ad littora usque Sinus Botnici tum adhuc penetrasse constat? certe australiorem Ostrobotniae oram nunquam attigerunt. Quod in duas fuisse Ecclesias, cum novos, tum veteres (qui Christianam amplexi essent Religionem) incolas divisos affirmat, id vix ab ipso quidem mox factum esse Duce *Birgero*, sed postea ab Episcopo Finlandensi ita fuisse constitutum credas, post exstructa demum iis locis templa; neque verisimile omnino est, Jarlum ad Pedersörensis usque Ecclesiae fines esse progressum. Valde autem probabile videtur, castrum aliquod, ad novos defendendos colonos classemque tutandam, prope locum appulsus fuisse exstructum; si quidem ibi illa relicta fuit, nec aut in Sveciam fuit reversa, aut ad australiora, quod verisimilius putamus, Fenniae littora cursum postea direxit, his securitatem praestitura, exercituique meridiem versus iter tendenti auxilium revertendique tandem in Sveciam praebitura opportunitatem?

tatum, verisimile est; nec enim facile reperire licet, qua alia occasione haec ad illam oram deducta Colonia fuerit? Neque in illa vicinia opportunitas defuit fluvium *Kyroënsem* (vel Ilmolensem) subeundo prope ad fines Tavastorum accedendi; in quorum terras, lacus atque flumina, superato saltu Tavastiae, (qui dicitur,) jugoque illo depressiore (Maanselkä, *Landryggen)* quod hanc provinciam ab Ostrobotnia separat, iter patuit. Credendum vero est, partim per itinera Svecorum qui in Finlandia consederant, Fennorumque neophytorum ad Tavastos convertendos (commerciaque fortasse cum illis, qui pellium pretiosiorum copia inprimis abundabant facienda) olim suscepta, horum locorum opportunitatem ignotam Svecis non fuisse, partim Tavastos captos conversosque duces itineris adhibitos: quod illis tanto fuerit familiarius oportet, quanto est probabilius, et piscandi caussa et forsan etiam praedandi, proximum Ostrobotniae littus eos frequentasse. Certe et veteres quas SCHEFFERUS affert [89]) traditiones confirmant, Tavastos olim Lappones persecutos suaeque egressos regionis finibus, ad littora us-

[89]) *Lapponiae* C. VI, p. 46 sqq. Ostrobotniae regionem superiorem, jugoque quod illam a Tavastia Savolaxiaque separat viciniorem, a Lapponibus diu etiam post fuisse pererratam, qui in his silvis locupletem venatus materiam inveniëbant etc., dubio caret: littora ac inprimis fluviorum ostia piscatui erant commodissima; ubi itaque Tavastos quosdam viciniores domicilia mature collocasse, non est improbabile. Interjecta vero regio humilis et plana, paludibus fuit obtecta, nec vel facile permeabilis vel cultui aptissima, nisi ubi eam fluvii secabant, quorum ripis proximae terrae, sensim exsiccatae, novis incolis sedium capiendarum opportunitatem deinde praebebant. Prisca haec illius facies regionis, vel illa docere satis potest, quam parum probabilis eorum sit opinio, qui regnum Quenorum, multis etiam ante seculis, ibi floruisse ac praecipuam habuisse sedem, existimant! Unde simul patet, quid de illorum sit ingenio sentiendum, qui commemoratam ab ADAMO *Bremensi* (Hist. Eccles. L. III, C. XVII) infelicem *Anundi*, filii *Emundi* Senis Sveciae Regis, in terram Feminarum s. Amazonum (Quenlandiam) expeditionem, ad Ostrobotniae has oras fuisse susceptam conjiciunt? Cfr. Disp. de *S. Henrico* P. I, p. 2, not.

que Sinus Botnici accessisse; et recentiora produnt monumenta, ad incolas Tavastiae dominium quoddam in partes terrarum Ostrobotnicarum olim pertinuisse [90]).

Quod autem Tavastiam per Ducis Birgeri hanc expeditionem Russorum imperio fuisse ereptam, cui antea paruerit, credere se auctor dicit vetustus cui totius hujus belli praecipue debemus notitiam [91]); id opinionis temeritate, et de vera horum populorum illis temporibus conditione minus accurate doctum fecisse, contendimus. Primo enim tantum abest ut ulla in Russorum annalibus exstent vestigia Tavastiae eorum ditioni illa aetate subjectae, ut contra iidem indicent annales neque Careliam, his multo viciniorem, totam plene eorum adhuc tum paruisse imperio [92]). Docet sane MÜLLERUS, in conventione a. 1270 (cujus adhuc supersit exemplum) inter Magnum Principem *Jároslawum* et civitatem Novgorodensem facta, ubi urbes et provincias recenseri ei civitati (ad quam omnis tum septentrionalis Russia pertinebat) subjectas perhibet, nullam *Careliae*

---

[90]) Vid. Literae *Magni Kazi* Praefecti Tavastiae, datae a. 1390, in quibus mentio fit *silvarum, et aquarum pisculentarum, in Boreali Botnia sitarum* (Ikornaskoga ok Fiskewatn, som ligger neer i Bothnen), atque ad praedium tamen *Kandala*, paroeciae Wåno, pertinentium, quas ex veteri *Libro Privilegior. Ecclesiae Aboënsis* depromtas exhibet Dn. *Frantzén* Disp. cit. § 3.

[91]) Chron. Rhythm. majus p. 23.

Thet samma land (Tavastia) wart alt Christit,
Jak troor thet Ryßa Konunger mistit.

Non rem exploratam, sed suam tantum conjecturam se adferre, ipse indicat.

[92]) Pro ea quidem quae ad nos pervenit horum annalium notitia, haec disputamus; qui tamen fatemur, parum adhuc vel de ipsorum auctorum diligentia vel excerptarum inde particularum, quo ad nostras res illustrandas vero pretio, plane nobis rem constare. Post exacte et critice edita, collata atque examinata haec Russicae historiae veteris monumenta, viri linguae et literarum ejus gentis, non minus quam nostrae Historiae periti, hujus arbitrii potestatem demum habebunt.

proprie dictae (multo minus Tavastiae, aliarumve partium Finlandiae occidentalioris) fieri mentionem [93]): quale monumentum, magnae sine dubio in hujusmodi quaestione decidenda, haberi debet auctoritatis.

Ac idem testatur [94]) in *Chronico Novgorodensi* [95]) narrari, Principem Novgorodensem *Demetrium Alexandri* Filium, a. 1278 expeditionem contra Carelios fecisse, totamque eorum terram (viciniores sine dubio ac orientaliores australioresque ejus partes?) igne ferroque atrociter vastasse: quod satis ostendit, in subditis imperii sui illos haud numerasse [96]). Deinde in nostris monumentis nulla

---

[93]) Samml. Rußischer Gesch. V B. p. 417 sq. Scilicet non dubitamus, quin si harum provinciarum ibi facta fuisset mentio, a viro oculatissimo nec in talibus segni hoc observatum legeremus.

[94]) L. c. p. 419. Cfr. LAGERBRING Sw. R. H. Del. 2, C. 14 §. 10, p. 617, et not. (I).

[95]) De hujus Chronici indole consulatur SCHLÖZER Probe Ruß. Annalen p. 40—42.

Caeterum, dissimulandum non est, cum Russos hoc tempore consilia imperii sui dilatandi agitasse avida ambitiosaque, successu haud ubique destituta, tum vicinis barbaris, Careliis, Ingris, Estonibus etc. dudum potentiores, licet his constanter non imperarent, tamen saepe aut sociis expeditionum piraticarum adscitis aut bello vexatis temporarium obsequium partim elicuisse partim extorsisse, munera etiam (sive mavis tributa, pro redemtione vitae et pagorum a vi et incendiis collata,) haud raro iis expressisse videri, atque hinc auctoritate quadam prae reliquis diu jam floruisse. Quae res sine dubio ansam dedit opinionibus, de imperio ac jure illius gentis, magnificentioribus interdum quam pro rei veritate concipiendis: cujus generis errorem, Auctori quoque *Chronici Rhythmici* saepe a nobis laudato imposuisse, probabile est. Cfr. quae de celebrato itidem Sveonum antiquissimo in terras has orientales imperio supra monuimus, p. 48—51. Nimis sunt homines ad mores rationemque antiquissimorum temporum ex suae aetatis indole metiendos ac dijudicandos proni: quamobrem expeditiones piraticas, a privatis saepe hominibus olim temere susceptas, cum posterioris aevi consiliis, provinciarum subjugandarum imperiique stabilis dilatandi mente continuatis, mox comparant.

[96]) Cujus generis illud fuerit imperium, quod in plurimas

omnino occurrunt vestigia vel auxilii a Russis hoc tempore Tavastis exhibiti, vel querelarum de suis subditis a Sve-

---

vicinas gentes Russi exercerent, (nempe tale fere quale littoris Frisici, Belgici, Anglici, Hibernici, Francici, etc. accolae saeculis IX et X a Normannis experiebantur), vel ex iis quae de saepius a Russis occupata Estonia Annales eorum habent, judicium fieri potest. Quamquam enim a. jam 1030 a Principe *Jaroslawo* Wladimiri F. subactos fuisse Estones (h. e. partem eorum bello vexatam ad tributi pendendi necessitatem fuisse adactam; non enim omnes hoc fatum contigisse, vel vetus auctor a *Grubero* editus satis ostendit) et urbem Dorpatensem conditam (h. e. castrum quoddam ibi exstructum) docent; tamen a. 1133 et a. 1262 similes rursus contra eosdem Estones expeditiones a *Wsewolodo* Mstislawi Filio et *Demetrio* Alexandri Filio fuisse susceptas, atque Dorpatum occupatum, legimus. Vid. MÜLLER l. c. p. 396, 398 et 415; coll. T. I, p. 310, not. 11. Cfr. GRUBER *Orig. Livon.* p. 81 et 161. Nempe prout vel ferociores potentioresque erant, atque exercitu terram vicinorum infestare valebant, vel internis turbis aut externis bellis ab hujusmodi expeditionibus repetendis arcebantur; ita tributa iis vel solvebantur vel recusabantur. Cfr. GRUBER l. c. p. 26. Quare in *Chronico Slavor.* L. VII. C. IX. s. 10. recte dicit ARNOLDUS *Lubecensis*, apud eundem GRUBERUM p. 195: „Rex Russiae de Plosceke de Livonibus *quandoque tributum colligere* consueverat." Morem autem agendi quo usi sunt, vel ex uno exemplo, veteris scriptoris verbis allato, discere licet, qui, *Post hoc* inquit *Nogardenses miserunt Regem Vyesceka, -- committentes ei dominium in Darbeta* (castrum Dorpatense) *et in aliis provinciis quas sibi posset subjugare. 'Et venit idem Rex cum viris suis in Darbetam, et receperunt eum Castrenses cum gaudio, ut fortiores contra Teutonicos efficerentur, et dederunt ei tributa de circumjacentibus provinciis, et quicunque tributa non dependebant, exercitum contra eos direxit, et devastavit omnes terras sibi rebelles.* Vid. GRUBER l. c. p. 161. Non autem Russi soli hoc modo Estonibus tributa extorquere solebant. Principem Norvegum OLAUM Haraldi F. (Sanctum) similes expeditiones in Oesiliam (ut et in Gotlandiam, etc.) suscepisse, et tributa ab incolis accepisse, docet STURLONIDES (l. c. *Hist. S. Olafi*, C. VI, VII, VIII). Nec vel exemplis ille superiorum, nec imitatoribus, caruit. In universum de more Russorum, circumjacentes sibi nationes subjiciendi, (non illo sane neque incommodo neque imprudente, sed ad imperium in easdem constans ac perpetuum reddendum non aeque semper idoneo) memorabile exhi-

eorum exercitu violatis, aut litium Svecis a Russorum parte hoc nomine motarum [97]); quin laudatae supra (p. 58 sqq.) literae Papales contra docent, non nisi *procurasse* gentes prope positas (inter quas Russos vel praecipue intendi palam fecimus) ut Tavasti coloniam Svecicam novamque Ecclesiam Fennicam vexarent, quod de populo Russis vere subjecto dictum vix credas. Cumque nec ullius praeterea exstent vestigia Castri a Russis in Tavastia, vel pro defendenda contra hostes provincia exstructi, vel imperii contra incolarum sive levitatem sive ferocitatem firmandi consilio muniti; nullum superesse dubium videtur, quin Tavasti sui hoc tempore juris nulliquo alienae potestati, post ecclesiae

---

bet testimonium vetus scriptor apud eundem GRUBERUM p. 85, dicens: *Est enim consvetudo Regum Ruthenorum, quamcunque gentem expugnaverint, non fidei Christianae subjicere,* (quare etiam nostris priscis scriptoribus pari cum paganis loco habentur), *sed ad solvendum sibi tributum et pecuniam subjugare.*

[97]) Jura tamen sua sive vera sive opinata haud neglexisse, vel ex legatione patet, quam sub hoc fere tempore Magnus Dux *Alexander* Jaroslavi Filius ad Regem Norvegiae *Haconem* misit, ob controversias quae inter Regni utriusque incolas in Finmarchiae confiniis intercedebant; de qua re haec habet TORFAEUS (Hist. Norvegicae P. IV, C. 40, p. 265 sq.): „Hac „eadem hyeme (a. 1251?) qua Nidarosiae residebat Rex, legati „Regis Holmgardi, seu Russiae, Alexandri accesserunt, de con„tentionibus Praefectorum Regis Finmarchensium cum *Kyrialis,* „*sive Carelis, qui Russiae Regis tributarii erant,* questi. Hi enim „mutuis se invicem caedibus latrociniisque infestabant; id vero „qua componi optime ratione posset, in consilio disputatum. - - - - „Rex verno tempore suos una cum Russicis illis legatos Holm„gardum mittit; - - - - Ibi tum nova pace, redactis in concordiam „provinciis, cautum ne Kyriali Finnis, nec hi illis in posterum „nocerent; quod tamen haud diu duravit.“ E quo loco simul intelligitur, partem Careliae, ac illam quidem quae septentrioni proxima fines Finmarkiae Norvegicae attigit, Russis jam fuisse subjectam (pro qua itaque defendenda solliciti erant,) quo tempore aliam hujus regionis partem (eam quae ad nostram propius spectabat patriam?) hostiliter vastabant: quod nec videri mirum debet, cogitanti Novgorodenses potentiam suam, non unam ob caussam, Mare Album versus ac Provincias Dwinae vicinas, extendere jam diu laborasse.

quidem Christianae a Svecis in illa regione fundatae exstinctionem (cfr. supra p. 58) subjecti vixerint. Societate vero cum Russis atque amicitia conjunctos, communi in Svecos odio flagrasse, ac horum consilia armis fidem Christianam propagandi, impedire studuisse, et per se verisimile est, et ex adductis supra testimoniis luculenter patet: confirmaturque eorundem Russorum, in simili consilio Teutonum, Estones convertere et subjugare adnixorum impediendo, prudenter satis inita ratione. Cfr. GRUBER l. c. p. 161, etc. Magnum tamen Principem Russiae *Alexandrum* (Newski dictum), Svecorum in Finlandia progressibus ipsum semet palam opposuisse, quod conjecerunt viri illustres, non affirmaverim; nec quae de victoria ab eo de Svecis (consilia sc. haec sua impedire conantibus) ad Newam reportata ex Russorum Legendis afferuntur [98]), digna esse puto quae patriae Historiae inserantur monumentis.

Quam late per Tavastiam arma sua Dux circumtulerit, quamque ejus subjugaverit partem, definire haud valemus. Verisimile autem est, praeter eam regionem quae

---

[98]) Vitam Magni Principis *Alexander Newski* cognominati, qualem Russi olim adornarunt, ejusdem esse commatis ac plerasque Legendas Sanctorum ab Occidentalibus Christianis consarcinatas, a partium studio vacuus nemo puto non videbit, qui vel breve ejus quod exhibet Ill. MÜLLERUS l. c. T. I, p. 281—314, compendium examinaverit. Tempora, nationes et eventus interdum confudisse, omnia in majus extulisse, fictis miraculis exornasse, apertum est: fortassis etiam facta ei adscripta sunt, quae postea demum contigerunt? Sed non vacat in haec inquirere. Si, quae de Rege Romano victo Legenda Russica narrat, ad bellum tempore Regis *Birgeri*, adeoque post mortem demum *Alexandri* cum Russis gesti non sit potius referendum, quod se aliquando suspicatum fuisse ipse significat MÜLLERUS (l. c. p. 284, not.), credi potest expeditionem indigitari a privato aliquo vel Sveco vel Dano, sive *Johanne* Duce (de quo cfr. Chron. Rhythm. p. 33, ERICUS OLAI p. 62, Ed. Locc.) sive alio, paganis debellandis laudem et veniam peccatorum, more temporis acquisituro, conjuncte cum Equitibus Livonicis susceptam. Vid. LAGERBRING l. c. P. II, C. 12, §. 38 et 39, p. 369 sqq. Cfr. *St. Petersburg. Journal*, 1777, p. 409—418.

Satacundiae [99]) venit nomine, provinciam *Tavastiae*, quae proprie dicitur, lacubus varie sectam, communicationem tamen et commune effluvium aquarum habentibus, qua quidem habitata jam fuit, aut hoc tempore, aut per relictas a Birgero copias, non multo serius, ad lacum usque *Päjjäne*, imperio subjectam fuisse Svecico. Borealiorem vero tractum, maximeque ditionem Rautalambensem, nullos adhuc alios, praeter Lappones, certos habuisse incolas, indubia fide constat. (Vid. Åbo Tidn. 1778, N. 21).

Post occupatam pacatamque armis provinciam, Castrum firmandae dominationis continendorumque in officio incolarum caussa Ducem communiisse, diserte veteres tradunt auctores; cui nomen datum *Tavastaborg*, unde postea *Tavasthus* effectum, quod aliquando etiam *Kronoborg* appellatum fuisse, testantur [100]). Coloniam quoque Svecicam

---

[99]) Hujus nominis quae sit origo, nosmet plane latet. Interpretari autem licet *regionem centenariam* vel *centumpaganam* (centum vel fundos vel pagos complectentem?) a vocabulis Fennicis Sata centum, et Kunda enclitico, *tractum*, *societatem*, *coetum* vel *complexum* quemcunque rerum plurium conjunctarum significante: ut Maakunda (a Maa terra, regio) *totum imperium*, Metzäkunda *tractus silvestris*, Kyläkunda *totus pagus*, (Bylag), Hippakunda *Dioecesis Episcopalis*, Päiwäkunda *spatium diei et noctis*, Ikäkunda *tota aetas*, etc. An a Svecorum Hundari imitatione expressum est, ad *Territorium* significandum quod caput quasi regionis recens occupatae primo constitutum fuit, ac ubi colonia aliqua Svecica (quae postea periit aut cum veteribus terrae incolis confusa evanuit?) collocata tum fuit; forte in paroecia *Birkala*, cujus ipsum nomen, Svecici soni, *oppidanorum* quendam coetum qui sedes ibi delegerit, prodere existimetur? Cui opinioni firmamentum inde aliquod accedere possit putari, quod hujus paroeciae Templum, circumpositorum fuisse antiquissimum et primis temporibus in tota hac regione unicum, veteri tradi fama dicatur, eamque ob caussam etiamnum Wanha-Kircko, *templum vetus*, appelletur? Cfr. Cel. P. A. Gadd Beskr. öfwer Satacunda Häraders Norra del, p. 10, not. Sed incertis hujusmodi immorari conjecturis, non attinet.

[100]) Chron. Rhythm. Majus p. 23:
The Christne bygde ther et Fäste,
Ok satte ther i bade wänner ok näste;

in devictam bello regionem fuisse deductam, testimonio antiqui scriptoris constat indubio; cui tamen utrum in Tavastia proprie dicta sedes assignata fuerit, an in ea Ostrobotniae ora ubi adhuc Svecicorum colonorum posteri reperiuntur, dubium videri queat? posteriore tamen sententia veri specie majore semet commendante [101]).

Thet Huus thet heter Tawastaborg,
The Hedne hafwa än therföre sorg.

Ericus Olai l. c. p. 59 (Ed. Loccen.): *Multis igitur Christianis effectis, validissimis muris fortalitium extruitur, et Tavastaborg appellatur, ac munitione necessaria roboratur, custodibus deputatis.*

Alio autem loco, res anni 1496 describens, *Chron. Rhythm.* habet (p. 545):

The drogo in för Kronaborg.
Man plägar thet Tawastahus kalla.

In Literis Regis Birgeri, *dat. a. 1308, in crastino annunt. Mariae* (apud Hadorph. Bih. til Rijm-Chrönikorne, p. 1 sqq.) jam vocatur *Tavestahus;* cfr. ib. p. 9. Non modo *ad continendos in obedientia indigenas,* sed etiam ut a *Russorum tutiores redderet incursionibus* (Careliorum nempe, Russis conjunctorum, aut his ducibus utentium), castrum hoc Ducem erexisse, haud improbabiliter docet Messenius, *Scond.* T. II. p. 36, et T. XII p. 117.

[101]) Chron. Rhythm. l. c.

The satte thet land med Christna män, (ita Svecos appellat)
Swa som jak wänter thet star än.

Ultima haec verba docent, scriptoris aevo eam adhuc floruisse coloniam; unde aliam quam Ostrobotniensem illam intendisse, vix potuit: quae res Messenii narrationi de loco appulsus Classis Svecicae, ad Tavastos oppugnandos missae, haud parum simul addit firmamenti. Cfr. supra p. 68 sq. not. (88). Alteri vero favet opinioni, quod coloniam constitutam Castri munitioni subjungat auctor vetus: praeterquam quod in paroecia *Birkala* varia ostententur vestigia antiquitatis, quae priscorum mores Svecorum prodere credas; ex. g. Käräjän Törmä, *tumulus e quo judicia olim fuerint dicta, Tumulus sepulcralis* in insula *Räukarin saari* (in lacu Näsijärvi) ubi fragmina *urnae sepulcralis* re-

Templorum etiam quorundam aedificandorum *Birgerum* fuisse auctorem, a consilio ejus, incolas ad Christianae religionis professionem adducere studentis, haud est alienum; certis vero demonstrari posse argumentis, non credimus [102]: nec quomodo caeterum res provinciae constituerit, aut cui eam regendam tradiderit, constat.

MESSENIUS Episcopo Finlandensi (*Beroni*, Cancellario Regis et ejus consangvineo?) civilem quoque in suae Dioecesis incolas commissam potestatem fuisse, existimasse videtur [103]; quam rem nos affirmare non audemus: qui pariter quae hujus regionis hoc tempore facies ac quis cultus

---

perta sunt? quamquam haec ad aetatem Christianis temporibus superiorem spectare videntur? Cfr. supra p. 76, not. (99).

[102]) *Hattulense* templum aedificasse, quod hinc omnium in Tavastia sit antiquissimum, asserit Auctor ill. *Vitae Ducis Birgeri* Stockholmiae 1754 Svet. editae, p. 77; quo subnixus veterum testimonio? hactenus nescimus. Nec aliud habet quo hanc eandem confirmet opinionem LIMNELL *Disp. de Tavastia* Cap. Post. §. 5, p. 31, nisi famam incertam. Verba ejus talia sunt: *Sexta est Paroecia* Hattula, *cujus templum primarium lapideum vetustissimum est, coaevumque, ut fama fert, arci Tavasteburgensi.* Inter antiquissimas illius terrae Ecclesias fuisse, certum est; anno enim jam 1324 Episcopum Aboënsem *Benedictum* eam visitasse, discimus ex literis ejusdem, datis *in curia sua Vanö* (a. 1324), *die beatae Priscae virginis,* ubi dicit se *procurationis suae officium in Hattalum egisse.* Vid. Lib. Eccles. Aboëns. Fol. 152; in quo libro nullae reperiuntur literae, in Castro Tavastiae datae, anno 1319 superiores. Ecclesias autem *Våno* et *Hauho* suos pariter eodem fere tempore jam habuisse Pastores, ex literis patet quas a. 1329 *Martinus Curatus in Haw* et *Johannes Curatus de Vaanö* sigillis suis appositis confirmasse leguntur; Ibid. Fol. 150. Ac ante a. 1340 Ecclesiam quoque *Sääxmäki* suum jam habuisse *Rectorem* sive pastorem, indidem discimus Fol. 1 et 3.

[103]) Vid. verba ejus supra, p. 69, not. (88) allata, quibus affirmat Tavastos *Christo et Sveciae regno subjugatos* (Ducem) *Rendamechensi commendasse Antistiti, veluti in utriusque conservandos obedientia, Castri adminiculo,* caet. Sed firmamenta sententiae suae idonea desiderantur. Quin autem obedientiae Episcopi Finlandensis in spiritualibus, ut loqui solebant, subjicerentur, dubium non est.

fuerit, ignoramus [104]). Ultra annum Ducem in Finlandia detentum esse, ac sequente demum anno 1250 in Sveciam,

[104]) Vastis fuisse adhuc silvis obtectam, certum haberi potest. Unde et aliorum loco redituum, Episcopo *quatuor pelles* (Sciurorum? an Erminearum?) quemque, sive patrem familias sive virum adultum, pendere jussum fuisse, novimus; cfr. Bihang til Åbo Tidn. 1785, p. 126. Quod tributum exigui haud fuisse valoris, (adeoque nec venationis opportunitatem nec numerum incolarum contemnendum) vel ex infra scriptis literis colligere licet: *Universis presentes litteras inspecturis* Johannes Curatus in Vanö, Sveno et Benedictus Fratres sui, *salutem in Domino sempiternam. Per presentes noverint universi, nos venerabili Patri Domino* Benedicto, *Dei gracia Episcopo Aboensi, unum Fyärdingxbol et unum atansbol terrae in villa* Jumalaby *in* Alandia, *pro quarta pelle tributi Episcopalis de Tavastia, que per officiales Domini* Karuli *de Ecclesia* Haw *sublata fuit, inpignerasse, tali cum prehabita racione, quod si predicta pellis aut ejusdem valoris, sufficiens in predictam Ecclesiam* Haw *infra festum sancti Martini futurum proximum restituta non fuerit, memorata terra,* in quantum se per octoginta Marchas Denariorium extendit, *eidem Patri Venerabili memorato et ecclesie remanebit perpetuo possidenda. In cujus rei testimonium, quia sigilla propria non habuimus, sigilla virorum discretorum Hermanni Hundaebaeth et Nicolai Fillandh, civium Aboensium, presentibus duximus apponenda. Actum* Kustu *Anno Domini MCCCXXX tercio, in dominica passionis.* Exstant in Libro Privilegior. Eccles. Aboënsis saepe laudato, Fol. 5. Ad eas autem intelligendas notandum est, Tavastos tres quidem pelles Episcopo pendere non recusasse; de quarta controversiam fuisse, ut pluribus infra docebitur. Ac dubium non est, quin post expugnatam a Svecis provinciam, silvae multae sensim excisae, agriculturaque aucta fuerit. Anno certe jam 1334 floruisse quodammodo necesse est, quoniam in literis, eodem anno, *Dominica proxima post Egidii Abbatis,* communiter datis, Rex *Magnus* et Episcopus *Benedictus* dicunt, se *in sedacionem controversie inter Dominos Curatos Ecclesiarum Terre Tavastie ex una parte, et rusticos ibidem ex altera, - - ventilate, - - Composicionem et pactum fecisse et stabilivisse - - - - quod singulis Curatorum per parrochianos suos* de quolibet aratro due carpe ordei planate, vulgariter dicte strucnekarpe, item racione apparatus una planata carpa avene, *et nihil amplius nomine* apparatus, (dari debeant). *Item tantum feni de tribus aratris quantum de uno aratro ad Castrum dari et deferri solet. Omnia vero alia juri*

morte Regis revocatum, transmisisse; communi scriptores consensu tradunt. Unde verum expeditionis hujus susceptae annum, 1249 fuisse, MESSENIUS recte jam asseruit [105]).

Quod illustrem atque de patria sua immortaliter meritum Ducem BIRGERUM, Auctor noster quasi minus sibi notum *quendam Birgerum Jaerl,* appellat, id non tam vel contemtui cuidam vel ignorantiae tribuendum, quam stili curae minus diligenti, more temporis adhibitae. Cui eidem adscribere decet, quod *Birgerum* nominet *generum* Erici Regis Sveciae, quem *sororis maritum* dicere debuisset; in quo ERICUM OLAI praeeuntem habet, qui *Chronici Rhythmici* auctorem male intellexit, apud quem Hans (Regis) Magh, ampliore vocabuli quam qua vulgo nunc venit significatione, appellatur, licet sororem Regis *Ingeburgim* in matrimonio

---

Sacerdotali debita, quomodolibet nominata, secundum antiquitus inductam consuetudinem annuatim exequi a modo in perpetuum tenebuntur. Leguntur ibid. Fol. 5. Cfr. Bih. til Åbo Tidn. 1785, p. 123, et quae ibidem p. 112 sqq. de Edicto R. *Magni* eod. anno, *sexta feria proxima ante Philippi et Jacobi Apostolorum,* scripto, disputantur. Ad hanc eandem rem confirmandam atque illustrandam pertinet Bulla Papae *Benedicti XII,* data *Avenione* XVI Kal. Julii, *Pontificatus* sui *anno sexto* (die 16 Junii 1340); qua ad petitionem *Henrici, Hartmani* F., Rectoris *parrochialis Ecclesiae de Säxamäki,* severe improbat contumaciam nonnullorum parrochianorum ipsius, qui *de proventibus terrarum, vinearum, ortorum, molendinorum, pratorum, possessionum ac aliorum bonorum que infra limites parrochie ipsius ecclesie obtinent, decimas eidem ecclesie solvere indebite contradicebant, quandam pravam consuetudinem, que corruptela dicenda est pocius, pretendentes, videlicet quod de talibus nulli adhuc decimas persolverunt.* Unde intelligitur, auctam et extensam eo tempore vehementer fuisse Tavastorum in agris colendis industriam. Cfr. cit. Bih. til Åbo Tidn. 1785, p. 124, not.

[105]) *Scond.* T. XIII, not DLXXXVII, p. 68 et 69. Quare etiam lectionem quam Codex Bibliothecae nostrae Academicae habet, in edendo JUUSTENI textu, trium reliquorum quos vidimus consensui praetulimus, licet illa quidem pars Codicis non antiqua, sed *Henrici Brenneri* manu scripta sit; ita ut suspicari sane liceat, errorem hunc ab ipso *Juusteno* esse?

habuisse, expressis verbis simul doceat. (Cfr. IHRE *Glossar.* voc. Måg).

Παρόραμα vero manifestum haberi debet, quod auctor Dissertationis *de S. Henrico,* P. I, §. II, p. 6, BIRGERUM Ducem, *comite Petro Arosiensium Episcopo, Tavastios religionis pariter atque imperii Sveonum obnoxios esse jussisse,* dicit; quem Episcopum *Petrum* THORKILLO CANUTI, Regni Marscalco, *Carelios* quadraginta circiter annis serius domanti, hujusmodi operam praestitisse, narrari notum est, et infra commemorabitur. Expeditionis autem in Tavastos susceptae alium Praesulem, Archiepiscopum nempe Upsalensem *Jarlerum,* auctorem et suasorem Regi fuisse, JOHANNES MAGNUS contendit; nullo tamen neque ille assertionem suam argumento confirmans, ac quamcunque caeterum avide quaerens occasionem, Episcoporum, atque Upsalensium maxime Antistitum, laudes et de republica et populo Sueonico merita inculcandi [106]). Non tamen improbabile est, Archiepiscopum ut et Suffraganeos suos, gravi Pontificis mandato esse obsecutos, a quo *viros Catholicos in regno Svetiorum et vicinis insulis positos, ut contra* Tavastos *apostatas et barbaros crucis signaculum assumentes, ipsos viriliter et potenter expugnarent, praeceptis salutaribus inducere,*

---

106) *Gothor. Sveonumque Hist.* Lib. XIX, C. XV. Verba ejus sunt: *Ad hoc quoque tam necessarium negotium* (bellum Tavastis inferendum) *continuas preces adhibuit prudens et optimus Archiepiscopus Upsalensis Jarlerus, sive, ut alii dicunt, Olaus, Jarleri antecessor. Qui --- non quievit, donec ejus potenti et efficaci opera interveniente, infinitas animas diabolica fraude deceptas, ad ovile Christi perductas videret.* Successum vero expeditionis exponens addit: *qui* (Tavasti) *non solum Christi fidem integro pectore admiserunt, eamque hactenus tam incorrupte praestiterunt, ut et optimi Christiani et fidelissimi erga Svetiae Principes semper fuerint aestimati: digni profecto quod a Regiis Praefectis et terrarum dominis minus, quam modo fit, gravarentur.* Quam *boni Christiani,* per Pontificiae Religionis apud nos dominantis tempora fuerint, non dixerim: sed fidelitatis in imperantes laude recte ornari, nemo negare potest; nec indulgenter aut benigne semper pro merito tractatos fuisse, fatendum sane ac dolendum est!

utique jussi sunt [107]): quam auctoritatem non parum ad bellum incitandum Svecicique exercitus et numerum augendum et animos inflammandos valuisse, credendum est.

5. De expeditione, a laudatissimo illo Regni Marscalco et Regis *Birgeri* adhuc adolescentuli tutore THORKILLO CANUTI suscepta, qua perfecit ut tota tandem Fennia nostra imperio subjiceretur Svecico, paullo accuratior quam de superioribus R. ERICI et Ducis BIRGERI rebus apud nos gestis superest notitia. In Carelico igitur hoc bello describendo opus non est ut operose versemur; de quo consulantur cum *Chronicon Rhythmicum Majus* (l. c. p. 56—70) et ERICUS OLAI (l. c. Ed. Locc. p. 83, 86—89), tum LAGERBRING (l. c. II D. C. 17, §. 10, 11 et 12, p. 670—680).

Caussas illius suscipiendi graves justasque Svecis haud defuisse, vel ex superioribus intelligi satis potest; quas nervose expositas legere licet in Literis Regis BIRGERI *Advocatis et Consulibus civitatis Lybecensis maritimarumque civitatum mare orientale* (Östersjön) *frequentantium*, datis Örebro IIII non. Martii 1295 [108]), ubi dicit: *Hinc est,*

[107]) Bullam hanc Papae *Gregorii IX* a. 1237 datam, supra jam allegavimus (p. 58).

Num ex nomine propugnaculi *Tavesta-Skans*, in paroecia Sudermanniae *Skyllinge*, ubi effluit lacus *Vamelen* olim exstructi, cujus adhuc superesse rudera dicuntur, inferre liceat, vel piratarum Tavastensium aliquam in illa loca irruptionem, vel aliam nominis utriusque affinitatem? non dixerim. Indicare tamen, antequam a Tavastorum antiquis rebus persequendis discederemus, etiam hanc voluimus, obscuri vocabuli significationem exquirendi, semitam? Cfr. de hujus castri situ et ruderibus RHYZELII *Sviog. Munita*, p. 190, et TUNELDS *Geogr.* öfwer Swerige V. Upl. I D. p. 125 (VI Upl. 1 B. 2 D. 1 C. p. 27).

Sunt qui Ducem BIRGERUM, dum in Fennia versaretur, Arcem quoque Aboënsem (alii addunt *Castelholmensem* in Alandia) aut primum exstruxisse, aut certe reparasse ac ornasse tradant: cujus autem rei testimonia et argumenta idonea nos latent. Cfr. BOTIN Sw. Folkets Hist. 5:te Tidehw. 10 C. p. 393.

[108]) Apud DREYERUM, *Specim. Juris Publici Lubecensis,*

quod quandoque paganos Karelos, qui multis retroactis temporibus latrocinia, spolia et infinita enormia, nulli parcentes sexui, statui vel aetati, utpote vivos excoriando, captivos plurimos eviscerando, diversorum tormentorum genera nostris non tantum, sed et plerisque mare orientale visitantibus inferebant, ob unitatem fidei catholicae dilatandam, miserorum miseriis condolentes ad fidem convertimus Christianam, et cum ingenti exercitu et sumtibus laboriosis castrum Viborg ereximus, ad honorem Dei Virginisque gloriosae, ad Regni nostri tuitionem, nec non ad securitatem mare transeuntium et pacem. Verum neque Romani praeterea Pontificis vel exhortatione auctoritateque ad hanc expeditionem suscipiendam, vel auxilio quale Ethnicos bello aggredientibus suppeditare iis temporibus lubenter solebat, nempe facultate *crucem* contra hos infideles *praedicandi,* (ut appellare moris erat), destituebantur. Quod ex Literis patet Papae, ad Electum Upsalensem tempore jam R. WALDEMARI datis, (quarum copiam benigne nobis fecit Generosiss. Dn. *Aulae Caerimoniarum Magister caet.* CAROLUS FRIDERICUS FREDENHEIM [109])); ubi dicit Pontifex: - - - - „Sane literarum carissimi

p. 174, citante LAGERBRINGIO l. c. §. 9, not. (3), et §. 10 not. p. 670 et 673.

[109]) Habetur in Bullarum copia, ex Archivo Romano depromtarum, quarum exemplis nitidissime scriptis, Virum Generosissimum, Papa PIUS VI, in Patriae nostrae Historiae insigne commodum, munifice ornavit. Et hanc et quasdam alias, ad Fennicas res illustrandas pertinentes, veniam Generos. Possessoris nactus liberalissimam, in *Sylloge Monumentorum* huic operi adjicienda, suo loco integras dabo. Dolet in adscriptis nostro exemplo notulis eruditis Max. Rev. et Cel. *Praepositus* caet. CAR. GUST. NORDIN, arbiter sane hujusmodi rerum idoneus, *omnia quasi conspirare ad extinguendam facem, qua ad hujus Bullae aetatem indagandam duceremur. Non Papae, non Archiepiscopi nomen: non locum, non pontificatus annum etc.* extare. *Ex iis* tamen *quae habent Litterae de Waldemaro per Sveciam regnante, et de Electo Ecclesiam Upsalensem curante, conjicit eas datas intra a. 1270 et 1274; adeoque a Papa Gregorio X ad Folkonem Archiepiscopum. Cumque haec Formula,* ut dicitur, (e *Formulis* namque esse *Marini Ebuli, Formulam 2774, p.*

„in Christo filii nostri Valdemari, Svetie Regis illustris, te„nor amarissimus nostrum auditum tribuit [110]) et animum, „de gravissimis et duris insultibus, quos ejusdem Regni fi„deles ab inimicis Christi qui Cariali vulgariter appellan„tur, et a Paganis aliis circumjacentium partium [111]) sepe „sepius patiuntur. Verum inter alia diversa discrimina „quae apud [112]) dicto regno intulit hujus generationis per„fidia et crudelis [113]), hoc anno precipue quasdam partes „ipsius Regni furiose ingrediens [114]), multos de fidelibus „ipsius interfecit immaniter, plurium effudit sangvinem, mul„tasque villas et terras consumpsit incendio, prophanavit „quoque sanctuaria et diversa pia loca divino cultui depu„tata, multis privilegiis [115]) sacro fonte renatis secum ad„ductis miserabiliter, quos pro dolor! ritibus prophanis in„structos suae servituti gravissimae dampnabiliter applica„vit, pauendo [116]), sicut dicitur, in furore sui animi et vehe-

---

275 *t. Cod. Mscr. in Archivo Pontif. Roman.* in adscripta margini apographi primi nota dicitur) *variis naevis scatere, conspiciatur,* plerosque corrigendi rationem simul proponit: quam itaque subjiciemus.

110) Leg. *tribulavit.* NORDIN.

111) Ingros, Watlandos etc. Puto etiam *Russos* intelligi!

112) Leg. forte *ante.* NORDIN.

113) Leg. *Crudelitas.*

114) Incursionem vehementem in vicinam Tavastiam nuper a Svecis domitam, reliquasque Finlandiae regiones factam, indicari existimo, cujus nulla caeterum alia, ad nos pervenit memoria. Si alias quam remotas has, neque semper debita cura protectas, imperii partes, tanta calamitas contigisset; aliqua puto ejus in monumentis horum temporum exstaret memoria. Saepe autem crudeles hujusmodi injurias iis temporibus miseram passam esse Finlandiam, vel ex iis quae de vastatione Tavastiae, sedente Episcopo Magno facta, infra adferentur, palam fiet.

115) Leg. *multisque pueris;* quod vel contextus docere potest. Praeterea non est Fennis ignota haec infelicitas; qui recentioribus etiam temporibus liberos suos, ac maxime pueros, a Russis abductos fuisse et peregrinae religionis imbutos principiis, narrari dolenter a majoribus saepe audierunt.

116) Forte leg. *parando.* NORDIN.

„menti [117]) cordis ad ulteriora seu gravissima progredi, nisi „generationis ejusdem stupenda sevicia, per instanciam vir-„tutis objecte, corruat, et per consequens sub conditoris „omnium mirifica potentia contremiscat. Quare predictus „Rex et per speciales suos nuntios et literas instanter po-„stulari fecit a nobis, ut super hiis providere de opportuno „conscilio et festino subsidio curaremus. Cum itaque Apo-„stolica sollicitudo deposcat offitii, sub tanta diversitate „discriminum promptum et salubre remedium adhiberi, nos „Regis ejusdem precibus pio concurrentes affectu, discre-„tioni tue per Apostolica scripta distincte precipiendo man-„damus, quatenus per te ac alios religiosos et seculares in „quorum labiis divini eloquii gratia sit diffusa, contra pre-„dictam generationem perfidam in Regno ipso predices Ver-„bum Crucis, eamque, volentibus illam assumere cum de-„bita reverentia, largiaris, concessa [118]) illis de regno ipso, „qui in personis propriis et expensis, contra paganos pro-„ficiscentur eosdem, illis quoque qui in expensis propriis il-„luc mitterent [119]) ydoneos bellatores, nec non eis qui ad „hoc de bonis suis aliquid largientur, juxta quantitatem „subsidii et devotionis affectum, illam sacram concedimus „veniam peccatorum, que transeuntibus et subvenientibus „in Terre Sancte subsidium a Sede Apostolica in generali „conscilio est concessa". Quarum literarum, Historicis no-stris hactenus ignotarum, eo longiorem placuit locum addu-cere, quo uberiorem rebus horum temporum lucem affun-dunt: ex quibus non tantum necessitas intelligitur Carelio-rum coërcendorum, sed capti etiam ejus consilii aetas longe, quam vulgo putatur, superior elucescit; licet ob motas per ambitionem Fratris sui turbas, neque Rex WALDEMARUS exsequi illud posset, nec Regi MAGNO satis otii ad remo-tas has regni sui provincias valide tutandas, superfuisse

---

117) Leg. *Vehementia.* NORDIN.

118) Ulcus hic esse videtur, cujus sanandi rationem non-dum reperi.

119) Leg. *mittent?*

videatur. Quare THORKILLUS novis fortasse etiam barbarorum provocatus injuriis, qui aegre quiescere poterant, huic malo radicitus tollendo animum tandem adjecit; ac auxilio a Papa oblato, ad copiarum augendum numerum, sine dubio usus est: quod significare etiam ERICUS OLAI (l. c. p. 83) videtur, qui *praedicata fide et Cruciata*[120]) Carelos fidem Catholicam suscepisse dicit. MESSENIUS autem[121]) disertis verbis asserit. Cum classe recta oram petiisse hostilem, veteres testantur auctores, incolasque domuisse, terram occupasse, arcem Wiburgensem, (cum ad novos coërcendos subditos, tum ad fines imperii contra Russorum impetus muniendos defendendosque) condidisse: deinde rebus bene gestis in Sveciam reversum, postquam novo castro virum praefecisset egregium et fortem, praesidio militum sufficienti ornatum. Cujus Praefecti (nomen ejus non indicat) virtute, diligentia atque constantia, maximam Careliae partem, post discessum demum Marscalci subjugatam fuisse, docere auctor *Chronici Rhythmici* videtur[122]); ac eundem

---

120) Bulla scil. Papae, qua ut ad fidem Christianam suscipiendam Carelii adducerentur, Svecos (larga peccatorum venia proposita) ad arma capienda, quibus religioni praestandum hoc obsequium barbaris extorquerent, exhortabatur. Miram autem hujus vocabuli LOCCENIUS (in notulis ad ERICUM OLAI p. 212), proponit explicationem; cui *Cruciata* fuisse *Historia de cruce Christi videtur*, Careliis sc. praedicata. Fatendum tamen est, impeditius hoc loco scribere veterem Historicum, qui praedicatae *Cruciatae* primum, et deinde *fidei* Careliis ab armatis Apostolis annuntiatae, mentionem facere debuisset.

121) *Chron. Rhythm. Finl.* p. 21; ubi de THORKILLO canit:

Låt utgå bref härpå och rop,
Hämtar så samman en stor hop,
Som hade röd kors sit bröst på,
Dö för Christna tron eij försmå.
Hos Gud wänta derföre lön,
Från Rom gafs honom lofwen skön.
Til hwilka församlas andra
För sold. Etc.

122) Auctor *Chronici Rhythm. Majoris* p. 56:
Ok lato thet Huus (arcem Vib.) alt mura med steen:

etiam *Kexholmiam* expugnasse, adeoque *Russos*, quos probabile est *Careliis* novum imperium aspernantibus, solenni suo more auxilium tulisse, atque ea re Svecos magis etiam offendisse, palam bello petiisse [123]).

Sidan foro Herrana ater heem igen,
Ok satte ther en Fongde, then
Ther wäl torde se wrede män,
Ok wid Hedninga war eij alt för oblijder.
Han (Praefectus Castri?) twingade Carela swa omsider,
At thet alt under Wijborg laa,
Wäl fiorton Gisla Lagh stoor ok sma.
Kakensholm (Kexholmia, Fenn. Käkisalmi) war tha wunnen,
Med Christna män, och stod obrunnen,
= = = = = = = = = = = = = = = =
The ther worde fangne af them,
Them förde the med sik til Wiborg hem. Etc.

Cfr. Ericus Olai l. c. p. 83; qui tamen magis turbate has res persequitur. Quare non est forte spernenda illa Russorum narratio, (cujus meminit Müllerus l. c. T. V, p. 420), qua a. demum 1295 Kexholmiam fuisse a Svecis expugnatam (*aedificatam* per errorem dicunt, cum vel ipsum nomen ejus Fennicum arguat, a Svecis primum non esse conditam, sed veterem fuisse incolarum arcem) traditur. *Gisslalag* quid loco *Chronici Rhythmici* adducto significet, difficilius explicatu est. *Territorium* vertit Ihre, *Glossar.* h. voc. *Pagos* fortassis, sive parvas quasdam velut civitates, foedere inter se conjunctas, potius dixeris? quales olim erant Germanorum; ut *Semnonum*, quos *centum pagis habitasse* Tacitus dicit, *Germ.* c. 39; de cujusmodi tamen pagorum ratione cfr. Id. Ib. c. 16. Cum vocabulo Fennico Kihlakunda (*tractum foedere aliquo inter se junctum*), quo hodie pro Svec. Härad utimur, affinitatem habere videtur; an et inde corrupte formatum? In hujusmodi pagos Fennicam totam gentem fuisse olim divisam, valde probabile est; et *Estonum* quoque exemplo illustratur, quos ex locis multis veteris scriptoris quem Gruberus edidit, tales quasdam societates inter se iniisse intelligitur.

[123]) Cfr. supra p. 75. Eam vero Careliae partem, nostris proximam finibus, quam suo Sveci imperio subjiciebant, ad Russici Regni provincias non pertinuisse, sed foedere tantum aliquo ac amicitia cum Russis fuisse sociatam, vel ex laudatis supra (p. 82 sq.) R. *Birgeri* Literis intelligitur, ubi allatis a nobis

Careliae autem nomine, hoc tempore a Svecis devictae ac occupatae, *Savolaxiam* etiam comprehensam fuisse, (cujus hoc nomen, uni tantum Ecclesiae sive Paroeciae primum, illi fere quae Sti. MICHAELIS hodie dicitur, multo tum latius patenti, ac toti postea sensim provinciae adhaesit); indubium putamus. Parum vero hanc provinciam fuisse habitatam, ac maxime partem ejus septentrionalem nondum multos habuisse incolas, (si Lappones illam perrantes excipias) probabile est; quos paullatim, et ad religionem profitendam christianam, et ad Svecorum agnoscendum imperium fuisse adductos, idoneis doceri argumentis potest [124]).

Petrum Elavi, Episcopum Arosiensem, non modo comitem hujus expeditionis Marscalco vulgo adjungunt, sed et religionis Christianae inter Carelios propagandae praecipuam illi curam fuisse commissam, et laudem conversae barbarae gentis inprimis deberi, docent [125]). Cujus quidem navatae ab eo operae *Chronicon Rhythmicum* nullam facit mentionem. Sed addit ERICUS OLAI (l. c. p. 83), *in eo* inquiens *opere (per gladium subigendi populi* Carelici *et fortalicii Viborg erigendi) praecipuos authores fuisse Dominum Torchillum Marscalcum, et Petrum Episcopum Arosiensem;* quem eundem *Cancellarium* et *Consiliarium* antea fuisse R. *Magni* Ladulås, constat [126]). Haud neglexit vero JOHANNES MAGNUS, suo more, laudes Episcopi amplissimis

---

verbis, subjicit: ***Quod quidem Karelos in suis perversitatibus et nimia perfidia Ruteni, tantum temporalibus et depraedationibus inhiantes, divino timore postposito, confoverunt,*** (h. e. adjuvarunt, excitarunt); quae hos Carelios populum fuisse liberum, satis ostendunt.

[124]) Occasione incursionum, partim Russicae, supra (p. 72) commemoratae, partim Svecicae, Carelios plures ex meridionalibus terrae suae partibus, ad remotiores has migrasse, verisimile est, ac etiam Ostrobotniae regionem septentrionalem occupasse: qua de re mox.

[125]) Cfr. LAGERBRING l. c. 2 D. 17 C. 10 §. p. 672.

[126]) Vid. PET. NIGRI *Hist. Episcopor. Arosiensium* (a Nob. *Stiernmann* editae) p. 9 et 40.

augere et celebrare verbis [127]): quem nimis liberaliter alii secuti sunt [128]). Parum nos magnifice de meritis ejus sentire, ac de opera imprimis in populo docendo barbaro, cujus linguae imperitum plane fuisse credimus, praestita, fatemur: qui praecones fidei e Fennia potius fuisse arcessendos, si aliis argumentis quam gladiis militum utendum esse Sveci putassent, existimamus. Ad pompam igitur potius quandam et speciem expeditioni conciliandam, Baptismique solennitatem paganis obtrudendi augendam, quam doctrinae fructum Careliis impertiendum, Episcopum, si vere ille adfuit, comitem adscitum, arbitramur: quia bellum gerere sanctum, ex auctoritate Pontificis susceptum, turba militum cruce signatorum comitante, videri volebant. Fortassis vero, quod ad svadendum bellum ac incitandum, Bullae Pontificiae obsecutus, hic maxime contulit Episcopus, laudi ejus ortum dedit? Templorum in Careliae partibus aedificatorum, memoria obscura valde est: ob monumentorum quae remotae hujus provinciae fata tangunt defectum. Prima igitur haec tempora quam prope singularum aetas ecclesiarum attingat, vix conjicere licet; uti nec fines occupatae tum provinciae accuratius describere [129]).

---

127) L. c. C. XI. Multo majores in tota expeditione Carelica dirigenda et feliciter perficienda Episcopi quam Marscalci fuisse partes, docere non dubitat. *Quae* inquit, *omnia Turgillus consilio et prudentia Petri Episcopi Arosiensis feliciter consummavit. Hic enim Petrus, cum esset in omnibus rebus gerendis prudentissimus, eodem tempore geminam et memorabilem utilitatem effecit. Quippe totam Careliam baptizavit, eandemque munitissimis praesidiis confirmatam, Sveonum imperio subjecit.* Impudenter sane; nihil fecisse THORKILLUM et caeteros, credas!

128) MESSENIUS *Chron. Rhythm. Finl.* p. 21.

Biskopen af Wästerås med är,
Som legat på Påfwens sida = = =
Bispen dem (Carelios) underwiste wäl,
Til sann tro wände mången siäl,
För Carelers Apostel ty
Höls han. Etc.

129) *Quatuordecim* quidem *Territoriorum* (Sißla Lag, quam appellationem diu iis postea etiam adhaesisse reperimus,) a Sve-

Postquam igitur sic tres inprimis munitissimae, pro illius conditione temporis, per Finlandiam exstructae reperirentur Arces, *Aboënsis, Tavastburgensis* et *Wiburgensis* [130]),

cis occupatorum, auctor *Chronici Rhythmici* mentionem facit; qui numerus cum territoriis 8 Careliae et 6 Savolaxiae convenit, quorum nomina inter subscriptores Concilii Upsaliensis comparent. Sed neque affirmare audemus, hujusmodi divisionem eorum territoriorum, ad remota usque illa tempora pertingere; neque aliud fortasse voluit vetus auctor significare, nisi totam illam regionem ad quam suo tempore XIV haec referebantur territoria, arci Wiburgensi sensim fuisse subjectam? Addere hoc loco placet, in annotatione *Jacobi Teitz*, die 7 Maji a. 1561 scripta, (inter *Acta Palmsk*. Vol. *Finland* reperiunda), ubi territoria recensentur ad provinciam Legiferi Finlandiae australis (Södre-Finne Lagsagu) pertinentia, Savolaxiam et Careliam hoc modo describi:

Nyslotts Lähn, Sawolax Sißlalagh.
Wiiborgs Lähn.
Jeskis Sißlalagh.
Ägrepä Sißlalagh.
Lapwes Härad.
Borgo Lähn.

Quod THORKILLUM ipsum a. 1300 arcem condidisse *Olofsburgensem* (Nyslott), quam Russi anno sequente expugnaverint, asserit Nob. v. STIERNMAN, (Höfdinga-Minne, L. VII, C. I, MS; cfr. Bih. til Åbo Tidn. 1785, p. 224 sq., not.), id ex manifesta provenit confusione hujus arcis (quam etiam appellatam fuisse Landskrona tradunt) cum illa quam juxta fluvium Newa in Ingria eundem exstruxisse Ducem, notum est; (de cujus castri fatis cfr. LAGERBRING l. c. C. 17, §. 11 et 12, p. 675 sqq.). In Savolaxiam autem Marscalcum penetrasse ipsum, ac ad ea usque loca ubi Castrum *Nyslott* est situm adiisse, probabile non est; de hoc autem Castro diligentius infra.

[130]) Quarum *Aboënsem*, (quamvis primam ejus conditae definire aetatem haud valeamus), antiquissimam esse, existimare oportet. Reliquas arces Fennicas, partim multo juniores esse constat, ut *Raseburgensem*, quam circa a. 1372, et *Olafsburgensem* (postea *Nyslott*), quam circa a. 1475 exstructas fuisse tradunt, (de quibus infra), partim minoris fuisse momenti arbitramur, ut *Korsholmensem*; quam si Ducem Birgerum aedificasse, MESSENIO credimus, (cfr. supra p. 68 sq., not. 88), non nisi li-

suis singulae traditae *Praefectis* (Advocatis, Capitaneis, Castellanis, Fogate, Höfwidsmän, cfr. IHRE Gloss. voc. Fogde) tuendae; in totidem universus nostrarum hic terrarum tractus, non multo post, tributus fuisse ditiones videtur, eorundem Praefectorum administrationi subjectas: quorum nomina, atque seriem, (admodum licet mancam et hiantem), ad tempora usque R. GUSTAVI I perductam, invenire licet in *Novellis Aboënsibus* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, Bih. p. 179 sqq. Inter hos utrum Aboënsis (interdum saltim?) dignitate auctoritateve prae caeteris eminuerit, an temporarium quoddam in reliquos imperium uni alterive viro commissum fuerit? non dicam. Credas tamen hujus rei non nulla reperiri vestigia. (Cfr. l. c. p. 182, 184, 185).

Cuinam vero horum Praefectorum Ostrobotnia, antequam suum Korsholmia nacta esset Castellanum, (quod seculo demum XV factum fuisse videtur: cfr. l. c. p. 196, 216, 218), paruerit? non nisi per conjecturam statuere licet. Nec veri specie caret, Carelios, partim a Russis partim a Svecis pressos, his fere temporibus, per hodiernam ditionem Cajaneburgensem penetrantes, (fluviique inde Uloënsis maxime secutos cursum?) ad septentrionalis Ostrobotniae littora atque Helsingiae viciniam accessisse: quoniam *Hemmingum* Archiepiscopum Upsalensem circa a. 1350

---

gneam fuisse parumque diligenter exstructam eo potius putare debemus, quo minus temporis ei fuisse, Tavastiam perdomituro, in Ostrobotniae littore commorandi, res ipsa docet: praeterquam quod auctores veteres, qui Castri Tavasteburgensis exstructi laudem ei tribuunt, Korsholmensis nullam faciunt mentionem. Arcis *Castelholmensis* fundatae veram pariter ignoramus aetatem; quae arx praeterea hic in censum venire nequit. *Nylandiam* vero ad Wiburgensem pertinuisse Praefecturam, vetera docent monumenta; cfr. Åbo Tidn. 1785 Bih. p. 99, 119, 230. *Satacundia* autem, quod nomen a. jam 1334 in veteribus monumentis occurrit, (cfr. l. c. p. 112, ubi inter caeteras Fenniae provincias, in literis R. *Magni* legitur, *Carelia* contra plane omissa), Aboënsi mature tributa fuisse Praefecto regenda videtur; superiore fortassis sive ad orientem atque aquilonem magis vergente ejus parte, excepta?

Karelos in Uloaa, Kim et Sim [131]) *habitantes* reperisse, nonnullosque eorum, cum quibusdam *Lappis*, prope Templum *Tornoënse* baptizasse, in veteri monumento traditur [132]); cujus itaque generis illos quoque fuisse paroeciarum Salu et Kim (*Salo* et *Kemi*) *incolas* verisimile est, quibus non multo ante ad fidem Christianam conversis R. *Magnus* et Episcopus Aboënsis *Hemmingus* [133]) modum Decimarum, caeterarumque expensarum sacerdotibus suis ferendarum, a. 1335 praescribebant [134]). Ex quo fortassis Careliorum, in vacuas tum perpetuis cultoribus has terras arrepto quondam dominio, (quas Lappones a Bircarlis vexati deserebant, Tavasti autem, meridionalem regionis partem inprimis occupantes, nondum vindicaverant), praetensum illud Russorum (Careliorum puto, Russorum jam imperio subjectorum?) jus in eandem hanc oram effictum fuit, quod Litterae commemorant incolarum Paroecias Ostrobotniae *Kemi*, *Ijo* et *Limingo* habitantium, a. 1490 datae, (apud HADORPHIUM, Bilag. til Rijm-Crönik. p. 343 sqq.), de quibus litteris accuratius infra disputabimus.

Caeterum illos *Carelios*, qui sinui Fennico vicini piratica avide exercenda divitias acquisiverant, et numero hominum valuisse, et hinc in terra etiam sua colenda remotioribus popularibus (qui venatui maxime operam dabant) aliquantum praestitisse, existimes [135]): quare in literis R.

---

[131]) Agros indigitari fluvio Uloënsi vicinos, (paroecias *Muhos*, *Uleå*, *Limingo*, *Ijo* etc.) et paroeciam *Kemi* cum capella *Simo*, palam est.

[132]) In illa de limitibus inter dioeceses Upsalensem et Aboënsem constituendis inquisitione, per Notarium Publicum a. 1374 instituta, quam exhibet PERINGSKÖLD *Monum. Upland. per Tiundiam* p. 3 sqq. (et cujus in *Registro* etiam *Aboënsi* exemplum habetur, Fol. 131:) de qua infra ex instituto dicetur.

[133]) [Leg. *Benedictus*. Cfr. infra vit. Ep. Hemmingi, not. 20.]

[134]) Vid. Åbo Tidn. 1785, p. 89 sqq.

[135]) Estones certe, oppositi littoris incolas, eodem vivendi genere usos, opibus valuisse, vel inde discas, quod in bello contra Teutones *multa millia equitum et plura millia navigio*

Magni et Episcopi *Hemmingi* de pendendis clero decimis, a. 1335 datis, (quadraginta fere annis post hanc regionem devictam), indicia agriculturae jam tum apud eos, quamvis bello attritos et vicinorum Russorum nuper incursionibus valde afflictos, quodammodo florentis, reperire licet [136]).

6. *Tristia* cur sua auctor noster vocaret *tempora*, caussas reperire facillime licet: qui Tyranni saevitia, civili bello, et externorum hostium crudelitate, patriam suam vexatam, annonae praeterea caritate aliisque malis misere afflictam, viderat. Ad quae confirmanda, praeter ea quae ab auctore ipso infra commemorantur, pertinent Literae R. Gustavi ad plebem Finlandensem, dat. Westerås d. 7 Dec. a. 1554, quas exhibet Celsius *Monum. Politico-Eccles. ex Archivo Palmsk. editor.* p. 20 sqq., aliaque eorum temporum monumenta.

7. Vel ex hoc loco colligi potest, Auctorem nostrum, non incertis nixum rumoribus, aut traditioni fidentem saepe dubiae, opusculum suum concinnasse; sed scriptis usum fuisse monumentis, *vitasque Episcoporum ante se* ab aliis *jam descriptas,* tantum edidisse, recentiorum vero rerum, sua fere aetate gestarum, memoria auxisse. Continuationem porro hanc a Juusteno nostro profectam, a tempore praecipue Arvidi Kurck ad sedem Episcopalem admoti incipere, et hoc loco, et inferius ipse monet; superiorum temporum res, fide praedecessorum suorum, quos accurate secutus fuit, nituntur. Plures atque a diversis confectos auctoribus, sua aetate superfuisse Pontificum Finlandensium catalogos, brevem simul vitae eorum enarrationem exhibentes, (non omnes fortasse aut integros aut incorruptos?), e

---

venientium collegisse legantur, a quibus praelio victis illi *equorum fere duo millia, et piraticas fere trecentas, praeter minores naves acquisivisse,* additur: vid. Gruber l. c. p. 76 sq. Unde consanguineos quoque suos ac amicos Carelios, piraticarumque expeditionum saepe socios, non contemnendas eadem arte acquirere opes potuisse, comparando colligas?

[136]) Vid. Åbo Tidn. 1785, p. 81 sqq.; cfr. ib. Bih. p. 127 sq.

quibus suum ipse chronicon collegerit, aperte significat: e quorum numero illum fuisse remur, cujus fragmentum in Archivo Palmsköldiano servatur, ac de quo praefationis nostrae p. 3 et 4 commemoravimus. Quae omnia, quam fuerit a fingendi licentia Auctor noster remotus, quamque temere vel fides sua in dubium vocetur, vel opusculum suum aliis veteribus patriarum rerum monumentis dignitate inferius pronuntietur, manifeste demonstrant.

8. *Russos,* praecipue *Novgorodenses,* (quorum fere imperium veteribus Scandinaviis Holmgård audiit), hoc nomine significari, notum est: eorumque memoria, posterioribus maxime temporibus, ob frequentes in Fenniam factas irruptiones barbara saevitia immanes, Fennis non potuit non horrenda imprimis videri. Dubio tamen caret, *Carelios* etiam, *Ingros* [137]) atque *Estones,* (quorum nominatim noster inter hóstes Ecclesiae terraeque Finlandensis, nusquam mentionem facit), Russis saepe vel sociis vel ducibus in piraticis suis expeditionibus utentes, haud raro hac eadem appellatione comprehendi; nomine a gente prae reliquis potenti ducto, cujus in caeteris etiam excitandis non exiguas fuisse partes constat. Ita *Careliorum* gesta Russis fuisse tributa, infra aliquoties videbimus. *Estones* autem Ruthenis annumeratos interdum fuisse, vel Ericus Olai docet, qui hostes eosdem quorum internecionem scopulo vel monti *Estaklippa* nomen dedisse autumat, *Ruthenos* et *Carelos,* appellat (l. c. p. 62). Contra alii Russos, Carelios ac plures nationes finitimas, uno *Estonum* nomine complexi sunt;

[137]) Etiam *Watlandos* (cfr. supra p. 61); quorum terrae, ut in Ingriae confinio sitae, meminerunt quoque Ericus Olai (l. c. Ed. Mess. p. 161, Ed. Locc. p. 88, licet ibi mendose legatur *Valandia* pro *Vatlandia)* et Johannes Magnus (l. c. L. XX, C. XII, apud quem aeque mendose habetur *Nigram* pro *Ingriam):* uterque sine dubio ex auctoritate *Chronici Rhythmici,* in quo p. 66, versus 2, quem Hadorphius dedit **alt genom Rysaland** (sententia absurda) legi debet **Alt genom Inger of Watland**; quam lectionem, inter variantes appositam, in textum recipi debuisse, vel allatus Erici *Upsalensis* locus admonere potuit.

cfr. supra p. 13 sq. not. (17). Remotiores nempe ab his terris scriptores, vicinas gentes accurate distinguere non semper noverant. Unde in Literis *Clementis* Papae (fictis?) quas exhibet GRUBER (l. c. p. 204), *Livonia* nomine venit *Rutheniae:* ad cujusmodi vel errorem vel negligentiam explicandam necesse itaque non est ut provincias imperii Russici jam tum fuisse, statuamus [138]).

[138]) Cfr. supra p. 72—75. Allatis ibi de affectato a Russis, ac extorto etiam nonnunquam, in vicinos hosce populos imperio, addendus est locus memorabilis STURLONIDIS, *Hist. Olai Tryggwonis* C. VI, ubi de *Sigurdo* Erici F. (Norwego) in aula Magni Principis Waldemari Novogardiae versante, dicit: *Venit in Estoniam, Waldemari Regis Holmgardiae legatus, ut per eam regionem tributa colligeret quae Regi erant solvenda* („Oc scylldi han heimtae thar i landi scatta Kongs"). Nullam eo tempore vim adhibitam fuisse, apparet: quamquam summam accurationem, in his antiquis rebus describendis, non semper locum habuisse, facile credas: quare nec de qua Estlandiae parte hic sermo sit, nec quam late hoc imperii genus se tum extenderit, liquet; quod seculi quidem XIII initio exstinctum fuisse, ex pluribus locis laudati saepe Chronici a GRUBERO editi, palam est. Cfr. (praeter loca supra adducta) p. 117 sq.; p. 155, §. 8; p. 160 sq. Ex quibus patet, precibus et muneribus opus fuisse, ut Estonum populi Russos ad auxilia sibi contra Teutones mittenda permovere possent, adeoque subditos Russorum non fuisse: praeterea hos, bello saepius Estones fuisse aggressos, ac eorum castra cum aliquamdiu frustra obsedissent, accepta pecunia nunc majore nunc minore pacem cum iis fecisse, (Ib. p. 65, §. 2, p. 82, §. 8) ac Estones contra incursionibus hostilibus Russos infestasse (Ib. p. 83, §. 9 et 10), videmus. Exemplis autem, supra commemoratis, unde intelligere liceat *tributa* populis potentioribus nonnunquam ab Estonibus pensa, temporaria fuisse, hostiliterque extorta, (ejus fere generis quod hodie Brandschatt dicere solemus), addere illud placet, quod exhibetur apud eundem GRUBERUM p. 9 sq. §. 13. *Jam tunc* (a. 1196) *idem Episcopus* (Meinardus) cum Duce Sveciae, *Teutonicis et Gothis Curones bello adierat. Sed tempestate depulsi Wironiam, Estoniae provinciam, applicant et triduo terram vastant. Sed dum Wirones de fide recipienda tractarent, Dux, accepto* tributo *ab eis, vela sustollens* (divertit), *in molestiam Teutonicorum.* De qua expeditione caeterum conferendi sunt GRUBER ib. not. (w), et LAGERBRING l. c. 2 D. 12 C. §. 21.



Ruthenorum autem hae, de quibus merito queritur auctor noster, incursiones hostiles, primis temporibus littora imprimis Finlandiae afflixisse: piraticisque classibus contra miseros nostros majores susceptae fuisse, videntur: postea autem, ac maxime post terram nostram Svecorum potestati subjectam, interiores praecipue provincias perculisse constat; in quas saevissimi hostes, vel aestate per lacus atque flumina, vel hyeme ingruente, quae viam illis opportunam ubique stravit, improvisi irruperunt.

9. Veteres *Curlandiae* fuisse habitatores, dubium non videtur: nec opus est, ut cum GRUBERO (l. c. p. 24, not. (c), suspicemur incolas Osiliae insulae hoc nomine significari, quae Estonice *Kurresaar* hodieque appellatur, quod *Curonum insulam* ille interpretatur, sed potius fortasse a vocabulis Estonicis *kurra* (sinister) vel *kurri* (malus, saevus, ferus etc.) et *saar* (insula) compositum esse putes? Piratica non minus quam Estones infames olim fuisse constat; quod vel unius auctoris veteris apud eundem GRUBERUM (p. 23 sqq.) testimonio confirmasse suffecerit, qui *Albertum* Episcopum Rigensem a. 1202 Gothlandiam versus navigantem, et *provinciam Lystriae regni Daciae* [139]) *aggredientem* [140]), dicit *paganos Estones de Ozilia insula cum sedecim navibus invenisse, qui recenter ecclesia combusta, hominibus occisis, et quibusdam captivatis, terram vastaverunt, campanas et res ecclesiae asportaverunt, „sicut tam Estones quam Curones pagani in regno Daciae et Sveciae hactenus facere consveverant“*. Cfr. ib. p. 65, §. 1, et p. 66, §. 3; nec non SNORRO *Hist. Magni cogn. Boni*, C. 14, et *Hist. Haraldi Hardrada* C. 50. Olim a Rege *Erico* Emundi F. Svecis subjectos fuisse, (h. e. bello vexatos ad tributi pendendi necessitatem adactos, cfr. GRUBER l. c. p. 9), *Idem* tradit, *Hist. R. Olavi Sancti* C. 81; quae fama *Adamo* quo-

---

139) Territorium Listriae (Lister-Härad) in Blekingia (quae ad Danos tunc pertinuit). Vid. TUNELD l. c. Ed. V, p. 540 et 550; de quo territorio exstat dissert. Academica, Praeside Nob. LAGERBRING Londini Gothor. a. 1748 edita, 4:o.

140) H. e. ad hanc oram *accedentem*.

que Bremensi innotuit (vid. *de Situ Daniae*, in LINDENBROGII *Script. Rer. Germ. Sept.* p. 58).

Generis Fennici veteres hosce *Curones* fuisse, non improbabiliter disputat THUNMANN (Unterſ. über die alte Geſch. einiger Nordiſchen Völker p. 19—25); argumento inprimis ex nominibus locorum Fennicae originis petito, quae in *Balduini de Alna nec non Rigensium et Fratrum Militiae pactis cum Curonibus factis* (apud GRUBERUM l. c. p. 267 sq.) occurrunt, etc. Ac singularem sane attentionem meretur, quod terra eorum (non minus quam Estonum et Osiliensium) more Fennico in certas partes *Kiligunde* l. *Kylegunde* iis nominatas, (Fenn. vel *Kihlakunda* vel *Kyläkunda*), distributam fuisse deprehendimus. [141]).

---

[141]) De Curonibus legitur (GRUB. p. 267): *Pagani de Curonia de terris Esestua, Durpis et Saggara*, et Kiligundis *quarum haec sunt nomina, caet.* Item de Osiliensibus ibid. p. 182: *Venerunt nuncii, missi de cunctis urbibus* et Kiligundis *Osiliae* etc. De *Estonibus* autem ibid. p. 164: *Ecclesiae beatae Mariae in Riga et Episcopo Rigensi maritimam* (hodie Strandwik) *cum septem Kylegundis attribuerunt.* Quam regionem hodieque in septem parochias esse divisam, in not. subjecta (c) GRUBERUS observat (cfr. tamen HUPELS Topogr. Nachr. von Lief= und Ehſtland I B. p. 386 sqq.); sed *Kylegunde* inepte a *Kirche*, *Kiliche*, *Kile appellatam*, *esse regiunculam*, conjicit, *cujus incolae omnes sparsim habitantes uni in ea templo addicti sunt, quam vulgo parochiam appellare solemus.* Quis enim non videt, vocabulum *Kirche*, Est. *Kirrik*, (unde difficulter sane efficitur *Kile)*, Christianae religioni debitum, paganis his familiare esse non potuisse? apud quos nec ulla templorum reperta sunt vestigia. Ac infra (ibid. p. 169 §. 7) has Kylegundas idem Auctor septem *provincias* appellat; quo eodem loco, §. 8, dicitur, Episcopum praecipuos socios suos praemiis ornare instituentem, *donasse unicuique eorum provinciam*, *id est Kylegundam unam in feudum.* Dubium videri potest, utrum de Fennorum **Kihlakunda**, *territorio*, (quod hodie Estones Kihhelkond vel Kihhelkund efferunt, atque ad *paroeciam* significandam adhibent) an de eorum **Kyläkunda** *universitate pagi* (a **Kylä**, *pago*, Estonibus Külla), illud nomen accipi debeat; quamquam explicatio veteris auctoris, qui *provinciam* interpretatur, priori magis favere sententiae videtur?

Primis tantum Ecclesiae Fennicae temporibus illam ab his vexatam fuisse piratis, infra videbimus: nempe postquam a Militibus Christi, qui Livoniam subjugaverant, devicti, ad Christianam suscipiendam religionem circa a. 1230 coacti sunt, saevitiam pristinam exuebant (cfr. GRUBER l. c. p. 183 sq. et Monum. ibid. p. 267 et 268 exhibita), adeoque et mare et littora infestare cessabant.

10. Qui cogitaverit, quam ulcerati plerorumque Svecorum animi, post perpetuas fere sub infelici illo Unionis Calmariensis tempore inter Svecos Danosque contentiones, adhuc essent; quam acerbum justumque odium *Christierni* perfida crudelitas inprimis excitasset; quamque multiplicis saevitiae, Fennis etiam (ut infra docebitur) expertae, memoria eo vehementiore hos dolore afficeret, quo minus ipsi (a Danorum vicinia remotiores, nec ad rem navalem attingendam ullo modo a suis excitati) factae illis cujusquam injuriae sibi conscii essent: is Auctori nostro hunc condonabit spero mentis commotioris prodentem sese et hic et nonnullis aliis quoque locis, aestum. Quod his temporibus maxime, Fennos in odium impelleret Danorum, rumor erat excitatorum, ab his in miseros illos, Russorum vicinorum, quos Paganorum loco habere edocti erant; quorum quo immaniorem saepe experti fuerant crudelitatem, eo indignius ferebant, a Christianis tam feros sibi impie hostes immitti.

11. Sensit Auctor optime, quam manca, quam obscura essent, quae de primis maxime Ecclesiae Fennicae temporibus dicenda haberet. Sed jam tum rerum antiquiorum memoria interierat; ac caussam ipse indicat. Saepe autem non alia modo damna gravissima, ab ignis et hostium saevitia passa erat Finlandia; sed Archivorum etiam suorum et antiquitatis monumentorum coacta fuit jacturam facere: ut non uno exemplo infra docebitur. *Aliorum* etiam *infortuniorum* Auctor meminit, quae non unius generis, tanto temporis spatio, saepe contigisse, facile credas: quo referas, quod nec curam diligentissime vetusta monumenta conservandi, homines nostri adhibere semper fortasse nove-

rant, nec res gestas posteritatis memoriae prodendi praecipuo quodam ardebant studio. Quare nec certo affirmare ausim, nec Auctor ipse nisi dubitanter asserit, *diligentius a praedecessoribus suis* historiam rerum nostrarum antiquiorum fuisse *scriptis comprehensam.* Quos *praedecessores suos* significet, utrum Episcopos, an superiorum temporum homines alios? non dixerim. Nihil tamen necesse fuit a Praesulibus ipsis, apud nos quidem majorem quam aliis locis, hujusmodi sperare diligentiam: qui si aliorum excitare industriam non negligebant, vel hoc nomine de posteris bene meruisse censendi sunt.

CATALOGUS ET ORDINARIA SUCCESSIO EPISCOPORUM FINLANDENSIUM.

Pontifices isti Finlandenses meruere
Ecclesias regere, suffulti dogmate Christi.

PRIMUS.

Beatus HENRICUS [12], oriundus in Britannia majori, hoc est, Anglia, prius Episcopus Upsalensis (quartus *n)* in eo ordine) antequam illa Ecclesia erecta *o)* fuit in metropolin. Hic post biennium [13] Sanctum Ericum comitans, in Finlandiam venit, ut Finnones a paganismo ad agnitionem et cultum veri Dei converteret, et ipse tandem *p)* sequente hyeme martyrio afficitur. Haec acta sunt anno D:ni 1150 [1]. Quare autem martyrium passus sit [14], ejus *q)* legenda testatur [15], quae Finnonibus satis est nota [16].

Notae Editoris.

12. Vitam ejus, magis minusve diligenter enarratam, invenire licet, non tantum apud scriptores Historiae Svecicae Civilis [1]) atque Ecclesiasticae [2]) generalis praecipuos,

---

n) N. *quintus.* *o)* [Cod. Gahm. *evecta.*] *p)* Omittit A. *q)* A. *Historia* inserit.

[1]) JOHANNES MAGNUS l. c. L. XIX, C. 3 et 4; MESSENIUS *Scondiae ill.* T. II, p. 2, 3, 74; T. III, p. 26; T. IX, p. 35, 36; T. X, p. 4, 5, 13, 17, 19; T. XII, p. 97; T. XV, p. 26, 48; Cfr. EJUSD. *Chron. Rhythm. Finl.* p. 16 sq.; von DALIN l. c. 2 D. 4 C. §. 4. sq., p. 105 sqq.; LAGERBRING l. c. 2 D. C. 7, §. 3 et 4, p. 155 sq.; C. II, §. 9, p. 255 sq. etc.

[2]) ÖRNHJÄLM *Hist. Sv. Eccl.* p. 330 et 462 sq.

sed vel maxime apud eos qui vitas aut Episcoporum [3]) aut Sanctorum [4]) Sveo-Gothicorum, ex instituto concinnarunt. Inprimis autem fata meritaque sua binis Dissertationibus Academicis explicantur (saepe jam a nobis commemoratis) Praeside Cel. ALG. SCARIN hic Aboae in publicam lucem emissis, *de Sancto Henrico Fennorum Apostolo;* quarum Partem Priorem a. 1737 edidit *Matth. Fontenius,* Alteram a. 1748 *Ericus And. Sundin,* 4:o: quas tamen minus severo ac diligenti esse judicio, qui Historicorum nostrorum diu mos fuit, conscriptas, fateri oportet. Quorum omnium labores otium nobis fecerunt; ut non nisi spicilegium suscipere necesse haberemus, sparsasque quasdam ad illustrandam rem ab illis ornatam observationes adferre, quales quidem in penuria qua premimur monumentorum, antiquas hasce res nostras spectantium, colligere potuimus.

Inter *Episcopos Finlandenses* HENRICUM hunc male referri, dudum recte viri docti monuerunt. (SCARIN l. c. P. II, p. 31, RHYZELIUS *Episc.* p. 327). Episcopum enim jam antea Upsalensem, illustriorem hunc locum relinqvere voluisse, atque in Finlandia sedem figere, nullo modo probabile est. Quin, non alio consilio Fennis convertendis operam impendisse, quam ut Sedi illos Upsalensi subjiceret, valde verisimile videtur. *Apostolum* itaque *Fennorum,* ut loqui illis temporibus moris fuit, rectius dici, atque eo nomine Finlandensium tamen Episcoporum ordini non incommode praemitti, ex his efficitur.

---

3) MESSENIUS *Chron. Episcopor.* C. III et XII; SPEGEL Sw. Kyrko-Hist. 2 D. p. 80 sq. et p. 386 sq.; RHYZELIUS *Episcoposc.* p. 27 sq., p. 325 sq. et p. 327; cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerak.* p. 27 sq.

4) VASTOVII *Vitis Aqvil.* Ed. Col. p. 65 sqq., Ed. Benz. p. 62 sqq.; Cfr. BENZELII *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 33 sqq. (*Acta Sanctorum* Antverpiensia consulere non licuit). Attigerunt etiam AND. HASSELQUIST Orat. *Rosa orbis arctoi* (Aboae 1682, 4:o) p. 30 sq.; JUSLENIUS Disp. *Aboa vetus et nova,* p. 36 sq. Cfr. Notas, JUUSTENI nostri Chronico subjectas ab Ill. NETTELBLADT, Schwed. Bibl. I St. p. 65 sq.

Stuporem auctoris qui *Chronicon* consarcinavit *Finlandiae* (ab Ill. NETTELBLADT operi suo Schw. Bibl. insertum l. c. p. 96 sqq.) cui *Henricus* noster *Ericus* audit (ibid. p. 114), excusare studet SCARIN l. c. P. I, p. 3, et p. 30, not. (c): ac probari defensio ejus non difficulter possit, si hac opera nugator iste dignus existimetur.

Gente *Anglum* fuisse, unanimi veterum testimonio constat. Et *Legenda* ejus (apud BENZELIUM *Monum. Hist. Eccl.* l. c.), cujus fide pleraque a posterioribus allata nituntur, et alia monumenta, expresse gentis suae hanc faciunt mentionem. Sic in Ms. *Palmsköldiano* saepe a nobis laudato, legitur: *Hendricus,* Anglicus, *anno D:ni millesimo quadragesimo octavo Ups. quartus Episcopus preficitur.* In *Breviario Arosiensi,* Part. posterioris Fol. 23, verba Legendae, *in Anglia oriundus* repetuntur, etc. Ac frustra fuit, quod in carminis Fennici nugatorii in Sancti hujus Episcopi laudem olim compacti fabula refutanda (qua in Tavastia eum natum fuisse, poëta plebejus ac idiota finxit), operam auctor Diss. *de S. Henrico* P. I, §. 2, p. 5 sq. consumsit [5]). Nec minus inutilia, quin inepta sunt, quae de

---

[5]) Initium Carminis ibidem adfertur, Runico Fennorum more concinnati: quod, quamvis nullius prorsus auctoritatis, a Rustico sine dubio aliquo Tavastensi olim confictum, quia rarius tamen jam est ac ad ingenium hominum nostrorum illius temporis cognoscendum quodammodo pertinet, animi caussa integrum subjungemus, ex *Schedis Palmsköldianis (N:o XIV Topographica, T. LVIII, Finland* et *Tavastland,* p. 231 sqq.*)* exscriptum:

Kaswoi ennen kaxi lasta;
Toinen kaswoi kaalimasa,
Toinen Ruotzisa yleni.
Toinen Hämen Heiniricki,
Toinen Ericki Kuningas.
Sanoi Hämen Heinirickí
Erikillen weljellensä (l. weljellehen, sicque saepe):
Lähkäm', maita ristimähän,
Maillen ristimättömillen,
Paikollen Papittomillen.

natalibus ejus ac *eruditione*, ibid. §. 3 sqq. p. 7, 8, 9, sive ex JOHANNIS MAGNI auctoritate, sive ex meris conjecturis, nec illis semper verisimilibus, disputantur.

Sanoi sitt' Erik Kuningas,
Henrikillen weljellensä:
Kund' on järwet jäätämättä,
Sulan' on joki kowerra? (al. korwessa)
Sanoi Hämen Heinirickì:
Kyllä me kierrän Kiulon järwen,
Ymbäri joki kowerran.
Pane warsat waljaisihin,
Suwikunnat suitzi suuhun.
Pane korjat kohdallensa,
Saata lastat sarjallensa,
Anduroillensa awarat,
Perällensä pienet kirjat.
Ne kohta ajamaan (ajoon) läxit:
Ajoit niin päiwää kewäissä,
Kari öitä järjästensä.
Sanoi Erikki Kuningas,
Henrikillen weljellensä:
Jo tässä tuleepi nälkä,
Eikä syödä, eikä juoda,
Eikä purtua pidettä.
On Lalli lahden takana,
Hywä neuwo niemen päässä;
Siinä syömme, siinä juomme,
Siinä purtua pidämme.
Sittä sinne saatuansa,
Kerttu kelwotoin Emändä,
Suitzi suuta kunnatoinda,
Keitti kieldä kelwotoinda.
Sittä Hämen Heinirikki
Otti heiniä hewoisen,
Heitti penningit sialleu;
Otti leiwän uunin pääldä,
Heitti penningit siallen;
Otti kellarist' olutta,
Wieritti raha siallen.
Siin' on syönyt, siin' on juonut,
Siinä purtua pitänyt.
Ne kohta ajoon läxit.

In comitatu demum *Nicolai* Cardinalis Albanensis in Sveciam venisse, nullo veterum testimonio firmatur; ejus-

---

Tuli Lalli kotiansa.
Tuo Lallin paha Emändä,
Suitzi suuta kunnatoinda,
Keitti kieldä kelwotoinda:
Jo tässä käwit ihmiset, (imeiset)
Täss' on syöty, täss' on juotu,
Tässä purtua pidetty:
Otit heiniä hewoisen,
Heitit hietoja siahan;
Otit leipää nunin päälldä,
Heitit hietoja siahan;
Otit kellarist' olutta,
Wieritit sandaa siahan.
Lausui Paimen patzahalda:
Jo wainen walehteletkin;
Älä wainen uskokaan.
Lalli se paha-tapainen,
Sekä myös paha-sukuinen,
Otti Lalli lakkarinsa, (?)
Piru pitkän käihähänsä;
Ajoi se Herraa takaa.
Sanoi sitte uskollinen
Palwelia Herrallensa:
Jo kumu takana kuuluu,
Ajango tätä Hewoista?
Wastais Hämen Heinirikki:
Jos kumu kuuluu takana,
Älä aja tätä hewoista,
Älä karkot' gongarita.
Kätke suas kiwein warjoon,
Kuuldele kiwein takana;
Kuin mua tawoitetahan,
Taikka myös tapettanehen,
Poime mun luuni lumesta,
Ja pane härjän rekehen;
Härkä Suomehen wetääwi:
Kussa härkä uupunewi,
Siihen kirkko tehtäköhön,
Kappeli rakettakohon,
Pappein saarnoja sanoa,
Kansan kaiken kuuldawaxi.

que conjecturae primum auctorem fuisse OLAUM PETRI (in *Chron. Rer. Svecicar.* Ms.) observavit Nob. LAGERBRING. Opus vero minime fuit, in adventus sui caussam inquisituro, hanc inprimis suscepti in Sveciam itineris opportunitatem arripere; frequens enim iis temporibus inter Ecclesiam Svecicam et Anglicam (ut illius matrem) commercium intercessisse, non pauca alia exempla doctorum inde in septentrionem vel missorum vel sponte profectorum, luculenter testantur.

13. Quod vero ÖRNHJÄLMIUS (l. c. p. 330) narrat, a. 1129 nostrum *Henricum*, Episcopum jam tum Upsalensem, aedem S. *Botvidi*, socio adscito Gerdero Episcopo Strengnesiensi, consecrasse; id quidem nullo modo probabile videtur: ac si ex *Anonymi vetere vita S. Botvidi* (quam se

---

Palais tuo kotia Lalli;
Lausui Paimen patzahalda:
Kusta Lalli lakin saanut,
Mies paha hywän Kypärän, (al. Hytyrin),
Pispan hiipan hirtähinen?
Sitte Lalli murhetoinen
Lakin päästänsä tawoitti;
Hiuxet ne himahtelit. (?)
Sormuxen weti sormestans':
Sormen suonet liukastelit.
Näin tämän pahan tapaisen,
Pispan rakkaan raatelian,
Tuli kosto korkialda,
Maxo maailman waldialda!

Interpretationem adponere neglexi, quia vix aliis nisi Fennicae peritis linguae, carmen perlectu dignum judicabitur; qui nec remotissimae esse aetatis facile reperient, et semina traditionis vulgaris, de cibo per vim ab Episcopo uxori refractariae patrisfamilias Fennici, cui nomen *Lalli* fuerit, erepti, sed munifice (ut sc. sanctum virum decuit) pretio persoluto, abunde compensati; de mitra et annulo, caeso Episcopo ab homicida ereptis, ac funesto eventu, capiti digitoque impositis; nec non de loco sepulturae, viro sancto ibi deligendo ubi boves, exanime corpus trahae impositum vehentes, substiterint: quas nugas AND. HASSELQUIST l. c. repetit.

ex vetusto codice descriptam editioni paratam habuisse significat) hausit, aut in temporis nota errorem latere, aut veteris illius scriptoris auctoritatem valde suspectam esse, putamus. MESSENIUS in *Chronico Episcopor.* ante a. 1148 in Sveciam non venisse autumat; cui et verba M:ti *Palmsköldiani* nuper adducta adstipulantur [6]), et JUUSTENUS noster concinit, a. 1150 in Finlandiam profectum narrans, postquam per *biennium* Upsalensi praefuisset Ecclesiae. De gestis ejus Upsalensibus (veris fictisque) cfr. PERINGSKÖLD *Monum. per Thiund.* p. 161 sq., *Ullerak.* p. 48 sq. et p. 127; nec non SCARIN l. c. §. 6—10. Caeterum fatemur, quae de vero anno susceptae a R. ERICO in Finlandiam expeditionis, hactenus a viris doctissimis, ad constantem et per omnes partes suas sibi consentientem veterum traditionem infirmandam, (quae a. 1150 tuetur) disputata sunt, nondum plene nobis satisfecisse; sed jam non vacat ex instituto et de novo hanc controversiam persequi, auctoritatemque singulorum, ex quorum fide pendet monumentorum, diligentiori examini rursus subjicere. Cfr. supra Prooem. not. 1.

Qua porro diligentia quaque sapientia in convertendis Fennis *Henricus* noster usus sit, difficile jam fuerit accurate definire. Legenda quidem ejus testatur, *aedificationi et confirmationi Finlandorum ecclesiae prudenter ac feliciter institisse* (al. *insudasse*): quanta vero fide tales laudes, Sanctorum memoriae liberalissime tributae, censeri dignae debeant, latet neminem. Apostolum nostrum vel ipsum linguam gentis convertendae calluisse, vel socios sibi illius peritos adscivisse, nullibi legimus commemoratum. Nec *aedificationem* atque *confirmationem* ecclesiae, tam ex animis hominum docendis emendandisque, quam e caeca obe-

---

[6]) Et ex hoc et quibusdam aliis locis (infra significandis) liquet, MESSENIO catalogi hujus exemplum ad manus fuisse: qui diligentissimus rerum veterum indagator, si fontes suos accuratius indicasset, atque conjecturis testimonia veterum minus audacter subinde auxisset, saepius jure suo fidem illam mereretur, quam auctoritati suae concedere jam non ubique audemus.

dientia externorumque rituum accurata imitatione iis exprimenda, Apostolos illorum temporum metitos fuisse, nota est res atque saepe demonstrata. Cfr. supra p. 23.

14. Caussam illatae S. *Henrico* necis, Legenda ejus simpliciter hanc adfert, quod *homicidam quendam ecclesiastica disciplina vellet corrigere.* Quae itaque posteriorum temporum addidit sedulitas, merito inter figmenta referuntur, non inepta minus quam dubiae fidei. Mirum videri queat, hominem barbarum ecclesiasticae poenae severitate graviter adeo fuisse commotum, nisi civilem insuper conjunctam cum ea ignominiam atque castigationem, iram ejus accendisse, probabile putes. Cfr. SCARIN Diss. cit. P. II, §. 8, p. 10, not. (a). Nomen Fenni homicidae *Lalli,* traditio incerta prodit; quem generis etiam nobilitate et munerum splendore MESSENIUS et ÖRNHJÄLMIUS liberaliter ornant. In absentis autem domum (quam alii in paroecia *Kiulo* collocant, contra aliis praedium Regium *Saaris*, in paroecia Wirmo, homini illustri, pro dignitate sc. tribuentibus sua) Episcopum divertisse, quod narrant, nonnisi populari nititur rumore.

Prima mox ab adventu suo hyeme interiisse, dubio caret. *Brumali tempore* fuisse interfectum, ex miraculo etiam digiti in glacie inventi, quod in Legenda celebratur, recte VASTOVIUS collegit. Ex improviso homicidam in illum insiluisse, Legenda narrat; nec magno comitatu Episcopus fuerit stipatus oportet, si et otium barbaro fuit mortuum spoliandi, et impunito licuit, post tantum facinus, domum abire. Securi vel bipenni armatum fuisse, credibile est; ac confirmant species, et laminae sepulchrali (Sancto Martyri in templo Nousensi dicatae) incisa, et in tabula, qua Templum Cathedrale Aboënse ornatum olim fuit (cujus HASSELQUISTIUS mentionem facit) expressa, et in effigie ligno insculpta, cujus exemplum chartae impressum fronti *Missalis Libri* Ecclesiae Aboënsis praefixum conspicitur. *Multis vulneribus* sanctum virum fuisse confectum, VASTOVIUS narrat; *crudeliter trucidatum* Legenda dicit: quae Bireti (sive pilei), capiti Martyris ab interfectore erepti,

suoque Capiti, sed funesto eventu impositi fabulam haud praeterit; poenae sceleri congruae, Divinitus immissae, largam sc. sic nacta celebrandi opportunitatem.

Digitum annulo ornatum, Episcopo ab homicida fuisse abscissum, omnes tradunt vitae suae scriptores: cujus rei memoriam ejusdem digiti imago in Sigillo Consistorii Ecclesiastici Aboënsis exsculpta (more nescio a quo inde tempore propagato), conservat. Caeterum in miraculo exponendo, huic tantae rei adjuncto, mire variant traditionis popularis interpretes [7]). Inter quos tamen ipsius Legendae auctori maximam sine dubio fidem deberi fatebuntur, qui dignam investigatione ac disputatione rem esse censebunt.

Quo loco vitam perdiderit S. *Henricus,* neque Auctor noster neque VASTOVIUS, neque *Legenda* antiqua, (apud BENZELIUM l. c. nec non in *Breviariis* reperienda), commemorant. Fama autem vulgaris in lacu *Kiuloënsi* necatum fuisse, testatur. Ms. *Palmsköldianum,* saepe a nobis laudatum, locum quidem habet, sed corrupte scriptum *Eillilo:* in qua scriptura, utrum vestigia vocabuli *Kiulo* contineantur, non affirmaverim. In lacu aliquo glacie obducto occisum fuisse, Legendae verba satis ostendunt: *Digitus martyris gloriosi in hyeme abscissus, in vere, cum ubique glacies tota liquefacta et resoluta esset, corvo super ipso crocitante, cum annulo ipsius est inventus, in quadam particula glaciei.* Ac probabile est, locum tam memorabilis eventus hominum memoria haud facile excidisse. Conjecturis tamen qui indulgeat, lacui *Pyhäjärvi,* propius Aboam sito, hunc vel honorem vel infamiam, nominis significatione ductus, (*Lacum sanctum* denotantis) vindicare non sine veri specie queat? qui a loco etiam sepulturae, Ecclesia *Nousis,* minus distat.

Martyrii gloria quo jure *Henrico* nostro tributa fuerit, ex dictis pronum est ad intelligendum. Scilicet alium longe illi vocabulo significatum Hierarchiae spiritus jam addiderat, quam qui primis Christianae religionis temporibus, cum

---

[7]) Quorum nugas qui discere cupit, adeat Ill. NETTELBLADT l. c. p. 65 sq. not (10), indicatosque ab eo auctores.

pati vim quam inferre ejus mallent alumni, obtinuerat. Quicunque religionis Praeco, violenta, sive merita sive immerita a paganis morte afficiebatur, *sancti* nomen *Martyris* meruisse, jam censebatur: qua igitur laude neque noster excidit. Vehementiae ac fervoris in opere conversionis urgendo justo majoris, ÖRNHJÄLMIUS [8]) eum accusat; nec ut videtur immerito. Sed quicquid sit, zelo tamen religionis propagandae haud vulgari flagrasse, vel inde colligas, quod Rege cum exercitu in Sveciam revertente, Episcopus in Finlandia remansit, perducendis ad fidem Christianam incolis operam navaturus. Aqua fontis *Kuppisensis* (prope Aboam) ad paganos Baptismi sacramento initiandos, praecipue usum, non aliam quam HASSELQUISTII auctoritate nititur, non magni illa in his rebus momenti; qui a nomine solum fontis, S. Henrico olim dicati, narrationis suae firmamentum petit. Sed piget plures inutiles, vel in laudem vel vituperationem ejus cumulatas conjecturas, eliminare; quas qui cognoscere cupit, ubi reperiet indicavimus.

Neque *miracula* sua, post mortem facta, qualia in Legendis Sanctorum Pontificiorum fere narrari solent, attingimus. Cujusmodi nugarum cupidis VASTOVIUS abunde satisfaciet.

Utrum solenniter, more in Ecclesia Romana recepto, Sanctus renuntiatus cultuque dignus declaratus sit, nec ne, dubitari solet. Fidenter quidem pronuntiat VASTOVIUS: *Martyrium subiit a. 1150. 19 Januarii, et relatus in numerum Sanctorum ab Adriano IV, anno 1158, quo tempore Abogiae facta est sedes Episcopalis ab eodem Pontifice, cum antea fuisset Ecclesia Renclamichensis* (leg. *Rändämäkensis*) *primaria.* Sed non majorem fidem merentur quae de tempore factae Canonizationis Henrici nostri, quam quae de translatione sedis Episcopalis, oppido praematura, hoc eodem loco dicit [9]). Nobis quidem nullo posse demonstrari argumento

---

[8]) L. c. p. 462 sq.

[9]) Errorem VASTOVII, JOHANNEM MAGNUM secuti, (nec illum MESSENIO non observatum) castigavit ÖRNHJÄLM, (*Hist.*

videtur, curiae Romanae solennem quandam auctoritatem intervenisse, cujus sacrae histrioniae minorem adhuc illis seculis, quam serioribus, visam fuisse necessitatem, haud difficulter doceas. Henricum tamen nostrum et ab harum incolis terrarum mature fuisse Divis annumeratum, et ab ipsis passim Pontificibus Romanis *Sancti* titulo honoreque ornatum, dubio caret [10]). Corpus occisi Episcopi, mox post

---

Eccl. p. 464), qui alium annum factae hujus Apotheoseos indicare prudenter omisit: quam igitur Pontifici ADRIANO IV tribuere, VASTOVIO duce, PERINGSKÖLD (*Monum. Upl.* II, p. 128) et RHYZELIUS (*Episcoposc.* I, p. 27) eo minus debuerant, quod ante a. 1157 Henricum non occubuisse, paullo ante affirmaverant. MESSENIUS (*Scond.* X. p. 13, cfr. II, p. 74) a. demum 1299 a Papa *Bonifacio VIII* Henricum nostrum rationario Sanctorum inscriptum fuisse scribit; conjecturae indulgens nullis firmatae argumentis. SCARIN (Disp. *de S. Henrico* P. II, p. 21) maturius factum, ac *minimum seculo medium currente tertio decimo*, contendit; etiam ille temere: nisi ridiculo argumento aliquid verisimilitudinis tribuere velis, quo ex itinere famuli Episcopi Aboënsis in Westrogothiam suscepto, (miraculoque quod ibi evenisse fabulabantur), Episcopum hunc fuisse Westrogothum, adeoque *Catillo* aetate haud posteriorem, eoque igitur tempore Henricum sanctis jam adscriptum (ad quem honorem, serius multo adipiscendum, hujusmodi miracula viam sternere solebant), permiro colligit ratiocinio. Cfr. LAGERBRING Sw. R. Hist. II, p. 257.

10) Sic in Bulla Papae Bonifacii VIII, data Romae apud S. Petrum (VI Id. Maji) Pontificatus a. 2:do h. e. 1296, (Vid. A CELSE *Appar. ad Hist. Sveogoth.* S. I, p. 99, n:o 12) legitur: „Cupientes igitur ut Ecclesia Aboënsis, in honorem b. Marie Virginis et *Sancti Henrici Episcopi et Martiris* fundata - - - congruis honoribus frequentetur, - - - omnibus vere penitentibus et confessis qui in - - - *Sanctorumque Henrici* predicti et Olaui regis et martiris ac dedicacionis ipsius ecclesie festivitatibus - - - - - - devote visitaverint etc.". Habetur haec Bulla in Registro Aboënsi Fol. 65. Similiter in Bulla Papae Innocentii IV, data Avenione III Yduum Novembris Pontif. a:o I, h. e. a. 1353 (Cfr. A CELSE l. c. p. 125), verba haec occurrunt: „Cupientes igitur ut ecclesia Aboënsis - - - frequentetur, - - - omnibus vere penitentibus - - - qui in - - - - (festivitate) *Sancti Henrici Martiris, cujus ipsa est ecclesia vocabulo insignita,* prefatam ecclesiam devote visitaverint etc.". Legitur in Reg. Aboënsi Fol. 66.

patratam caedem, ad eum locum fuisse translatum ubi Templum *Nousense* jam exstructum est, ibique sepultum, veteri traditioni credimus [11]). Sepulchrum autem longe demum serius ornatum quem hodieque ostentat accepisse, infra videbimus: quo tempore ossa sancti viri inde jam ablata et ad Templum Cathedrale Aboënse translata fuisse, dubio caret [12]). Caeterum singulari veneratione divum hunc, tem-

---

[11]) Corpus Episcopi primum in aedicula conditum fuisse, cujus adhuc reliquiae in pago *Ylistaro* paroeciae Kumoënsis ostentantur, existimat SCARIN' l. c. p. 11, ex conjectura, nullis firmata argumentis: traditio incolarum nihil aliud, nisi cultum divinum in illa aede (aeque ac in altera Nousensi, de qua Idem l. c. p. 6) fuisse celebratum, docet, neque translati inde ad ecclesiam Nousensem mortui martyris ulla exstat memoria. Quod eodem loco (p. 15) additur, „Sacellum ligneum, saltem exile et minusculum exuviis divi hujus primum datum fuisse portum, --- inibi, donec Nousensis templi, quae hodie est, substructio facta fuit, requievisse", improbabile haud est; licet quos indigitatos auctor velit *papaei aevi annales* qui *universi* de hac re *consentiant*, expiscari nequiverimus. MESSENIUS (l. c. T. X. p. 4 sq.) recte, mox *humatum Nousii* (in paroecia *Nousis)* dicit: quod vero addit „*Insula fuit loco caedis modica*, in qua temporis progressu, sacellum martyris construitur memoriae", unde sumserit, nescimus. Pergit deinde non improbabiliter: „et domus pagi Ylistarensis, in qua ultimo pernoctavit, in aliud (sacellum) convertitur", adjicitque, (pariter sine dubio ex conjectura) „*Circa MCLVI Homicida, complicesque rebelles*, (quorum omnino nulla in antiquis monumentis fit mentio), *pro meritis a Rege mulctantur*". Ita auxit suis quisque commentis inopem Historiae nostrae penum! Quo tempore Templum Nousense lapideum quod hodie visitur, exstructum sit, omnino nescimus; credibile tamen est, mature fuisse factum. Certe anno jam 1232 *Wilhelmus* ille, quem Episcopus *Thomas* in litteris biennio serius datis (a. 1234) *Capellanum* suum vocat, in Bulla Papae Gregorii IX (de qua postea) appellatur *Rector Ecclesiae Sanctae Mariae de Nosia.*

[12]) *Exuvias S. Henrici*, post a. 1300, (accurate annum neque ei licuit neque nobis licet indicare) die *XVIII Junii, a Nousio, solemniter fuisse translatas et argenteo impositas decenter loculo*, narrat MESSENIUS (*Sc.* T. X p. 13; cfr. T. II p. 74): quam rem et *festum Translationis b. Henrici* illo die magna solennitate postea quotannis celebratum confirmat, et ossa divi hujus, tempore habitae ab *Hasselquistio* orationis suae (a. 1682)

pore religionis Papisticae in patria vigentis, per Fenniam fuisse cultum, ac totius hujus terrae Patronum et prote-

et a. *Juslenio* editae Disp. de *Aboa Vet. et Nova* (a. 1700, vid. ejusd. p. 12) in sacrario Templi Cath. visa, extra dubium collocant; quae adhuc ibidem, si traditioni fides sit tribuenda, servantur. Cfr. Orat. *Justandri de quibusd. Antiquitt. Abogicis* p. 6. Ac nescio cur Auctor Dissertationis *de S. Henrico* (P. II, p. 15 sq.) scepticum hic agat. Negat ille primo sepulchrum S. Henrici Nousense aevi illius peregrinationibus religiosis fuisse frequentatum; quod nobis quidem secus videtur, morem temporum cogitantibus et superstitiosam venerationem, qua tantae famae dignitatisque divum, Finlandiae totius Patronum, (atque hinc sine dubio locum etiam quo corpus suum aliquando jacuerat conditum) homines prosequebantur: quare et apparatu non vulgari ad cultum publicum ritibus papisticis solenniter celebrandum necessario, hanc ecclesiam fuisse instructam reperimus, et Cenotaphio sancti viri magnifico ornatam; quem sumtum frustra fecisse posteriores Ecclesiae Fennicae Antistites Pontificios, verisimile non est. Nec nummi etiam veteres peregrini, in vicinia hujus templi inventi, huic eidem non favent sententiae. Cfr. Diss. *D:ni Arv. Paulin* (Praes. Cel. Pr. Bilmark) Ab. 1769 ed. de Nummis quibusdam antiquis in Finlandia haud ita pridem repertis, p. 7 sq. Deinde dubitationem movet (sine allata gravi satis, ut nobis quidem videtur, caussa), an ossa quae sua aetate (ut olim) pro S. Henrici venditabantur (hodieque eadem esse narrantur quae prisca venerata fuit superstitio), genuina essent. Cujus autem veneratio tam mature invaluit, quidni ejus exuviae facile reperiri atque postea conservari intemeratae poterant? Quas, non admodum credibile est, superstitiosos ejus cultores adeo cum aliis liberaliter deinde communicasse, ut praecipuam ipsi partem non retinerent; quos aliis (si placet) potius adulterinas vendidisse merces, quam ut tam pretiosis cimeliis sua careret ecclesia permisisse, credas. Nec facile suspiceris, post emendata apud nos sacra, tam ineptam ab aliquo esse fraudem initam? Loco hujus igitur criseos, vellem explicatius significasset, quod obscure modo innuit, quodnam fatum haec δεισιδαιμονίας cimelia sub *Douglasii* detestato nostris regimine, (tempore occupatae a Russis Finlandiae), experta fuisse traderentur? Caeterum supersunt adhuc, atque eodem quo auctor ille indicavit loco servantur, aliae etiam commemoratae eidem antiquitatis reliquiae, b. Henricum respicientes: simulacrum n. quoddam Divi, nec non reliquiarum sanctarum (quas vocabant) repositorium, neque materiae illa neque artis pretio insignia.

ctorem habitum, nemo nescit; ad quem preces votaque, frequentius quam ad Deum ipsum, decepti misere majores no-

[Quae hic *de Ossibus S. Henrici in Sacrario Ecclesiae Cathedralis adhuc conservatis*, a nobis disputantur, haberi dubia debere, postea didicimus. Nempe quod obscurius in Diss. *de S. Henrico* indicatur, id apertius atque plenius in parte I (quae sola prodiit) Dissertationis D:ni *Erici Renström*, quae inscribitur *Historia Sveogothica deficiens et restaurata*, (hic Aboae, Praeside itidem Cel. Scarin, a. 1736 edita) p. 59 docetur, ubi legitur: *Hoc certum est, transmigrasse in Russiam tempore novissimo illo* (dominationis Russicae in Finlandiam a. 1714—1721) *reliquias S. Henrici: non argenteum caput et brachium illud, quod Magnus Tavastius Episc. olim in ecclesiae usum fieri consecrarique voluit; verum ossium fragmina beati illius, quae eo úsque majores servaverant. Quorum culpa, non ego temere judico.* Quae ubi cum verbis ex Dissertatione illa altera a nobis allatis comparassemus, ad famam respicere apparebat, ad nostras quoque aures perlatam, tempore quo Finlandiae Russorum nomine, circa a. 1719, praefuit Comes *Douglas* (homo nequam, qui ad Russos transfuga, nostros acerbius etiam quam ipsi Russi vexabat; cfr. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1791 N:o 25), hujus consilio prodita Russis fuisse a sacerdote quodam Ecclesiae Cathedralis, ossa S. Henrici in templo recondita, atque ab his in Russiam transportata? Quum rem auctor uterque, tam brevi post factum ipsum tempore, tam confidenter narret; fidem quidem ei derogare nolo. Sed fateor, narrationem tamen totam suspectam mihi videri. Quid enim *Russos*, Graecae confessioni addictos, qui Sanctos Pontificiorum maximi haud faciunt, neque qualem hi ossibus demortuorum venerationem idololatricam exhibere solent, permovere potuit, ut de his auferendis magnopere laborarent? (Nisi in exercitu eorum fuisse aliquem putes fervidum religionis Pontificiae asseclam, qui privato consilio rem perfecerit?) Aut quorsum igitur ossa illa adducta sunt, vel ubinam hodie asservantur? Quae quidem occulta habere eum voluisse, qui de iis comparandis sollicitus fuerit, vix credas? Quicquid sit, si ablata vere sunt, et non potius alicubi (sub Templo fortassis ipso Cathedrali?) ita defossa atque abdita, ut omnes hodie lateant, (in pulverem quoque jam resoluta?); jacturam sane non magnam Patria inde passa est! Quae vero jam supersunt ossa, una cum scrinio ligneo, ea Episcopi *Hemmingi* esse, credere fas est, eadem quae a. 1514 exhumata, magnaque pompa venerationi plebis superstitiosae exposita sunt: cfr. infra vit. Ep. Hemmingi. Explicationem autem D:ni *Renström* (Praesidisque sui) verborum Chronici nostri, quibus

stri fuderunt, a quo uno auxilium promtissimum largissimumque sperarunt, cujus meritis et apud Deum intercessioni vehementius quam sanctissimi Servatoris beneficiis confiderunt, quem igitur hymnis et laudibus religiosis celebrarunt [13]), cujus ossa, exuvias, simulachra et imagines consecrarunt atque adorarunt, cui Templa dicarunt [14]), in

---

Episc. *Magnum Tavast* „Caput et brachia *S. Henrici* argentea fieri" curasse dicitur (quod illi ita interpretari videntur, ut simulacra Capitis et Brachiorum Sancti Viri ex argento curasse fabricanda, doceant), an probare liceat, Lectoribus judicandum relinquimus: nobis quidem haud placet (cfr. infra), qui jam existimamus nihil aliud significare, nisi tenui crusta argentea fuisse sancta illa ossa obducta (förfilfrade); quare nec a praedonibus Danicis a. 1509 fuisse cum aliis rebus Ecclesiae pretiosis ablata legimus, nec *argenti* (quo obducta erant) caussa a Russis abduci meruisse, putamus? *Scrinium* vero illud quod *S. Henrico* procurasse b. *Hemmingum* didicimus (vid. infra), *argenteum* fuisse, existimandum haud est, sed ex viliori aliqua materia (ligno fortassis?) fabricatum, quoniam nec illius inter reliqua spolia sacra a praedonibus Danis (ex improviso urbem intrantibus) abducta, l. c. mentionem Auctor noster facit.]

[13]) Vel quibusdam adducendis locis precum solennium, festis suis diebus ad illum fusarum, satis hoc confirmatur, quae ex *Missali Aboënsi* (Lubecae a. 1488 typis edito) transcripsimus. Talis haec est formula: „Omnipotens sempiterne Deus, qui beato martiri tuo atque pontifici gloriosi triumphi largitus es palmam, *ejus quesumus meritis et precibus gratiam nobis largiaris et gloriam*". Item haec: „Te laudantem nostrum cetum, Et in tua laude laetum, *Fac in caelo Angelorum Sempiterna beatorum Perfrui laetitia*". Item alibi: „Suscipe quesumus Domine, munera dignanter oblata; *et beati Henrici suffragantibus meritis*, ad nostrae salutis auxilium pervenire concede ----- Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: *ejus quesumus intercessione nos refove*, cujus solennia celebramus". Solennis hujus, dicati sibi cultus ordinem, plenius infra dabimus: cfr. interim ÖRNHJÄLM l. c. p. 463; PERINGSKÖLD *Monum.* II, p. 128; SCARIN l. c. p. 14, 20 et 28 sq.

[14]) Vel unum exempli loco nominasse suffecerit Templum Cathedrale Aboënse, quod conjunctim b. Mariae et b. Henrico dedicatum fuit, (cfr. supra p. 110 not. (10)), sed ab hoc tamen postea frequentius quam ab illa appellari deprehendas. Simulacris vero ejus omnes fere ecclesias fuisse instructas, notum est.

cujus honorem festa et sacra instituerunt [15]), etc. Huic religioso Fennorum in tantum divum affectui, Ecclesia quoque Cathedralis maximam opum atque praediorum suorum olim debuit partem; quae illi donata, ad eum quoque pertinere credebantur [16]). Sed neque intra Fenniam sese haec

[15]) Vulgatissimum est, celebratum inprimis Aboae fuisse, magna solennitate, praeter *Festum Translationis b. Henrici*, supra jam (p. 111 sq. not. (12)) commemoratum, diem *mortis* suae (quem etiam *Natalem* ejus appellabant, quod sc. per mortem in aliam atque beatiorem vitam quasi editus esset?) die 19 Januarii; qui per totam Finlandiam sanctissimus religiosissimusque habebatur. Uterque igitur festus dies, in Calendario, quod Libro Missali, Aboënsis Dioecesis in usum edito, praemittitur, rubris distinguitur litteris: dies Natalis etiam in Calendario reliquis Missalibus atque Breviariis Svecicis praefixo. Quod festo utroque magna hominum frequentia ex omnibus hujus terrae partibus Aboam, ad divum tutelarem venerandum conflueret, occasionem hoc dedit Nundinis hic instituendis, quae hodieque his diebus (d. 19 Januari et 18 Junii) quotannis in hac urbe habentur. De numo etiam, auspicio Regni Gubernatoris D:ni *Stenonis Sture* Senioris Aboae cuso, qui caput S. Henrici ostentat, vid. BRENNERUS *Thesaur. Nummor. Sveo-Goth.* p. 38. Cfr. de his omnibus SCARIN l. c. P. II, p. 17—20 et 25—29. De *Die* s. *Festo Reliquiarum*, per totam Dioecesin Aboensem, *Crastino Natalis b. Henrici*, celebrando, ab Episcopo *Berone* a. 1369 instituto, nec non *Capella divo nostro*, communiter cum S. Erico *dicata*, infra suo loco monebimus.

[16]) In Testamentis igitur, quibus praedia sua homines Ecclesiae nostrae Cathedrali relinquebant, frequenter legas illos hoc fecisse *St. Henric til hedker*; de quibus praediis, eorumve limitibus, qui litem movebant, *S. Henrico* illam intendere et dicebantur et credebantur, quod igitur saepe graves conscientiae scrupulos non potuit non excitare. Coloni autem hujusmodi praediorum, *Coloni* audiebant *S:ti Henrici (S:t Henrics* Landbönder). Quorum assertorum confirmandorum caussa, nonnulla subjicere placet exempla. In sententia quadam summi Judicii Regii (Räfsthä Tinghs Dom) a. 1405 lata, legitur: Tha lerdhe hustru Elsebg til Sancte Henric om een fyerdungh i Hidenwaynio godz etc. (*Registr. Aboëns.* Fol. 98). In alia sententia judiciali a. 1451 lata, verba jacent: - - Kennoms wi, - - - Pedher Karpalaynen, Häredz-höfdinge j Masko Häradh, Ragwaldh i Pike Härade = = = At then tid wi worom pa ena Landz-

superstitio continuit; in Svecia etiam religiose cultum fuisse, non dubiis constat testimoniis atque documentis [17]).

---

fyn millan *S:ti Henrikx* **Landbo i Waranemi** pa ena sidha, oc Matti Kappo oc Mattz Ylponen pa andra sydona, etc. (ib. Fol. 116). Testamentum quoddam a. 1418 scriptum, hoc habet initium: Fore allom thöm thetta breff höra eller see, kännis Haelvitz Stoltefoot, Kirkioprester j Thowäsala uppenbara met theslo närwarande mino opna breffue, at jak . . . giuit ok met allom räth wplathet **j Gudz hedher ok Sankti Henrics**, Domkirkionne j Abo til henna bigningh, fore minna förälbra siäla oc mina, alt mit gods j Wenthialaby i Lundha sokn etc. (Ib. Fol. 124). Litterae venditionis a quodam *Matthia Andreae de Arelax* a. 1467 datae, ita incipiunt: For allom them thetta breff höra eller see, kennes ok kungör jak Mattis Andersson aff Arelar, ath epter thy Nwmmes godz, liggiende j Wirmo sokn, war min fader Anders aff Arelar, Gud hans siäl nadhe, fraagangith, antigin for pant eller köpjordh, ok laghdh under Sancti Johannis Altare j Abo Domkirkje; Thy elandath jak therom nw for IIII aar, ok hafdi fullelige j akth ath atirelanda for:de godzet wndan Abo Domkirkio; **togh fore stora syelfara skuldh**, epter myna wena radh, ja ok samtyckie, met myn godwilie ok beradhna modhe, uplot jak ok soldhe for:de godz, -e Abo Domkirkio til äwinneliga ägo etc. (Ib. Fol. 95). Addere tandem placet documentum quoddam hujus generis integrum: *Ego Ernestus de Dotzen, quondam Capitaneus Finland. tenore presencium protestor, me in favorem libertatis ecclesie*, et ad honorem beati Henrici, *predia dicta Arffuesala, nec non ad instancias reverendi Domini Detmari, Canonici Aboensis, predia dicta Nuyala, parochia Wemo sita, toto tempore quo prefui regimini Castri et terre Finlandensis, ab omnibus exhibicionibus et imposicionibus regiis quitta et libera dimisisse. Datum Abo anno Domini MCCCLXX quarto, ipso die beati kalixti Pape, sub sigillo meo impendenti in premissorum evidenciam firmiorem.* (Ibid. Fol. 107).

[17]) Praeter formulam cultus ipsi exhibendi, Breviariis insertam, huc pertinent quae de veneratione in Upsaliensi Ecclesia divo huic praestita habet PERINGSKÖLD l. c. II, p. 13, 27, 32, 128, et de simulacro ejus argenteo in templo S. Nicolai Stockholmensi culto, Ib. p. 128. Nundinas Henricianas Örebrogiae quoque eodem quo Aboae die ejus Natali fuisse celebratas, notum est. Cfr. TUNELD Sv. *Geogr.* Ed. VI, T. I, P. II, p. 79; BAGGES *Beskr. om Örebro* p. 65; et SCARIN l. c. p. 18 atque 29 sq. Senatorem illum urbis Stockholmensis, *Petrum Ålänning*,

15. Quae partim in *Breviariis* nostris legi potest, partim apud BENZELIUM, *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 33 sq. (quam ex vetusto Cod. Mscr. Bibliothecae Acad. Upsalensis ille edidit) et VASTOVIUM, *Vit. Aquil.* Ed. Colon. p. 65 sq., Ed. Benzel. p. 62 sqq. (qui ex antiquo Ms. Codice Rubrae Vallis in Belgio se desumsisse docet; sed mutasse quibusdam locis, stili emendandi consilio, videtur).

16. Quia nimirum et festis hujus divi diebus publice recitabatur, et Breviariis erat inserta, ac praeterea etiam sine dubio, multorum versabatur hominum manibus. Fennice an versa fuerit, non constat; quod fortasse inutile fuit, cum pauci nostrorum, praeter Sacerdotes, nossent literas. Versibus autem Fennicis qualitercunque expressam memoriaeque et cantus ope sic per ora hominum propagatam fuisse, non est improbabile: ac supra (p. 102 sqq.) allatum carmen nugatorium confirmat; cujus generis plura etiam exstitisse, a vero non abhorret.

SECUNDUS.

Dominus RUDOLPHUS *r*), natione Vestgothus *s*), captivatus a Curonibus, et ab eis deportatus, interficitur in Curonia *t*), A:o D. 1178 *u*) [17].

---

qui Capella S. Henrici Upsaliense auxit templum, singulari pietate divum hunc coluisse, eo minus dubitare licet, quo majore liberalitate idem alia, in ejus itidem honorem fundata, Aboënsem quoque Ecclesiam simul ornavit; ut postea docebimus.

Tandem observamus, quod Nob. LAGERBRING (l. c. 2 D. C. XI, §. 9, p. 257) commemorat, a miraculorum divi hujus recensione, festis sanctorum diebus fieri solita, homines caute abstinuisse, nobis quidem parum videri verisimile: in Breviario certe Arosiensi, quod nobis ad manus est, praecipuorum suorum mentionem fieri miraculorum videmus disertam.

r) [Plures Codd. *Rodulphus.*] *s*) A. *Westrogothus*, N. *Wesgothus*, semper. *t*) M. *Curovia*, N. *Curronia.* *u*) Annus hic expressus non legitur nisi in Codice A.

Notae Editoris.

17. *Rodulphum* vocat MESSENIUS (Scond. T. IX p. 64); cui adstipulatur *Fragm. Palmsköldianum,* habens *Rodulff,* recte ut putamus. *Rodolphum* aliis locis legit MESSENIUS (l. c. T. II p. 10, T. X p. 5, T. XII p. 105, T. XV p. 28), ut et codices auctoris nostri plerique; *Rolfum* hinc effingit RHYZELIUS (l. c. p. 327). Nulla de hoc alia exstat memoria, quam quae hic, vetustioribus praeeuntibus Antistitum Finlandensium Catalogis, ab auctore nostro traditur. Primum Finlandiae fuisse Episcopum, MESSENIUS asserit, circa a. 1172 hac dignitate a Rege CANUTO *Erici* auctum putans (l. c. T. II p. 10, T. X p. 5); quod pro certo venditat RHYZELIUS (l. c.), sed ita tamen, ut ab Archiepiscopo Upsaliensi *Stephano* huc missum, (ex ingenio, ut solet), addere non dubitet. Cautius longe MESSENIUS alio loco (T. XII p. 105) de hac re disputat, cujus adferri verba merentur: *Neque in praefatis ex urbe literis* (Papae Alexandri, de quibus mox) *memoria Episcopae injicitur Aboënsis, quod licet S. Henricus anno MCL Finlandorum conversionem exorsus fuerit, aliquot passim sacellis ligneis fabricatis, tamen primordia non jecit mox alicujus novae dioecesis, sed velut Upsaliensi subjectam Ecclesiae Finlandiam, Christo lucrari conatus, - - -. Fundati vero deinceps Episcopatus Abogensis, primus deputatur a Carolo vel Canuto* (Regibus Sveciae) *illic Antistes Rodolphus, natione Westrogothus, vel certe a S. Erico mox post caedem b. Henrici subrogatus, cum non credibile Regem religionis studiosissimum propagationi, tam diu Finlandiam pastore orbam videre potuisse.* Nobis quidem probabile admodum videtur, cum plures sine dubio S. Henricum comitati essent Sacerdotes, vel exercitui Svecico, vel Coloniae novae in Finlandiam deducendae, vel paganis convertendis atque religioni Christianae per hanc terram latius propagandae, suum exhibituri ministerium, quorum non paucos, exercitu Svecorum reverso, in his oris remansisse, necesse est (cfr. supra p. 55 sq.); post mortem Episcopi, aliquem eorum, auctoritate praeci-

puum, ejus hic locum in opere conversionis urgendo ecclesiaque nova dirigenda, mox occupasse, sive publice constitutum, sive collegarum judicio delectum, sive tacito reliquorum consensu fultum. Cujusmodi auctoritate nostrum *Rodulffum* eminuisse, traditioni majorum concedendum est. *Episcopi* autem vel nomen gessisse, vel insignibus ornatum fuisse, atque potestatem et dignitatem more in Ecclesia eo tempore solenni, adeptum esse, aut Cathedram hic Episcopalem jam tum fuisse constitutam, non est verisimile. Quod idem de multarum quoque aliarum dioecesium primis valere Episcopis, harum rerum periti non ignorant. Genius autem seculi, ad Hierarchiae formam probandam proni, faciles deinde rationes praebuit, dignitatem hujusmodi Antistitum sensim augendi. Germanicae *Rodulffum* nostrum fuisse originis, aliquis suspicatus est, nominis sui *(Rudolphi)* peregrino adductus sono; sed *Westrogothum* monumenta vetera diserte vocant: a quorum auctoritate, levibus indulgentes conjecturis, temere hodie recedere qui audent, non optime de his literis merentur.

De *Curonibus*, novae Ecclesiae Fennicae hostibus, qui captivum abduxisse antistitem nostrum, atque postea interfecisse, dicuntur, supra disputavimus, p. 96 sqq.

Annum captivati et necati *Rodulffi* nostri, 1178 indicat etiam SPEGEL (Sw. Kyrkio-Hist. 2 D. p. 387), nostrum puto secutus auctorem; annum vero 1192 habet MESSENIUS (l. c. L. X p. 5), conjectura ductus? In *Fragm. Palmsköldiano* anni nota desideratur. Nihil itaque definire audemus.

TERTIUS.

D. FOLQUINUS [18] natione Svecus, prius Canonicus Upsalensis [19]. Non autem compertum est, quamdiu sedes Episcopalis vacaverit post martyrium B. *Henrici*, aut quot annis isti duo sequentes fuerint in Episcopatu [20]. Cogimur igitur horum tempora silentio

praeterire; nisi quod circiter *v*) annum D:ni 1198 dicuntur Rutheni incendio devastasse Abo [21]. *Id factum est feriis Pentecostes x*).

Notae Editoris.

18. De dignitate viri hujus Episcopali, idem fere quod de *Rodulffi* tulimus, faciendum esse judicium putamus. Non Svecum tantum fuisse, sed Canonicum etiam Upsaliensem, antequam rebus sacris Fennorum praeficeretur, aperte noster docet. Nescio itaque quid in mentem venerit viris doctis, qui *Fulconem* Estonum Episcopum, (a nostro plane diversum), huc trahere, et cum hoc *Folquino* confundere, instituerunt: cujus consilii ÖRNHJÄLMIUS primus auctor fuit, *Julium* etiam nescio quem [1]) seriei Episcoporum Finlanden-

---

v) A. *acriter*. *x*) Haec additio non comparet in Codice A.

[1]) Hominem caetera ignotum, Estonum Ecclesiae fuisse praefectum, ex literis Papae Alexandri III, (apud VASTOVIUM l. c. p. 162 et GRUBERUM l. c. p. 235 legendis), docuit ÖRNHJÄLM, qui et ipse easdem exhibet (l. c. p. 571 sq.); verum in editione Epistolarum *Petri Cellensis* a *Jac. Sirmondo* curata, unde easdem litteras exscripsit GRUBERUS, non *Julii* nomen legi, sed *Fulconis* ejusdem qui reliquis, laudatis nuper Epistolis, commendatur, idem observat (l. c. p. 78): quamobrem non nisi ÖRNHJÄLMII fallaciae *Julium* hunc deberi, haud obscure suspicatur; cui tamen injuriam facit, utpote VASTOVII auctoritate decepto, apud quem idem *Julii* nomen huic Epistolae inseritur (l. c p. 166 sq.), *per errorem* tamen *typographicum*. Itaque hunc *Julium* ne exstitisse quidem putes, multo minus Fennicis esse Episcopis annumerandum. Cfr. A CELSE l. c. p. 42 n. 18; et VON DALIN Sw. R. H. 2 D. p. 150: qui hinc emendandi. In mendo quidem cubare textum VASTOVII, atque pro *Fulco* irrepsisse *Julio*, quemque diligentior loci ipsius inspectio docere debuit, in quo jam legitur: --- *Credimus sane universitati vestrae innotuisse, qualiter venerabilis frater noster Julio* (non *Julius) Estonum Episcopus, inopia et paupertate prematur,* etc. Ac probabile videtur, hanc Epistolam eodem etiam anno quo duas proxime praecedentes, (apud VASTOVIUM eundem legendas) a Papa fuisse scriptas; ita ut prorsus nullus *Julio* cuidam locus supersit.

sium intrudere conatus [2]). Ipsa illa ad quae provocant monumenta, Epistolae cum Papae Alexandri III, tum Petri Abbatis Cellensis, (apud VASTOVIUM, Ed. Colon. p. 162, 163, 164, et GRUBERUM *Orig. Livon.* p. 232—235; cfr. A CELSE l. c. p. 36, n:o 2—7, et p. 42 n:o 18), diserte docent, non *Fennis* sed *Estonibus* illum *Fulconem* cujus ibi mentio fit, missum fuisse Episcopum [3]). Cumque notum sit, non Sveeos solum sed Danos etiam, de Estonibus subjugandis convertendisque illa aetate laborasse [4]); mirum haud est *Fulconem* resque suas non Svecorum modo Regibus, Populo, Ducibus atque Episcopis, sed Danis [5]) quoque et maxime Archiepiscopis Lundensibus commendari: quos Fennorum conversioni curam vel operam ullam impendisse, nec verisimile est, nec ex ullis rerum monumentis ostendi potest [6]).

---

[2]) L. c. Cfr. ib. p. 585. Alios nactus est magis minusve sibi adstipulantes: Cfr. RHYZELIUS l. c. p. 327 sq.; It. VON DALIN, LAGERBRING et A CELSE l. l. c. c.

[3]) Quod jam recte monuit LAGERBRING l. c. P. II p. 238. Ecclesiam *Fennicam* et *Estonicam* uni atque communi paruisse unquam Episcopo, quae doceant, nulla reperiuntur vestigia.

[4]) Vid. GRUBER l. c. p. 78, not. (k), et p. 128 sqq. LAGERBRING l. c. P. II p. 325 sqq.

[5]) Inscriptionem Epistolae qua Papa *Julium* (s. rectius *Fulconem)* commendat, talem exhibet ÖRNHJÄLM (l. c. p. 571): *Alexander Episcopus ---- universis Dei fidelibus per Sveciam et Daniam constitutis.* VASTOVIUS autem (l. c. p. 162): *Alexander. --- fidelibus per Daniam constitutis;* GRUBERUS, ex SIRMONDI fide, *Alexander --- fidelibus per Daciam constitutis,* recte ut putamus. Nec omnino abest suspicio, ÖRNHJÄLMIUM, qui ex VASTOVIO descripsisse videtur, *Sveciam* hic intrusisse. Quod autem vitio ei vertit GRUBERUS (l. c. p. 234, not.), inscriptionem Epistolae alius, a Papa eodem *Regibus et Principibus et aliis Christi fidelibus per regna Sveonum, Gothorum, Danorum et Norwegensium* datae, mutasse, atque *Danis primum locum invidentem, falsum commisisse:* rursus ei injuriam facit, VASTOVIUM (l. c. p. 155) fideliter secuto. GRUBERUS ipse, cum SIRMONDO, habet: - - *fidelibus per regna Danorum, Norvegensium, Guetomorum* (quod nomen corruptum esse, ita ut dubium sit, an *Svecos* significare possit? nemo non videt) *et Gothorum constitutis* etc.

[6]) *Finlandiam* quidem pro *Estonia* veteribus fortassis ali-

Fulconem illum Estonum Episcopum gente Svecum fuisse, nullo probare argumento licet: Monachum Germanum potius credas; (quae et ÖRNHJÄLMIO sententia stetisse videtur). Quae autem Auctori nostro, *Folquini* patriam prodenti, fides habetur, cur ei in reliquis temere denegatur?

19. Etiam hujus asserti fidem ÖRNHJÄLM (l. c. p. 492 sq.) convellere nititur, *Fulconem* suum, Estonum Episcopum, temere cum nostro confundens. Verum quidem est, Collegia Canonicorum, ad justam Juris Pontificii normam, per Sveciam non adhuc fuisse instituta; quod post concilium demum Skenningense factum constat [7]): sed ejus tamen instituti imaginem quandam diu ante ad praecipuas sedes Episcopales jam adoptatam viguisse, ac Episcopos consilio usos hominum, officio et dignitate posterioris aetatis Canonicis non omnino absimilium, negari haud potest [8]): cujus ge-

---

quando dici, non repugnabimus; sed res ipsa atque contextus simul facile docet, an nostra possit significari *Finlandia*? in quam Danos illis temporibus aliquas fecisse expeditiones, demonstrari haud potest.

[7]) Cfr. LAGERBRING l. c. P. II, p. 431 sq. et p. 444; A CELSE l. c. p. 65, n. 15; p. 69, n. 9; p. 74, n. 34 et 35; p. 28, n. 17.

[8]) Cfr. editum a SCHEFFERO *Chronicon de Archiepiscopis etc. Ecclesiae Upsaliensis*, p. 19; ubi de Archiep. *Jarlero* dicit vetus auctor: „Hujus tempore *Collegium Canonicorum saecularium* institutum est in Ecclesia Upsaliensi, regnante Domino Erico Rege Svecorum. *Primo enim fuit Monachorum*". Ad quem locum observat SCHEFFERUS, p. 20: *Ergo etiam ante Canonicos modo nominatos (Saeculares, qui se necdum certo alicui addixere sacerdotio --- opponunturque regularibus*, ut paullo ante notaverat,) *Ecclesia Upsaliensis habuit collegium, quod una cum Archiepiscopo gerebat curam negociorum Ecclesiasticornm. Sed id Collegium constabat non ex saecularibus Canonicis, verum certae regulae addictis, Benedicti puta, vel alterius, quos iccirco noster Monachos appellat.* Addi potest, neque numerum fortassis eorum, neque officia juraque hactenus fuisse accurate definita; adeoque nec auctoritate dignitateque plane eadem adhuc qua postea eminuisse?

[De distinctione ipsa *Canonicorum Regularium* et *Saecularium* cfr. DU CANGE *Glossar. Lat.* in utraque hac voce. Ad

neris nostrum fuisse *Folquinum*, probabile est. Quem itaque in Canonicorum Upsaliensis Ecclesiae indicibus frustra quaeras. Episcopi autem nomine atque dignitate an vere ornatus fuerit? definire non audemus: qua de re mox diligentius.

20. *Folquinum* circa a. 1193 sedisse, MESSENIUS tradit (l. c. T. X p. 5, T. XV p. 30); ex incerta, ut facile patet, conjectura. Vel hic docere locus potest, non incuriose in concinnando Finlandensium Episcoporum Catalogo auctorem fuisse versatum, aut sine auctoritate temere successionem illorum finxisse: quo major narrationi suae fides haberi debet. *Fragm. Palmsköldianum* de nostro habet: *Hujus acta nulla reperiuntur, propter primam depopulationem per Ruthenos factam;* de cujus tamen loci vera lectione infra disputabimus. Probabile omnino est, pauca illa quae de horum temporum rebus apud nos gestis reperiri fortassis potuerint monumenta, per frequentes hostium barbarorum incursiones, quibus oppressa fuit tenella Ecclesiae in his oris plantatio, et prima Svecorum colonia valde afflicta, prorsus fuisse deleta. Cfr. supra p. 57—65.

Caeterum haec caligo rebus primorum Ecclesiae Fennicae Antistitum offusa, locum maxime dedit viris eruditis

---

negotium vero instituti in Ecclesia Upsaliensi Collegii Canonicorum Saecularium (de quo cfr. LAGERBRING *Hist. Regni Svec.* T. II, C. XIX, §. 14, p. 771) illustrandum apprime facit Bulla Papae *Alexandri IV*, data *Laterani XI Kal. Febr. Pontif. a:o 2*, h. e. 22 Jan. 1256 (in Collectione Fredenheimiana), ubi dicitur: - - „in qua (Ecclesia Upsaliensi) *de novo per* bone memorie „(Wilhelmum) *Sabinensem Episcopum* tunc in illis partibus Apo„stolice sedis Legatum *quinarius* Canonicorum numerus dicitur „institutus, et in qua nulli antea Canonici fuerant, sed vacante „ipsa Ecclesia, per clare memorie Reges ac Clericos et Laicos „Regni predicti de facto electionem Pontificis fieri contingebat". (Cfr. A CELSE l. c. p. 74 n. 34 et p. 78 n. 17, nec non Chronicon citat. p. 21, in vita Archiep. *Fulconis)*. Ex quibus liquet, *Monachos* illos qui vicem Capituli, s. Collegii Canonicorum antea gesserant, potestate tamen Archiepiscopum eligendi (ut multis sine dubio aliis juribus) gavisos haud fuisse. Cfr. etiam quae monuimus p. 127. Singulare autem est, Episc. *Lincopensem* promtius quam Archiepiscopum, legi *Skenningensi* paruisse!]

dubitandi de tempore Episcopalis dignitatis sedi Aboënsi primum collatae; qua ornatum neutrum horum, qui seculo vixisse duodecimo feruntur, fuisse contendunt. (Cfr. ÖRNHJÄLM l. c. p. 491; LAGERBRING II p. 235 sqq.) Eam rem nos in medio relinquimus; qui nec omnem veteri traditioni fidem abrogare facile audemus, nec dubia contra eandem mota diluere plene valemus. Praecipuum dubitandi argumentum ex Epistola Papae *Alexandri III* peti solet, qua Stephano, primo Upsaliensi Archiepiscopo novam confirmans dignitatem, nonnisi quatuor suffraganeos ei subjicit Episcopos, Scarensem, Lincopensem, Stregnensem et Arusiensem; Aboënsis (atque Wexionensis) mentione nulla facta. Unde hunc Episcopatum constitutum nondum fuisse, colligunt. Epistola ipsa typis edita habetur apud SCHEFFERUM (l. c. p. 45), ÖRNHJÄLMIUM (l. c. p. 482) et PERINGSKÖLDIUM (l. c. P. I p. 164): cfr. A CELSE l. c. p. 38 sqq. Bullam hanc, omni nota temporis carentem, a 1163 datam existimant. Ut jam nihil moneam, SCHEFFERO γνησιότητα hujus Bullae non certissimam visam fuisse? vid. l. c. p. 5—10): concedi facile potest, anno 1163 serius *Folquinum*, imo fortassis etiam *Rodulffum*, (quem a. 1178 necatum Auctor prodit), Episcopalem in his oris dignitatem adeptos fuisse; quo facto, desumtum ex Pontificis hac Epistola corruit argumentum. Deinde, cum Wexionensem Episcopatum circa a. jam 1190 institutum fuisse, omnes agnoscant (vid. LAGERBRING l. c. II p. 235 sq.; cfr. A CELSE p. 44 sq.); Finlandensis autem Episcopus in aevi vetustioris monumentis Wexionensi praeponi soleat, (LAGERBRING ib. p. 798), cujus ordinis vix aliud fundamentum, quam majorem suae Dioecesis antiquitatem assignare liceat: non absurde hinc colligas, Regis Caroli Swercheridae jam tempore Finlandiam suos nactam esse Episcopos? Quo pacto nihil impedit, quo minus *Folquinus* noster, ac fortassis etiam *Rodulffus*, hac dignitate, (illa sane aetate haud invidenda) jam eminuerint? Consecratos tamen solenniter fuisse, si quis pernegaverit; cum eo non multum pugnabimus. Singulare autem quod contra nostrae fidem traditionis Nob. LAGER-

BERING urget argumentum, ex Bulla quadam Papae Innocentii III quaesitum, infra in vita *Thomae* Episcopi mox expendemus.

Admirabile porro nobis videtur, quod apud ERICUM OLAI offendimus, qui (Ed. Mess. p. 101, Ed. Locc. p. 55) *Anno,* inquit, *Domini MCXCV Colo Episcopus Lincopensis* et Dux Finlandiae *obiit.* Quo jure Episcopum hunc *Ducem* appellet *Finlandiae* (cujus rei nulla alia superest memoria), nos quidem fugit penitus; quibus singulare praeterea visum fuit, nullius qui postea scripserit mentem haec verba advertisse [9]). Errorem vero aliquem subesse, vix dubitamus [10]).

In obscurum hoc Historiae nostrae tempus Bulla etiam incidit Papae Alexandri III *Upsalensi Archiepiscopo et suffraganeis ejus, et Gutormo, Duci Svecorum* data, (de qua supra diximus, p. 18 sq. not. (26)). Conservavit illam nobis VASTOVIUS (l. c. p. 161), et ex eo transscripsit ÖRNHJÄLM (l. c. p. 491); cfr. A CELSE p. 41. Valde imbecillam et Ecclesiae Christianae et imperii Svecici hic locorum fuisse conditionem, prodit: parum nempe stabiles in professione novae religionis, vi sibi obtrusae sibique nonnisi externa forma cognitae, praestitisse sese Fennos; Svecos autem castris atque munitionibus nondum obsequii constantiam, ab interioris certe regionis incolis, expressisse.

---

9) [Si MESSENIUM excipias, *Scond.* T. XIII p. 66 sqq., qui neque ille tamen nisi verba ERICI repetit.]

10) An dignitas *Ducis Finlandiae* menti auctoris inde obversabatur, quod postea *Benedictus II* (Birgeri Jarli filius) illam cum Episcopatu conjunxit Lincopensi? Caeterum mirifice in annis Episcopi *Colonis* hujus constituendis Historici nostri variant; adeo ut duo fuisse ejusd. nominis suspicari fere possis. Alii enim officio a. 1160 admotum dicunt, alii a. demum 1180 aut 1190, (vid. RHYZELIUS p. 103, MESSENIUS *Sc.* T. IX p. 61, T. XV p. 39, *Chron. Episc.* p. 55; cfr. ÖRNHJÄLM p. 535 et A CELSE p. 37 atque 43). Mortuum alii docent a. 1195 vel 1196; alii anno 1199 vel adeo 1207 adhuc vixisse, ostendunt. Vid. RHYZELIUS l. c.; MESSENIUS *Chron. Episc.* p. 55; ÖRNHJÄLM p. 578; LAGERBRING II p. 278, 443 et 455.

21. *Ruthenos* (Russos), ut reliquis potentiores, duces quidem piratarum fuisse, qui (maritimis inprimis expeditionibus) nostras his temporibus affligebant oras, probabile videri; sed plurium praeterea aliarum nationum barbararum (Fennici generis) Sinum Fennicum accolentium, Svecisque et novae religioni ferro armisque ab his propagatae inimicarum, *Careliorum, Estonum* etc. adsociatas secum adduxisse copias, supra docuimus, p. 58—62, p. 71—75, et 94—96. Cfr. LAGERBRING II p. 202 sqq., p. 225 et p. 325 sqq.

Id simul ex traditione Auctori nostro hoc loco commemorata (licet ipse illam pro certa venditare non audeat), discimus, veterem famam initia urbis Aboënsis ad haec usque tempora retulisse; quam igitur mox post Svecorum ad has oras primum adventum aedificari sensim coepisse existimes? Non tamen eodem quo nunc sita est loco, sed paullo superiore, ad templum S. Mariae Rändämäkiense propius, (in vicinia veteris domus Episcopalis, ubi minor amnis in Auram influit), rudimenta haec novae Urbis posita fuisse, verisimile videtur; unde post hodiernum Templum Cathedrale conditum, incolae sedes suas porro transtulerunt.

QUARTUS.

D. THOMAS [22], natione Anglicus, ordinis Praedicatorum [23], prius Canonicus Upsalensis; obiit anno D:ni 1248, in Visby Gotlandiae *y*), quo se contulerat propter Ruthenorum et *z*) Curonum *z*) furorem [24].

Notae Editoris.

22. Hujus vitam exhibet etiam VASTOVIUS l. c. (Ed. Col. p. 79; Ed. Benz. p. 74 sq.), sed et mancam valde, et erroribus foedam.

---

y) A. *oppido Gotlandiae.* *z*) A. omittit; N. *et Curronium.*

Gente *Anglum* fuisse noster docet. Id unde didicerit, nescire sese testatur Nob. LAGERBRING (l. c. II p. 462 not. (2)); sed facile erat videre, ex Praedecessorum suorum traditione, nostrum hausisse. Quare in *Fragm.* etiam *Palmsköldiano* Thomas hicce vocatur *Anglicus.* Cfr. supra p. 105.

23. Similiter in *Fragm. Palmsköldiano,* legitur: *de Ordine Fratrum Praedicatorum.* Mature igitur hunc Ordinem etiam in Svecia sedes fixisse, vel hinc constaret; nisi dubium alicui videri posset, annon ante adventum suum in Sveciam, familiae Dominici adscriptus fortassis noster jam fuerit? Nam post fugam demum ex Finlandia, sedemque Episcopalem relictam, ad Monachos se aggregasse, cum verbis Auctoris convenire non videtur? Quum Canonicum antea fuisse Upsaliensem mox addatur, ac libris Sigtunensium Fratrum auxisse Bibliothecam, idem reperiatur; inter hos olim vixisse, non improbabile videatur. De tempore advenientium ac primas in Svecia sedes nactorum Fratrum Praedicatorum, adeo caeterum anceps atque parum hactenus explicata est controversia, ut hoc loco illam extricare non aggrediamur; quod neque instituti ratio permittit. Cfr. LAGERBRING l. c. II p. 443 et 453 sqq., et A CELSE p. 56, n. 7; p. 68, n. 3; p. 60, n. 11 et 12 (nec non p. 75, n. 1).

Aeque parum illustrare valemus, quod addit Auctor, *prius Canonicum* fuisse *Upsalensem;* de cujus dignitatis illis temporibus ratione cfr. quae supra observavimus p. 122 sq. *Capitulum* quoddam ante *Canonicorum saecularium* legitimam institutionem, Upsaliae jam fuisse, etiam ex literis discimus Papae *Innocentii III ad Archiepiscopum Lundensem,* a:o 1207 datis, unde haec verba exhibet A CELSE (p. 50 n. 12): *Tam per literas tuas, quam - - Svercheri Swethiae Regis illustris, et venerabilium fratrum suffraganeorum, et dilectorum filiorum* „Capituli Ecclesiae Upsalensis" - - - *accepimus etc.* Qualem Capitularem, nostrum quoque fuisse, a vero haud abhorret.

Quo anno *Thomas* noster ad munus Episcopale admotus fuerit, et a quo constitutus atque in Fenniam missus,

pariter hodie ignoramus. Anno jam 1209 factum esse Episcopum, existimat BENZELIUS (*Annott. in Vastovii Vit. Aquil.* p. 61); cujus assertionis inde pendet firmitas, si de *Thoma* nostro agere putandae sint litterae Papae *Innocentii III*, ad Andream Archiep. Lundensem datae, de quibus mox disputabimus? MESSENIUS *Thomam* a. demum 1220 Episcopi dignitate auctum fuisse dicit (*Sc.* IX p. 64); quod quibus nixus statuat rationibus, non significat.

Illegitimo thoro natum hunc fuisse Episcopum [1]), praeeunte BENZELIO (l. c.) existimat LAGERBRING (P. II p. 237 sq.); cfr. A CELSE p. 52 n. 16. Pendet haec res ab interpretatione Bullae *Innocentii Papae III*, datae *a. Pontificatus XII* (a. 1209) ad *Andream Archiepiscopum Lundensem*; quam a BALUZIO editam (*Epp. Innocentii III L. XII, Ep.* 102, *T.* 2, *p.* 361) primus ad nostrum traxit BENZELIUS. Nomen quidem Episcopi in literis Pontificis non exstat; neque *Finlandiae* in illis mentio fit, sed *Fialandiae:* quod vocabulum corruptum esse, neque de alia terra quam *Finlandia* nostra intelligi posse, BENZELIUS judicat. Verba ipsa, (quantam illorum partem, ex *Baluzianis* exscriptam nobis dedit l. c. not. (3) Nob. LAGERBRING) exhibere necesse duximus: *Episcopo ejusdem terrae* „postquam in propagatione Catholicae fidei cursum suum ibidem legitime consummavit", *ad coelestis remunerationis brabeum evocato, nullus est ei hactenus substitutus. Nam cum propter novellam plantationem et ejusdem regionis hominum pertinaciam, ac* „loci etiam intemperiem", *electus ibidem non ad honorem assumtus, sed expositus martyrio reputetur, nullus fere* „ad illius sedis regimen" *aspirat.*" Lubentes fatemur, verbum *Fialandiae,* quod corruptum esse facile patet, in nullum aliud commodius commutari atque corrigi posse videri,

[1]) Sc. aut *Spurium* fuisse, aut *Sacerdotis filium*, aut parentibus natum quorum *nuptiae, sive intra gradus prohibitos contractae, sive benedictione sacerdotali non confirmatae fuerunt:* nam haec omnia vitia ejusdem haberi generis voluit Pontifex Romanus. Cfr. LAGERBRING P. II p. 423 sqq.; A CELSE p. 67, n. 3.

quam si *Finlandiae* legendum esse asseramus; nec talis corruptio hujus nominis insolita est, quippe cum v. g. in *Breviario Arosiensi* (Basil. 1513 typis impresso) quoties in Festo S. *Erici* et S. *Henrici* mentio patriae nostrae fit, semper *Fuilandiam* scribi videas. Sed fatendum simul est, vocabulum *Finlandiae* illo aevo non de nostra hac solum usurpatum fuisse patria; ac etiam interdum de *Wendorum* terra adhiberi consuesse. Exempla haec apponemus: Ericus Olai (Ed. Mess. p. 102, Ed. Locc. p. 55) *Dicitur*, inquit, *in Chronico Danorum, quod Canutus Rex Daniae Waldemari filius, vicerit* Finlandiam *anno Domini MCXCII; etc.* Quo loco auctorem Chronici illius Danici *Finlandiam* pro *Wendia* vel *Venedia* scripsisse, dubitare nemo potest, qui de eadem R. Canuti expeditione quae alii dicunt, contulerit [2]). Neque nostram fuisse *Finlandiam*, sed *Wendiam*, s. *Vindiam*, *Vindlandiam*, in quam R. Norwegiae *Olaum* S. olim exscensionem fecisse, quamque bello vexasse, narrat Sturlonides, (*Hist. Norv.* Ed. Peringsk. T. I p. 380 sq.; Ed. Schön. T. II p. 7 et 8), ad eum locum sponte fatetur Schöningius. In Venedicas igitur terras, aeque ac in Estoniam, cum Dani iis temporibus imperium subinde exereuerint; videndum est, annon ad eorum potius locorum Episcopum aliquem, Papae spectare Epistolam, quam ad *Thomam* nostrum, judicandum sit? Quod rerum Slavicarum peritioribus disquirendum relinquimus. Minus sane videtur

---

[2]) *Chronicon Sialandiae* ab Arna Magnæo, Lips. 1695 editum (a Langebekio *Scriptor. Rer. Danicar.* T. II recusum) p. 48 (Langeb. p. 622) habet: *A:o MCXCI Expeditio ad Finland (per Canutum Regem), quae devicta est a Danis.* Cum quo alia Chronica vetusta concinunt. Cfr. Langebek l. c. T. I p 164, 242, 253; T. II p. 271. Quae verba de expeditione ejusdem Regis *Wendica* agere, Historici sagaciores et Dani et Sveci consentiunt. Vid. Gramius *ad* Meursii *Hist. Dan.* p. 360; Messenius *Sc.* T. XII p. 107; Benzelius *Annott. ad Vastov.* p. 17; Lagerbring II p. 201 sq. Similiter illam *Vinlandiam*, in quam *Legationis officium*, *Balduino de Alna* Episcopo Semigalliensi, concessit Papa Gregorius IX, in patria nostra quaeri non debere, res ipsa docet. Cfr. Gruberi *Orig. Liv.* p. 269 et 183.

nobis verisimile, et *Thomam* ab anno usque 1209 ad a. 1248 hic sedisse Episcopum, et ejus ordinandi curam, (inprimis si Monachum Sigtunensem et Capitularem Upsalensem fuisse non negamus), *Lundensi* potius commissam fuisse quam *Upsaliensi* Archiepiscopo, ad cujus Dioecesin Finlandia utique pertinuit; ac Monachum (si vere noster) *Dominicanum*, qui Ordo a. demum 1215 in Concilio Lateranensi a Papa *Innocentio III* (aut potius a. 1216 ab *Honorio III*), confirmatus fuit, anno jam 1209 Finlandensi admotum fuisse Episcopatui, absonum est. Credas etiam, de hominis *Angli* natalibus, non tam facile quam de indigenae notaeque nascendi sortis, in ultimo septentrione fuisse dubitationem subortam? Verum quidem est, quae de *novella* ecclesiae *plantatione*, de *hominum* barbarorum *pertinacia*, ac de *loci intemperie* Epistola Papae commemorat, ad Finlandiae nostrae eo tempore conditionem optime quadrare; sed de *Wendis* non minus vere dici, nemo puto dubitabit? Miror autem, Nob. LAGERBRING (l. c.), post RHYZELIUM (*Monasteriol.* p. 286), ex iisdem his literis Papalibus, de *Thoma* nostro explicatis, collegisse, *longo post caedem b. Henrici intervallo nullum in Finlandia Episcopum fuisse constitutum*, adeoque *Thomam* nostrum hinc *primum censendum esse Finlandensem Episcopum.* Mihi quidem contrarium plane ex verbis Pontificis, si quidem ad nostrum pertinere credere queam, effici posse videatur. Mentio enim fit *Episcopi ejusdem terrae* (Finlandiae); qualem non fuisse *Henricum*, Upsaliensis Ecclesiae Praesulem, omnes fatentur (cfr. supra p. 101); de *Sede* Episcopali vacante, atque antea jam instituta, *ad cujus regimen nullus fere adspirat*, ac de Antistite in mortui locum *substituendo*, aperte agitur; non de nova nunc demum Episcopa instituenda. Sed non placet his diutius immorari. Hoc sane non animadversurum spero neminem, hujusmodi conclusiones atque ratiunculas, ad Auctoris nostri de *Rodulffo* et *Folquino* Ecclesiae Fennicae, ante *Thomam*, Antistitibus narrationem rejiciendam, traditionisque veteris auctoritatem infirmandam, haud suffice-

re [3]). Simul autem lubentes fatemur, *Thomam* tamen primum esse, quem a Pontifice Romano Finlandensis nomine Episcopi appellatum, idoneis hodie doceri testimoniis atque monumentis possit.

Magnis *Thomam* nostrum de confirmanda, augenda et defendenda Ecclesia Fennica meritis (pro ratione temporum) eminuisse, negari nequit. *Ecclesiam ei commissam de novo ad agnitionem venisse veritatis,* testimonio nixus *Archiepiscopi Upsalensis,* Papa *Honorius III,* in Literis ad nostrum Episcopum a. 1221 datis, asserit [4]); *crevisse* insigniter (opera hujus Episcopi) *in eisdem partibus fidem Katholicam,* et *Finlandensem Episcopum in Finlandia et terris vicinis* (Tavastia et Carelia?) *magnum populum ydolatrie cultui servientem, euangelicando nomen Domini nostri Jesu Christi, de novo acquisivisse,* Papa *Gregorius IX,* binis Epistolis a. 1229 datis [5]), testatur; qui idem *Paganos* Fennos fuisse *de novo per eum conversos,* alia Bulla, eodem anno data, confirmat [6]). Omnes nempe Bullas hasce Papales ad nostrum spectare *Thomam,* valde videtur verisimile; unde anno quidem jam 1220 ad Episcopalem admotum fuisse dignitatem, MESSENIO non inviti largimur. Quumque a vicinis barbaris Ecclesia sua vehementer affligeretur, scita effecit diligentia, ut Pontifex Romanus suam, temporibus illis gravissimam, interponens auctoritatem, *sub protectione Apostolicae sedis et sua Episcopum, Clerum et Populum Finlandensem* reciperet, atque *molestatores eorum per censuram ecclesiasticam compesci* juberet [7]). Cum porro hostium

---

[3]) Adde quod supra, p. 62 sq., ex literis Papae Gregorii IX, a. 1229 ad Episc. Lincopensem etc. scriptis, elicuimus argumentum: in quibus *Cathedralem Ecclesiam* et *Episcopalem sedem* ante hujus Episcopi tempora in Finlandia exstitisse, aperte significatur; quas ad locum jam transferendi commodiorem, a Papa veniam petierat.

[4]) Vid. supra p. 64, not. (80).

[5]) Vid. supra p. 59 et 62 sq.

[6]) Vid. supra p. 64.

[7]) Vid. supra p. 59, not. (78).

saevissimorum furorem Mercatores *Wisbyenses, Lubecenses* ac *Rigenses,* (quos mercaturam magnam atque quaestuosam seculi XIII initio cum accolis Sinus Fennici fecisse apparet), turpi ardentes lucri studio alerent, *in armis, equis, navigiis, victualibus et aliis mercimoniis* iisdem *subvenientes,* atque *ferrum, arma et ligna* iis *apportantes* (praedam quoque Christianis ereptam a piratis coëmentes?), Episcopi nostri opera et sollicitationibus factum est, ut Pontifex, benefica admodum Fennicam Ecclesiam cura complexus, ferociam barbarorum compescendi non imprudenti capto consilio, haec cum hostibus Ecclesiae a Mercatoribus Christianis factitari commercia, severe prohiberet [8]; si non optatissimo, at neque nullo tamen, ut putamus, successu. Quin *Militibus* quoque *Christi in Livonia,* Papam injunxisse reperimus [9], ut *ad provinciam Finlandie, pro defendenda novella plantacione ad Christi fidem in ea noviter conversorum, contra infideles Ruthenos accedentes,* „cum consilio Finlandensis Episcopi, qui assumpsit in premissis partibus negocium fidei ex animo prosequendum", *defensioni eorum insisterent viriliter et potenter:* quod consilium, eventu licet sperato, ut videtur, destitutum, nostri itidem *Thomae* studio impigro Ecclesiam confirmandi suam, deberi, non temere existimes. Quem non docendo tantum, sed vi quoque et armis, S. Henrici insistentem vestigiis, gregem suum auxisse, a moribus temporum haud abhorret; licet nec quibus copiis undeque ductis usus sit, nec quas inprimis Finlandiae partes Ecclesiae suae adjecerit, doceri hodie possit: nisi de *Ta-*

---

[8]) Pertinent huc, 1:o Bulla Papae *Honorii III,* paullo ante commemorata, *Laterani Id. Januarii*, *Pontificatus anno V* data (13 Jan. 1221), de qua cfr. supra p. 64 not. (80); 2:o *Gregorii IX*, data *Perusii X Kal. Februarii Pontificatus anno II* (23 Jan. 1229), supra p. 59 recensita; 3:o *Eiusd. ibid. eod. anno, XIV Kalend. Marcii* (16 Febr. 1229) data, supra p. 59 sq. not. (73) descripta; 4:o *Ejusd. ib. Id. Januarii*, *Pontificatus III* (9 Jan. 1230) data, supra p. 59 sq. indicata, de qua cfr. etiam A Celse p. 63, n. 7.

[9]) Vid. supra p. 60 not (73).

vastis in ovile suum compellendis inprimis laborasse, ex Literis Papae *Gregorii IX, Lateran. V Id. Decemb. a. XI* (9 Dec. 1237) datis, de quibus supra (p. 58 sq.) egimus, colligas, ubi mentio fit *novellae Ecclesiae Dei plantacionis de Tavastia?* Neque absurde originem Coloniarum quarundam Svecicarum, in remotioribus maxime Nylandiae partibus collocatarum, ad haec tempora referas? Zelo quidem atque diligentia sua, *Thomam* nostrum, *secundum* dici *Ecclesiae Fennicae fundatorem* meruisse, negari nequit. Ad illam vero promovendam Tavastorum conversionem, quae victricibus R. Erici XI armis (Birgeri Jarli ductu per hanc provinciam motis) debetur, nostrum maxime contulisse Episcopum, quod suspicatur JOHANNES MAGNUS [10]), ac fidenter asserit VASTOVIUS [11]), eo affirmare minus audemus, quo apertius rationi temporum repugnat; quae anno ante *Birgeri* expeditionem, *Thomam*, ex Finlandia profugum Wisbyae mortuum fuisse, ut mox ostendimus, docet. Quo ineptius VASTOVIUS, sanctitatis laudem nostro vindicaturus, illum, *quam verbo exemploque* Tavastis *instillabat fidem, sanguine demum proprio per martyrium fuso consignasse, ab infidelibus immaniter trucidatum,* comminiscitur. Superiora tamen nostri molimina, irritatam inde atque exasperatam barbarorum ferocitatem, et assiduas acris indefessique viri sollicitationes, ad belli Tavastis inferendi incitandum consilium non parum contulisse, facile credimus.

Inter reliqua favoris documenta, quae a Romano Pontifice noster expertus fuit, liberalitatem etiam referre solent, qua *Lucos et delubra deputata olim ritibus paganorum, quae de novo per eum conversi ad fidem, Ecclesiae suae, voluntate spontanea contulerant, ipsi Ecclesiae,* (petente Episcopo) *auctoritate Apostolica confirmavit* [12]). Nempe ne

---

[10]) Gothor. Sveonumque Hist. L. XIX, C. xv.

[11]) *Vit. Aquil.* in vita *Thomae.*

[12]) Bulla Papae *Gregorii IX* data est *Perusii II kal. Febr. Pontificatus anno II* (31 Jan. 1229); vid. supra p. 64 sq. (Cfr. A CELSE p. 62, n. 6), ubi simul quid *delubra* in hac Bulla commemorata significare nobis videantur, indicavimus. Annum 1228

quis terras non Episcopo privatim, sed in publicum Ecclesiae usum donatas, auferre olim auderet, Papae auctoritate (qui supremam bonorum ecclesiasticorum tutelam sibi asseruit) donationem communiendam esse judicavit: cujusmodi precibus non solebat curia Romana repugnare [13]). Caeterum earundem terrarum partem aliquam non multo post ab Episcopo nostro esse Capellano suo *Wilhelmo*, sive in privatum sive in Ecclesiae suae publicum usum donatam, ex superstitibus adhuc ejusdem literis constat; quas auctoritate Pontificia etiam illas fuisse confirmatas, ex conservato hodieque Bullae Papalis apographo discimus [14]).

---

huic Bullae assignant SPEGEL Skriftel. Bewis til Biſſ. Chrönikan, p. 150, et *Acta Upsal.* anni 1725 p. 62, (quibus locis Bulla ipsa legenda exhibetur), eorumque ductum secuti alii.

[13]) Cfr. LAGERBRING P. II p. 347 sqq. Nostrum autem quod hinc avaritiae taxat RHYZELIUS (l. c. p. 328), et artificii *Episcoporum Catholicorum* solennis, agros et praedia ad se trahendi, mirum videri possit: nescio enim cui potius quam Ecclesiae usui hae terrae vindicari deberent? modo consensu id fieret summi imperantis, quem neque hic defuisse credas.

[14]) Duplex literarum *Thomae* Episcopi hic commemoratarum, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* occurrit exemplum; alterum Fol. 102 (plenius atque accuratius, ut videtur), alterum Fol. 103. *Illud* secutus est SPEGEL, qui l. c. typis exprimendum curavit; *hujus* habuisse apographum Nob. LAGERBRING, ex l. c. p. 349 not. (4), et p. 461 discimus. Vocatur autem *Thomas* in posteriore hoc exemplo *Finnensis Aboënsis (Episcopi* vocabulum excidit) manifesto sphalmate vel glossa. In priore exemplo praeter *terram in parrochia de Masku*, adjicitur etiam *medietas cuiusdam insule que Taypale dicitur*, quae verba ex altero exemplo absunt. Utrumque ostentat *vidisse Thomae Episcopi Wexionensis*, scriptum *apud Ecclesiam Nummis Aboënsis Dyoecesis, anno Domini 1351, in crastino S. Vincentii Martiris:* ita tamen, ut ex diversis ejusdem autographis haec fluxisse apographa, aperte pateat. Utrum *Ecclesiae* cui praefuit ille *Wilhelmus* (quem *Thomae* nostri popularem, nescio quo argumento, nisi sola forsan conjectura ex *nomine* suo ducta, nituntur? SPEGEL *Chr. Episc.* P. II p. 388, et RHYZELIUS l. c. faciunt) *Nousensi* haec donatio facta sit, an in privatum hominis usum, dubium videri queat. Nam in litteris Papae *Gregorii IX*, dat. Anagniae XIII Kal. Novembris, Pontificatus anno VI (20 Oct. 1232) *dilecto filio Wilhelmo pre-*

Majoris vero moliminis memoriaque dignius fuit consilium, quod hunc eundem agitasse Episcopum novimus, *Sedis* suae *Episcopalis* ex loco priore *minus ydoneo ad alium*

---

sbitero, Rectori ecclesie Sancte Marie de Nousia, Finnensis dyocesis, scriptum legimus: *terram de Maska, que dicitur Lunda, quam venerabilis frater noster N. episcopus Finnensis, capituli sui accedente consensu, ecclesie tue pia et provida liberalitate concessit, prout in litteris exinde confectis dicitur plenius contineri, sicut eam juste possides et quiete, tibi et per te ipsi ecclesie, auctoritate apostolica confirmamus* etc. Habentur hae literae in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 102; cfr. A CELSE p. 66, n. 21, ubi male legitur Pastori *Maskoënsi* pro *Nousensi*, et mentio *dimidii insulae Taipalae* (leg. *Taipale*, quae apud Nob. LAGERBRING l. c. p. 349, not. (4), per errorem typographicum scribitur *Laipala)* temere inseritur, cujus Papa in his literis omnino non meminit. Ex quibus litteris patere sane putes, ecclesiae Nousensi hoc datum fuisse donum. Literae autem ipsae Episcopi, nuper allatae, ecclesiae nullam injiciunt mentionem; quibus quae adjunctae in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 102 reperiuntur (quarumque fidem itidem *Thomas* ille *Episcopus Wexionensis* suo testimonio munivit) Litterae *Magni* Episcopi Aboënsis, adhuc clarius *Wilhelmo* privatim hoc donum traditum fuisse, demonstrare videntur. Tales autem sunt: *Universis presentes litteras visuris vel audituris Magnus Dei gracia episcopus Aboënsis salutem in Domino sempiternam. Noveritis Nos litteras felicis recordacionis Thome, quondam Aboënsis episcopi vidisse sub hac forma:* (sequuntur Literae Thomae, jam a SPEGELIO exhibitae; deinde pergit:) *Et quia heres predicti cappellani super confirmacione donacionis predicte nobis institit, rogans: quatenus nos eandem donacionem dignaremur confirmare, Nos inspecta donacione prefata predecessorum nostrorum* (an *predecessoris nostri?), nec non confirmacione eorundem* (forte *ejusdem?) ipsam* (ipsa?) *cum racione confirmationis [et] sepedicte, cum eciam propter meritum Wilhelmi heredis cappellani supradicti, cum ipse temporibus domini Johannis, bone memorie predecessoris nostri, quandam mansionem quae Saris vocatur, ecclesie nostre Abovensi contulerit, sepedictam donacionem praedecessoris nostri auctoritate qua fungimur confirmamus. Datum in Custu anno Domini MCCXCV, die Lune proxima ante festum Sancti Martini.* Eandem tamen donationem spectare videntur et hae Episcoporum *Thomae* et *Magni* litterae, et confirmatio Papae? Quare etiam vitio laborare anni notam, vel litteris *Thomae* nostri (a. 1234), vel Bullae Pontificis (Pon-

competenciorem transferendae: cujus rei veniam cum a Romano petiisset Pontifice, hic non temere tantam rem, neque nisi post opportunitatem locorum diligenter exploratam, suscipiendam ratus, *Episcopo Lincopensi, Abbati de Gutlandia et Praeposito de Wisby* mandatum dedit, *ut inquisita super hoc diligencius veritate, si rem invenirent ita esse, cum consilio ejusdem Episcopi et Clericorum suorum transferrent auctoritate* Papali *Sedem eandem ad locum in eadem Dyocesi magis aptum* [15]). Quid hi praestiterint delegati, nescimus; sed probasse tamen consilium Episcopi, ex mutato, utique postea, loco Templi Cathedralis probabile fit: licet quid *Thoma* nostro sedente Episcopo, in hoc negotio praeterea actum sit, prorsus ignoremus [16]). Caeterum ex Bulla Pontificis neque unde translatio suscipienda esset, neque quorsum? discimus; neutro nempe loco nominato. Nimis autem praecipitanter ex hac Bulla concludit Örnhjälm (l. c. p. 464, cfr. p. 391), adstipulatores magnae nactus auctoritatis [17]), translationem hanc sedis Episcopalis eodem anno, imo die (23 Jan.) revera perfectam fuisse; eoque nomine reprehendit Juustenum nostrum et Messenium, qui anno demum 1300 contigisse narrant. Bulla enim ipsa docet, non approbasse adhuc eo anno (1229, vid. a Celse p. 62

tificatus VI, a. 1232, in *Reg. Ab.* ad marginem adscriptum legitur 1234, utriusque puto loci conciliandi consilio?) subjectam, existimes? Nam illas hac fuisse priores, necesse est?

[15]) Supra jam docuimus (p. 62), non esse nisi unam Bullam Pontificiam (die 23 Jan. 1229 datam) ex qua duas fecit Nob. a Celse p. 62, n. 3 et 4. Ipsa verba hujus Bullae, quibus Papa plenam *Episcopo Lincopensi* etc. potestatem concedit de tota re statuendi, satis ostendunt, alia praeterea Bulla quadam Pontificia confirmatoria opus non fuisse; quae neque reperitur.

[16]) Utrum delegati a Papa triumviri, ipsi ad Finlandiam profecti sint, (locorum opportunitatem suis oculis exploraturi, quae mens Pontificis fuisse videtur), nec ne? penitus nos latet. Quo anno Templi Aboënsis prima jacta sint fundamenta, similiter nescimus.

[17]) Lagerbring l. c. P. II p. 461, sed cfr. p. 797. Vid. Rhyzelius l. c.

n. 3) simpliciter Papam Episcopi nostri consilium, sed examini atque judicio *Episcopi Lincopensis, Abbatis de Gutlandia et Praepositi de Wisby* rem subjecisse: praeterea aut tantam molem, quanta fuit Templi Cathedralis, hic Aboae in terra parum culta, paupere atque nuper ad Christianam fidem adducta, celerrime fuisse exstructam, aut ante hoc aedificium perfectum Episcopos priore Templo Cathedrali relicto ad novum locum migrasse, non est probabile; neque otio *Thomam* nostrum abundasse, neque pacatissimam Ecclesiam fuisse, supra vidimus (p. 58—62). Nisi ex loco nunc incognito, ubi hactenus Episcopus habitaverat, (forte *Nousis),* tum primum sedem Episcopalem ad Rändämäki fuisse translatam suspiceris [18])? Chronici certe nostri constat fide, (quam *Fragm. Palmsköldianum* fulcit) Episcopos tres, proximos *Thomae* successores, in *Rändämäki* (s. *Templo S. Mariae* Rändämäkiensi) fuisse sepultos; unde certissimo patet argumento, Cathedralem dignitatem interim ibi mansisse.

24. Quamdiu *Wisbyae* commoratus sit, quove anno ex Finlandia profugerit, nescimus. Credas tamen nonnisi anno ante mortem proximo (1247) contigisse; quo ipso mortuum jam fuisse, MESSENIUS *Scond.* T. X p. 9 statuit, in *Chron. Episc.* (p. 106) nostri auctoritatem recte secutus. Cum doceat nos A CELSE (p. 70, n. 18) *Wilhelmum Sabinensem,* Legatum Pontificium, diplomate, *XII Kal. Mart. Pontificatus* Innocentii IV *anno V* (18 Febr. 1248) *Skeningiae* dato *confirmasse donum librorum, quibus Thomas Episcopus Aboënsis Bibliothecam Praedicatorum Sigtunensium locupletaverat;* jam tum nostrum in Sveciam rediisse spemque suae hic locorum ecclesiae per se tuendae ornandaeque amisisse, conjicias? Ejus tamen, officiique et curae

---

[18]) Cfr. supra p. 63, not. (78) et (79). Nec nihil favet huic hypothesi, quod *Rector* (Pastor) *Ecclesie Nousensis* simul esset *Cappellanus* (Hof-Predikant) *Episcopi?* Credas utique Episcopum ibi sedisse? sed nulla hujus rei in vetustioribus nostris monumentis occurrunt vestigia.

suae penitus oblitum haud fuisse, ex aliis colligi ejusdem *Wilhelmi Sabinensis* literis possit (siquidem Episcopo nostro monente atque suadente editas esse credas?), *Wisby nonis Junii Pontificatus Domini Innocentii Pape IV:ti anno V* (5 Junii 1248) scriptis, quibus *venia conceditur Clericis Aboënsis dioecesis, testandi bona sua haereditaria monasteriis* (his eas verbis recenset A CELSE l. c. p. 73, n. 24); quia tamen non eandem prorsus sententiam fundere videtur exemplum literarum, eodem loco dieque, ab eodem *Wilhelmo* datarum, quod in *Registro Ecclesiae Aboënsis* (Fol. 46 sq.) habetur, verba ipsa inde transscripta subijcere visum fuit [19]).

---

[19]) „Ut de bonis vestris, que vobis in hereditate vel arti„ficio ceu eciam doctrina, ex concessione alicujus consanguinei „vel amici vestri, habentis tantum ad vos et non ad ecclesias „vestras respectum proveniunt, libere vestrum quilibet testari „possitis, auctoritate vobis qua fungimur apostolica concedimus „facultatem: nichilo minus sub anathematis vinculo prohibentes, „ne episcopus, qui pro tempore fuerit in ecclesia Finlandensi, „vos vel vestrum aliquem, super rebus quas vestro vel ecclesia„rum vestrarum nomine possidetis, ullo unquam tempore indebite „audeat molestare.“ Nulla hic *Monasteriorum* mentio fit (qualia in Fennia quidem nondum fuisse, credimus), aut bonorum iis donandorum. Potius credas, Episcopum *Thomam* metuisse, ne Clericis Finlandensibus, qui (vel haereditate, vel *suo* aliorumve munere) bona quaedam *privatim* acceperant, vel ipsi acquisiverant, jus eadem testamento in alios libere transferendi, olim auferretur, eaque omnia ad *ecclesias suas* pertinere, judicaretur; ac ne Episcopus olim aliquis in haec vel privata sacerdotum vel publica ecclesiarum suarum bona, dominium sibi atque dona revocandi potestatem arrogaret? Vel num credendum est, ab ipso *Thoma* nostro tale quid fuisse tentatum, atque contra simile periculum Clericos voluisse suos in futurum muniri? Non videtur.

[Caussas abdicatae a *Thoma* dignitatis Episcopalis, hactenus ignotas, neque admodum ei honorificas, pandit Bulla Papae *Innocentii IV*, data *Lugduni IX Kal. Mart. Pontif. a:o 2* (d. 21 Febr. 1245), quam (ex Collectione *Fredenheimiana)* legendam exhibemus *Accessionis ad Bullarium Romano-Sveog. Celsianum*, a nobis editae p. 35: qui locus, hic omnino conferendus, proba-

Caeterum fugam Episcopi nostri non obscure prodere, putamus, opes Svecorum in his oris, resque Ecclesiae Fennicae, nondum fuisse firmissimas, atque loca inprimis munita, in quibus Barbarorum irruptiones timere necesse minus esset, defuisse? De hostibus ipsis, quorum furori eripere sese coactus fuit, supra satis diximus. Ad Monasterium autem *Fratrum Praedicatorum,* e quorum ipse erat Ordine, Wisbyam se recepisse noster videtur; apud quos a. 1248 diem suum obiens, vitae laboriosae et agitatae placidam invenit quietem. De anno mortis, praeter Auctorem nostrum (cui concinit *Fragm. Palmsköldianum)* dubitare nos nec alia sinunt antiquorum Monumentorum testimonia[20]); adeo ut VASTOVIUS audiri minime debeat. Ad *Dominicanos* vero *Wisbyenses* sese contulisse[21]), auctoritate *Fragmenti Palmsköldiani* confirmari videtur; quod de nostro habet: *Thomas Anglicus, de Ordine fratrum Praedicatorum, „Wisby resedit tamen propter Anglicos", illuc se transtulit - -* (propter?) *Curonum et Ruthenorum furorem; ibi obiit anno D:ni MCCXLVIII:o et in summo choro aput eosdem sepelitur.* Quo loco, licet aut corrupta sint, aut difficillima intellectu verba illa, *Wisby resedit tamen propter Anglicos,* interim in Choro templi ad *Ordinem* aliquem (aut *Communitatem* s. *Confraternitatem,* gilde?) pertinentis, fuisse sepul-

---

bile simul reddit, eundem anno jam 1245 aut 1246, muneri suo renuntiasse.]

20) *Incerti Scriptoris Sveci Chronicon Rer. Sveogothicar.* ab OL. CELSIO editum (Ups. 1705, 8:o) p. 6, reperiundum etiam in LANGEBEKII *Scr. Rer. Dan.* T. IV (vid. p. 594) et ERICUS OLAI l. c. Ed. Loccen. p 59. Cfr. LAGERBRING l. c. p. 462, not. (2).

21) Cfr. MESSENIUS *Sc.* T. X p. 9. Habuisse hos Wisbyae Monasterium celebre, docent RHYZELIUS *Monast. Sv.* p. 156, WALLIN Gothl. Saml. p. 4; cfr. VASTOVII *Notit. Monasteriorum, Viti* praemissam, ac inprimis *Append.* (Ed. Col.) p. 177, ubi Bullam Papae *Innocentii IV* exhibet, „*Priori* ac Fratribus Ordinis Praedicatorum de Wisbii, Lingacopen. Dioc. per Gothlandiam, dat. Anagniae IX Cal. Octobris, anno primo (23 Sept. 1248). Cfr. A CELSE p. 67, n. 1.

tum, atque apud eundem ante *resedisse* (habitasse, quod tamen nonnisi de ultimo vitae suae tempore intelligendum esse, aliunde satis constat), manifestum est. Num peculiarem quandam Societatem, suo templo instructam, *Anglici*, h. e. *Gens Anglica*, hoc tempore in urbe Wisbyensi, mercatura florentissima celebri, habuerunt, ad quos populares suos noster confugit? Aut nonne credendum potius est, primos Fratres Praedicatores, qui Ordini suo sedem in Gotlandia stabilem comparaverant, *ex Anglia* oriundos fuisse, atque hinc Monasterii hujus fratribus nomen *Anglicorum* hac aetate adhaesisse? Definire tamen nihil valemus.

Quintus.

D. BERO, natione Vestgothus, Cancellarius Regis Erici secundi, et ejus consanguineus [25]; sepelitur in templo Rändämäki [26].

Notae Editoris.

25. *Cancellarium* R. Erici *Secundi* (legendum videtur *Undecimi, Erici Filii;* ex male intellecta numeri nota, II pro 11, (2 pro XI) natum errorem existimes? [1]) fuisse, etiam aliunde constat [2]): qua vero cognatione laudatum il-

---

[1]) Nulla enim ratio excogitari potest, cur *Secundus* appelletur? cui *Ericum* certe Sanctum, ejusque nepotem *Ericum Canuti*, in imperio praecessisse, ignotum esse potuit nemini.

[2]) De *Cancellariorum* Regiorum his temporibus dignitate agit, nec paucos illorum enumerat VON STIERNMAN in eorum illo Indice (Förteкn. uppå Herrar Swериges Rikes *Cancellerer* etc.) quem adjecit PETRI ANDREÆ NIGRI (Swart) *Historiae Veterum Episcoporum Arosiensium*, a se editae, p. 80 sqq. Inter hos *Beronem* nostrum *Cancellarium* fuisse R. Erici docet annis 1222, 1240 et 1249; ex monumentis sine dubio, quibus, per hos annos editis, nomen ejus, cum muneris adjecta mentione, insertum reperitur? quaeque hinc fidem Auctoris nostri pulcre confirmant.

lum Regem noster contigerit, nunc quidem scire haud licet. An ex gente fortassis fuit Folkungica? De hujus Episcopi gestis parum novimus, neque quomodo ad dignitatem Episcopalem evectus fuerit, traditur; a Rege tamen constitutum esse, facile credas. In hujus tempus *Birgeri Jarli* expeditionem Tavasticam incidisse, verisimile est. Valde autem memorabilia sunt, quae de hoc Episcopo habet *Fragm. Palmsköldianum,* a nobis saepe laudatum, quod de nostro ita: *Bero Westgotus est, alienavit tributum Finnonum ad manus Regis, cujus erat consanguineus et Cancellarius. Obiit anno Domini* - - - (numeri notae desunt) *et in Ränthämäki sepelitur.* Non fuisse hunc locum MESSENIO incognitum, satis intelligere ex iis licet quae cum in *Scondia illustrata* [3]), tum in *Chronico Rhythmico Finlandiae* [4]), commemorat. Minus vero accurate verba veteris auctoris interpretatum esse putamus, cum Episcopum nostrum vel Ecclesiam suam (h. e. ordinem Clericorum) *annuis Regi pendendis submisisse tributis,* vel *ipsum sese annuo ferendo tributo obligasse,* asserit. Potius colligas, Finnones Svecis subditos, stipendium hactenus non Regi, sed Episcopo pensitasse; exiguosque,

---

[3]) T. X p. 10: *Circa MCCLVI Episcopus Finlandiae Bero, annuis Regi Sveciae pendendis, Ecclesiam submisisse fertur, tributis.*

[4]) P. 19: Björn Grelsson Balck den mannen het
Kong Erich skyld, som jag wißt wet,
Hwilkens Cantzler han är med art,
Förr han Rändamecks Biskop wardt,
Hwilken hos Kungen lofwar ut
Gifwa honom hwart år Tribut.

Unde autem patri *Beronis* nostri nomen fuisse *Gregorii* resciverit, ipsumque e gente oriundum, multo serius in Fennia nostra florente, quae cognomen *Balck* gessit? difficile fuerit conjicere; nisi turpi errore, cum *Beronis* hujus post integrum seculum successore, *Berone II, Georgii* filio (non *Gregorii) Balck* (de quo infra) nostrum confudisse putemus? a qua culpa vix immunis haberi poterit. Non debebant itaque hunc errorem adoptare atque repetere VON STIERNMAN l. c. p. 83, et (ex parte) RHYZELIUS l. c. p. 328.

primis temporibus, hos reditus, religionis propagationi adjuvandae ac novellae Ecclesiae fundandae a Regibus fuisse concessos? quibus jam praeclare auctis, novus Episcopus renunciare aut necesse habuerit, aut consultum duxerit. Quae ejus facilitas, Hierarchiae patronis haud placuisse videtur.

Non multo post mortem *Thomae*, hunc *Beronem* Episcopale munus adiisse, MESSENIO [5]) facile credimus, (adeoque tempore expeditionis Tavasticae a *Birgero* Jarlo perfectae, Fennicam rexisse Ecclesiam). Annum ejus emortualem idem MESSENIUS 1258 designat [6]): ex conjectura?

26. Prima haec est hujus Templi, quae in antiquis monumentis occurrit mentio; nam ex vetustis fluxisse Episcoporum Finlandensium Catalogis, *Fragm. Palmsköldiani* consensus probat. Unde simul patet, Templum Aboënse nondum fuisse Cathedrale.

SEXTUS.

D. RAGVALDUS, natione Ostgothus *a*), prius Cancellarius Birgeri ducis dicti Jarl *b*) [27]; et per ipsum fuit primum *Maskot* inceptum [28]. Obiit anno D:ni 1266, sepelitur in Templo Rändämäki *c*).

---

[5]) *Scond.* T. X p. 9.

[6]) A. 1249 mortuum fuisse dicit SPEGEL l. c. p. 388; quod unde didicerit, nos quidem latet. RHYZELIUS autem a. jam 1240 factum Episcopum hariolatur, adeoque octennio ante antecessoris sui mortem: quod ejusdem sine dubio commatis est, ac laudes quibus vitam nostri, ex ingenio, liberaliter ornat.

a) M. et N̂. *Westgothus* et *Wesgothus*; sed confirmat scripturam Codicis A. vetus Fragmentum Archivi Palmsköldiani, habens *Östgotus*. *b*) A. Järl. *c*) Hic additur in Codice M., insigni commisso anachronismo: *Anno* 1368, 10 *Cal. Febr. facta est translatio Ecclesiae Cathedralis ex Rändämäki ad Abo.* An 1268 legendum, vel totum hoc additamentum ad *Magnum* Episcopum Nonum transferendum? Ubi tamen Codex ille nihil a reliquis differt.

Notae Editoris.

27. Anno 1250 Regis Erici XI Cancellarium fuisse, ac deinde a. 1252 et 1254 *Ducis Birgeri*, dicit VON STIERNMAN, l. c. p. 83. Addit: *postea factum Episcopum Aboënsem*, (adeo ut proximus in utroque munere *Beroni* successor fuerit). Quae tamen omnia quibus argumentis nitantur, non significat. Noster Auctor *prius* quam dignitati Episcopali admoveretur, officio Cancellarii functum confirmat. *Birgero*, ut in Ostrogothia natum, maturius innotuisse conjicias?

Muneri Episcopali circa a. 1258 fuisse admotum, affirmat MESSENIUS (*Sc.* T. X p. 10); octennio prius RHYZELIUS (l. c. p. 329), cui STIERNMANNI assertio minime consentit [1]).

28. Matskott cujus hic fit mentio, quid sit, recte explicuit MESSENIUS l. c. nempe *Sportula*, *Episcopi* (et Curati) *quotannis mensae* a *Dioecesanis* (et parochianis) *offerenda*. Cfr. DIJKMAN *Antiquit. Ecclesiast.* p. 283. Post diminutos ab antecessore suo reditus Episcopales, necessarium forte hoc consilium, jacturae illius reparandae, nostro visum fuit? Nam symbolam sive contributionem hanc cibariam ad Episcopi etiam spectasse quaestum, cum MESSENIO existimamus [2]); quamvis Pastoribus (Curatis s. Rectoribus) Ecclesiarum inprimis lucrosam fuisse, non negemus [3]). Hujus

---

[1]) [Inter *Senatores Regni* a. 1261 subscripsit Literis Ducis *Birgeri*, quibus hic eadem privilegia Hamburgensibus concessit, quibus Lubecenses fruebantur (apud LAMBECIUM *Rer. Hamburg.* L. II. p. 49). Seriei tamen Regni Senatorum apud Nob. UGGLA, insertus non reperitur. Vid. III Afdeln. p. 8.]

[2]) In Westrogothia ad solum olim pertinuisse Episcopum, ex verbis Legum Westrogothicarum colligas? ubi (Kyrkiu Bolkär, XIV Flukk. 10 §.) sancitum legitur: Präster a qwikän Tiunda allan, ok offer thät til Crabufotä komber a Langa Freadagi. Jucte a Präster aff them almosom a altare komma um Maskuzdagh. Apud nostros autem majores cur Episcopo partem aliquam hujus sportulae accessisse, putemus, infra in vita Episcopi *Hemmingi* docebimus.

[3]) Mire SPEGEL l. c. *Monachis* hanc sportulam dari jussisse, Episcopum nostrum dicit; ut enim praeteream, Monachos

autem tributi qualis ratio fuerit, ex superstitibus adhuc vetustis quibusdam monumentis, intelligi potest; quorum antiquissimum infra damus [4]), alia quaedam suo loco adjuncturi.

---

quosdam, sicut videtur, adhuc in Finlandia non fuisse, Sacerdotum suorum sustentationi, non Monachorum usui, nostros illam praebuisse, constat. Verba SPEGELII sunt: Han (Ep. Ragvaldus) sägs ibland annat hafwa uträttat thet almogen öfwertaltes til at på wißa tider om året gifwa **Munkarna** Maatskott, thet är allehanda spis som the behöfde til uppehälle.

[4]) Litterae *Beronis* Legiferi, (de quo postea), tales de hac re in *Registro Aboënsi* Fol. 6 occurrunt: „Nos *Bero* Legifer „Nylandiae et *Linwidus* habitans in parrochia *Tenale*, omnibus „notum facimus, quod cum apud *habitatores terre Nylandie et* „*rusticos insularum Finlandie, juri Helsingonico* subditos, diversa „erat consuetudo in exhibendo *Mathskot*, cum in quibusdam par„rochiis *XIII marce butiri*, in quibusdam *XII* vel *XI*, quibusdam „vero *novem marche butiri* pro Mathskot solvebantur, de quo „magnum jurgium et scandalum inter *sacerdotes Curatos* et ru„sticos exstitit generatim: venerabilis in Christo pater Dominus „*Ragualdus, Dei gracia olim Episcopus Aboënsis*, uniformitatem „diligens in hac parte, pro scandalo hujusmodi delendo et jurgio „sopiendo, *ex communi parcium consensu statuit et ordinavit X* „*marcas Butiri pro* Matskut a singulis rusticis terre Nylandie et „insularum praedictarum annuatim perpetuo exhibendum; *et nos* „cum multis aliis de terra Nylandie missis *presentes fuimus* „*quando dicta Ordinacio fuit facta*. In cujus rei evidenciam sigilla „nostra presentibus sunt appensa. Scriptum Tenalie anno Do„mini MCCCXL quinto, Dominica Reminiscere.“ Episcopus cujus in his litteris mentio fit, *Ragvaldus II* fuit, (ut facile patet), initio seculi XIV florens, non noster *Ragvaldus I*, qui a. 1266 obiisse dicitur. Jurgia igitur atque lites illae, apud *Colonos Finlandiae Svecanos* de sportula annua (Matskott) sacerdotibus pendenda exortae, diu post nostri tempora exstiterunt. Initio certa quaedam portio non fuisse definita videtur, sed liberalitati contribuentium permissa (quare in *Legg. Westrogg.* l. c. almosa, *eleemosyna*, vocatur, *altari* imposita); quae sensim consuetudine definita, sed varie fuit; unde illae, de quibus utraque pars querebatur turbae. Sportulae *Episcopi* nulla in his litteris apparent vestigia. Quia *incolarum adhibito consensu*, *Ragvaldus II* lites de hac contributione exortas composuit, probabile est, nostrum etiam non aliter egisse? Obiter notamus, ex his iisdem literis liquido constare, Svecos Nylandiae insularumque nostrarum hoc

Sive hujus Episcopi sive antecessoris sui tempore, Bulla quaedam data reperitur Papae *Alexandri IV, Episcopo et Capitulo Aboënsi;* cujus loci in nullo antiquiori diplomate factam mentionem hactenus invenimus [5]). Superiores Episcopos *Finlandenses* vocatos fuisse, vidimus. Dubium haec verba faciunt (nisi vitio scriptionis laborare putes?) annon *Templi* aedificatio jam prope perfecta fuerit? quoniam vix alioquin ex hujus loci nomine sedem appellari Episcopalem coepisse credas? Scribit quidem Pontifex: *Cupientes igitur, ut ecclesia vestra, que in honore ipsius virginis* (S. Mariae), *sicut asseritis, est constructa, congruis honoribus frequentetur* etc., ita ut ad *Rändämäkiense* etiam Templum trahi haec verba non incommode possint: sed de *novo quodam aedificio* sermonem tamen potius esse credas; ac Aboënsem quoque Ecclesiam *S. Mariae* fuisse dicatam (cui deinde adjunctus esse *b. Henricus* videtur), satis constat [6]).

Russos circa haec tempora infesta Fenniae arma intulisse, nostra nesciunt monumenta. In Estoniam igitur fortasse suscepta fuit Magni Principis *Alexandri* (*Newski*) illa expeditio, de qua Russorum commemorant annales [7]).

---

aevo habitatores, rei pecuariae inprimis studuisse: de Fennis vero aliter esse judicandum, infra docebimus.

[5]) Cfr. LAGERBRING l. c. p. 798; qui nescit aliquem *Catillo* vetustiorem nostrae terrae Episcopum, *Aboënsem* se vocasse; *Catillum* interdum, et adhuc *Johannem I*, antecessorum more, *Finlandensis* usos titulo observans. Cfr. p. 597 et 600; [et PERINGSKÖLD *Monum.* T. I p. 173 et 174, ubi nostrum *Catillum* Literis quibusdam Indulgentiarum, cum aliis Sveciae Episcopis a. 1270 et 1271 subscripsisse, edocemur.]

[6]) Cfr. supra p. 110 not. (10). Caeterum Bulla Papae *Alexandri IV* haec data est *Anagnie VI Kal. Marcii, Pontificatus anno quarto* (24 Febr. 1258), ut habet *Registrum Aboënse* Fol. 95, ubi a. 1258 etiam in margine expressus est; *Pontif. a. quinto* (1259) apud Nob. A CELSE legitur p. 79, n. 20.

[7]) Auctor *Historiae Imperii Russici, quo tempore Tatarorum paruit dominationi*, in (ARNDTII) S:t Petersburgisches Journal, IV B. p. 229, dicit: Unterdessen (1256) unternahm der Großfürst (Alexander) einen Feldzug gegen die Jamen, --- Hierauff verei-

MESSENIUS *Ragvaldum* nostrum *a.* 1264 *licentiam obtinuisse Romae ab Urbano IV fundandi Rendemechiae IV Canonias,* asserit: quo auctore? penitus nos latet. Nisi hanc commentus fuit rationem, ea, quae in vita *Catilli* de institutione hac eadem, illius Papae indultu facta (qui a. 1264 obiit, cum *Catillus* ante a. 1266 ad Episcopalem non pervenerit dignitatem) narrantur, cum certioribus temporum rationibus conciliandi? De quo consilio mox plura.

Tangit in nota (F) vitae hujus Episcopi subjecta, RHYZELIUS (p. 329) conjecturam a *Scarino* olim de *Ragvaldo* nostro propositum; qui ut reddere patriae posset suae, cum *Ragvaldo* Scarensium Episcopo illum confundere instituerat. Ineptum hunc, ac ne ipsi quidem RHYZELIO omnino probatum, idcirco commemoramus ausum, ut cujusmodi commentis locus aperiatur indigitaremus, nisi a veterum fide monumentorum temere recedere, suique fabulas ingenii iis substituere, religioni habeatur. Nostrum et a. 1264 hic mortuum fuisse, et in Templo Rändämäkiensi sepultum, JUUSTENUS (cum *Fragm. Palmsköldiano*) aperte testatur.

Supra, p. 142, not. (c) significavimus, quam miro additamento Episcopi hujus *Ragvaldi* vitam, codex unus Ms. Chronici nostri foedet; ubi vel 1268 (pro 1368) *legendum,* adeoque ad proxime sequentis Episcopi *Catilli* vitam haec verba pertinere, *vel totum* illud *additamentum ad Magnum Episcopum,* ordine apud auctorem nostrum *Nonum, transferendum esse,* conjecimus. Neutrum nunc placet, sed glossam esse ineptam judicamus. Nam quia *Magnum* primum fuisse Episcopum diserte et auctor noster et *Fragm. Palmsköldianum* testantur, in templo Aboënsi sepultum, (quae res obscura hic esse olim haud potuit), et laudatum saepe Fragmentum de *Catillo* etiam expresse habet eum in *Ränthämäki* sepultum esse; haec translatio Cathedrae Episcopalis, hujus nondum tempore

---

nigte er sich mit den Nowogrodern, und zog durch unwegsame Gegenden und finstre Wälder gegen die Schweden (oder Dänen) und Tschudischen Völker, verheerete alles Land an der Seeküste, und kehrte mit großen Schätzen nach Nowogrod zurück.

facta esse potuit. Movit nobis dubitationem, quod *Ragvaldum* hunc jam *Aboënsem* appellari Episcopum reperiremus (cfr. supra p. 145); unde ad ÖRNHJÄLMII conjecturam probandam, (qui templum hujus Urbis maturius et exstructum fuisse et Cathedrali auctum dignitate quam vulgo putatur, contendit), reddebamur proniores. Accessit, quod diem *X Cal. Febr.* quo factam fuisse *translationem Ecclesiae Cathedralis* Glossa dicit, non temere fuisse expressum, suspicaremur. Nunc haec quoque res eo minoris esse ponderis videtur, quo certius constat, diem *Dedicationis Templi*, non X Kal. Febr. sed *XV Kal. Julii* (17 Junii) fuisse olim celebratum; ut ex Calendario patet Libro *Missali* Ecclesiae Aboënsis praemisso.

SEPTIMUS.

D. CATILLUS, natione Vestgothus, prius Cancellarius D. Waldemari Regis *d)* [29]; sub quo Collegium Canonicorum primum fuit constitutum *e)* in Ecclesia Aboënsi *f)*, Anno D:ni 1266 *g)*, ex mandato D. Urbani Papae quarti, consensu Regis Magni, per visitatores et procuratores, D. *Folquinum* Archiepiscopum Upsalensem, D. *Andream* Praepositum, illustris famae, et *Nicolaum* Parvedicanum Upsalensem [30].

Notae Editoris.

29. VON STIERNMAN l. c. p. 84 de nostro dicit: Hertig Waldemars (sedermera Konungs) Canceller år 1265. Blef sedermera Biskop i Åbo. Quam mire! *Waldemarum* enim ad-

d) M. et N. omittunt *Regis*. *e)* M. *institutum*. *f)* A. *in Templo Randamaki*; Fragm. Palmsk. *in Ranthämäki*. *g)* Ita Codices M. et N. Etiam Fragmentum Palmsköldianum habet MCCLXVI. Codex autem A. habet 1276, propius ad veritatem, ut infra docebitur.

modum adolescentem a. jam 1257 Regem coronatum fuisse, constat: cfr. LAGERBRING l. c. p. 479, et p. 482, not. (3).

30. Res maxime memorabilis quam nostrum fecisse vetera commemorant monumenta, haec est constitutio *Collegii Canonicorum* (qui IV numero primum erant); quam non exigui momenti Hierarchiae olim patronis visam fuisse, mirum haud putamus. Non Aboae, sed *in Ränthämäki*, hoc *Collegium institutum* fuisse, (adeoque ibi sedem Episcopalem adhuc mansisse), disertis verbis *Fragm. Palmsköldianum* asserit; cfr. p. 147, not. (f). Neque tamen omnino nullo Episcopos hactenus adjutos fuisse *Capitulo*, sive Consiliariorum consessu, supra (p. 122 sq.) observavimus; idque, quod ad Finlandenses proprie spectat Antistites, non spernendis confirmari testibus potest [1]); sed Episcopi eligendi potestatem, (quam inprimis Reges, non sine magna Romani Pontificis offensione, exercuisse videntur), sibi arrogare ausos vix fuisse, credas. Itaque huic sc. malo erat occurrendum: quod vulnus majestati suae infligi, Reges patienter ferebant. Credere fortassis veteri traditioni oportet, *Catillo* nostro Ecclesiam Fennicam gubernante, hoc institutum hic locorum fuisse perfectum; sed annum negotii peracti quem noster indicat (*Fragm.* etiam *Palmsköldiani* fultus auctoritate), cum reliquis, quas prodit, circumstantiis conciliari non posse, viri eruditi dudum observarunt [2]): quas

---

[1]) In Bulla Papae *Gregorii IX* (supra p. 134 sq. not. (14) recensita, dicitur *Episcopum Finnensem*, „*Capituli sui accedente consensu*", *terram - - - concessisse*. Bulla Papae *Alexandri IV* (supra p. 145 commemorata) scripta est *Episcopo* „*et Capitulo*" *Aboensi*. Quo pertinere etiam credas quod de transferenda *consilio Episcopi* „*et Clericorum suorum*" Sede Episcopali, Papa *Gregorius IX* sanxit (vid. supra p. 136). Cfr. WILDE *Sveciae Hist. Pragm.* C. III, S. II, §. 22, p. 384 sqq.

[2]) NETTELBLADT Schwed. *Bibliothec*, ad vitam hujus Episcopi *Catilli*, p. 68, not. (17) et (18); atque LAGERBRING l. c. II p. 797. Neque veniae a Papa Urbano IV impetratae, neque consensus a Rege *Magno* dati, neque Visitatorum et Procuratorum ab auctore nostro nominatorum, (qui itaque ex aliis monumentis haec hauserit necesse est), meminit *Fragm. Palmsköldia-*

tamen, si rem serius factam putes, (a. 1275 aut 1276?) atque *Andream* et *Nicolaum* ab officiis quae *postea* cum laude administrabant hic nominatos statuas, in concordiam redigi quodammodo posse, existimes [3]). Nam vixisse *Catillum* nostrum usque ad a. 1285 aut 1286, et mox (in vita successoris sui *Johannis*) demonstrabimus, et ex decreto Comitiali

---

sum; rem tantum ipsam annumque ejus perfectae, simpliciter indicans. MESSENIUS, a. 1266 *Magnum* nondum regiam dignitatem a fratre extorsisse memor, *auxilio Waldemari Regis, cujus fuisset antea Cancellarius, Catillum* nostrum *Collegium instituisse Canonicorum,* scribit; *Sc.* T. II, p. 51.

[3]) Supra, p. 147, not. (g) observavimus, Codicem *Chronici Justeniani* qui in Bibliotheca Acad. Aboënsis servatur, loco a. 1269 habere a. 1276; quem tamen in textum recipere, contra reliquorum (MESSENIO etiam visorum) et *Fragm. Palmsköldiani* consensum, ausi non sumus. Sed absurda tamen haec lectio neutiquam est. Regem enim *Magnum* imperio jam tum fuisse potitum, demonstrat LAGERBRING P. II p. 567; *Fulconem* (s. *Folquinum.)* Archiepiscopum Upsaliensem a. demum 1276, *quinta nonarum Martii* diem suum obiisse, constat *(Chronicon de Archiep. Ups.* a SCHEFFERO ed. p. 21); *Andreas* Praepositus quidem a. ante 1278 fieri non potuit (ib. p. 118 et 120), sed inter Canonicos Upsaliensis Ecclesiae antea jam fuisse, probabile est; *Nicolaus* (sine dubio *Allonis?)* qui circa a. 1282, primus *Decanus* ejusdem fuit Ecclesiae, (postmodum, a. 1292, ad Archiepiscopalem evectus dignitatem), similiter Canonicus antea ibidem fuerit? *Nicolaum Parvum Decanum,* hoc loco legit RHYZELIUS, non incommode, si illo cognomine appellatum fuisse, doceri queat; *Parvedicanum* autem omnes quos vidi Codices habent; quod vocabulum corruptum esse, non sine ratione suspicatur NETTELBLADT. [Postea in illo codice quem *Rothovianum* appellandum censuimus, scribi vidimus *Nicolaum Parve, Decanum Upsalensem;* non incommode, si doceri queat *Nicolaum* illum hoc cognomen vere gessisse? Conjeceram aliquando, pro *parvedicanum* legendum esse *primum Decanum?* Sed mera est conjectura.] Bullam aliquam Papae *Urbani IV* exstitisse, quae hoc institutum probaverit, non est quidem improbabile, licet nulla ejus jam supersint vestigia (cfr. A CELSE p. 81, n. 5); sed neque speciali tamen Papae venia opus fuisse, recte monet LAGERBRING l. c. p. 797.

patet *Almnöënsi*, a. 1285 facto, cui noster quoque subscripsisse reperitur [4]).

Singulare videri queat, et tot *Episcopos Finlandenses*, his temporibus, post administratum aliquamdiu munus *Cancellarii Regii*, tiaram quasi mercedis loco accepisse sacram, et plerosque eorum *Westrogothos* fuisse? Nisi itaque forte accidisse putes, Reges vel sua valde interesse credas existimasse, ut Episcopos huic terrae, recens domitae barbarisque vicinae, inprimis fidos sibi spectatosque praeficerent, vel facilius huic Dioecesi, quam reliquis, quos maxime vellent Antistites dare potuisse? In *Westrogothia* autem, sede antiquissima religionis Christianae in Svecia, (ex Anglia atque Norwegia illuc propagatae) copiam tum uberiorem exstitisse hominum, praeceptis ejus atque cognitione literarum qualicunque imbutorum, non est improbabile? Cfr. LAGERBRING P. I, C. 16, §. 20 et 29, p. 520, 532 sq.; P. II, C. 6, §. 9, p. 149; C. XI, §. 17, p. 275 sq.; TIDGREN Wästergöthlands Hist. och Beskr. C. IX, §. 1—7. [Rationem alteram quam affert RHYZELIUS l. c. P. II p. 152, ex lingua Fennica, Westrogothis eo tempore magis quam reliquis Svecis nota, petitam, haud magni facimus, ut nonnisi conjecturis ineptis, fundamentoque idoneo et omni verisimilitudine destitutis, nixam. Quod enim olim *Finni*, h. e. *Lappi*, sylvas Smolandiae inhabitasse feruntur, hoc ad seculum XIII nihil attinet, quo nulla sane *Lapponum*, multo minus *nostrorum Fennorum*, iis locis domicilia occurrebant, si vel maxime ad Dioecesin Scarensem illas pertinuisse demus. Neque iis temporibus semper curabant Hierarchae, utrum Episcopus linguam Dioecesanorum suorum calleret, nec ne; neque etiam facile fuisset, in re tam nova atque imbecilla, Fennos huic muneri administrando pares, invenire]. Elogiis tamen quae his primis Finlandiae Episcopis, popularibus suis (*Rodulffo, Beroni, Ragvaldo*, quem iis per errorem, ut

---

4) Ipsum Diploma exhibet HADORPH, *Append.* ad *Vet. Leg. Municipal.* Biärköa Rätt. p. 3—5, cui subscripsit etiam **Biskup Kyätil af Finlandi**; cfr. LAGERBRING II p. 600 sq.

supra (p. 142) ostendimus, associat, et *Catillo)* liberaliter (ex ingenio) impertit RHYZELIUS l. c. p. 327 sqq., non multum tribuimus. Nec quo auctore idem (p. 330) conjiciat, Episcopo maxime *Catillo* suasore R. *Magnum* Aboae a. 1274 *officinam monetariam* instituisse? existimare possumus: in Testamento quidem suo, a. 1285 condito, nullam ejus (inter caeteras a se enumeratas) Rex mentionem facit [5]).

Hujus tempore Episcopi, BENEDICTUS, filius *Birgeri Jarli* quartus, (frater Regis *Magni* Ladulås), constitutus fuit *Dux Finlandiae;* quod a. 1276 factum fuisse dicit MESSENIUS (*Sc.* T. X p. 10), anno vero demum 1284 contigisse demonstrat LAGERBRING [6]): saltim non ante hunc annum, pleno promissi sibi beneficii fructu uti coepisse, credas [7]). Nomen enim inane haud fuisse, vel ex oblata ab hoc Duce Fratribus suis dissidentibus *Waldemaro* et *Magno* honestissima conditione (si vera narrat ERICUS OLAI, p. 64), concludas, ut Ducatu suo (aeque ac parte bonorum patrimonialium ad se pertinente) decederet illisque dividendum permitteret, modo vel sic inimicitias exuere pacemque inter se atque concordiam servare vellent [8]).

---

[5]) Quod legi integrum potest in Actis Upsal. a. 1731, p. 44.

[6]) L. c. p. 613 sq.; ubi quae not. (3) adducuntur testimonia, magnum profecto habere pondus videntur. Locus autem *Diarii Wisbyensis*, quem in mendo cubare vir acutissimus recte vidit, ex accuratiore descriptus exemplo apud LANGEBEKIUM *(Script. Rer. Danicar.)* T. II p. 255 ita jam integer legitur: „MCCLXXXIV electus est in Regem Swecie *Scheningie* BYRGERUS, filius Regis MAGNI, et *Ericus* frater ejus factus est Dux, „licet ambo parvuli essent. Dominus autem *Benedictus*, frater „Regis, factus est Dux Fynlandensis".

[7]) Ita non incommode conciliari posse discrepantes quae de hac re exhibentur narrationes atque testimonia, credimus. Promissus *Benedicto* dudum fuisse Finlandiae Ducatus videtur, (cujus etiam titulum interim usurpasse putandus est, si Edictum R. Magni quod exhibet HADORPHIUS l. c., anno jam 1280 datum esse existimetur); sed non ante a. 1284 vere traditus. Cfr. LAGERBRING l. c. P. II p. 484, 583, 597, 599, 613, 614, not. (4).

[8]) Existimare possis, ERICUM non tam Historicum hoc loco

De *Catillo* hoc Episcopo non tantum dicit *Fragm. Palmsköldianum* (ut supra p. 137 indicavimus): *in Ränthämäki sepelitur,* sed etiam addit: *ibi (et ibi* vel *ubi?) plerique Episcopi sunt sepulti.* Quae verba ad antecessores suos sine dubio restringere oportet, ita ut *praecedentes* (vel tale vocabulum) exciderit, aut loco τοῦ *plerique* sit substituendum?

Circa haec tempora crudelem atque immanem illam contigisse *Russorum* in Fenniam irruptionem, quam Historicis nostris hactenus ignotam, Bulla Papae *Gregorii X* ad Electum Upsaliensem data, dolenter describit; supra p. 83 sqq. docuimus. Ut itaque, nostris saltim his oris, res adeo pacatas atque a vicinorum insultibus tutas ac vulgo perhibetur, haud fuisse, satis diluceat.

Seriem quandam eorum, qui Regis nomine his olim praefuerunt provinciis, rerumque ab iis gestarum notitiam, exhibere, monumentorum inopia non permittit. Quorundam tamen memoria non omnino intercidit. Quamobrem, nomina saltim eorum quos hoc et sequentibus temporibus re-

---

egisse, quam Rhetorem, atque oblatis a magnanimo pacis fraternae auctore bonis Patrimonialibus temere addidisse Ducatum, quo potitus nondum erat? Nisi ad desistendum spe potiundi, paratum se ostendisse, significare voluit? Qua caeterum potestate Finlandiam tenuerit, definire haud valemus: forte eadem, qua caeteri tum Duces suas solebant provincias obtinere? qua de re cfr. LAGERBRING l. c. p. 693 sq. Quamdiu hoc usus sit in nostram patriam imperii genere dubitatur? An scilicet etiam post Episcopalem Lincopensis sedis dignitatem adeptam, retinuerit: quod improbabile haud videtur. Finlandiam suam an viderit unquam, aut quidquam ei boni attulerit, (ut laudat MESS. *Chr. Finl.)* nos omnino latet. A. 1291 mortuum esse constat. Caeterum de eo consulatur LAGERBRING l. c. P. II p. 787, 788, et PERINGSKÖLD l. c. II p. 204 sq. (Cfr. SCHEFFERUS *Chron. Archiep. Ups.* p. 148 et CELSII *Chron. cit.* p. 9 et p. 68, 70; qui quod tangunt ulcus, nescio an adhuc sit bene sanatum? Mendum alicubi latere suspicor!) Bullam Papae *Alexandri IV*, qua *Birgero* Jarlo licentiam tribuisse creditur Regnum Sveciae inter filios distribuendi, allatam a VASTOVIO (Ed. Col. p. 180 sq.; cfr. LAGERBRING l. c. p. 483 sq.), mire admodum recenseri video apud Nob. A CELSE l. c. p. 76, n. 7.

bus nostris praesedisse reperimus, sensim edemus. Ita CAROLUM nescio quem circa a. 1280 *Praefectum* fuisse *Finlandiae,* ERICUS OLAI (Ed. Locc., p. 75 extr.) ita narrat, ut cum seditione et poena *Fulkungorum* sedatisque per eorum supplicium turbis, conjungere videatur. Ita enim ille: *quos* (Folkungos cum asseclis, R. Magnus) *venientes fecit continuo comprehendi, et ad Stockholm perduci, ubi duo ex eis, Johan Philipson et Johan Carlson capite sunt truncati; Philippus vero de Runeby omnibus suis haereditariis bonis vitam cum difficultate redemit. Decollatus est etiam Birgerus, frater Johan* (Johannis) *Carlson: „Carolus autem Praefectus est Finlandiae."* *Et ita omnis haec discordia sedata.* Credas fere *Carolum* hunc fratrem etiam istius *Johannis Carlson* (adeoque genti Folkungorum affinem) fuisse, sed minoris fortasse culpae reum, atque hinc in Finlandiam, ne novas ciere turbas posset, in exilium quidem, sed honoris specie tectum, a Rege fuisse missum?

OCTAVUS.

D. JOHANNES, Prior Sigtunensis *h*). Hic primus processit ad *i*) Canonicam electionem [31] in Ecclesia Aboënsi; demum postulatus et translatus in Archi-Episcopum Upsalensem [32]. Obiit Anno D:ni 1268 *k*) [33].

Notae Editoris.

31. Hoc est, primus fuit Episcopus Finlandiae, qui ad normam Juris Pontificii, per Canonicos, nuper ad Ecclesiam Cathedralem constitutos, electus sit. Itaque videmus, non *Cancellarium* Regis, sed *Monachum,* plurimis suffragiis muneri Episcopali fuisse admotum. De anno dissentiunt auctores. MESSENIUS, qui *Sc.* T. X p. 10, circa a. 1283

h) N. vitiose *Sicktuiensis;* Fragm. Palmsk. *Sicktunensis.* *i*) A. *in.* *k*) Tota haec additio abest a Codice A.; nec in Codice M. numeri expressi sunt.

sedisse dicit, T. IX p. 64 anno demum 1288 Episcopum factum significat; utroque loco falsus. *Chronicon* a CELSIO editum, saepius a nobis jam laudatum, anno 1286 electum (p. 9) recte docet; cum quo concinit CORN. HAMSFORTII *Chronol. Secunda* (vid. LANGEBEK l. c. T. I p. 294), addens quaedam, illi non commemorata, nobis vero non praetereunda. Dicit enim ad a. 1286: *Hoc tempore Sigtunae in Sveonia Concilium a Clericis celebratur.* JOHANNES *sodalis prior Collegii Sigtunensis creatur Episcopus Finlandiae, praesente Rege Magno Ladulaas.* Quos sequuntur PERINGSKÖLD, l. c. II p. 139; et RHYZELIUS l. c. p. 37 et 330. HAMSFORTII locum partim confirmat, partim illustrat testimonium Veteris *Chronici Msti* (in R. Bibliotheca Stockh. asservati) cui *Annalium Sigtunensium* titulum (quod a Fratribus Coenobii Dominicanorum ibi olim florentis profectum videtur) impertiendum judicat Cel. NORDIN (cui notitiam ejus debemus), ubi haec leguntur verba: *MCCLXXXVI Capitulum Provinciale* [1]) *celebratum Sikthonie. Electus in Episcopum frater Johannes, Prior Sikthonensis.*

Ex Polonia hunc JOANNEM fuisse *oriundum,* narrat VASTOVIUS, in ejus Vita, (nescio quo merito *sanctis* septentrionis illum associans, inter quos tamen neque a Papa neque a nostris solenniter fuisse adoptatum, constat), atque quod *ordini d. Dominici nuper a sede apostolica confirmato, jamque tum florenti sese mancipaverat, ejus propagandi causa a d. Hyacinctho item Polono in Sveciam missum, anno salutis 1233; quo in negotio,* pergit, *felicissimos fecit progressus. Jarlerum enim Archiepiscopum Upsalensem facile induxit, ut Monasterium amplissimum Praedicatorum Ordini in oppido Sigtunae exstrueretur, - - ubi Joannes non paucos vitae Monasticae alumnos collegit, et undequaque virtutum radios sparsit deditque suavitatem odoris, donec ceu lucerna ardens ad Aboënsem sublimaretur Episcopatum.* Quibus igi-

---

[1]) Sc. *Dominicanorum*, non *Concilium Clericorum* Sveciae, ut incommode HAMSFORTIUS, quem veterem aliquem male intellexisse auctorem, apparet.

tur virtutibus Monasticis, sine dubio, VASTOVII judicio, meruit sanctorum cohorti adjungi. Hunc auctorem recentiores deinde Historici fere omnes secuti, *Poloniam* Johanni nostro patriam dederunt [2]); nam veteres nihil tale significarunt [3]). A vulgari autem opinione, parum idoneo nixa fundamento, recedendum esse, judicat cujus saepius laudavimus perspicacem diligentiam, Cel. NORDIN. Judicium ejus adponere juvat: *A Vastovio inducti quotquot sunt sequioris aevi scriptores, hunc* (Johannem nostrum) *Polonum faciunt, quod tamen nulla ratione constare potest; hoc enim neque veterum quispiam unquam dixit, neque per aetatem quam illi tribuit Vastovius, p. m. 77 Vit. Aquil.* (Ed. Benzel.) *credere fas est, quum Johannes iste Polonus, qui Ordinis Dominicani propagandi gratia, anno 1233 ad nostros venisse perhibetur, hoc modo nonagesimum, plus minus attigisset annum, cum in Archiepiscopum postularetur.*

32. Cfr. *Chronicon Archiep. Upsal.* a SCHEFFERO editum, p. 62 sq.; BENZELII *Monum. Vet. Eccl. Sveog.* p. 39 et 104 sq.; PERINGSKÖLD l. c. II p. 139; RHYZELIUS p. 37; LAGERBRING II p. 777 et 798. Anno hoc factum fuisse alii 1289, alii vero 1290, asserunt; his favet CELSII *Chronicon,* ubi dicitur: *MCCLXXXX - - translatus est Dominus Johannes Aboënsis Upsaliam* (p. 10) [4]). RHYZELIUS diem etiam, quo *suffragiis concordibus* postulatus a Capitulo Upsaliensi sit,

---

[2]) PERINGSKÖLD l. c. II p. 139; BENZELIUS *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 204; RHYZELIUS l. c. p. 37; LAGERBRING l. c. p. 777: plures ut taceam.

[3]) Ne MESSENIUS quidem hujus rei meminit; neque in *Chronicis* vel a SCHEFFERO, vel a CELSIO, vel a LANGEBEKIO editis etc. verbo ullo Polonicae suae originis mentio fit; quae ignota esse non debuit. Cum alio *Johanne* aliquo, aetate majore, ex Polonia fortassis huc olim misso, *Vastovium* confudisse nostrum Episcopum, gente puto Svecum, credas?

[4]) [Difficultatem veri definiendi temporis, quo postulatus sive electus sit Episc. *Johannes* in Archiep. Upsaliensem, paullo post, occasione literarum Capituli Aboensis de electione *Magni* Episcopi afferendarum, tangemus].

indicat, nempe *19 Novembris 1290,* nescio quo auctore; cum tamen ipsa Bulla exstat [5]) Papae *Nicolai IV, ad Abbatem Monasterii de Saba, Cisterc. Priorem Praedicatorum de Sic-*

---

[5]) In *collectione* FREDENHEIMIANA, cujus supra p. 83, not. (109), mentionem fecimus. Ex qua Bulla, benigne nobiscum communicata, atque in *Sylloge Monumentorum* infra edenda, quaedam hic loca adferre placet. Dicit igitur Papa: --- „*Dudum siquidem Upsalensis Ecclesia per obitum bone memorie Magni Upsalensis Electi confirmati et etiam consecrati vacante, --- Capitulum ipsius Ecclesie, --- convenientes in unum pro futuri substitutione Pastoris, et deliberantes per viam procedere compromissi, in --- Johannem Archidiaconum* (quem a. MCCXC, septimo Kal. Junii obiisse testatur Chron. Archiep. Upsal. a Scheffero editum, p. 149; cfr. Chron. CELSII p. 10), *Andream prepositum* et Olavum Canonicum ejusdem Upsalensis Ecclesie compromittere curaverunt, promittentes quod illum in suum ac ipsius Ecclesiae Upsalensis Archiepiscopum reciperent et haberent, quem ipsi de se vel aliis in Archiepiscopum ejusdem Ecclesiae concorditer eligendum ducerent vel etiam postulandum. Dicti vero compromissarii, hujusmodi compromisso recepto, secedentes in partem et demum inter se diligenti deliberatione prehabita, vener. Fratrem nostrum Johannem, Episcopum Aboënsem, in Upsalensem Archiepiscopum unanimiter et concorditer postularunt; at idem Episcopus postulationi hujusmodi de se facte, sibique per specialem ejusdem Capituli nuntium infra tempus legitimum presentate, nec consentit, nec dissentit, sed super hoc dispositioni Sedis Apostolice se commissit; ac postmodum prefati Capitulum per dilectos filios Carum (legi *Carolum,* sc. *Erlandi filium,* jubet Cel. NORDIN) et Eruastum Ecclesie Upsalensis predicte Canonicos, ad nos propter hoc specialiter destinatos, decretum postulationis hujusmodi presentarunt ---- Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus habentes pro oculis solum Deum, si eundem Episcopum, diligenti examinatione *per vos facta, de ipso, vita, moribus, honestate, scientia et aliis virtutum meritis inveneritis esse ydoneum atque dignum ad supportationem Archiepiscopalis oneris, auctoritate apostolica postulationem admittentes eandem, ipsumque a vinculo, quo Aboensi tenetur Ecclesie absolventes, sibi transeundi ad predictam Upsalensem Ecclesiam licentiam tribuatis etc.* Memorabile est, hujusmodi negotii judicium a Papa Monachorum maxime Praefectis, quibus sc. fidem inprimis habuit, fuisse commissum. Approbatum ab illis Johannem nostrum fuisse, eventus docet.

tunia, ac Guardianum Minorum Upsalen. Fratrum, Ordinum, qua iis negotium examinandae postulationis hujus commisit, data *apud Urbem Veterem octavo Id. Julii anno* (Pontif.) *tertio* (d. 8 Julii 1290). Anno autem 1291, in itinere ad Papam suscepto, Prouini in Gallia mortuum fuisse, communi traditur consensu.

Brevi tempore quo Fennicae praefuit Ecclesiae, quid ei boni praestiterit, penitus ignoramus.

33. Numerorum notas hoc loco editas (1268 pro 1291), mendosas esse, ex anno Archiepiscopi hujus emortuali nuper indicato, atque ab omnibus veteribus concorditer prodito auctoribus, liquet; quas neque a JUUSTENO nostro esse profectas, utpote quae ab optimis absunt Codicibus, supra (p. 153, not. (k)), significavimus. Neque annum vel adventus, vel abitus, vel mortis suae, Fragm. Palmsköldianum commemorat.

NONUS.

D. MAGNUS, natione Finlandensis, natus in Paroecia Rusko, villa Märtälä *l*), prius Canonicus Aboënsis, canonice electus. Hic transtulit Cathedram Episcopalem *m*) de Rändämäki ad locum ubi nunc est Ecclesia lapidea constructa, de licentia D. Papae Bonifacii octavi, Anno D:ni 1300 [34], et ibi primus sepelitur.

Notae Editoris.

34. Ab hujus *Magni* aetate, paullo uberior lux rebus adfulgere patriae nostrae incipit. Ac primum sedem Episcopalem [1]) ejus opera, a. demum 1300 ex Rändämäki ad locum ubi

---

l) Id hodieque nomen habet; N. *Merchele*, vitiose; Fragm. Palmsk. *Mertiala*. In Libro Ecclesiae Aboënsis scribitur *Märthiala*. *m*) A. *Cathedralem Ecclesiam*.

[1]) [Scribe *dignitatem Ecclesiae Cathedralis*, (in *Fragm. Palmsköldiano* habetur *Ecclesiam Cathedralem*): sedes Episcopi in *Korois* etiam postea mansit.]

nunc est urbs Aboënsis sita, fuisse translatam, constanti majorum, qui scire poterant, traditioni est credendum. ÖRNHJÄLMII dubia supra jam, p. 136, sustulimus. Definire tamen haud audemus, an indicato nuper anno aedificatio Templi Cathedralis demum ita perfecta fuerit, ut cultui Divino celebrando consecrari posset? quod aliquanto maturius esse factum, credas. Indulgentiae certe Papales annis jam 1292 et 1296 illis concessae, qui festis quibusdam diebus visitaturi essent *Katedralem Ecclesiam beate Marie Aboensem* [2]), sive *Ecclesiam Aboensem in honorem beate Marie virginis et sancti Henrici Episcopi et Martiris fundatam, honorifice constructam* [3]), dubitare non sinunt, quin jam tum ibi sacra fierent; quod eo certius videtur, quum inter festa quibus frequentari novum Templum Pontifices vellent, etiam festivitatem *dedicationis ipsius Ecclesie* numerarent. Cfr. supra p. 136.

Nova Bulla aut licentia Papae *Bonifacii VIII*, ad translationem Cathedrae suae perficiendam, Episcopum nostrum opus habuisse, vix credas (cfr. supra p. 136, not. (15)); qualis neque in *Registro Aboënsi* reperitur, nec puto, visa a quoquam est? MESSENIUS, nostrum secutus auctorem, ejus meminit, sed ut conjecturam facile agnoscas, *Sc.* T. II p. 74: cfr. A CELSE p. 100, n. 16. *Fragmentum Palmsköldianum* nihil tale habet; ubi de Episcopo nostro non nisi haec leguntur verba: *Magnus, primus Finno, Mertiala in Rusko natus. Hic ecclesiam cathedralem de Ränthämäki*

---

[2]) Ita vocatur in Bulla Papae *Nicolai IV, dat. Romae apud sanctam Mariam Majorem Non. Februarii, Pontificatus anno Quarto* (5 Febr. 1292), reperiunda in *Reg. Aboënsi* Fol. 65; cfr. A CELSE p. 96, n. 12. *Aboënsis* nomen adjectum, Templum a S. Mariae Rändämäkiensi illo diversum significare videtur.

[3]) Haec verba prodere videntur, de hodierno agi Templo Cathedrali *Aboënsi*. Bulla a Papa Bonifacio VIII data est *Rome apud S. Petrum, VI Id. Maji Pontificatus anno II* (d. 10 Maji a. 1296). Vid. A CELSE l. c. p. 99, N:o 12. Nam eandem esse non dubitamus, quae in Registro Aboënsi legitur Fol. 65, licet in nostro quidem exemplo dies (VI Id. Maji) non sit expressus.

ad Abo transtulit anno MCCC:o, et ibi primus sepelitur, qui obiit anno - - (numerorum notae desunt).

Canonice electum nostrum *Magnum* ac prius *Canonicum* fuisse *Aboënsem,* JUUSTENUS narrat. RHYZELIUS autem, (l. c. p. 330), qui patris quoque nomen prodit, atque inde *Thunsson* nostrum appellat, non modo *studiis operam dedisse* (quod conjicere facile licuit), sed etiam *exteras visitasse terras, et per aliquot annos Upsaliensis Ecclesiae fuisse* tradit *Canonicum, antequam die 25 Januarii a. 1291, ab uno tantum Canonico* (Aboënsi), *cui nomen Johannes, in Episcopum eligeretur, a Papa deinde Bonifacio VIII confirmatus:* qui unde haec omnia eruerit? expiscari hactenus non potuimus. Fontes enim suos (quos parum accurate solet examinare), pessimo more nunquam aperit. Nobisque, fatemur, suspecta haec videntur; neque contra Chronici nostri auctoritatem, iis fidem, donec argumenta atque testimonia, quibus superstructa sint, nobis innotuerint eaque probabilia esse deprehenderimus, tribuere possumus. Inter Canonicos quidem Upsalienses, quorum indicem nobis Vetus Chronicon a SCHEFFERO atque BENZELIO (*Monum. Sveog.* p. 45 sqq.) editum tradit, *Magni* nostri nomen haud comparet. *Bonifacius VIII,* anno demum 1294 in Decembri Papa factus est; ita ut parum verisimile videatur, Episcopum initio jam anni 1291 electum, ab eo demum confirmatum fuisse? SPEGELIUS quidem, in vita hujus Episcopi (ab Auctore nostro temere in quibusdam ille quoque recedens, MESSENIUM, in *Chronica Episcoporum,* temere secutus), narrat eum *ex Canonicatu Upsaliensi ad Praeposituram* fuisse *Aboënsem translatum,* ac deinde hic Episcopum factum [4]);

---

[4]) Vid. EJUSD. Kyrko-Hist. (s. Chron. Episcopor.) P. II p. 389 sq. Verba ejus sunt: „*Magnus* född i Finland uti en by kallad Meschela, al. Räsko, kom ifrån Upsala Canonicat til at wara Prost i Åbo, och sedan wardt han, genom Påfwens Bonifacii then 8:des tillåtelse, Biskop thersammastädes, flyttiandes då man skref anno 1300 Biskopssätet ifrån Rendamechi til Åbo, al. 1289, ther han sedan blef begrafwen i then nybygda Domkyrkan; men platsen, på hwilken samma kyrka står, kallades fordom Unicangare“.

sed reliqua a RHYZELIO commemorata ignorat. *Praepositus* autem esse *Aboënsis* eo minus potuit, quo certius est, hanc dignitatem multo serius, ab Episcopo demum *Hemmingo,* ut infra docebitur, fuisse in hac Ecclesia institutam. Fontem autem horum assertorum, cum indagare valuerimus, plenius, credimus, rem explicare dabitur.

[Caeterum quae de electione *Magni* supra disputantur aliquam accipiunt lucem ex literis Capituli Aboënsis, quibus uni collegarum suorum, Canonico *Laurentio* (non ut habet RHYZELIUS *Johanni),* reliqui potestatem conferebant Episcopum (via Compromissi) eligendi; quas igitur, ex Apographis Örnhjälmianis (T. VI Åbo och Nådendals Klosterbrefs Copior, p. 35 sq.), quae inter monumenta literaria R. Academiae Hist. Antiquitt. et Literar. Humanior. asservantur, descriptas, hic adponemus: „Omnibus praesentes literas inspecturis, Capitulum Aboensis Ecclesiae salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, quod reverendo D:no „*Johanne,* olim Episcopo nostro, ad sedem Upsalensem translato, qui translatus fuit A:o D:ni MCC nonagesimo, *secundo* „*nonas Novembris* [5]), ex causa praedicta nostra vacante ecclesia Aboensi, Nos Capitulum Aboense in unum convenientes, „*diem conversionis S. Pauli* [6]) praefiximus ad electionem futuri „Pontificis celebrandam, facientes ad terminum hujusmodi „omnes qui electioni faciendae interesse debuerunt et potuerunt, evocari. Convenientibus igitur omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, in termino supradicto, cantata missa S. Spiritus, et proposito

---

Quod de loci nomine addit, (quem a Fennis *tumulum somni* appellatum innuit), id alii etiam, veteris fide traditionis narrant. Nisi igitur postea id nomen ortum fuit, antea jam *sepulturae* locum fuisse, atque hinc quasi *dormitorium mortuorum* nuncupatum, credas?

[5]) Die 4 Novembris. Quomodo igitur poterat *Johannes* (ante cujus a Papa, d. 8 Julii, permissam ad Upsalienses translationem, de successore suo deliberare non licuit) die demum 19 Nov., ut habet RHYZELIUS, eligi Archiepiscopus?

[6]) Die 25 Jan. 1291.

„verbo Dei, in Sacristia Ecclesiae nostrae Aboënsis [6]) nos „recepimus, ut ecclesiae nostrae Aboensi viduatae provide„remus de praelato et pastore, et habita deliberatione dili„genti, per quam formam nobis in electionis negotio esset „procedendum, placuit nobis omnibus ac singulis, a D:no „*Laurentio* Canonico Ecclesiae nostrae super hoc specialiter „requisitis [7]), *per formam compromissi* nostrae Ecclesiae „Aboensi providere. Unde unanimiter, nullo penitus discor„dante, eligendi potestatem contulimus in reverendum virum „D:num *Laurentium*, Canonicum Ecclesiae nostrae Aboen„sis, usque ad primam pulsationem vesperarum duraturam, „ut ipse de Capitulo Ecclesiae nostrae vel aliunde, sicut „sibi videbitur expedire, nobis et ecclesiae nostrae Aboensi „provideret de Pastore, ita tamen quod postquam ipse de „persona eligenda ordinaverit, ipse vice sua et totius Ca„pituli personam illam eligat in communi et provideat de „eadem, promittentes universi et singuli quod ipsum reci„piemus in nostrum et ecclesiae nostrae Praelatum et Pa„storem, quem ipse, ut praemittitur, duxerit eligendum. In „cujus facti nostri evidentiam sigillum Capituli nostri prae„sentibus est appensum. Actum *Abo anno D:ni MCC nona„gesimo primo, octava Kalendas Februarii.* (Ex originali „descr.)".]

De *Magni* nostri gestis plura apud MESSENIUM occurrere, quam quae JUUSTENO memorantur, reperimus [8]): sed

[6]) Demonstrant hae Literae, novum templum Aboënse jam fuisse ita consummatum, ut ibi sacra celebrare commode licuerit, veterique Rändämäkiensi praestiterit.

[7]) Senior is Collegii fuisse videtur, atque partes Praesidis egisse.

[8]) *Scond.* T. X p. 13. Unde transscribenda judicamus: *MCCXCIX Bonifacius VIII Beatum Henricum rationario inscripsit sanctorum.*" (Hoc nonnisi dubitanter T. II p. 74 asserere ausus est). *Idem approbat, ut Cathedra Finlandiae Episcopalis a Rendamechio transferretur Abogiam. MCCC Magnus Finlandiae Praesul, ope Birgeri Regis, cum Cathedra migrat Rendamechio Abogiam. Quo exuviae S. Henrici deinceps,* (non audet certum annum prodere?) *XVIII Junii, a Nousio, solenniter fuerunt translatae, et*

qua fide digna sint, partim ex supra dictis liquet, partim res ipsa ostendit. Idem tamen, quod in *Chronico Finl. Rhythmico* [9]), *Domum* quidem *Episcopalem* aliasque aedes *Magnum* condidisse asserit, sed *Coenobium Dominicanorum non ab eo, sed ab alio fuisse aedificatum* contendit, Episcopo nostro debitam eripuisse laudem, videri queat: siquidem fidem meretur catalogus *Conventuum* (s. Monasteriorum) hujus Ordinis, ad *Provinciam Daciae, Daniam Sveciam et Norvegiam complexam, A.* jam *MCCCIII* pertinentium quem, ex JAC. ECHARDI *Scriptor. Ord. Praedicator. p. XII* adfert LAGERBRING (l. c. p. 803, not. (7)); inter quos nempe *Finlandensis* quoque recensetur. Non est autem probabile, alio Finlandiae loco prius, quam prope Ecclesiam Cathedralem, *Fratres* hosce sedem fixisse. Quin ex Testamento Equitis *Magni, Johannis Filii,* anno 1293, die 1 Augusti scripto, cujus adhuc supersit exemplum, jam tum hic Aboae ejus Ordinis exstitisse coenobium, demonstrat RHYZELIUS [10]). Nec

---

argenteo impositae decenter loculo. Urbis fundamenta jaciuntur Abogensis; sed Ecclesiae prius Cathedralis. Diu ante hunc annum jacta Templi fundamenta fuisse, facile patet. Haec eadem latius deducit in *Chronico Finl. Rhythmico* p. 24 sq. Multa ex ingenio et conjectura scripsisse, certis monumentis destitutum, liquet. Verisimile tamen est, non diu post Ecclesiam Cathedralem consecratam, exuvias b. Henrici illuc fuisse translatas, praecipuam loco sanctitatem collaturas.

[9]) P. 25: Doch det Swartmunka Klostret han
Där ej bygde, men en annan.

[Si *Domum Episcopalem Magnus I* condidit, factum hoc fuisse in *Korois*, aut alibi extra urbem, necesse est; nam Aboae ante tempora Episc. *Magni II* non exstitisse, Auctor noster aperte testatur. Quid, si nominis similitudine, hoc loco deceptus MESSENIUS, *Magno I* tribuit, quod a *Magno* demum *II* factum constat?]

[10]) *Monasteriol.* p. 290, ubi legitur: År 1293 d. 1 Augusti, hafwer Riddaren Herr Magnus Johansson *testamenterat til Predikoбröderna i Åbo*, 9 mark Penningar.

[Ante finem seculi XIII Monachos Dominicanos Aboae Coenobium habuisse, confirmat schedula in R. Bibliotheca Stockh. servata, (Fascic. 2 N:o 14) cui a. 1294 subscripsisse reperitur

abhorret a vero, Episcopi nostri antecessorem *Johannem*, virum hujus familiae praecipuum, de colonia Dominicanorum ad Dioecesin suam deducenda consilium jam cepisse; successoris demum sui tempore fortassis perfectum? Mirum autem videri queat, nec a JUUSTENO nostro, nec ab auctorum aliquo qui temporum illorum res tetigerit, initium ejus Monasterii prodi; cujus tamen generis eventus memoria inprimis dignos fuisse habitos, satis constat.

Urbis Aboënsis incrementa ab hujus aetate Episcopi, translataque huc cum Ecclesia Cathedrali, tum Episcoporum sede, maxime esse repetenda, facile liquet [11]).

Anno 1293 sqq. (adeoque *Magno* nostro sedente Episcopo) *Savolaxiam* atque *Careliam* imperio subjectas fuisse Sveonum, supra (p. 82—90) docuimus [12]): quo armorum Svecicorum successu, Dioecesin Aboënsem insigni auctam fuisse accessione, simul intelligitur. Convertendorum vero Careliorum curam non nostro commissam, sed *Petro* Arosiensi fuisse Episcopo, mirum videri queat; nisi hunc, ut praecipuum fortassis sanctae expeditionis auctorem, gloriam ejus etiam perfectae sibi vindicare, zelique sui praeclarum hoc edere specimen voluisse, existimes?

[Ad Historiam Belli Russici, quod occasione subjugatae a Svecis Careliae gestum fuit, pertinet brevis chrono-

---

Frater Abraham, Ordinis Praedicatorum de Conventu Finlandiae. (Inter Apographa Cel. BROOCMAN in *Monum.* R. Acad. Hist. Antiquitt. et Litt. Human. p. 1800). Ubi etiam (Fascic. V N:o 8) habentur literae a. 1309 datae, quibus subscripsisse legitur *superior et Conventus Aboensis Ordinis Praedicatorum.*]

[11]) Cfr. p. 126 et Tidn. utgifne af et Sällskap i Åbo, a. 1783, N:o 35 p. 273 sq.

[12]) Praeter auctores ibidem, et apud Nob. LAGERBRING l. c. p. 670 sqq. laudatos, meminit hujus expeditionis etiam *Chronicon* ab OL. CELSIO editum, saepe nobis citatum; ubi tamen annum minus accurate definiri (1297 pro 1293), caeterorum probat monumentorum consensus. Ita autem illud (p. 11), sed *a secunda manu*, habet: *MCCXCVII Ivit exercitus Sveciae ad Karelos, et constitutum est castrum Wiborgh, et Kareli fidem sumpserunt.*

logia, ex laudatis jam supra *Annalibus Sigtunensibus* excerpta, quam subjungimus:

a. 1292. *Aksborg*[13]) capta est a Ruthenis.

a. 1299. Multi Nobiles et alii interfecti sunt in *Landzcrona* de Regno Svecie.

a. 1300. *Corona Terrarum*[14]) edificata est in Rucia.

a. 1301. *Landzcrona* destructa cum omnibus suis[15]).]

Caeterum lenem hominem atque pacificum *Magnum* nostrum fuisse, putes. Parum rebus aetatis suae politicis (plerumque turbidioribus) se immiscuisse, parciusque quam Collegarum suorum Svecicorum quosdam, (atque ex antecessoribus quoque suis v. g. *Catillum)* consiliis publicis interfuisse, videtur. Nomen certe suum in actis eorum temporum vix occurrit[16]).

Cum circa haec tempora Russi, more suo (ac fortassis illatas sibi nuper, Carelica Svecorum expeditione, clades ulturi?) Finlandiam nostram hostiliter invasissent, ac *Tavastiam* inprimis, sibi viciniorem, crudeliter vastassent atque perussissent; noster, calamitatis incolarum misertus, partem tributi sibi debiti iis condonasse reperitur: quae res diuturnam postea inter ipsum ac successores suos, vetera Episcopi jura instaurare nitentes, ab una, et Tavastos, hanc concessionem perpetuam fuisse (vel tale debitum sibi nun-

---

13) Hoc quid sit, explicent Historiae Patriae consulti!

14) *Landscrona.* Vid. LAGERBRING P. II C. 17, §. 11, p. 675.

15) Non optime haec chronologia cohaerere videtur, cum multi in *Landscrona* anno jam superiore cecidisse dicitur? — Quanti autem momenti hoc bellum habitum sit, inde patet quod Archiep. *Nicolaus* jussit singulis annis specialem missam dicere de Sanctis Martiribus Erico Rege et Henrico Episcopo, „*pro statu Careliae*". NETTELBLADT *Schwed. Bibl.* 2 St. p. 139.

16) Literis Indulgentiarum, Monachis Sigtunensibus datis, cum *Brynolpho* Scarensi Episcopo a. 1299 Telgae subscripsisse, docet WALLINUS *Sigt. stant. et cad.* p. 310: Cfr. *Hypomnem. in Chron. Episcopor. Aboënsium a. P. Justen consignatum*, Diss. Acad. Praes. Jo. BILMARK Aboae a. 1771 ab *El. Reink. Bergstadio* ed. P. I p. 16.

quam incubuisse) asserentes, ab altera parte, litem peperit. *Quatuor* enim *Pelles* (*Sciurorum* puto?) aut singulae familiae Tavastorum (Röfar), aut singuli viri adulti, qui arcum tendere atque tractare valerent (Bogamän) pendere olim Episcopo quotannis debebant: quod onus a primis usque subjugatae hujus provinciae temporibus impositum iis fuisse (per modum pacti, loco Decimae Episcopalis) videtur. Harum pellium *quartam* illis remisisse nostrum constat; qua deinde libertate ad tempora usque *Benedicti* Episcopi, partim (licet haud quiete) fruebantur. Calamitatis, quam Tavastiae accidisse, ex actis ad hanc pertinentibus litem discimus, Historici nostri nullam faciunt mentionem [17]); ac

[17]) Vid. LAGERBRING de gestis hujus temporis, regnante sc. BIRGERO. (Cfr. l. c. III D. p. 2 etc.). Neque Russorum scriptores de hac re quidquam commemorant. Novogrodenses, adjunctis sine dubio Careliis sibi subjectis aut sociis, hujus incursionis fuisse auctores, verisimile est. Meminit ejus inprimis *Petrus, Archiepiscopus Upsalensis*, in Litteris de lite supra commemorata datis, quarum itaque subjungimus exemplum: „In nomine Domini Amen. Cum anno Ejusdem MCCCXXX quinto, „in profesto beati Olaui Regis et martiris, coram nobis fratre „Petro, Dei gracia Archiepiscopo Upsalensi, in partibus orientalibus nostre provincie, videlicet in dyocesi Aboensi visitacio-„nis officium agentibus, inter venerabilem fratrem nostrum, Do-„minum Benedictum Dei gracia Episcopum ibidem, ex una parte, „et inhabitatores terre Tavastie ex altera, *super quadam parte* „*decime Episcopalis* sue, que vocatur *quarta pellis*, varia que-„stio verteretur: nos super hoc veritatem diligencius inquirentes, „invenimus tam per testimoniales quorundam discretorum litte-„ras, quam per confirmaciones eorundem et alia viva testimo-„nia, quas et que idem Dominus Episcopus pro sua parte fun-„danda produxit, sicut alias et sepius coram venerabili patre „Domino Olavo felicis memoriae olim Archiepiscopo Upsalensi, „predecessore nostro, produxerat, predecessores suos *ita eandem* „*quartam pellem sicut alias tres optinuisse diucius pro iure de*-„*bito et levasse;* licet unus ipsorum, bone memorie Dominus „*Magnus, olim Episcopus ibidem, predicta terra Tavastie per* „*Ruthenos crudeliter devastata, incolis ejusdem pia compassione* „*misertus*, eos a predicte pellis exhibicione, de speciali gracia „salvoque jure istius et aliorum successorum suorum, ad tempus

probabile est, miseros nostros majores saepius similia expertos esse fata, quorum ad nos nulla tamen memoria per-

---

„supportantes dicitur habuisse: quam graciam tanquam pro jure „seruare postea voluerunt. Idcirco Dei nomine invocato peri„torumque convocato consilio, prefato Domino Episcopo suisque „successoribus sepedictam quartam pellem adjudicandam fore „perpetuo, auctoritate metropolitana censuimus in hiis scriptis: „omnibus et singulis predictam terram inhabitantibus firmiter „injungentes, quatenus sibi vel suo certo mandato tam de ista „pelle quam de decimis suis, quas Divino et humano iure ac „eciam longeva terre consuetudine levare tenetur, cum integri„tate debita, annis satisfacere singulis non omittant. Datum „anno, die et looo supradicto.“ Testes in hac caussa auditi, eadem narrant; inter quos complures, litteris hujusmodi subscripserunt, quas integras adjicimus: „Cum plerisque in Dyo„cesi Aboensi constitutis satis constet, quod jam ad longum „tempus, videlicet *ad viginti quatuor annos vel circa*, litigatum „fuerat super quarta pelle inter venerabiles patres, Dominos vi„delicet *Magnum* et *Ragvaldum*, Dei gracia pro tempore Epi„scopos ecclesie Aboensis, bone memorie, *Benedictumque* ejusdem „gracia eidem ecclesie nunc presidentem, ex una parte, et Ta„vastos ex altera, dicentes quandoque se dictam quartam pel„lem nunquam exhibuisse, quandoque autem asserentes dictam „pellem per Dominum *Magnum* prefatum, bone memorie, sibi „fuisse totaliter relaxatam. Supradictus vero venerabilis Pater „Dominus Benedictus, sicut et predecessores sui, Episcopi ante„dicti suis temporibus petiverunt, ita et nunc iste petit, sepedi„ctam *quartam Pellem sibi reddi, vel Decimas de omnibus per* „*Tavastos* prenominatos *exhiberi:* Tavastis autem dicentibus ad „neutrum istorum se teneri. Unde pro veritate dicenda et te„stimonio ferendo veritati nos subscripti super hoc specialiter „requisiti, bona fide et salva conscientia testimonium perhibe„mus in hunc modum: videlicet quod dicta ecclesia Aboensis et „eidem ecclesie presidentes Episcopi, qui pro tempore fuerunt, „in quieta et pacifica possessione et recepcione supra dicte „quarte pellis, *a tempore cujus in contrarium non extat memo*„*ria, fuerunt inconcussi, quousque* venerabilis et memoratus pa„ter Dominus *Magnus Episcopus, ob devastacionem et combustio*„*nem terre Tavastie a Ruthenis factam,* eandem pellem *ad tem*„*pus* ex gracia *relaxavit: quo quidem tempore elapso dictam* „*pellem sibi reddi peciit, sed minime profecit.* Quod nos sub„scripti, ut supra, sigillis nostris presentibus litteris appositis,

venit. Ante plene perdomitam Careliam atque Savolaxiam, (atque fortassis inter turbas ipsius belli Carelici) hanc Russorum irruptionem contigisse credas? (cfr. supra p. 86 sqq.) Quae, quo caeterum anno facta sit, non ultra scimus, nisi quod *Magno* sedente Episcopo, (inter annum 1291 et 1308?) evenisse constet; adeoque illa quam Bulla Papae *Gregorii X* describit (supra p. 83 sqq. commemorata) fuisse recentiorem.

Praefectos hujus aetate Episcopi, *Finlandiae* vel toti vel certis ejus fuisse provinciis, (cfr. supra p. 90 sqq.) novimus, primo WALDEMARUM, Regis BIRGERI fratrem, quem circa a. 1302 in hac dignitate Patruo suo *Benedicto* successisse, constat [18]). Ducem hunc, (quem tamen nec semper nec totam hanc terram in potestate habuisse constat [19])), Finlandiae quicquam emolumenti peperisse, haud scimus; nisi donum quod cum fratre ERICO in Testamento suo, Coenobio et Templo Aboënsi, ut multis aliis, promisit, huc

„testificando protestamur. Scriptum anno Domini MCCC tricesimo primo. Ego *Olauus* Canonicus prenominate ecclesie Aboensis, *Johannes Laurencii* Prior Conventus Ordinis Predicatorum, „Frater *Johannes Allonis*, ejusdem Conventus. Domini *Eskillus* „Curatus Ecclesie *Hatalum*, et *Martinus* Curatus in *Haw*. Item „*Trugillus Spincke*, *Siwichinus de Lundis*, *Ragvaldus Joansson*. „Item *Petrus* Sacerdos Curatus ecclesie de Lund.“ Cfr. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, 1785, Bih. p. 125—129.

18) Cfr. LAGERBRING l. c. P. III p. 6, et p. 9, not. (2). [In *Annalibus* etiam *Sigtunensibus* legitur: *A. 1302 Waldemarus miles et Dux Finlandie factus est*].

19) Ex Pactione inter R. BIRGERUM et fratres suos a. 1308 inita, (apud HADORPHIUM Bih. til Biärköa Rätt. p. 1) docet Nob. LAGERBRING l. c. p. 55 et p. 57 not. (1), *Praefectos Regis* tum *arces Finlandiae, Aboënsem, Tavastburgensem et Wiburgensem*, adeoque totam regionem, sub sua tenuisse potestate. In anni vero 1310 pactione, inter eosdem facta, *arx Wiburgensis* et *Carelia* nominatim Regi tribuuntur, reliquis Finlandiae partibus Duci *Waldemaro* concessis. Cfr. LAGERBRING ib. p. 80 sq.; p. 82 not. (4); p. 89, not. (3); p. 109. [Quare etiam (ante a 1317) hunc Ducem dijudicasse litem inter Episcopum Aboënsem et Tavastos agitatam, reperimus]. Difficile

referre quis voluerit[20]). Tributis autem et exactionibus hanc ut alias provincias sibi subjectas onerasse, verisimile credas[21]).

Deinde *Nicolaum Andreae* (Nils Andersson) *Praefectum Finlandiae* a. 1303 fuisse, ex Regis BIRGERI ad eum litteris discimus, quas post RICH. VON DER HARDT edidit Jo. ALB. FABRICIUS in *Auctario Diplomatum*, LINDENBROGII *Scriptoribus rer. Germanicar. Septentrionalium* adjuncto, p. 188. In quibus literis mentio etiam fit Domini *Haraldi, quondam Advocati Regii in Tavastia*[22]). Quae caeterum

---

est, rationes harum divisionum semper indagare: saepe tamen videmus, regiones inprimis limitaneas Reges sibi vindicasse.

[20]) *Fratribus Praedicatoribus Aboënsibus* (ut et Skenningensibus, etc.) Duces dedisse *XX Marcas pecuniarum*, Templo XL, notum est. Vid. LAGERBRING l. c. p. 139 et 356 sq. In *Registro Aboensi* mentio praeterea fit judicii ab eo facti inter *Ragvaldum* Episcopum Aboënsem et *Tavastos* de lite famosa *de quarta pelle*, cujus supra not. (17) meminimus, quam secundum rationes Episcopi dedisse, reperitur. Qua de re testis quidam edixit: „Recognosco fide media per presentes, me litteras quas „Dominus *Waldemarus*, felicis memorie, quondam *Dux Svecie*, „venerabili patri Domino *Ragvaldo* Dei gracia Episcopo Abo-„ensi, quondam super quarta pelle contulit, de Svecia ad Ta-„vastos veraciter reportasse: in quibus Dominus *Waldemarus* „omnibus ipsis Tavastis, sub optentu graciae sue, districte de-„mandavit, ut illam quartam pellem, de qua diu fuerat litiga-„tum, ipsi Domino Episcopo redderent et plenarie perhiberent, „ipsamque perpetuo adjudicavit sibi solvi, prout graciam dicti „Domini Ducis habere vellent inoffensam. Has igitur litteras „Dominus *Eskillus in Hattalum*, me presente, coram supradictis „Tavastis, in Tavastia legit et earum sentenciam totaliter ex-„planavit: *que postea a Rutenis in curia episcopali Kustu fue-„runt combuste, una cum aliis rebus, videlicet clenodiis et privi-„legiis ecclesie Aboensis.*“ Legitur ibid. Fol. 4; quae totidem fere verbis, alius testis, *Eskillus ille, Curatus in Hattalum*, confirmat, ib. Fol. 5.

[21]) Cfr. LAGERBRING l. c. p. 99 sq.

[22]) [Inter Apographa veterum monumentorum R. Bibliothecae Stockh. (Fasc. 2 N:o 33) a Cel. BROOCMANNO scripta et in Archivo R. Acad. Hist. Antiquitt. et Liter. Humanior. servata (p. 1802), occurrunt literae de praedio in *Yrista*,

(admodum vitiose editae, quas itaque in Appendice curatius exscriptas dabimus) aperte docent, de *Tavastia* excolenda novisque agris et praediis (vastarum silvarum loco) augenda, eo jam tempore fuisse laboratum; ac Regem earum etiam provinciarum res, quae ad Duces fratres suos pertinebant, haud nullam gessisse curam [23]).

Anno denique 1306 *Haraldus Torstani* (Torstensson) *Praefectum* sese *Finlandiae* appellat (alium putes quam superiorem illum *Haraldum*?) in litteris, quarum exemplum in *Registro Aboënsi*, Fol. 103, conservatur. (Vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo l. c. p. 179 sq.). Quam tamen, cujus nomine rexerit, non constat.

Biennio post, (a. 1308) Episcopum nostrum fato functum esse, narrat Messenius; non improbabiliter [24]). In cujus anni actis prima fit mentio, (quantum nobis hactenus

---

paroecia Uplandiae, pignori dato, quas sigillasse a. 1297 reperitur *Dn. Bertholdus quondam Advocatus Tavastiae* (a. Nob. Stiernmanno etiam commemoratus); alius sine dubio ab illo *Haraldo?* Mentio etiam fit D:ni *Haraldi quondam Praefecti Finlandensis*, in literis testimonialibus ab *Algoto Joansson*, *Advocato Finlandensi*, *Elavo de Resa*, *Canonico Aboensi*, *Berone Legifero et Ragualdo Joansson*, Aboae a. 1324 datis de sententia judiciali, a *Matthia (Kettilmundi)* Capitaneo terrae Finlandensis lata *(Reg. Aboëns.* Fol. 101).]

[23]) Ducatus enim sui possessione *Waldemarum* jam gavisum fuisse, ex his verbis Regis concludas: *Quare cum fratri carissimo Duci Waldemaro mage proficuum esse dinoscitur, quod terra sua per homines discretos* (et) *ydoneos excolatur et inhabitetur, quam deserta relinquatur, volumus et mandamus itaque, quatenus super premissis homines predictos a modo nullatenus molestare velitis etc.*

[24]) Cum ex narratione testium supra commemoratorum dispalescat, litem de quarta pelle, ultimis *Magni* Episcopi annis exortam, anno 1331 *ad viginti quatuor annos vel circa* continuatam jam fuisse; ac ex mox adducto pateat testimonio (not. (20)), Ducem *Waldemarum*, qui a. 1317 a fratre suo R. *Birgero* captus fuit, sententiam de eadem lite in favorem *Ragvaldi* Episcopi, qui *Magno* nostro successerat, tulisse: hunc inter a. 1307 et 1317 decessisse, liquet.

innotuit) *Arcis Aboënsis;* quamvis antiquiorem esse, non dubitemus. Hoc certum est, in tres quasi provincias, pro Arcium munitarum numero, (quibus Rectores illarum praeficiebantur, et ad quas tuendas tributa operasque populus conferre debuit), scil. *Aboënsem, Tavastburgensem* et *Wiburgensem,* his temporibus *Finlandiam* fuisse distributam [25]).

DECIMUS.

D. RAGVALDUS, prius *n*) Canonicus Aboënsis, natione Alandensis *o*), consecratus Stockholmiae. Hujus *Ragvaldi* temporibus Castrum Cuusto *p*) erigitur, Anno D:ni 1317 *q*). Eodem fere anno Birgerus Rex Sveciae, fratres suos Duces *r*) dolose captivavit,, et interemit nocte *s*) S. *s*) Damisci *s*). Sequenti Anno combusta fuit civitas Aboënsis, et Ecclesia Cathedralis per Ruthenos direpta *t*). Obiit D. *Ragvaldus* Anno D:ni 1321. Sequenti vero anno Georgius Rex Ruthenorum obsedit castrum Viborgh, exercitu magno [35].

Notae Editoris.

35. Anno 1308 aut 1309 hunc *Magno* successisse, narrat MESSENIUS (*Sc.* T. IX p. 65, T. X p. 13, et T. XV p. 50). RHYZELIUS autem, *Episcop.* p. 330, dicit, *postquam Hemmingus quidam, primum electus et confirmatus a. 1309 aut morte aut alio modo locum vacuum reliquisset,* nostrum *concordibus suffragiis* ad *Episcopale vocatum munus fuisse.* Quae omnia unde hauserit, aut quo loco sint habenda, exi-

---

[25]) Cfr. supra p. 90 sq.

n) M. et N. *primus,* sine dubio vitiose. *o)* M. et N. *Ålandensis.* *p)* A. *Kuusto,* rectius *Kuusisto?* *q)* Fragm. Palmsk. male *MCCCVII:o.* *r*) Omittunt M. et N.; habet Fragm. Palmsk. *s)* Abest a Codice A. [Lege S. *Damasi* h. e. d. XI Decembris]. *t)* Fragm. Palmsk. addit: *Feria 2 Pentecostes.*

stimare nequeo. Anno demum 1312 Stockholmiae ab Archiep. Nicolao Catilli consecratum fuisse, porro cum MESSENIO narrat (*Sc.* X p. 13), eodemque anno *Castrum Custoënse* [1]) a nostro esse conditum; quod tamen non ante a. 1317 absolutum fuisse, ex Auctoris nostri testimonio constat.

[Literae Electionem Episcopi *Ragvaldi II* tangentes habentur inter monumenta R. Bibliothecae Stockholm. (Fascic. V N:o 8), et Apographa BROOCMANNI saepe laudata, p. 1814, hujusmodi:

„Omnibus presentes literas inspecturis *Thorirus* [2]) de *No-*„*sis* [3]) Canonicus Ecclesie Aboensis Cathedralis, *Gunno* de „*Wirmu* [4]) ejusdem ecclesie cathedralis *officialis* [5]), *Superior*

[1]) *Cnustense,* pro *Cuustense,* apud MESSENIUM l. c. mendum esse Typographicum, facile apparet. Villam vero *Kustö* jam antea ad Episcopum pertinuisse Aboënsem, vel ex literis patet *Magni* Episcopi a. 1295 in *Custu* datis, quas supra p. 135 not. attulimus. Cumque ex testimoniis pateat nuper laudatis, (p. 168 not. (20)) *Curiam Episcopi Kustu* circa a. 1318 a Ruthenis fuisse captam, qui privilegia ac clenodia Ecclesiae Aboënsis ibi exusserunt; parum firmo adhuc munimento fuisse septam, credas. Agmen enim praedabundum, quod maritimo advenisse itinere videtur, (*feria secunda Pentecostes Ecclesiam Aboensem spoliasse,* Fragm. Palmsköldianum testatur, quo anni tempore per interiorem penetrare terram potuisse, haud est verisimile), Castrum diligenter munitum expugnare valuisse, vix putes; nec *Arcem* cepisse *Aboënsem* legimus. Adeoque nonnisi *ex ligno,* ut multa iis temporibus sic dicta *Castra,* Episcopum nostrum aedificasse, existimes: quare *Curiam,* non *Arcem,* testes saepe commemorati vocant; postea a *Ragvaldi* nostri successoribus ad similem calamitatem arcendam, diligentius munitam. Dubitationem Nob. LAGERBRING (l. c. p. 203) de Arcis hujus aedificatione, a Regia *Aboënsi,* quae ad Episcopos nunquam pertinuit, diversissimae, facile tollere licet: et quae infra dicentur mox diluent. Cfr. TUNELD *Geogr. Sv.* P. V p. 163 et 165 (Ed. V) et RHYZELII *Sveog. Munitae* p. 1 et 115 sq.

[2]) Hoc nomen Cel. BIÖRNER (male) legerat *Johannes,* alius *Thomas.*

[3]) *Nousis.*

[4]) Natalem modo ejus locum indicare videtur, non etiam *Curatum* fuisse ejus ecclesiae, significare?

[5]) *Officialis* idem fuisse videtur, qui deinde *Oeconomus*

„et *Conventus* Aboensis ordinis Predicatorum, Jacobus Cu-„ratus ecclesie sancte Katerine in *Nummis* [6]), et universitas „civitatis Aboensis, salutem in Domino. Tenore presencium „constare volumus, universis, nos super eleccione reverendi „viri D:ni *Rangvaldi* [7]) in ecclesia nostra cathedrali Aboensi „dudum facta, litteram denunciacionis in die Botulphi Ab-„batis [8]) vidisse et lectam audivisse in ecclesia cathedrali „memorata et in *ecclesia fratrum Predicatorum in Abo*, co-„ram clero et populo, in hec verba:

„*Nicholaus* divina miseracione Archiepiscopus Upsa-„lensis dilectis in Cristo filiis clero et populo civitatis at-„que dyocesis Aboensis salutem in Domino. Presentato nobis „dudum per discretum virum D:num *Laurencium* [9]) (Cano-„nicum?) ac procuratorem ecclesie Aboensis decreto ele-„ccionis facte de reverendo viro D:no *Rangvaldo* Canonico „Aboense in pastorem ac Episcopum matris vestre ecclesie „Aboensis, nos officii nostri debitum exequentes, dirigimus „ad vos discretum virum D:num *Gunnonem* nostre dyocesis „presbiterum, illis quorum interest secundum formam iuris „denunciantes, ut si quisquam in predicti personam electi „seu formam de ipso facte eleccionis aliquid racionabile „obicere voluerit, peremptorie presentibus evocatus infra fe-„stum b. Laurencii proxime venturum Upsalie compareat „coram nobis. Alioquin elapso termino memorato, omnem

---

vocari suevit? Neque *officialis superior* legi debere, sed *officialis*, *Superior et Conventus*, ipse contextus docere videtur. Nec *superior officialis* ecclesiae quid denotet (qualem nec alibi commemorari reperimus), interpretari possimus.

[6]) Jam igitur seculo XIII hanc quoque ecclesiam fuisse conditam, apparet.

[7]) Ita nomen antecessoris quoque sui *Ragvaldi I*, scriptum, aliquando certe, reperimus. Vid. Litt. Ducis *Birgeri* supra (p. 143) citatae.

[8]) Die 17 Junii.

[9]) Idem fortassis, cui antecessorem Episcopi nostri, *Magnum I* eligendi potestatem a collegis suis commissam fuisse vidimus, quique igitur auctoritate inter suos haud exigua floruisse videtur.

„obieccionis vocem sibi noverit preterclusam. Hec autem „denunciacio publice fiat in ecclesia cathedrali prefata, „aliquo die festivo, aut alias populo civitatis ad hoc spe„cialiter congregato. Super qua demonstracione (denuncia„cione?), modo qui premittitur puplicata, ut nobis de ea „fides fiat, confici volumus instrumentum puplicum, sive „litteram autenticam, fide dignorum sigillis ac eorum sub„scripcionibus roboratam. In cujus rei testimonium sigillum „nostrum presentibus est appensum. Datum Upsalie anno „D:ni MCCC nono, quinto Kalendas Junii".

„Nos igitur Thorirus de Nosis Canonicus ecclesie ca„thedralis, Gunno de Wirmu ejusddem ecclesie cathedralis „officialis, Superior et Conventus Aboensis Ordinis Predica„torum, Jacobus Curatus ecclesie sancte Katerine in Num„mis, et universitas civitatis Aboensis, in testimonium et „evidens documentum dicte denunciacionis facte in Abo in „die Botulfi Abbatis in presencia nostra et plurimorum tam „laicorum quam clericorum fide dignorum, sigilla nostra „presentibus sunt appensa (fecimus appendi?). Datum Abo „a:o D:ni MCCC nono, duodecimo Kalendas Julii. (Ex „originali)".]

Diligentiae suae in munere Episcopali obeundo, quam impense laudat Rhyzelius (l. c.), nullum praeterea documentum novimus, nisi quam in lite componenda, de contributione cibaria (Matskott) inter Curatos et populum Nylandiae exorta, adhibuisse supra vidimus [10]).

Suo tempore, a. 1316, edictum R. Birgeri datum fuisse reperimus, pro libertate foeminarum tuenda, quas *Carelii*, communi gentium barbararum more, servarum instar omnes

---

[10]) Cfr. supra p. 144, not. (4). Ad illustrandam hujus tributi indolem, pertinet *Statutum* R. Birgeri *pro Helsingis, de eorum Decimis* etc. *a. 1297, tertio Idus Julii* scriptum, in Appendice ad Vet. Jus Munic. (Biärköa=Rätt) ab Hadorphio editum, p. 7; ubi legitur *Exhibitio cibariorum quae dicitur Matskutt, ter in anno fiat singulis vicibus, de uno pane et edulio, id est* Lef et Leffuwäll. Variam autem in variis provinciis ejus fuisse pendendi rationem, constat.

habuisse ac tractasse, hactenus videntur [11]): reliquis Finlandiae incolis ad mitiores sine dubio mores jam tum adductis.

Non multo post, anno videlicet 1318, Russos Finlandiam primo vere invadentes, gravi clade afflixisse, urbemque inprimis Aboënsem, Templum Cathedrale, et villam Episcopalem *Kustö* incendio vastasse, atque *Clenodia Ecclesiae plurima, omnia ejus privilegia,* multaque alia monumenta *concremasse,* Auctori nostro suffragantes plures testes affirmant [12]). De qua igitur irruptione dubium suboriri nullum Historicis nostris debuit; quam hoc anno vere contigisse, non Messenii tantum, sed Chronici maxime nostri auctoritate demonstrari luculenter posse, videmus [13]).

Inter eventus hujus aetatis Fennis tristissimos, merito numerari seditio deberet a *Buggone* quodam excitata, de qua multa habet Messenius [14]); nisi jam dudum viri per-

---

[11]) Durius apud Fennos feminas olim habitas, atque *venditas* maritis fuisse, supra jam docuimus p. 30 sq. Cfr. Lagerbring l. c. T. III, C. I, §. 35, p. 89. Quem morem apud plerasque nationes barbaras Fennici generis, Russis jam subjectas, hodieque vigere ex editis *Itinerariis Academicorum Petropolitanorum* qui Russiae provincias non ita pridem peragrarunt, satis discimus; quorum loca supra, p. 33 sqq. excitavimus.

[12]) *Fragm. Palmsköldianum,* in vita hujus Episcopi *Ragvaldi* habet: *Ecclesia Aboënsis a Ruthenis spoliatur, fer. 2 pentecostes, anno* (numeri not e desunt). Cfr. Testimonia supra p. 168 not. (20) adducta. Neque opus est, cum Messenio, inimicis R. Birgeri consiliis hunc Russorum impetum tribuere, qui ad tales sponte suscipiendas expeditiones, ut et praecedentium et subsequentium temporum monumenta docent, satis proni erant. Silentium autem inopis, quae quidem hactenus innotuit, Historiae horum temporum Russicae, parum momenti trahit. Nec verisimile est, operae pretium judicasse homines, piraticarum omnium hujusmodi expeditionum memoriam posteritati prodere. Messenium autem, qui in *Scondia* (T. X p. 14) modeste, nostrum secutus, Russorum hanc attigit irruptionem, variis eam in *Chronico Rythm. Finl.* p. 27 circumstantiis augentem, non moramur: cujus mox verba adferemus ac infirmabimus.

[13]) Vid. quae habet Lagerbring l. c. p. 149 sq. Cfr. vero p. 301.

[14]) *Scond.* II p. 90; X p. 13.; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 26.

spicacissimi docuissent, in Smolandia, non in nostra Finlandia, contigisse [15]): cui igitur rebellioni varias a MESSENIO lacinias temere adsutas, aegre feras [16]).

---

[15]) Cfr. LAGERBRING III p. 92 sq., not. (3) et (4), et quos laudat testes. Verisimile est, in *Finvedia* maxime, rebellem hunc turbas movisse, quam regionem *Finlandiae* aliquando nomine in veteribus monumentis appellari novimus, quali aliquo loco deceptum fuisse MESSENIUM, putamus. — [Deceptum esse MESSENIUM a JOHANNE MAGNO (L. XX C. 24) apparet. *Smolandiae* autem partem vocatam olim fuisse *Finlandiam*, docet etiam *Vetus Appendix ad Saxonem Grammaticum* a BENZELIO *Monumentis* suis inserta: vid. p. 151.]

[16]) Sic *Sc.* X p. 13 dicit: „MCCCXIII Finnones Svetico, „velut intolerabili excusso jugo, Buggonem [nomen non modo „non Fennicum, sed quod neque efferre Fenni valent] quendam „*ex prisco suorum prosapia Regum* [quales nulli unquam fue„runt] eligunt Regem; qui mox a Svecis trucidatus fuit, et re„belles ad obedientiam compulsi.“ *Scondiae* autem suae T. II p. 90 aliam caussam addit rebellionis Finlandorum, *insuetas nempe exactiones*. Maxime autem in *Chronico Rhythm. Finlandiae* ingenio habenas laxat, ubi et aliis eventis, ad hanc caussam non pertinentibus innectit, et fictis auget circumstantiis, ita canens:

Jag har låst i en annan bok,
At Finnar wid det Swenska ok
Nu wore ledsna, och en man
Walde til Kung, **Buggo** het han;
Af deras gamle Furste-Ätt,
Mente sig dertil hafwa rätt.
Doch af Kung **Birger** det Upror,
Blef strart dämpat utan macht stor.
Buggo med sit anhang slog död,
Finnar blefwo wid förra nöd,
Och gjorde deraf mycket gny,
Om hjelp til Rysen några fly;
Den Finland åstundar igen,
Ty war hans Krigsmagt icke sen,
Efter han den trätan hörde
Kung Birger och hans Bröder förde;
Låts hålla med den ena part,
Föll in efter sin gamla art, (1318)
Gör skada med mord och brand,

Quo tempore Ecclesiae Fennicae noster praefuit *Ragvaldus*, terrae populique res civiles militaresque administrasse reperimus, praeter Ducem *Waldemarum* jam commemoratum [17]), *Lyderum de Kyrn*, ignotae nobis stirpis, sed quem auctorem fuisse gentis in Finlandia diu deinde celebris quae cognomen *Dieken* assumsit, Genealogi nostri, nescio quibus nixi testimoniis, asserunt [18]). Hujus literae exstant, quae non modo inter

Så wäl til sjös såsom til land,
Åbo **Kyrkior** med Stad i sänder
Och **Rendameki** han upbränder;
Matts Kettelmundsson det infall
Hämnas så **Ryßen** än minnas skall.

Quae cujus commatis sint, facile videre licet!

[17]) Quum supra (p. 168 sq.) mentionem injiceremus D:ni *Haraldi*, quem ante a. 1303 *Advocatum Regium in Tavastia* fuisse reperimus, obliti sumus notare, *Bartholdum* quendam a. 1297 eadem dignitate floruisse, ut ex literis ab eodem Dominica secunda quadragesimae ej. anni, sigillo suo munitis docet VON STIERNMAN (Höfd. Minne II D. VI Bok. I Cap.) vid. GJÖRWELLS Swenska *Mercurius* a. 1757 Sept. pag. 268.

[18]) Vid. VON STIERNMAN l. c. V B. 2 Cap. Ex qua parte operis sui, nondum typis vulgata, quaedam legenda dedimus in Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, 1785, Bih. p. 179 sqq. Insignia hujus viri gentilitia his verbis ibidem describuntur: Förde en stående Ängel på knä med Örna=bufwud med en krona uppå, på ryggen et par utslagna wingar. In opere Genealogico anonymi cujusdam, superiori, ut videtur, seculo congesto, (cujus consulendi copiam, ex instructissimo suo penu monumentorum ad Historiam Patriae illustrandam pertinentium, nobis concessit Cel. NORDIN), vocatur *Lydeke* til *Kyren*, filiosque habuisse quatuor, *Biörn*, *Boo*, *Clas* et *Bengt* (de quibus duobus infra), docetur. Cur cognomen *Diekn* s. *Diekne* adoptaverint, nobis haud constat. *Lyderi* nostri *de Kyrn* (aut *de Kürnen*) ut et *Johannis*, (Iwan), *de Kyrnen*, nomen occurrit inter XII illos Milites (vel Equites, Riddare), quos cum Ducibus *Erico* et *Waldemaro* pro pactione Motorpensi servanda a. 1307 spopondisse docet LAGERBRING Sw. R. Hist. III D. I C. 20 §.; cfr. II Del. C. XVII §. 11, p. 676. Utrum vero *Gottskalk* et *Eggert af Kyren*, qui inter foederis Coldingensis a. 1313 initi sponsores ibidem recensentur (2 Cap. 1 §.), ejusdem fuerint gentis (peregrinae, ut videtur, originis), definire non audemus.

annos 1315 et 1322 in Finlandia vixisse, sed etiam dignitate *Advocati* vel *Praefecti Finlandensis* (utrum Regis, an Ducis *Waldemari* auspiciis?) ornatum fuisse, demonstrant [19]).

---

[19]) Cfr. Tidn. af et Sällsk. i Åbo l. c. p. 180, ubi ipsa vetera indicantur monumenta: quorum bina hic exscribere placet. Primum legitur in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 130, hujusmodi titulo praescripto: *De praediis in Nybygd, collatis* (Ecclesiae Cathedrali?) *per Dominum H. Episcopum*, h. e. *Hemmingum*, qui sc. postea factus fuit eorum possessor. Literae ipsae habent: „Omnibus presentes Litteras inspecturis *Lyderus de Kyrn*, „*Prefectus Finlandensis*, salutem in Domino sempiternam. Te„nore presencium constare volumus universis, nos predia dicta „*Biurstekt, Kalenningiatekt, Svenstekt* et *Brytiatekt*, in *Nybygd* „sita, cum omnibus eorundem attinenciis, agris, pratis, piscariis „- - - et silvis, presencium exhibitori, Hartmanno civi Aboensi, „suisque veris heredibus, pro pleno precio pacifice possidenda „vendidisse; dantes eidem suisque predictis heredibus plenariam „potestatem super dicta predia, vendendi, commutandi, abali„enandi, pro usibus suis et qualiter voluerit ordinandi. Prohi„bemus igitur districte, ne quis ipsum Hartmannum seu ipsius „sepedictos heredes in predictis prediis colendis ac possidendis „presumat inquietare, impetere seu quomodolibet molestare. In „cujus testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. „Datum anno Domini MCCCXVI, in vigilia sancti Johannis Ba„ptiste.“ Videtur non privato sed publico nomine ista praedia nuper occupata et descripta, emtori colenda tribuisse? Quo pacto, haec res cum consilio R. *Birgeri* supra commemorato (p. 169), Tavastiam, late sine dubio tum patentem, excolendi, nexum habere videtur? Si *Nybygd* hoc loco paroeciam quae hodie *S. Martini* atque etiam *Nyby* vocatur, significat, et colonos et coloniarum nomina Sveticae quoque originis aliquot primitus nactam credas; quorum postea vestigia penitus exoleverunt. Alterum ab eodem viro profectum monumentum, ibidem Fol. 122 occurrens, hujusmodi est: „Omnibus presens scriptum cernenti„bus *Lyderus* de *Kyrn* et omnes Finlandiam inhabitantes salu„tem in Domino sempiternam. Rerum series magis dinoscitur „et probatur cum eadem fide dignorum assercionibus et bonorum „literis roboratur: quare tenore presencium protestamus nos au„divisse in communi terre nostre placito et pretorio, quod Mar„quardus Flegh predia in Holchis et prope Holchis sita, prout po„stulat ordo legis, omni contradiccione vel questione alicujus heredis „vel propinqui postposita, emit et plenarie ultimum denarium prout

Reliquam terrae nostrae incolarumque suorum hac aetate conditionem ignoramus. De bello autem Russico, quod Auctor noster tangit, paullo post mortem Episcopi hujus gesto, pluribus mox commemorabimus.

UNDECIMUS.

D. BENEDICTUS, natione Svecus, prius Canonicus Upsalensis, etiam canonice electus. Hic duos Canonicatus de novo fundavit [36], cum prius non essent nisi quatuor Canoniae *u*) in Ecclesia Aboënsi. Obiit Anno D:ni 1340 *v*), die Beatorum Crispini et Crispiniani.

Notae Editoris.

36. Canonicum fuisse Upsaliensem, antequam sedi Episcopali Aboënsi admoveretur, etiam e veteri discimus *Chronico de Archiepiscopis* etc. *Ecclesiae Upsaliensis*, quod SCHEFFERUS edidit, ubi (p. 188 sq.) *Magistro Laurentio Pauli* in Canonia *Resbo* (Rasbo) nostrum successisse traditur, atque inde Episcopum factum esse Aboënsem, docetur [1]). *Nobili genere natum* RHYZELIUS (l. c. 331), nullis adductis, ut solet, argumentis asserit, qui neque ignorat eum *Canonicatui suo bene praefuisse:* labor nempe erat non molestissimus! *Natione Svecum* fuisse, quod noster testatur, etiam *Fragm. Palmsköldianum* docet. Sed *praedia* tamen

„primum sine aliqua diminucione persolvit, et venditoribus om„nimode satisfecit. In cujus empcionis evidenciam sigillum *Do„mini Lyderi* et terre nostre presentibus est appensum. Scri„ptum anno Domini MCCCXXII, die Sanctorum Innocencium.“ Praefecti quidem Finlandensis nomen hic sibi non assumsit; sed ipsam potestatem exercuisse, formula literarum satis docet, qua pro totius populi se gerit duce.

u) A. *Canonici.* *v)* Fragm. Palmsk. habet *MCCCXLVIII:o*, (corruptius adhuc quam Textus, pro 1338 vel MCCCXXXVIII:o), et addit: *in summo choro ad latus beati Hemmingi sepelitur.*

[1]) Cfr. BENZELII *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 51.

haereditaria cum *paterna* tum *materna* in Finlandia habuisse, subjunctae Literae, quas ex *Registro Eccles. Aboënsis* descripsimus, indicare videntur [2]).

[2]) Fol. 107; ubi, hujusmodi titulo praemisso, *super bonis in Ladhungi in Wemo* (hodie *Lahdingo* appellantur), tales leguntur: „Universis presentes literas inspecturis *Hemingus Gregers-„son, Eskillus Eskilli, et Gertrudis Joansdotter*" (omnes hi erant propinqui Episcopi) „salutem in Domino sempiternam. Noverint „universi, nos venerabili Patri Domino *Benedicto,* Dei gracia „Episcopo Aboënsi, assensum et consensum nostrum omnimodum „contulisse super bonis suis *patrimonialibus et matrimonialibus „in Ledhunge,* eadem pro libitu suo vendendi, seu quocunque „modo sibi placuerit ordinandi, firmum et ratum statuentes et „habere volentes, quod nec aliquis nostrum nec heredum nostro-„rum in posterum, qualitercunque idem Dominus reverendus de „predictis bonis ordinaverit, eadem impediat, impetat vel per-„turbet. In cujus rei testimonium sigilla nostra, videlicet He-„mingi et Eskilli, una cum sigillo Johannis Langaemax pro filia „sua Gertrude, presentibus sunt appensa. Actum in Dmpnnich" (vox corrupta, legendum putamus *Diupewik,* in Alandia?) „anno „Domini MCCCXX primo, circa sancti Mathei Apostoli et Evan-„geliste." *Eskillum* in his litteris commemoratum, eundem esse non dubitamus, quem alio loco *Nepotem* suum Episcopus noster vocat, et in cujus favorem factam litterisque datis confirmatam donationem cum praediorum quorundam in Alandia sitorum, tum numeratae pecuniae, postea revocavit, ingratitudine ejus offensus, quod sua parte non contentus ea praeterea bona quae Ecclesiae Cathedrali (ut videtur) ab Episcopo assignata erant, revocare vellet; prout subjunctae significare literae videntur. „Uni-„versis et singulis presentes litteras inspecturis *Benedictus* Dei „gracia Episcopus Aboensis, salutem in Domino sempiternam. „Graciam meretur amittere, qui ingratus extiterit gracie sibi fa-„cte: hinc tenore presencium pateat universis, quatenus heredes „quicunque gaudeant libere donacionibus omnibus eis per nos factis, „tali condicione videlicet, si permiserint ordinacionem per nos fa-„ctam super bonis omnibus ad nos pertinentibus in *Öningiaby*" (in Alandia) „integraliter stare inconcussam; alioquin revocamus „donacionem de predictis bonis quondam per nos factam. In „cuius revocacionis evidenciam sigillum nostrum et sigillum Ca-„pituli nostri presentibus sunt appensa. Actum (anno) Domini „MCCCXXXVIII, feria sexta ante Symonis et Iude." Eodemque die datae sequentes: „Omnibus - - - sempiternam. Tenore

Consecratum fuisse *Holmiae* a. 1322, narrat MESSENIUS [3]), quod *ab Archiepiscopo Olao Biörnonis* factum addit RHYZELIUS, post obtentam a Papa *Johanne XXII* electionis suae *confirmationem* [4]): quae non tam veterum niti testimoniis, quam recentiorum scriptorum deberi sagacitati, facile apparet.

Canonias Ecclesiae suae quatuor superiores duabus novis auxisse, (quae magna fuit eo tempore laudis materia), cum noster tradidisset, annum ejus instituti perfecti, 1328, post MESSENIUM indicare, scriptores recentiores haud intermiserunt [5]): ordinem vero atque appellationes harum omnium Canoniarum exhibere, non valemus [6]). Caeterum et

„presencium pateat universis, quod litteras infra scriptas," (hae jam non exstant) „quas habet, ut credimus, *Eskillus Eskilli*, „*nepos noster*, revocamus, cassamus et penitus irritamus, Primo „videlicet quam habet super *Öningiaby*, aliam quam habet super „bonis dictis *Hekklinge*" (etiam in Alandia), „quia constat evi„denter, quod eidem Eskillo deputaveramus bona equivalencia „pro predictis; item terciam litteram obligatoriam, quam habet „super quinquaginta marcis, ut credimus, et causa revocacionis „istius tercie littere satis patet, et probabitur si sit opus. In „cuius revocacionis, cassacionis et irritacionis evidenciam, sigil„lum nostrum presentibus est appensum. Datum Amisto" (locus nobis ignotus, nomen fortasse corruptum; an *Cuusto?*) „anno „Domini MCCCXXXVIII:o feria 6:ta proxima ante Symonis et „Iude." Habentur in *Reg. Eccl. Aboënsis*, Fol. 112.

[3]) *Scond.* T. X p. 14. (cfr. T. XV p. 54); *Chron. Rhythm. Finl.* p. 27.

[4]) L. c. Habet autem in his, ut in multis aliis, ducem Anonymum qui scripsit *Ad b. m. Mag. Pauli Justenii, Episc. Aboëns. Chronicon de Episcopis Aboëns.* ὑπομνήματα; quae MS. servo, sed auctorem, (qui tertio seculi hujus decennio ea concinnavit, ac Svecus fuit, Fennicae linguae prorsus ignarus), hactenus indagare non valui.

[5]) RHYZELIUS l. c. post *Anonymum* nuper commemoratum.

[6]) Talem enim seriem Canoniarum et qui eisdem praefuerunt virorum, qualem Upsalienses olim concinnarunt, a SCHEFFERO (*Chron. de Archiep. etc. Ecclesiae Upsal.* p. 116—242) et BENZELIO (*Monum. Vet. Eccl. Sveog.* p. 42—62) editam, aut nostri non condiderunt, aut illa dudum interiit. Initio Canonicos non aliis fere auctos fuisse reditibus, quam quos ut Cu-



ipsum de bonis Ecclesiae suae augendis sollicitam liberalemque gessisse curam reperimus, et alios ad eandem liberalitatem illi praestandam excitasse, non dubitamus [7]).

---

rati quarundam Ecclesiarum percipiebant, infra videbimus; nec certum praebendarum postea iis assignatarum definire valemus ordinem; de quibusdam tamen infra dabitur occasio nonnihil adjiciendi.

[7]) Sic, praeter bona sua in *Lahdingo* et *Öningiaby*, quae non improbabiliter putamus cum Ecclesiae destinasse (cfr. praeced. not. 2), praedium in *Sibboby*, in Alandia, a. 1328 Ecclesiae Cathedrali acquisivisse reperitur (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 114); ac pro pecunia ab eadem Ecclesia mutuo accepta, bona sua *Makastad* (Paroec. Nummis) a. 1323, et *Mudusum* (Paroec. Pargas), a. 1338, solutionis loco tribuisse (*Ibid.* Fol. 122 et 123). Similiter ejus opera Ecclesiam Aboënsem numerata pecunia emisse a. 1338 *curiam* s. praedium in insula *Hirvisalo* (*ibid.* Fol. 96), et pro mutuo data pecunia pignoris loco obtinuisse praedium *Lökanäs* (*ibid.* Fol. 124), discimus: ut alia cognita ab eodem suo nomine praedia sileamus, ad quorum acquisitionem pertinentes literae cum *Registro Eccles. Aboënsis* insertae reperiantur, dubium vix videtur quin eidem postea fuerint ab Episcopo concessa.

Alios vero exemplum hoc liberalitatis suae et pro augendis bonis Ecclesiae studii, imitatos fuisse, sequentes literae demonstrant: „Omnibus presentes literas inspecturis, *Nicolaus Ma-„gnusson, Advocatus Alandie*, salutem in Domino sempiternam. „Tenore presencium noverint universi, me *Ecclesie beate Virgi-„nis in Abo*, nec non venerabili in Christo patri Domino *Bene-„dicto*, Dei gracia ejusdem ecclesie Episcopo et successoribus „suis, unum dimidium *bool* in Sibboby, cum omnibus suis atti-„nenciis, mobilibus et immobilibus, presentibus firmariis, vulga-„riter dictis *Fasta*, infra scriptis: primo scil. Domino *Sigurdo* „Canonico Aboënsi, Jacobo Kalen, Sigurdo Magnusson, Hemingo „Herelsson,“ (Haraldsson?), „Petro Olpaarvu, Katillo in Goto“ (an Geta?), „Gummene Booskaap, Harecka et Svenone Skwgh, „dicto *Forskiälamanni*, nec non aliis fide dignis, secundum le-„ges terre scotasse et assignasse perpetuo possidendum; *obli-„gans me fide media, honorem, causas et negocia quecunque ipsius „ecclesie ac Prelati ejusdem, qui pro nunc est, et in futurum „erit, in omnibus licitis et honestis, juxta possibilitatem virium „et facultatum mearum velle diligere, dirigere et promovere.* In „cujus evidenciam, una cum sigillo meo sigillum terre Alandie

Jurium atque commodorum Cleri pedo suo subjecti asserendorum atque confirmandorum diligentem gessisse

---

„et sigilla Dominorum Canonicorum Aboënsium, *Olavi de Nosis* „*et Sigurdi de Finnaström*, tunc presencium, presentibus sunt „appensa. Datum anno Domini MCCCXXVIII, die Mathei Apo„stoli et Euangeliste.“ *(Registr. Eccles. Aboënsis* Fol. 114). Quibus sequentes subjungimus: „Omnibus presentes literas vi„suris vel audituris *Olle Före, Haquinus de Sekküsalu, Agmun*„*dus Casse* de Karlsö in Parrochia *Kimittu*, s. i. D. s. Tenore „presencium constare volumus universis, quod nos ex consensu „libero et voluntate nostra heredumque nostrorum, *ob salutem* „*animarum* nostrarum parentumque nostrorum, conferimus eccle„sie beate Marie et sancti Henrici jn Abo, *pro fabrica, montem* „*cementi*“ (Kalkberg) „*dictum vulgariter Krakanäs, in eadem par*„*rochia* situatum, cum silvis ceterisque adjacenciis positis infra „subscriptos terminos, dictos vulgariter *Raa et Röör*, videli„cet mare, demum montem unum, demum alium montem, demum „lapidem magnum signatum parvis lapidibus suppositis, demum „tertium montem iterum juxta mare, perpetuis temporibus ab „eadem ecclesia libere possidendum: renunciant“ (renunciantes) „omni iuri ceterisque viis et impeticionibus, quibus posset huic „ordinacioni et collacioni nostre preiudicium aliquid in posterum „generari. In cuius collacionis evidenciam, quia sigilla propria „nostra non habemus, sigilla subscriptorum in hac ordinacione „nostra presencium, videlicet reverendi patris Domini *Benedicti* „Episcopi Aboensis, Dominorum *Hemmingi* Canonici ibidem, *Vi*„*naldi de Tenalum, Olavi de Kariis, Olavi de Uskialum*, et *Con*„*ventus Aboensis*, presentibus apponi postulamus. Datum et „actum anno Domini MCCC vicesimo nono feria 2:a Penteco„stes.“ *(Ibid.* Fol. 134). Porro hoc apponimus Testamentum: „Universis presentes litteras inspecturis *Ascerus Curatus in Saw*, „s. i. D. s. Olim Rex gloriosus et eximius Prophetarum Da„vid cepit religiosa cogitacione moveri, indignum estimans ut „nullam adhuc Dominus Sabaot domum haberet, interim ipse „vero domum inhabitaret regie dignitatis. A simili videtur in„decens et incongruum nimis esse, quod *Ecclesiis ruralibus per* „*dyocesin Finlandensem competenter exstructis et decenter orna*„*tis, Ecclesia Abvensis*, aliarum mater ejusdem dyocesis ecclesi„arum et Domina, *deserta quasi appareat oculis intuencium et* „*plurimum ruinosa*. Idcirco hiis ego *Ascerus* motus racionabili„bus inductivis, volens nimirum anime mee de domo non manu „facta in celis salubriter providere, sanus mente et corpore con-

curam, Edicta praeterea testantur regia, de solvendis accurate *Decimis*, quae impetrasse incolisque variarum

---

„fero, *ex consilio venerabilis patris, Domini mei Benedicti Episcopi Aboensis et Capituli sui,* omnia bona mea intuitu persone „seu eciam ecclesie acquisita, *Corpalum in parrochia Saw* sita, „cum omnibus pertinenciis, integraliter, absque omni penitus „excepcione, *ad fabricam ejusdem ecclesie Aboensis, donec fuerit „consummata;* deinceps vero pro vino ad sacrificium altaris ejus„dem ecclesie, vel cera, emendis, prout magis videbitur, expo„nenda: proviso quod una marca denariorum Sveve monete de „pensione eorundem bonorum deputetur pro anniversario meo „annis singulis celebrando, *die semper quo Synodus terminatur, „hoc est IIII ydus Septembris.* Ne igitur ulla unquam hominum „oblivio, negligentium incuria, seu malicia perversorum, valeat „hanc meam ordinacionem in posterum infringere, seu eciam „equaliter immutare, peto presentem litteram sigillis prefati ve„nerabilis patris, Domini mei *Benedicti,* Episcopi Aboensis, et „sui Capituli roborari. Actum et datum anno Domini MCCCXXXV:o, „in festo sancti Henrici Episcopi et Martiris.“ *(Ibid.* Fol. 133). Neque has ad rem nostram non facere putavimus: „Omnibus „presentes litteras inspecturis nos *Petrus* et *Brinildis,* consortes, „legittimi inhabitatores *Biörnascogh,* que est sita juxta Lämu „parrochia Berna, s. i. D. s. Cum nos, ut ceteri alii christiani „eterne beatitudinis graciam prestolantes, in die judicii ante tri„bunal Dei et salvatoris nostri Jesu stabimus, prout in hac vita „meremus indubitanter recepturi: idcirco nos, sani mente et in„columes corpore, ne intestati preveniamur die et hora mortis, „testamentum nostrum condimus, statuimus et ordinamus, in mo„dum qui sequitur irrevocabiliter duraturum: videlicet quod nos „predicti Petrus et Brinildis, cum heredes liberos a nobis pro„creatos non habemus, nec speramus habituros, Ecclesiam *san„cte Marie et beati Henrici* in Abo in omnibus bonis nostris, „mobilibus et immobilibus ubicunque post mortem nostram in„venta fuerint vel poterint inveniri, heredem statuimus, et legit„timum per presentes ordinamus successorem, aput quam nostram „eciam eligimus sepulturam; ab hac die predictorum nostrorum „bonorum dominium in ipsam ecclesiam et Episcopum unum „post alium dicte Ecclesie presidentem, presencium robore trans„ferentes; adeo quod nos supradicti Petrus et Brinildis bona „predicta immobilia vendendi et commutandi seu quocunque „modo alio alienandi potestatem seu facultatem habere nullate„nus velimus, sed ex nunc ecclesie, Episcopo et successoribus

provinciarum ad Dioecesin suam pertinentium observanda impertivisse, constat. Sic a. 1329 severe hoc tributi ge-

---

„suis libera dimittimus jure perpetuo possidenda. Huius facti „testes sunt: Domini *Olavus, Ragvaldus* et *Hemingus* Canonici, „nec non et Domini *Menekinus* Curatus in *Berna*, et *Jacobus in* „*Halku,* Torgillus Spinki, Nicolaus Pätherson, Olavus, Nicolaus, „Magnus et Symon de Yliskölum, et Olavus in Borgaby. In „hujus autem rei evidenciam firmiorem, cum sigillo venerabilis „patris Domini Benedicti, Dei gracia Episcopi Aboensis, Capi- „tuli et Civitatis ibidem, una cum sigillo meo proprio presentes „literas feci roborari. Datum anno Domini Millesimo trecente- „simo trecesimo, Dominica Quasi modo geniti.“ *(Ibid.* Fol. 142). Quod Testamentum Episcopus cum Capitulo suo, Literis eodem die datis, confirmans, testatoribus simul concessit, „ut „idem Petrus et Brinildis omnino liberi ad dies suos in eisdem „bonis sine omnibus exhibicionibus remanerent, nisi ut unum ta- „lentum Livonicum butiri tantummodo racione recognicionis do- „minii Ecclesie Aboensi annuatim persolverent. Item“ (pergit) „cum eisdem ordinamus, ut si ipsos vel alterum eorum, defun- „cto reliquo, ad inopiam tantam vergere contingat, ut victu vel „vestibus se juvare non possint; tunc Ecclesia et Episcopus, „qui tunc fuerit, ipsis seu alteri ipsorum de necessariis usque „ad mortem eorum providere teneantur.“ *(Ibid.* Fol. 143). Quoque pateat, religiosae hujus liberalitatis vim in animis hominum neque extra Finlandiam prorsus defecisse, has tandem literas subjungimus: „Universis presentes literas visuris vel au- „dituris Consules *Wisbicenses* utriusque lingue s. in D. s. No- „veritis quod in presencia nostra constitutus vir discretus *Johan-* „*nes de Kalmarna, Civis Revaliensis,* bona jure matrimonii sive „dotis in dyocesi Aboensi constituta, tam mobilia quam immo- „bilia, ad ipsum per mortem uxoris sue Margarete Gotzscalci „filie decedentis devoluta, ad fabricam Ecclesie sancte Marie et „beati Henrici jn Abo, sive sint in agris sive pratis, fundis vel „debitis quibuscunque, titulo donacionis, presentibus propinquis „dicte Margarete Bemnole consencientibus, ob remissionem i- „psius Margarete peccaminum assignavit perpetue possidenda: re- „nuncians omni iuri sibi et suis heredibus in dictis bonis com- „petenti, ne donacionem huiusmodi ab inposteris suis contingat „quomodolibet impediri: Dominis *Johanne* et *Elauo* Canonicis „Ecclesie Aboensis, super hoc exsecutoribus deputatis. In cuius „donacionis evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. „Datum Wysbi anno Domini MCCCXX, jn vigilia assumpcionis „beate Marie.“ *(Ibid.* Fol. 43).

nus imperatum fuit incolis *Careliae* [8]), *parochiae Savi-*

---

[8]) Exempla bina literarum Regis, quorum unum vidisse *Olavi* Archiepiscopi Upsaliensis, alterum *Conradi* Episc. Aboënsis, Capitulique sui, praefert, in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 8 et 57 conservantur, hujusmodi: „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie et „Norvegie dilectis sibi in Christo omnibus Careliam inhabitanti„bus in Domino dileccionem, graciam et salutem. Cum nos „creaturarum omnium creatorem, regem et dominum dominancium, „ipsum Deum nostrum recognoscimus omnium bonorum donato„rem, sibique omni devocionis affectu in omnibus recognoscimus „merito obligatos, et maxime in Decimis, *qvas sibi in signum „universalis dominii reservavit*, fideliter exhibendis, et quod de „nobis exprimimus, quantum in nobis esse poterit a subditis no„stris volumus humiliter observari; Idcirco per presentes, sub „obtentu gracie nostre, firmiter et districte precipiendo manda„mus: quatenus cum vos Deus ad sinum gracie sue et ad fidem „vocare dignatus est orthodoxam, Decimas de omnibus, sicut et „alii Christiane fidei cultores, Ecclesiis, Episcopo et Curatis, pro „salute animarum vestrarum, integraliter et annuatim cum omni „fidelitate exhibere studeatis, secundum discrecionem et provisio„nem Episcopi vestri et ut iure fuerit ordinandis (ordinandas?). *Si „vero convencionem aliam loco Decimarum cum dicto Episcopo „vestro, Ecclesiis et Curatis, vos inire contingat, ipsam usque ad „annos nostros discrecionis stare volumus inconcussam, et deinceps* „considerata non solum utilitate ecclesie Aboensis, verum eciam „Episcopi ibidem, qui pro tempore fuerit, nec non et vestra, „*vobiscum* sicut Deo placuerit, *de modo ordinabitur decumandi.* „Datum Stocholm anno Domini MCCC vicesimo nono, jn vigilia „beati Bartholomei Apostoli.“ Conditioni a Rege permissae convenienter, inter Episcopum *Benedictum* et Carelios, totiusque adeo *Advocaciae* (Praefecturae, Provinciae) *Wiburgensis* (ad quam Nylandia quoque pertinuit) incolas, pactio facta fuit, praesente non tantum *Petro Jönsson, Advocato* Regis, sed etiam *Rege* ipso *pluribusque consiliariis suis, racione Decimarum Episcopalium, in hunc modum: videlicet, quod de quolibet fumo* (rök, Hushåll, Matlag) *in iure Karelico* (Karelska Häradet, cujus incolae Fenni erant) *duas bonas pelles sive Palke* (Germ. Balg, nostris olim Bälg, pelles Sciurorum putamus), *in iure vero Helsingonico habitantes* (Helsing-Häradet, Nylandia, cujus incolae coloni erant Sveci, ex Helsingia, maximam saltim partem, advecti) *unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus, septimum sue etatis annum complente, singulis annis tenerentur exhibere.* Quam conventionem Rex confirmavit literis datis *Westeraros anno Do-*

lax [9]), et parochiarum *Salo* atque *Kemi* Ostrobotniae bore-

---

mini MCCC tricesimo primo, die exaltacionis sancte Crucis; ut exempla earum docent in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 7 sq. et 57 sq. reperiunda; inter quae haec tamen differentia observatur, quod in altero exemplo inserta legantur verba, *quam quidem convencionem ab hinc usque ad decem annos immutabiliter volumus observari,* quae exclusa sunt ex altero, cujus tamen cum originali convenientiam *Conradus* (Bitz) Episcopus Aboënsis, cum Capitulo suo, literis ad incolas Careliae hoc super negotio a. 1470 d. 20 Febr. datis (ac infra exhibendis) testantur. Priori exemplo (Fol. 7) titulus etiam hujusmodi praescriptus est: *Privilegium temporale Regis Magni cum Karelis super Decimis ad annos X, unde jam exspirat.* Credas igitur illam conventionem temporariam, postea a Rege, cum ad adultam pervenisset aetatem, in perpetuum fuisse confirmatam?

[9]) Literarum Regiarum exemplum (cujus cum originalibus convenientiam *Petrus* Archiep. Upsaliensis testatus est), quibus eundem in modum ac vicini sibi Tavasti Decimas persolvere jubentur, legitur in *Reg. Eccl. Ab.* Fol 7 et 8 quater exscriptum, quod est hujusmodi: „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie et Norve„gie dilectis sibi in Christo, omnibus *parrochiam Savilax* inha„bitantibus in Domino dileccionem, graciam et salutem. Manda„mus vobis firmiter et districte, *quatenus eundem modum deci„mandi seu tributandi, quem vicini vestri Tavastiam inhabitantes „observant, in Decimis vestris exhibendis* vos humiliter et cum „omni obediencia *observetis,* non solum a nobis propter hoc „grates habentes, verum eciam ab eo mercedem recipientes, qui „omnium bonorum est largissimus retributor. Datum Stokholmis „anno Domini MCCCXX nono, jn vigilia beati Bartholomej Apo„stoli." Tertio exemplo haec praeterea verba subscripta reperiuntur: *In quarum litterarum prelectarum evidenciam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Scriptum Stokholmis anno D:ni MCCC tricesimo, XII Kal. Septembris.* Quae, utrum confirmationem a Rege ipso postea adjectam significent, an vidisse alicujus, exemplo quod exscriptor ante oculos habuit, et unde ultimam partem imperite literis Regiis adjunxit, definire nequimus. Hoc autem ex his discimus literis, in regione quam Savolaxiam hodie appellamus, (Careliae olim nomine comprehensam), eo tempore nondum nisi unam fuisse Ecclesiam, (cujus templum in paroecia exstructum fuit quae jam *S. Michaelis* audit) quae utrum rectius *Savolax (sinus fumi,* a laaxi, *sinus maris* vel lacus, et sawu l. sauwu, *fumus,* sive sauwon l. sauwoin, *pertica, contus.* bärling, notstake, etc.) dicatur. ut hodie moris

alis [10]); a. 1334 communi Regis et Episcopi auctoritate stabilitum fuit pactum, inter Curatos et incolas terrae *Tavastiae* conciliatum, de stipendio annuo illis ab his exhibendo [11]):

---

est, an ut fere olim, *Savilax (sinus argillosus*, a ſawi, *argilla)?* dubium videri queat. [Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 p. 305 sq.; It. *Lexicon Lapponicum* D:nor. LINDAHL et ÖHRLING (Holmiae 1780, 4:o) p. 397, unde alias etiam afferre licet hujus vocabuli derivationes]. Certe ad unam illam paroeciam S. Michaëlis restricta primum haec appellatio fuit, a sinu lacus *Saimen*, ad templi locum pertingente, ut putatur, profecta. Literas vero Regis novennio circiter postea severe inculcavit observandas Dapifer *Gregorius Magni;* cujus illud mandatum eo putavimus hic potius inserendum, quod de tempore administrati ab eo muneris sui splendidi ambigitur (cfr. LAGERBRING Sw. R. Hist. 3 D. 4 C. 12 §. not. 4). Tale autem in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 7 legitur: „*Gregorius Magnusson*, illustris *Regis Svecie Dapifer*, omni„bus et singulis parrochiam *Savilax* inhabitantibus in Domino „dileccionem et salutem. Noveritis nos predicti Domini nostri „Regis veras et salvas et cum *minori ipsius sigillo* pendenti „signatas vidisse litteras, in haec verba: *Magnus Dei gracia* „*etc.*" (quales nuper dedimus) „Volumus igitur et vobis firmiter „precipiendo mandamus, quatenus predicto Domino Aboensi Epi„scopo Decimas et tributa sibi per vos debita, iuxta formam et „modum supra dicti mandati Domini nostri Regis, expedite et „sine contradiccione qualibet exsolvere et exhibere nullatenus „omittatis, prout graciam predicti Domini nostri Regis *et nostram* „diligitis et favorem. Datum in castro Aboensi anno Domini „MCCCXXX septimo, feria tercia proxima post festum exalta„cionis sancte crucis."

[10]) Literas Regis, iis, quas ad Carelios eodem die datas nota praeced. (8) exhibuimus, simillimas, e *Reg. Eccles. Aboënsis* (Fol. 59) descriptas, legere licet typis expressas cum in Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, 1785, Bih. p. 74 sq. (cfr. ib. N:o 12) tum in PET. NIC. MATHESII Disp. *de Ostrobotnia*, Ups. a. 1734 (Praes. AND. GRÖNWALL) editae p. 29, not. (f). Discas ex his literis, recte observante MATHESIO (l. c. p. 29 et 54 sq.), post MESSENIUM *(Sc.* T. X p. 14) in tota Ostrobotnia septentrionali nondum nisi binas has exstitisse paroecias.

[11]) Litterae supersunt in *Reg. Eccles. Aboënsis* (Fol. 5), quarum hujusmodi est exemplum: „Omnibus presens cernentibus „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie et Norvegie, et *Benedictus* ea„dem gracia Episcopus Aboensis, s. in D. s. Noverint universi

Litteras etiam *protectorias* a Rege sibi impetravit [12]), et con-

---

„tam posteri quam moderni, quod nos in sedacionem *controversie* „*inter* Dominos *Curatos ecclesiarum terre Tavastie ex una parte,* „*et rusticos ibidem ex altera, diutissime* non sine gravissimis „animarum periculis *ventilate* inter ipsos, in presencia nobilium „virorum *Dominorum Gregorii Magnusson Dapiferi, Kanuti Fol-* „*keson* et *Caroli Neskonungsson Militum*, et *Petri Joansson Ar-* „*migeri*, composicionem et pactum fecimus et stabilivimus infra „scriptum, videlicet quod singulis Curatorum per parrochianos „suos *de quolibet aratro*" (agri parte quae uno aratro uno die exarari possit) „*due carpe*" (Karpi vel Karpio, mensura frumenti Fennis hodieque non ignota, forte a *Carpeia*, quo nomine portionem cibariam Monachicam appellatam fuisse docet Du Cange in *Glossario,* vel 10 ut nonnullis locis, vel potius 6 ut aliis moris est, modiolos hodiernos, kappar, comprehendens?) „*ordei planate,* vulgariter dicte strucnecarpe, item racione *ap-* „*paratus*" (gingärd? vel matskott?) „*una planata carpa avene,* et „nichil amplius nomine apparatus. Item tantum feni de tribus „aratris, quantum de uno aratro ad Castrum dari et deferri so- „let" (rånte=hö.) „Omnia vero alia iuri sacerdotali debita, quo- „modolibet nominata, secundum antiquitus inductam consvetudi- „nem annuatim exequi a modo in perpetuum tenebuntur. Cui „pacto et statuto nostro quicumque sive Clericus impermissa ex- „petendo, sive laycus in eadem erogando, contraire presumserit, „ipsum pena amissionis XL marcarum statuimus puniendum. Qua- „rum quidem dimidietatem Episcopali juri et usui decernimus „applicandam. In cuius evidenciam sigilla nostra et sigilla supra „nominatorum nobilium presentibus sunt appensa. Datum anno „Domini MCCC trecesimo quarto, Dominica proxima post Egidii „abbatis."

[12]) Litterarum exemplum exhibet *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 22) hujusmodi: „Omnibus presentes litteras inspecturis *Magnus* „Dei gracia Rex Svecie et Norvegie s. i. D. s. Noverint uni- „versi, quod nos venerabilem in Christo patrem Dominum *Bene-* „*dictum,* Episcopum Aboensem, et Ecclesiam suam ibidem, in „nostre proteccionis munimen et tutelam recipimus specialem, „volentes ipsos eisdem gaudere iuribus et libertatibus omnibus, „quas constat predecessores suos ab antiquis temporibus habu- „isse, prohibentes sub obtentu gracie nostre firmiter et districte, „ne quis cuiuscunque condicionis vel status eosdem Dominum „Episcopum et ecclesiam suam contra consuetas eorum liberta- „tes aliquas offendere audeat vel presumat, sicut gravem no-

troversiam cum Tavastis de *Quarta pelle* Tributi Episcopalis feliciter finivit [13]).

„stram vitare voluerint ulcionem. Datum Sudercopie anno Do-„mini Millesimo vicesimo septimo, jn vigilia beati Laurencii.“

[13]) De hac controversia cfr. supra p. 165, notamque (17). Non obscure vel ex iis quae supersunt actis patet, Tavastos, pactione inter se et Episcopum Aboënsem olim facta in se recepisse, ut loco Decimae Episcopalis rusticus quisque quatuor pelles (Sciurorum?) Episcopo quotannis penderet, quarum quarta ab Episcopo Magno quoad tempus Tavastis remissa, hi perpetuum hoc sibi fuisse privilegium concessum, vel nunquam sibi jure id oneris incubuisse, contendebant. Favit vero juri Episcopi primum Dux *Waldemarus*, qui literis Ep. Ragvaldo datis, injunxit Tavastis, ut quartam istam, de qua lis erat, pellem posthac solverent, ut olim solvisse Episcopus docuerat; deinde a Rege *Magno* haec controversia Archiepiscopo *Olavo* cognoscenda remissa fuit, (pellibus litigiosis interim sequestro positis), qui cum diligenter examinatam definire tamen morte praeventus non valuisset, successor suus *Petrus* a. 1335 tandem, lata sententia quam (ex *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 9) supra (p. 165 sq. not.) adduximus, hoc negotium terminavit. Quae omnia cum ipsa docet sententia Archiepiscopi, tum allatum nuper (p. 168 not. 20) confirmat et illustrat testimonium *Ragvaldi Johanson*. Regis autem literae, quarum meminimus, (nec illae parum ad historiam hujus litis explanandam pertinentes), hujusmodi sunt: „*Magnus* „Dei gracia Rex Svecie et Norvegie, dilectis sibi in Christo omni-„bus Tavastiam inhabitantibus, in Domino dileccionem, graciam „et salutem. Quia super quarta pelle, de qua inter venerabilem „patrem Dominum *Benedictum* Episcopum Aboensem ex una parte, „et vos ex alia, jam diu litigatum fuerat, *nec tamen nobis adhuc* „*ad plenum liquere potuit*, utrum eidem Domino Aboensi nec ne „legaliter debeatur; volumus et firmiter precipiendo mandamus, „*quatenus eandem quartam pellem in manu sequestra sub custo-*„*dia* unius ex parte ejusdem Domini Episcopi Aboensis, et al-„terius ex parte vestra, ad hoc specialiter deputatorum, *reponi* „*faciatis*, *salvo jure partis utriusque*, donec venerabilis pater „Dominus *Olaus Archiepiscopus Upsaliensis*, assumptis secum ali-„quibus et aliis jurisperitis, auditis hinc inde probacionibus, *ali-*„*quid sentencialiter definierit* via juris. Volumus eciam et man-„damus, ut vos *parrochiani in Parrochia Haffu*“ (hodie *Hauko* dicitur) „tres pelles quas antea Domino Aboensi exhibere con-„svevistis, et jam contumaciter, ut nobis refertur, per duos an-„nos resideratis, [cum eisdem] sine reclamacione qualibet pre-

Cumque anno 1335 Archiepiscopus Upsaliensis *Petrus Philippi* hanc Dioecesin, ut Sedis suae Metropolitanae subjectam curae, Visitationis officio functurus adiisset, hanc noster occasionem praeterire haud fuit passus, quin illius auctoritate, sua Clericorumque suorum commoda quaedam munienda augendaque providus curaret [14]). Neque Episco-

„dicto Domino Episcopo vel suo certo mandato, assignetis. Quo „facto credimus, ymo certi sumus, quod *interdictum in vos latum* relaxetur. Quarta vero pellis, de qua adhuc questio movetur, ponatur in manu sequestra, cum condicionibus ut superius est expressum. Datum Stokholmis anno Domini MCCC „vicesimo nono, in vigilia beati Bartolomei Apostoli." (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 8).

[14]) Praeter sententiam Archiepiscopi de *quarta pelle* Decimae Episcopalis contra Tavastos obtentam, de qua nuper egimus (supra p. 189 et p. 166 not.) idem Archiepiscopus *Petrus*, eodem anno 1335, cum Dioecesin Aboënsem visitaret, *statuit* (MESSENII verbis utor, *Scond.* T. X p. 15), *ut phocarum decimae*, in Alandia, *imposterum parochi mensae, quod crebro hospites susciperet, applicarentur, non fabricae amplius ecclesiasticae* (aedificandis templis). Literas illius hac super re subjungimus, ex *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 2 exscriptas: „Universis presentes litteras inspecturis Frater Petrus Divina Miseracione Archiepiscopus „Upsalensis s. i. D. s. Per presentes notum facimus, tam posteris quam modernis, quod anno Domini MCCCXXX quinto, „*Dyocesin Aboensem, nostre Upsalensis provincie, metropolitana „auctoritate visitantes*, ac *in terra Alandie*, dicte Aboensis Dyocesis, circa festum beati Laurencii, *gracia visitacionis huiusmodi „constituti*, venerabilem fratrem nostrum Dominum *Benedictum* „Dei gracia Episcopum Aboensem, ex communi tam clericorum „quam laycorum terre Alandie prefate consensu ac concordi „beneplacito, auctoritate ordinaria invenimus statuisse, quod pars „decime de Foca, que pro usu fabrice ecclesiarum parrochialium „supra dicte terre antea consveverat exhiberi, ad mensas presbiterorum parrochialium ecclesiarum earundem, *immensi gravaminis intuitu* (quod) racione hospitalitatis sustinere noscuntur, „de cetero cedere et pertinere perpetuo debeat in futurum. Nos „igitur statutum huiusmodi, sicut racionabiliter factum est, approbantes, ipsum ad predictorum tam Domini Episcopi, fratris „nostri, quam clericorum et laicorum preces et instancias, metropolitana auctoritate duximus confirmandum: mandantes tenore „presencium, auctoritate qua supra idem" (qua fungimur, supra-

pum nostrum ipsum, vel partes saltim quasdam immensae

---

dictum) „statutum ab omnibus et singulis ante dicte terre Alan„die incolis ex nunc perpetuo inviolabiliter observari. In cuius „nostre confirmacionis testimonium sigillum nostrum presentibus „est appensum. Datum anno et tempore supradictis.“ *(Reg. Eccl. Ab.* Fol. 2). Eandem rem idem Archiepiscopus sequenti anno (1336), litteris *in Profesto beati Barnabe Apostoli datis, (ibid.* Fol. 7 reperiundis), porro inculcasse invenitur; nec minus Episcopus *Benedictus*, mandato severo, Hierarchiae Pontificiae superbiam aperte spirante, hoc negotium ursit, tali modo scribens: „*Benedictus* Dei gracia Ep. Ab. dilectis in Christo filiis „omnibus Alandiam inhabitantibus in Domino dileccionem et sa„lutem. *Quamvis laycis quantumcunque devotis disponendi de „rebus ecclesie nulla sit attributa facultas, quos obsequendi ma„net necessitas, non auctoritas imperandi*, Nos tamen magis di„ligimus *subditos nostros* induci ad faciendum quod justum est „mansuetudine quam rigore. Hinc est, quod ad instanciam Do„mini nostri Archiepiscopi, ex consensu nichilominus et benivo„lentia plurium de vobis tunc presencium, et eciam meliorum „Clericorum Curatorum in Alandia, totam integram decimam de „foca absque divisione qualibet nos“ (hic verba quaedam deesse, facile videas) „adjudicasse recognoscimus. Per presentes *volu„mus* igitur et *districte precipiendo mandamus*, quatenus singuli „vestrum Curato in sua parrochia integram decimam de foca, ut „premittitur, exhibere studeatis, *prout censuram ecclesiasticam „volueritis evitare*. Datum anno Domini MCCCXXXVI, tercio „nonas marcii, nostro sub sigillo“ *(Ibid.* Fol. 2 sq.). MESSENIUM literarum harum (ut et aliarum multarum in *Registro Eccles. Aboënsis* asservatarum) non caruisse notitia, quae attulimus de hoc negotio verba sua (cfr. etiam *Chron. Finl. Rhythm.* p. 29) satis testantur: simulque hinc patet, quod infra etiam confirmabitur, solenne his temporibus fuisse, ut Archiepiscopus Upsaliensis Dioecesin Aboënsem visitaret, quamvis haud constet, utrum longius quam Aboam, per latissime patentem magnaque ex parte parum excultam hanc provinciam, iter suum instituerit? Cfr. A CELSE *Appar. ad Hist. Sveog.* S. I p. 117, n. 12.

Praeterea ex his actis liquet, quam falsa sit RHYZELII conjectura (quem vel MESSENIUS veriora docere potuisset), in *Episcoposc.* (p. 331) de Episc. *Hemmingo*, *Benedicti* nostri successore, dicentis: Han lärer warit then förste Biskop i Åbo, som hafft under sin andeliga Jurisdiction Åland, thet thit in til lydt til Upsala-Sticht. Toto tempore quo Episc. *Benedictus* Ecclesiae prae-

Dioecesis sibi commissae visitare [15]), vel Clerum suum quotannis ad se Aboam convocare, Synodum celebraturum [16]), neglexisse, vetera produnt monumenta.

Memorabile quoque videtur, quod in commemorato saepius a nobis *MS:to Palmsköldiano,* in laudem ejus narratum legitur: *Ordinarium Praedicatorum instituit* [17]). Credas Monachos Dominicanos qui Aboae sedem suam collocaverant, non tanto hactenus fuisse numero vel opibus ita valuisse, ut proprium haberent Priorem, qui hoc demum Episcopo auxiliante datus illis sit [18])? Hoc saltim indubium

---

fuit Aboënsi, ad hanc ejus Dioecesin Alandiam pertinuisse, ex plurimis constat indubiisque argumentis; ac antecessori quoque suo, qui ipse erat inde oriundus, paruisse, probabile est. Quo vero tempore Ecclesiae primum subjecta fuerit Aboënsi, penitus nos latet.

[15]) Sic in Litteris suis testimonialibus de emtione praedii *Wäsunda* (paroec. *Hattula* in Tavastia), datis in *curia* sua *Waanö anno D:ni MCCCXXIV, die beate Priscc virginis (Reg. Eccles. Ab.* Fol. 150), mox ab initio habet: *Noveritis, quod cum procuracionis nostre officium in Hattalum egimus, nos audivisse* etc.

[16]) Solenne fuisse, ut *Synodus quotannis Aboae, mense Septembri,* haberetur, ex Testamento *Asceri* supra (p. 182 sq. Not.) allato, indubie discimus.

[17]) [Quae hic de *Ordinario Praedicatorum* opera Episcopi *Benedicti* (docente *Fragmento Palmsköldiano)* instituto, disputantur, fatemur nondum satis nobis liquere: utpote qui nesciamus, an Episcopo hujusmodi in Ordinem illum Monachalem potestas competeret; et *Superiore* jam antea Conventum Dominicanorum Aboënsium fuisse instructum, vidimus, quo neque carere coenobium potuisse, facile intelligas? *Prioris* autem, hujus Conventus, nomen, ante a. 1418 hactenus non offendimus; quo anno datis literis (inter apographa *Broocmanniana,* de quibus saepe, p. 199 legendis, atque ex Fascic. Monumentorum R. Bibl. Stockholm. XXXIX N:o 9 descriptis) *Fratri Laurentio Olavi, Priori Conventus Aboënsis,* prorogatur tempus rationum reddendarum pro pecunia sibi, ad aedificia exstruenda, commissa.]

[18]) *Ordinarium Praedicatorum* alium intelligere aegre possumus, quam Conventus ejus, qui Aboae esset, *Priorem?* Cfr. Du Cange *Glossar.* voc. *Ordinarius;* ubi inter alia dicitur: „*Ordinarius* principaliter habet locum de Episcopo et aliis superioribus, qui soli sunt universales in suis jurisdictionibus, etc.“

est, ante a. 1331 nullum in vetustis quae supersunt monumentis Priorem Dominicanorum commemorari; quo anno *Johannem Laurentii, Priorem Conventus Aboënsis Ordinis Praedicatorum* Testimonio supra (p. 165 sq. not.) allato subscripsisse reperimus, septennio post *Christiernum Skerebek* jam successisse, atque litteras venditionis curiae s. praedii cujusdam in insula *Hirvisalo* siti, suo confirmasse sigillo, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 96 legimus [19]). Nec multo post,

[19]) *Fratrum* vero *Praedicatorum* longe maturior occurrit in monumentis nostris mentio. V. g. (praeter supra p. 162 et 167 allata) in severis hisce literis, pro iis contra Consules et Senatum urbis Aboënsis datis: „Universis ad quos presentes littere pervene„rint *Algotus Jonson* salutem in Domino sempiternam. Quia Pro„consules et Consules civitatis Aboensis ausu temerario a libra „equitatis et racionis tramite delirantes, reverendis viris Domi„nis *Fratribus Praedicatoribus*, clericis, laycis, pupillis, orphanis „et viduis, *possessiones quas ab antiquis temporibus* jure paterno, „seu donacionis vel empcionis tytulo legittime *possiderent*, vio„lenter usurpare et indebite subtrahere minime formidabant; nos „autem ipsorum Proconsulum et Consulum *in communi placito „terre et predicte civitatis consistorio* processum huiusmodi teme„rarium invenientes et iniquum, plusquam" (plus) „misericordiam „quam juris rigorem in hac parte sollicite amplectentes, ob „ipsorum Proconsulum et Consulum propriam precum instanciam „et beneplacitum, multorumque discretorum interposicionem, a „prenominatis Proconsulibus et Consulibus *centum marcas sveve mo„nete cum multiplici graciarum accione levavimus:* supra dictis Do„minis clericis ac laycis possessiones suas omnes et singulas, quas „primitus habuerant, more solito reedificando" (redificandas) „et „in posterum ab ipsis et suis heredibus possidendas adjudica„vimus pleno jure, cum Divinum et humanum sit judicium uni„cuique quod suum est refundere, nec aliena appetere, concupi„scere vel habere sine causa. In cujus rei evidenciam firmio„rem, sigillum nostrum una cum sigillo civitatis memorate, pre„senti sedule (schedulae) duximus apponendum. Datum Abo „anno Domini MCCCXXIIII, qvintis Kal. Aprilis." (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 44). De Proconsulum Consulumque Aboënsium hoc delicto caeterum nihil, nisi quod hic legitur, rescire potuimus. Recentiora monumenta, (a. 1325, 1329 etc. *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 104, 134, etc.) in quibus mentio fit vel *Fratrum Praedicatorum Conventus Finlandensis* vel *Conventus Aboensis,* adducere non attinet. Cfr. supra p. 162, et p. 167 sq., ubi commemoratum Te-

a. 1340, magnis jam opibus auctos floruisse, discere indidem licet[20]).

Nec minori existimandum est nostro relatum fuisse honori, quod in eodem MS. additur: *Huic ortus S:ae Birgittae nocte nativitatis suae revelatur.* Quam rem ad successorem ejus *Hemmingum,* per errorem referens VASTOVIUS, annorum rationi sibique ipsi aperte repugnat[21]).

Bellum cum Russis gestum, cujus sub finem vitae Episcopi *Ragvaldi* auctor noster meminit, sedente Episcopo *Benedicto* continuatum esse, extra dubium est. Parum fidam

---

stamentum Ducum *Erici* et *Waldemari,* in quo *fratrum* quoque *Praedicatorum Aboënsium* meminerunt, a. 1318 consignatum fuit. Vid. LAGERBRING Sw. R. H. III D. p. 139 sq. et p. 356 sq.

20) Patet hoc ex Bulla Papae *Benedicti XII,* ad *Praepositum, Decanum et Archidiaconum Ecclesiae Upsalensis* data *Avenione V Kal. Junii, Pontificatus anno sexto,* h. e. 1340, (infra, in Sylloge Monumentorum exhibenda) ubi *Henrico Hartmanni, Rectori* (Pastori) *Ecclesiae de Saxamäki* (Säxmäki), de injusta horum Monachorum avaritia quaerenti potentiamque simul eorum formidanti, praesidium opemque Pontifex praebet. Verba modo haec apponimus: - - - „Prior et Fratres domus dicti Or„dinis prope civitatem Aboensem, pretextu indulti huiusmodi, in „parochia dicte ecclesie Saxamäke, super altare portatili mis„sam et alia divina officia celebrare, et ad missam et divina „huiusmodi parochianos dicte ecclesie convocare et oblaciones „recipere ac in usus suos convertere, propria temeritate presu„munt, in eorundem Rectoris et ecclesie preiudicium et grava„men. Cum autem dictus Rector, sicut asserit, *dictorum Prio„ris et fratrum dicte domus potenciam merito perhorrescens,* eos „infra civitatem seu dyocesin Aboensem nequeat convenire se„cure“, etc.

21) Dicit enim *Hemmingum,* „in ecclesiasticum cooptatum „ordinem, Upsalensem et Aboensem Canonicum animarumque „curatorem factum, meruisse celesti revelatione tempus nativita„tis d. Birgittae cognoscere, etc.“ *(Vit. Aquilon.* initio vitae hujus sancti). Deinde vero narrat, eundem obiisse *a. 1367, aetatis suae 70, cum annis 20 munus praesulare gessisset.* Nata autem fuit *Brigitta* circiter a. 1303 aut 1304: quare anno aetatis septimo jam fuerit sacerdos *Hemmingus,* necesse est. Cfr. LAGERBRING l. c. 3 D. 8 C. 9 §. Sed fontem erroris, facile jam est videre.

cum his barbaris pacem, etiam post fractos expeditione *Thorkilli* Carelica eorum animos, nostris fuisse, supra significavimus, cfr. p. 168, not. (20), et p. 174, not. (12); qui non minus partem Fenniae urbemque inprimis Aboënsem (cum Templo Cathedrali, arceque Custoënsi) a. 1318 necopinato impetu vastasse et combussisse [22]), quam eodem circiter tempore [23]) Norvegiam, Regi jam eidem cui Svecia subjectam, crudeliter spoliasse, reperiuntur. Turbae inter R. *Birgerum* et fratres suos Duces horumque asseclas agitatae, commodam sine dubio hostibus occasionem praebuerunt, Fenniam impune vexandi; nec quidquam vel de ope miseris nostris majoribus praestita, vel consiliis sapientibus strenuisque vim hostilem repellendi captis, monumenta nostra historica commemorant [24]). Audaciores igitur facti

---

[22]) Quod nescio cur in dubium vocet Ill. LAGERBRING, (l. c. P. III, C. 1, §. 60, p. 149 sq.), Annalium Russicorum, parum hactenus nobis cognitorum, ea de re silentium allegans, nullius, si vel de eo satis constet, contra expressa monumentorum nostrorum testimonia, ponderis. Sibi autem non constans, C. 3 §. 29 contrariam verioremque amplectitur sententiam: quod vero dicit Russos *totam Finlandiam* copiis *inundasse*, veterum caret auctoritate. Navibus potius credas oram maritimam infestasse? (Cfr. supra p. 174).

[23]) Anno 1316 Halogalandiam spoliasse, sed inprimis post mortem R. Haquini (quae a. 1319 contigit) crudeliter Norvegos afflixisse, idoneis Ill. LAGERBRING demonstrat testimoniis, l. c. C. 3, §. 12, not. (1), §. 29 not. (3). Cfr. §. 3.

[24]) Russorum scriptores varia de hoc bello habent, quae cum rerum apud nos, iis temporibus, conditione, conciliari aegre queant. Sic Dn. LEVESQUE *(Hist. de Russie* T. II, p. 156, qui fontes suos in margine indicat, nempe *Drewnei Letopissets* s. antiqua Chronica Russica, Petropoli a. 1774 et 1775 typis vulgata, et Historiam Russicam Principis SCHTSCHERBATOF) his verbis illud describit: *Il* (Magnus Princeps *Georgius) battit, il repoussa les Svedois, qui etaient entrés dans le domaine de Nowgorod, dissipa une nouvelle armée* (praeter illas Svecorum copias, quae ditionem Novgorodensium invaserant? credas magna vi magnoque apparatu bello huic gerendo incubuisse, quos turbis domesticis occupatos, vix remotas has regni partes respexisse, nostri scriptores suspicantur!); *et de la Carelie ravagée*

Russi, a. 1322 [25]) Castrum Wiburgense, ductu, ut noster

---

par ses armées, penetrant jusques dans la Finlande, il forma le siege de Vibourg (scil. haec urbs, secundum auctoris Geographiam, in Carelia non fuit sita!). *Il fut contraint de le lever; mais les victoires* (plures nempe, de duobus ad minimum exercitibus Svecicis, reportaverat!) *qu'il avait remportées, assurerent pour quelque temps la tranquillité de la Russie du coté de la Suede* (scil. pacis erant Russi, ex sua parte, studiosissimi!). Scriptor etiam anonymus qui *Historiam* concinnavit *Imperii Russici, Tatarorum jugo pressi,* exhibitam in (Cl. ARNDTII) St. Petersburgisches Journal, ubi hujus belli mentionem facit (VI B. 1778 p. 91), haec habet: Die Schweden hatten sich eines großen theils von Karelien bemächtiget, und belagerten die Stadt gleiches namens (urbem, nomine *Careliam?* ac si de urbe loquerere, cui nomen esset *Finlandiae!* sine dubio *Kexholmia* intelligitur, appellata Russis *Karelogorod,* h. e. urbs Careliae: eaque res suspicandi praebet ansam, scriptores quos auctor sequitur, confudisse hujus temporis acta cum superioris belli illius, *Birgero* Rege gesti?). Georg zog wieder sie aus, entsetzte die Stadt, schlug die Schwedische Armee (unum hic modo exercitum Sveci perdunt!) in die flucht, und belagerte Wiburg, welches ihm aber, ohngeachtet aller angewandten kunst und tapferkeit, durch seine lage und starke befestigung wiederstand. *Militum Svecicorum fortitudinem* hic nihil Russis negotii facessisse, vides. Audiamus vero MESSENIUM de eadem hac obsidione scribentem: *XII Augusti, (Georgius Moschorum Dux) frequentissimo suorum exercitu praesidium Carelorum Viburgum arcta clausit obsidione, illam in XXIX usque diem summa animorum contentione et oppugnatione continuans, interim cum praesidiariis subinde grandi hostium strage prorumpentibus, habitis conflictibus, et tandem considerans arcis capiundae nullam affulgere fiduciam, IX Septembris ignominia plenus recessit (Scond.* T. XII p. 173). Hoc modo Historia scribitur! --- Totius belli nullam vel *Chronicon Rhythm. Majus* vel *Ericus Olai* mentionem faciunt. Significare quidem MESSENIUS verbis supra a nobis (e *Chronico* suo *Rhythm. Finl.)* allatis, videtur, *Matthiam Kettilmundi* incursionem Russorum, qua a. 1318 Finlandiam affixerant, ultum graviter fuisse; sed quamvis eum per annos 1324 et 1325 hic locorum degisse, atque *Capitanei* etiam Finlandensis nomen honoremque gessisse, vetustorum fide monumentorum (infra laudandorum) constet; bellicae tamen expeditionis ab eo contra Russos hoc tempore susceptae nulla superest memoria.

[25]) *Anno sequenti* (post mortem sc. Episcopi Ragvaldi,

testatur, *Georgii Regis Ruthenorum* [26]*), exercitu magno obsederunt;* sed infectis rebus abire coacti sunt. Ea debilitatos clade, ad pacem faciendam proniores exstitisse, verisimile est; quam non multo post inter R. Sveciae *Magnum* et Magnum Principem Russiae *Georgium* conclusam fuisse, existimandum est, cujusque in Archivo Regni adhuc servatur Instrumentum Apographum, Latine exaratum, quod quia anni nota destituitur, Historici nostri ad alterum bellum, viginti circiter annis serius inter gentem utramque gestum atque compositum, spectare judicarunt [27]); temere ut nobis videtur. *Regem* enim *magnum (Magnum Principem* Russiae) *Jurge* (Georgium) hanc cum *Rege Svechiae Magno Erici*

---

quae a. 1321 contigit), hanc Russorum irruptionem factam fuisse, auctor noster expresse significat; adeoque a. 1322, non 1321, ut habet Ill. LAGERBRING l. c. C. 3, §. 29. Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. X p. 14. Annum 1321, fortia Principis *Georgii* contra Svecos facta celebrans, margini apposuit Dn. LEVESQUE l. c. In *Historia* autem *urbis ac Reip. Novgorodensis* quam Collectioni suae rerum Russicarum (Sammlung Rußischer Geschichte V B. p. 421) inseruit Ill. MÜLLER, annus 1324 huic expeditioni assignatur. Nullam video rationem, cur ab auctoris nostri sit auctoritate recedendum: Russorum monumenta nostris exactiora haud esse, facile patet. Caeterum Wiburgensem hanc expeditionem, praecedentibus, quas populandi tantum, ut videtur, consilio Russi susceperant, graviorem utique fuisse, recte observat Ill. LAGERBRING, loc. cit.

[26]) *Georgium* (Jurje) *Danilovitsch* fuisse, qui a. 1318 aut 1320, *Magnus Princeps Russiae* factus fuit, (hominem flagitiosum atque crudelem), Russorum Annales docent; quem hac occasione urbem quoque *Orechovez* (Nöteburgum, hodie Schlüsselburg) condidisse, tradunt. Vid. MÜLLER, LEVESQUE et ARNDT l. l. c. c. Aptius auctor noster *Regem Ruthenorum* vocat, quam alii *Principem Novogordiae*, licet hac etiam dignitate simul gauderet.

[27]) MESSENIUS *Sc.* T. X p. 16 et T. XII p. 188; VON DALIN Swea Rikes Hist. II Del. C. 12, §. 17; LAGERBRING l. c. C. VI, §. 18. Licet in ipso anno definiendo discrepent; quem MESSENIUS et VON DALIN 1348 fuisse constituunt, LAGERBRING post 1350 quaerendum contendit. Unde LOCCENIUS *(Hist. Svec.* L. III p. 104, Ed. in 4:to) quem alii non pauci sequuntur, annum 1338 hauserit, expiscari non potuimus.

filio pacem fecisse, expressis verbis dicitur; *Georgius* autem ille, qui cum Sveciae hoc Rege bellum gessit, anno jam 1324 aut 1328, ut Russorum annales docent, interfectus fuit [28]), nec credi potest, in ipso pacis Instrumento, si genuinum esse conceditur, in nomine Principis paciscentis erratum esse, quique *Simeon* esset, eum *Georgium* fuisse appellatum [29]). Historici praeterea Russici rem aperte demonstrant, qui etiam *Nöteburgi* (Orechovetz), non multo post hanc urbem primum conditam, pacem hanc fuisse constitutam testantur [30]), quo missos fuisse legatos Svecicos, quo-

[28]) Vid. MÜLLER l. c. p. 422, qui annum habet 1328, et LEVESQUE l. c. p. 159, atque ARNDT l. c. p. 99, qui in anno 1324 consentire videntur.

[29]) Fatetur ipse Ill. LAGERBRING, (a MÜLLERO edoctus), tempore quo posterius bellum a Rege MAGNO Russis illatum fuit, *Simeonem Iwanowitsch* his imperasse. Quomodo igitur scribere potuit, contra apertissimum Historiae Russicae testimonium, *Georgium* tamen quendam (alium a *Georgio Danilowitsch* diu jam mortuo), cum pax confirmaretur, imperium tenuisse? Vid. l. c. §. 17, not. (2). Caeterum mihi, cui laudatum illud pacis Instrumentum inspicere non contigit, (neque igitur judicare licet utrum authenticum sit, nec ne?) ex Russico exemplo descriptum esse videtur, et latine conversum? Quod vel ex initio ejus patere existimo, quale exhibet Dn. LAGERBRING (l. c. §. 18, not (1)), hujusmodi formae· „*Ego* Rex magnus *Jurge* --- cum toti communitate Nogardiae terminaveram cum *fratre meo* Rege Svechiae *Magno Erici* filio, *et venerant de Svechiae Rege nunci* Ericus Thureson etc.“ Dn. VON DALIN (l. c. p. 491) hoc Instrumentum Pacis legi jubet apud Dn. SCHÖNSTRÖM, *Introd.* in *Hist. Svec. MS.* Seculo demum XVI apportatum fuisse ex Russia videtur: forte occasione pacis a. 1537 inter R. *Gustavum* et *Johannem Basilidis* confirmatae? Cognitum certe fuit cum OLAO PETRI (vid. LAGERBRING l. c. §. 19) tum MESSENIO, hi illud licet non satis distincte proponat. l. l. c. c. Ex cujus vero verbis colligas, Russos qui pacis hujus conditiones semper urgebant, Svecis minus probatas, ipsum instrumentum produxisse in medium.

[30]) Auctor anonymus in St. Petersb. Journal supra citatus, T. VI p. 92 (qui se praecipue quidem *Historiam Russicam* Principis SCHTSCHERBATOVO secutum fatetur, sed neque tamen fontes ipsos ex quibus hic sua hauserit, omnino neglexisse docet, ibi

rum nomina indicantur, ipsum docet pacis tabularum commemoratum jam a nobis exemplum.

Conditiones hujus pacis accurate explicat Dn. LAGERBRING [31]); ipsaque res et omnium consensus monumentorum confirmat, territoria *Savolax, Jaeskis* et *Ægrepae* (Euräpää), quae totam olim Provinciam Savolaxiae et Careliae Svecicae comprehendebant, non Russis sed Svecis hac occasione fuisse solenniter concessas [32]).

Quod in hostium repellendo impetu ac Wiburgo defendendo, Episcopi nostri insignem versatam fuisse operam, RHYZELIUS (l. c.) asserit, suo ille more facit, quo laudibus quibus potest quemque ornare solet Episcopum: recens huc translatum, vix tamen credas hunc praecipuam obsessis ferre opem potuisse. Quis vero urbem obsessam consilio et fortitudine maxime defenderit, penitus nos latet.

Res Ecclesiae Fennicae hujus tempore Episcopi non contemnendo usas successu, ex supra dictis colligere licet.

II B. 1776, Sept. p. 3) scribit: In dieser Stadt (Orechowez) wurde gleich nach ihrer erbauung (a. vero 1322 aut 1324 conditam fuisse testantur) ein Friede zwischen den Schweden und Novogrodern geschloßen, kraft deßen die leztern das östliche und die ersten das westliche Karelien behielten. Dn. LEVESQUE annum pacis hujus confirmatae 1323 in margine indicat, atque dicit: *Elle* (urbs Orekhovets) *n'etait pas encore entierement construite, que le Roi de Suede y envoya des Ministres pour y traiter de la paix. Elle y fut conclue, et la partie meridionale* (debuerat dicere *orientale*; quod mappae Geographicae vel levis inspectio docet, cum fines regni utriusque amne *Systerbeck* terminarentur, quae Ingriam a Carelia distinguit) *fut cedée à Novgorod*, l. c. p. 157.

31) L. c. §. 18.

32) Vel *metae, de mari in ampnem Sester aamynne* etc. *definitae*, hoc docere poterant. Praeterea edicta de Decimis, ab incolis paroeciae *Savolax* nec non inhabitatoribus *Careliae* pendendis, a R. *Magno* a. 1329 data (cfr. supra p. 185 et 186), satis superque docent, has terras Svecorum subjectas fuisse imperio: quod idem adducta nuper (not. 30) a nobis Historicorum Russicorum testimonia, confirmant. Non igitur tam, tradidisse Russos nunc demum haec territoria Svecis, quam praetenso suo in illa juri tandem renuntiasse, existimari debet.

Non modo haud paucas *Ecclesias rurales per dyocesin Fin landensem competenter exstructas et decenter ornatas* jam ex stitisse, ex laudato (supra p. 182, not.) *Asceri,* Curati Sa guensis, testimonio liquet; sed nomina etiam quarundam Pastoribus suis instructarum, in temporis hujus monumentis quantumvis paucis, occurrunt [33]).

[Ad supplendum calculum ab Ill. Lagerbring (l. c. T. III C. 3, §. 12 et C. 5, §. 3) allatum, pecuniarum, quas Papa vi decreti Viennensis etc. ex Svecia his temporibus corrasit, hoc loco adponere placet rationes pecuniae quae *Benedicto* sedente ex Dioecesi Aboensi ad Cameram Apo stolicam rediit quales ex ipso Archivo Vaticano Generosis simus Dn. Fredenheim descriptas nactus est, quarumque i *Accessione ad Bullarium Celsianum,* Ejus debita favori, dil gentior dabitur notitia:

„Anno D:ni millesimo CCCXXVIII et prima die men „sis Maji Frater *Goshalcus Fratrum Predicatorum* Fillandie (Finlandie) „recepit de decima Episcopatus Aboensis e „commissione sibi per nos Fratrem Johannem de Serron „et B. de Ortalis facta, que quidem *decima de sex ann* „assendit" (ascendit) „Vc. XVI Marc. parve monete, decima (decimam) „unius anni, videlicet LXXXVI Marc. parve mo „nete Svec."

„Residuum vero dicte decime, videlicet decima quin

[33]) Ut nihil dicamus de *Ecclesia S. Mariae de Nous* (Nousis) et *Parrochia de Masku,* a. jam 1232 et 1234 nomin tis (vid. supra p. 134 not. 14,); mentionem fieri reperimus p roeciae *Liikis* (s. *Ulfsby)* 1311 et 1332, *Resa* (Reso l. Raisi 1320, (imo jam 1305?), *Nummis* 1323, *Kimito* 1325, *Uske* 1329, *Bierno* et *Haliko* 1330, *Lundo* 1331, *Kikala* 1332, *Sa* 1335, quibus suos praefectos fuisse Curatos, invenimus: similit *Saltvik* (et *Sund?)* in Alandia 1322, *Finnström* 1328; *Borgo* Nylandia (cum Capellis suis *Perno* et *Sibbo)* 1327, *Tenala Karis* 1329, *Kyrckslätt* 1330; *Hattula* in Tavastia 1324, *Hau* et *Wåno* 1329, *Säxmäki* 1335; *Savilax* (Eccles. *S. Michaeli* in Savolaxia a. 1329; *Salo* cum *Kemi* in Ostrobotnia Bore 1329; ut ecclesias Ostrobotniae Meridionalis *Mustasaari* et *P dersöre,* illa antiquiores, taceamus.

„que annorum, dixit dictus Frater *fuisse sublatum et dirau-„batum per infideles, qui dictam decimam de V annis in Ec-„clesia Aboënsi collectam praedicta, rapuerunt* [34]), prout dixit „sibi factam fuisse plenam fidem. Dictas vero LXXXVI „marc. parve monete dixit dictus Frater Goshalcus se re-„cepisse a conservatoribus dicte decime presente D:no *Bene-„dicto* Episcopo Aboënsi in XVII Marc. argenti ad pondus „de Stocolm, computata qualibet marca de XVII marc. pre-„dictis, pro V Marc. et XII denar. Suevis, et una marca „argenti pro V marc. computatis.“

„Item dixit se recepisse *de fructibus Beneficiorum ad* „triennium reservat “(reservatum?) „vacancium in dicto Epi-„scopatu; XX Marc. parve monete, quam summam dixit se „recepisse in IIII Marc. argenti ad dictum pondus“.

„Item de subsidio oblato D:no Pape per Clerum dicti „Episcopatus, dixit se recepisse C. Marc. parve monete“.

„*Episcopus nichil dedit, excusans pre paupertate.*“

„*De denariis S. Petri nichil colligitur in dicto Episco-„patu.*“- - - -

„Item anno quo supra (1332) die 23 Mensis Maji re-„cepit a D:no *Elavo* Canonico Aboensi, nomine D:ni Epi-„scopi Aboensis de fructibus Beneficiorum vacantium in „Civitate et Dioc. Aboensi per biennium XIII sol. cum „quatuor denar. gross. Turon. comparat. pro XV Marc. de-„nar. Svev.“

„Item anno quo supra (1333) die XXIV mensis Maji „recepit a D:no Episcopo Aboensi per manus D:ni *Elavi* „*Gregorii* Canonici Aboensis pro oblato subsidio per ipsum „B.“ (Benedictum) „Episcopum Aboensem XXII sol. gross. „Turon“.

„Item anno D:ni 1334, die XVIII Aprilis recepit a „D:no Episcopo Aboensi et Capitulo Ecclesie Aboensis per „manus Prioris et Conventus Lybicensis ratione restantis de-

[34]) Quo anno hanc evenisse calamitatem credi debet? Post annum enim 1218 *Russos* Aboam adiisse, non constat? Cf. su-pra p. 194 sqq.

„cime Sexennalis insolute de civitate et Dyocesi Aboensi „XIII Libr. grossor. Turon."]

Quod ad conditionem attinet terrae nostrae politicam, consilia de cultura ejus augenda provehendaque, superioribus annis capta (cfr. supra p. 169 et 177, not.), hac etiam aetate fuisse continuata et promota, reperimus. Cui rei inprimis fidem faciunt literae valde notabiles Regis Magni, *omnibus Finlandiam, Nylandiam, Alandiam, Tavastiam, et Satagundiam inhabitantibus, datae Stockholmis a. D:ni* 1334, *sexta feria proxima ante Philippi et Jacobi Apostolorum,* de quibus commemorat Ill. Lagerbring l. c. C. 3, §. 23, p. 283 sq., (et de simili fere in regione Cuprimontana excolenda consilio adhibito, ibid. C. 7, §. 12, p. 568, et not. 4), quarumque uberiorem notitiam dedimus in Appendice ad Comment. Aboëns. (Bihang til de af et Sällskap i Åbo utgifne Tidningar för år 1785) p. 111—115. Ipsas literas Regias in Sylloge Monumentorum dabimus. Non autem intra mera consilia hanc rem substitisse, sed effectui fuisse datam, itidem constat [35]): licet infelices quae non multo post secutae sunt

[35]) Habentur in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 26 literae Praefecti ejusdem *Finlandensis, Ærengislonis Andreae,* cui praecipue hujus exsequendi consilii fuit cura demandata; quas, utpote lucem rei non contemnendam praebentes, adponemus: „Omnibus presens scriptum cernentibus *Ærengislo Andreae,* Prefe„ctus terre Finlandensis, in Domino salutem sempiternam. Nove„rint universi, tam posteri quam presentes, quod discreto viro „Domino *Elauo,* Canonico Ecclesie Aboensis, *do et assigno, au„ctoritate Domini mei Regis, qua fungor, silvam quandam de „novo occupandam et colendam* infra limites parochie Rusku si„tam, Sexu nominatam, *subjiciensque eam juri Sweuico quoad ex„hibiciones exhibendas, sicut alias silvas de novo occupatas:* quam „quidem silvam per Haquinum Ripsa et alios sex discretos in „quatuor limites limitari feci et distringi sub tributo quatuor „marcarum butiri cum aliis mihi omnibus procumbentibus ex „more annuatim persolvendo: proviso, te sicut et alios occupatores „silvarum de novo, infra hinc et quatuor annos inclusive, a tri„buto et omni solucione extraordinaria habere volo supportatum. „In cujus donacionis, assignacionis et limitacionis evidenciam si„gillum meum presentibus est appensum. Datum Abo anno

turbae bellaque civilia magnum sine dubio impedimentum et huic et aliis consiliis salutaribus objecerint. Hisce iisdem fere temporibus nova seminum, caulium et herbarum genera in Fenniam introduci atque apud nos coli coepisse, Olus, Lupulum (l. Humulum), Cannabin, Linum etc., probabile videtur [36]); Calcis quoque usum et domi inveniendae parandaeque industriam, necessitas, postquam Templa lapidea passim exstruere zelus Religionis propagandae et ornandae jussisset, nostros docuerat [37]): e quo exemplo, quid

---

„Domini MCCCXXXVII:o, in die Marie Magdalene.“ Adposita ab exscriptore haec verba leguntur: „Hanc silvam donavit idem „Elauus Ecclesie Kathedrali, ut patet folio CV. Et est hodie „sub predio Awas in Rusko b. Henrici.“ Cujus donationis conditiones et confirmationem, ab Episcopo *Hemmingo* factam, legere licet in *Registri Eccl. Aboënsis* exemplo quod hodie superest, Fol. 98.

[36]) *Decimas Lini, Canabis, Humuli, ac aliorum quorumcunque* a Fennis *loco Oblacionum et Mathbyrdh persolvi fideliter ac devote* jubet *Birgerus* Archiepiscopus Upsaliensis, Statuto a. 1369 Aboae dato, *ex convęncione* inter ipsos clericos et laycos *hucusque servata.* Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 3. Quumque Bulla Papae in favorem *Henrici*, *Reetoris parrochialis Ecclesiae de Saexamäki* a. 1340 data (de qua infra) vehementer damnet *nonnullorum parrochianorum suorum* perversitatem, qui *de proventibus terrarum, Vinearum, ortorum* etc. *decimas solvere indebite contradicerent, quandam pravam consuetudinem, quae corruptela dicenda fuit potius, praetendentes, videlicet quod de talibus nulli adhuc decimas persolverunt;* sanctissimi atque infallibilis Patris auctoritas tanti sine dubio facienda est, ut credamus de *novis* quibusdam frugum atque herbarum *generibus,* de quibus hactenus decimae solutae non erant, controversiam motam fuisse, quam dirimere voluerit: quin enim de frumentis solitis decimae solvendae essent, dubitari haud potuisse, putamus. Cfr. Bihang til de af et Sällskap i Åbo utg. Tidn. 1785, p. 123 sq.

[37]) Incolas quosdam paroeciae *Kimito* a. 1329 *montem cementi* Templo Cathedrali, *pro fabrica* sua, dedisse, supra (p. 182, not.) vidimus. *Pretia* rerum quam apud nos iis temporibus rationem habuerint, sequentes literae conjectandi aliquam praebere materiam poterunt: „Noverint universi prẽsentem pagi„nam inspecturi, me Fulconem dictum Skelga, venerabili patri „Domino Aboensi quoddam pratum *duodecim plaustrorum*“, (af

in reliquis opificiis et artibus in vita humana maxime necessariis, factum sit, colligere licet, quibus silicet sensim materiam atque incitamenta crescens cultura gentis, sedem vero praecipuam Urbs Aboënsis, circa Templum Cathedrale efflorescens, sine dubio praebuit.

Praefectos Fenniae suarumque Arcium atque Provinciarum hoc tempore commemorari plures reperimus: quorum alios sese *Capitaneos Finlandiae* vel *Finlandenses*, vel *terrae Finlandensis*, vocare videas, (summa fortassis dignitate reliquis superiores, quales postea *Gubernatores Generales* dicere moris fuit?) [38]), alios *Praefectos terrae Finlanden-*

---

12 sommarlaß hö?) „iuxta curiam meam situm, *pro una timbria* „*cum dimidia bonarum pellium dictarum* Bogastin in pignus tali „exposuisse racione, quod si sepedictum pratum infra festum „sancti Michaelis jam proximum per me redemptum [non] fue„rit et pelles solute, tunc computato primum pellium precio, „*pro cujuslibet plaustri parte dimidiam marcham denariorum* idem „Dominus Aboensis michi dabit, et pratum sepetactum sibi suis„que successoribus cedat perpetuo possidendum. In cuius rei „evidenciam maiorem sigillum meum, una cum sigillis discreto„rum virorum, Domini *Menechini de Hattalum* ac Hermanni Hun„debaech, presentibus sunt appensa. Scriptum *Fiorosn.*" (sine dubio corrupte: fortassis *Korosum?*) „anno Domini MCCCXXXVIII:o „in festo Apostolorum Philippi et Jacobi." (Registr. Eccles. Aboëns. Fol. 118).

[38]) Tales fuisse credas viros principes *Matthiam Kettilmundsson*, qui a. 1324 et 1325, nec non *Carolum Näskonungsson* qui a. 1327 (et, si anni nota apud Nobil. VON STIERNMAN, Höfd. Minne II D. V B. 2 C. errore non laborat, 1323) hujusmodi titulo honoris atque auctoritatis floruisse leguntur. Dissimulandum vero non est, *illum* a. 1347 vocari *Capitaneum Castri Aboënsis*, testante VON STIERNMAN. (ib. 3 C. quod typis expressum legi etiam potest in D:ni GJÖRWELL Swenska *Mercurius* 1757, mens. Sept. p. 268 sqq.: nisi error in tituli irrepsit formulam, a quo anni saltem notam vix aliter immunem praestes, quam si literas ibidem ab eo citatas, post mortem demum Domini *Matthiae* fuisse scriptas doceas; cfr. LAGERBRING l. c. C. 4, §. 11); *hunc* autem a. 1330 appellari *Regis Magni Advocatum super Finlandiam et Alandiam*.

sis [39]), alios *Advocatos Finlandenses* vel *super Finlandiam* [40]), alios *Advocatos Aboënses* [41]), vel *Capitaneos* aut *Advocatos Castri Aboënsis* [42]), atque similiter *Advocatos Tavastiae* [43]), vel *Nylandiae* [44]), vel *Alandiae* [45]), vel *Wiburgenses* [46]) appellari, reperias. Inter quas dignitates honorisque titulos, an et quaenam differentia intercedat, non est ubique definitu facile; neque constantissimis eo tempore semper limitibus distingui consuesse, verisimile est. Nomina autem seriemque horum Praefectorum, quatenus ad nostram pervenerunt cognitionem, indicatis simul fontibus unde hausta sit, alio loco exhibuimus [47]), quem piget hic exscribere [48]).

Publicis regni administrandis negotiis non admodum

---

[39]) *Ærengisle Andersson* a. 1337, in literis supra allatis (p. 202 not. 35).

[40]) Ita vocari reperimus *Algotum Joansson* a. 1324 (idque in *iisdem literis* quae *Matthiae Kettilmundi* dignitatem tribuunt *Capitanei Finlandensis), Carolum Haraldsson* a. 1330, et *Ærengislonem Andreae* a. 1336.

[41]) Hoc titulo ornantur nuper nominati *Carolus Haraldi* a. 1331, et *Ærengislo Andreae* a. 1335, nec non *Laurentius Peterson* a. 1337.

[42]) De *Matthia Kettilmundi* adduximus nuper (not. 38) testimonium STIERNMANNI, qui *Torirum* quoque *Jönsson* a. 1322 appellari *Advocatum Castri Aboënsis*, ibidem (C. 3) docet.

[43]) Tales sunt *Petrus Postoll* a. 1327, *Laurentius* a. 1332.

[44]) Haec dignitas cuidam *Gerardo* tribuitur a. 1327.

[45]) *Nicolaus Magnusson* a. 1328. Occurrit etiam a. 1322 *Jacobus Exactor in Alandia,* in literis *super bonis in Thiudhanäs in Alandia* (Ecclesiae Cathedrali concessis), dat. *Saltvik anno Domini 1322, die lune post Dominicam oculi proxima (Registr. Eccles. Ab.* Fol. 114); qui *Jacobus* in Sententia Judiciali a. 1418 super iisdem bonis a *Magno Tostason* Legifero Alandiae lata, *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 163) vocatur *Fogthen som tha ther var?*

[46]) *Petrus Joansson* (vel Jönsson) a. 1331 (et 1334?). Nobil. STIERNMAN etiam a. 1320—1327 hac dignitate ornatum fuisse docet (l. c. IX B. I C.).

[47]) Vid. Bihang til de af et Sällskap i Åbo utg. Tidningar för 1785, p. 179 sqq.

[48]) Itaque, et pro hoc tempore et pro sequentibus, satis habebimus quae eo loco dicta sunt supplere, et ubi opus fuerit, emendare.

sese Episc. *Benedictum* immiscuisse, credas: saltem nulla hodie supersunt ejus rei vestigia.

In anno suo emortuali definiendo, scriptores monumentaque nostra inter se discrepant. Cum JUUSTENO, qui a. 1340 *die Crispini et Crispiniani* (d. 25 Octobris) obiisse testatur, consentit MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 15). In *Manuscripto Palmsköldiano* legitur, ut supra indicavimus, mortuum fuisse a. demum 1348 [49]); quod falsum esse, indubiis evincitur argumentis [50]). RHYZELIUS (l. c.) vita decessisse a. jam 1338, die 29 Novembris, narrat: quod unde hauserit, nos quidem latet. In *Registro* tamen *Ecclesiae Aboënsis* nullae ab eo serius datae reperiuntur literae, quam binae a. 1338 *feria sexta proxima ante Simonis et Jude* scriptae, quas supra (p. 179 sq., not.) exhibuimus; atque ex successoris sui *Hemmingi* ipso illo (cujus etiamnum exemplum superest) Diplomate (infra adjungendo) quo *Praepositura*m in Ecclesia Aboënsi nuper a se institutam, (quam *anno Pontificatus sui secundo* instituisse Auctor ipse affirmat), primo ejus mandat procuratori, *Dominica proxima ante nativitatem b. Marie* (quae celebrabatur die 8 Septembris) a. 1340 dato, satis patet, ab errore immunem locum Auctoris nostri non esse [51]). Veriorem autem annum diemque dare, non valemus; nisi quod vel ad finem vergente anno 1338, vel initio anni 1339, fato functum esse, verisimile ducamus.

---

49) Supra p. 178 not. (*v*).

50) Plures in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrunt literae inter a. 1340 et 1348 a successore suo *Hemmingo* datae; de quibus infra.

51) Nisi mendum in anni nota, quam exemplum Diplomatis in *Reg. Eccles. Aboënsis* servatum offert, esse existimes. Cui tamen sequentes literae, etiam ante illud Diploma datae, adstipulantur: „Noverint universi, quod ego *Johannes in Stensböle*" (praedium in paroecia Borgo Nylandiae) „recognosco me levasse „a venerabili in Christo patre, Domino *Hemingo*, permissione Di„vina Episcopo Aboensi, illas 22 marcas denariorum in quibus „*predecessor suus Dominus B.* (*Benedictus*) *bone memorie con„dam Episcopus* Aboensis, patri meo tenebatur obligatus, pro „quibus eundem Dominum meum H. tam ex parte mea quam

Duodecimus.

D. HEMMINGUS, natus in Paroecia Bålingh Dioecesis Upsalensis, electus Divina inspiratione [37], et consecratus in Ecclesia Parochiani *x*) Stockholmensi. Hic curavit de novo Praeposituram in Ecclesia Aboensi, Pontificatus sui anno 2. Dedit Ecclesiae Mitram et Baculum, preciosos libros Theologiae et Juris Canonici multos [38], et ornamenta plurima. Cairis *a*), Medelby *b*), cum colonis Jänessaari *c*), Forsby *d*), et alios plures acquisivit. Obiit Anno D:ni 1367, Pontificatus sui Anno 27, vitae vero suae 77, 12 Calendas Junii, sepultusque est in Ecclesia Aboënsi, in summo choro, ad latus antecessoris sui; cujus ossa exhumata sunt postea, praesentibus Episcopis Sveciae, et beatus proclamatus Anno D:ni 1514 [39].

„fratris mei, liberum reddo et quitatum. Preterea recognosco me „debere sibi dare quolibet anno XX marcas Denariorum Sue„vorum nunc currencium, vel earum valorem in pecoribus et „butyro seu aliis rebus, *prout solent recipere mercatores*, de „exaccione in parrochia Borgo et capellis sibi annexis. Ac eciam „virorum Dominorum" (Locus corruptus; quaedam praecessisse verba, quae exciderunt, facile patet) „Henrici de Borga, Ærn„vasti in Kirkislaet, Nicolai Vellus et Pauli de Tenala, quia „proprium sigillum non habeo, presentibus sunt appensa. Da„tum in Kirkislät anno D:ni MCCCXL feria 2 post Dominicam „Reminiscere." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 146 sq.

x) A. omittit. [Leg. *Parochiana* (quomodo aperte habent tres Codices, postea a me collati.)] *a*) Paroeciae Nummis, prope urbem. Vid. Liber Ecclesiae Aboënsis (ubi scribitur *Keris*), Fol. 117 sq. *b*) Villa Paroeciae Korpo? [Solna, Uplandiae.] *c*) In insula Hirvisalo,Paroeciae S. Mariae. Vid. Lib. Eccles. Aboëns. Fol. 99. *d*) In paroecia Kumo.Vid. Lib. Eccles. Aboënsis, Fol. 109.

Notae Editoris.

37. [*Doctor* Hemming vocatur apud Nob. UGGLA l. c. III Afdeln. p. 27, N:o 216: qui titulus (quem *Hemmingum* Gadd, celebrem illum Electum Lincopensem, habuisse notum est) ne nostro immerito tributus sit, vereor.] — *Electus Divina inspiratione,* h. e. concordibus Canonicorum suffragiis [1]). Vel nobis non monentibus quisque videt, haec verba non esse JUUSTENI ipsius, sed ex illo quod ante oculos habuit exemplo veteri, tempore Pontificiae religionis in patria dominantis condito, fuisse ab eo exscripta. MS. *Palmsköldianum* similiter habet: *divinitus eligitur.*

In paroecia *Bäling* Dioecesis Upsalensis natum fuisse, dubio caret [2]).

---

[1]) Du CANGE *Glossar.* Voc. *Inspiratio:* „Ex tribus electio„num formis, quarum mentio est in Decretalibus Greg. IX PP. „Lib. I. tit. 6, c. 42, una est quae *per inspirationem,* sive „*viam Spiritus S.* dicitur fieri: cum scilicet communiter et ab „omnibus concorditer, quasi divino spiritu afflatis, nullo discre„pante, aliquis eligitur, *absque aliquo tractatu,* ex quo nempe „praesumi possit aliqua persuasio vel suggestio in gratiam eli„gendi."

[2]) Praeter auctorem nostrum testatur id MS. Palmsköldianum, ac confirmare sequentes etiam literae videntur quae in *Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 118 comparent, nulla vel anni vel diei nota adjecta: „Universis presentes literas inspecturis *Hem„mingus* Divina miseracione Episcopus Aboensis salutem in Do„mino sempiternam. Consideravimus quod cultus Divinus et ho„nor ecclesie Aboensis fuerat non modicum diminutus ex eo, „*quod Episcopi Aboenses qui pro tempore fuerant, ad ecclesiam „accesserant nimis raro,* quia prope ecclesiam ubi diverterent ad „morandum, non erat eis locus. Unde nos, ad supplendum hunc „defectum, villam dictam *Keris* acquisivimus, partim pecunia, „partim permutacione colonie que erat fabrice ecclesie cathe„dralis, Makastada dicte, pro commodo et requiecione nostra „nostrorumque successorum. Ne igitur ecclesia per alienacio„nem colonie memorate suis redditibus defraudetur, bona Lewe„lax dicta, in parrochia Pemaren, cum omnibus adjacenciis ob„*tenta pro patrimonio nostro,* titulo permutacionis de *Pawals„bothum parrochie Bälingh,* dimittimus eidem ecclesie loco colo„nie sepedicte, quam alienavimus, ut superius est expressum. Etc."

Curasse de novo (hoc est *primum instituisse) Praeposituram in Ecclesia Aboënsi,* adeoque novo augmento et dignitatis ornamento, mox post susceptum munus a:o 1340, Capitulum sive Collegium Canonicorum amplificasse, Diploma confirmat quo eandem *Elavo* primo Praeposito (Archipraeposito) demandavit, quodque hic subjungimus [3]).

---

3) „*Hemingus* Dei gracia Episcopus Aboensis, honorabili „viro ac dilecto in Christo filio, Domino *Elavo,* Canonico ibidem, „sinceram in Domino dileccionem cum salute. Mandata celestia „efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera participamur. „Proinde [cum?] *Divina disposicione ad curam Pastoralis officii* „*Ecclesie Aboensis vocati,* repperimus numerum Canonicorum „per predecessores nostros, prout possibile fuerat, competenter „instauratum, Nos Divini nominis cultum ampliare, Prepositaram „unam, consenciente ymo instanter“ (instante, h. e. urgente) „venerabili Capitulo nostro, de novo creavimus in Ecclesia nostra „Aboensi memorata, tum propter ipsius ecclesie honorem amplian„dum, tum propter ecclesiastica ministeria disponenda, tum pro„pter curas et sollicitudines nostras et successorum nostrorum, qui „pro tempore fuerint, ut premittitur relevandas. Prepositus nam„que, maxime ubi Archidiaconus non est, auris Episcopi est et esse „debet, ut cuncta ad Episcopum referat, nec contra ejus decretum „aliquid ordinare presumat, sed ejus jussionibus studeat in omnibus „obedire. Nos igitur de vestra persona, quam veneranda cani„cies, sollers prudencia, et labores quam plurimi pro ecclesia „sepius consumpti, non mediocriter commendant, noticiam ple„nam habentes, et laudabilem memoriam *pro tempore nostro,* „*postquam ad Finlandiam venimus,* memoriter retinentes, vobis „prefatam Prepositaram conferimus per presentes, dantes et as„signantes vobis curam et administracionem in spiritualibus et „temporalibus, in nomine Sancte Trinitatis et individue Unitatis: „et quia prebenda quam simul Canonicus habuistis, non sufficit „ad collate vobis predicte dignitatis onera supportanda, preben„dam illam et prebendam *Nousiensem* nunc vacantem in simul „uniendo colligacione perpetua combinamus, quam sic unitam „vobis et vestris successoribus deputamus, annectentes eidem „ecclesias curatas *Resa, Santamala*“ (nisi nomen hoc corruptum est pro *Sancta Maria,* quaenam existimari Ecclesia debeat, nescio; pagus quidem *Sondamala* in paroecia *Nousis* habetur, sed nimis prope ad templum *Nousisense,* quam ut ibi Ecclesiam quaerere aliam possimus?) „et *Lundis,* cum cappellis earundem, „in quibus posuimus perpetuos vicarios, qui curam exercent

Quam institutionem, si ut auctor noster habet, *anno* fecit

„animarum, congruamque percipiunt porcionem, prout in eorum „litteris patentibus clarius continetur: ceteris omnibus obvencio„nibus, quocunque nomine censeantur, vobis et vestris successo„ribus cedentibus, jure perpetuo duraturis. In cujus ordinacio„nis et collacionis evidenciam sigillum nostrum et sigillum Ca„pituli nostri presentibus sunt appensa. Actum et datum Abo „anno MCCCXL, Dominica proxima ante nativitatem beate et „gloriose Virginis Marie." *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 259. — [Quae hic contra nomen Ecclesiae *Santamala* disputantur, dubia nobis visa esse coeperunt, postquam in Libro Rationum, reditus Ecclesiae Aboensis R. *Gustavo* exhibente, (de quo saepe), mentionem occurrere vidimus *Ecclesiae veteris Nousiensis (Gamla Nousis):* forte *nova* ejus *pars*, *Santamala* fuit vocata?]

Brevi post nactam dignitatem Episcopalem, Hemmingum hoc perfecisse institutum, vel ex verbis colligi potest hujus Diplomatis. An diu ante electionem suam, hic in Finlandia degerit, definire non valemus; recens tamen fuisse advena non videtur? Voluisse nova dignitate instituenda simul *Elavo* Canonico (Collegii Seniori?) gratificari, improbabile non putamus. Spiritu Hierarchico vehementer elatum fuisse, hae literae, ut tota vita sua, satis docent.

Elavum illum, primum Praepositum Aboënsem, anno jam 1320 Canonicum fuisse, plures quae in *Reg. Eccles. Aboënsis* occurrunt literae testantur; quumque *Elavus de Resa* semper fere vocetur, *Resoënsis* ecclesiae simul fuisse Curatum (vel Pastorem), credas? Aliam quandam *Praebendam* (an curam Ecclesiae Urbicae Aboënsis? cujus *Curatam et Sacristam* Dn. *Henricum* a. 1325 commemorari, in *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 103 reperimus) jam habuisse, verba allati indicare videntur Diplomatis: unde simul discere licet, quaenam paroeciae Archipraepositurae essent olim annexae; inter quas paroeciam *Masku* non occurrere, mirum videri queat? *Elavum* Praepositum, post a. 1344 *Reg. Eccl. Ab.* non nominat; sed neque aliquem successorem suum ante a. 1355, cognoscimus. Ipsum vero bona sua *Saexu* dicta, Regis nomine sibi, ex silva deserta colenda non diu ante data, Ecclesiae Cathedrali donasse, supra docuimus; literas Ep. *Hemmingi* illam suam liberalitatem approbantis, nunc subjungimus. „Omnibus presens scriptum cernentibus *Hemingus*, Dei gracia „Episcopus Aboensis, salutem in Domino sempiternam. Noveri„tis, quod in presencia nostra et Capituli nostri propter hoc „constitutus honorabilis vir Dominus *Elavus*, Prepositus Aboen-

Pontificatus sui secundo, a. quidem jam 1339 ad fastigium Episcopale evectus fuerit, necesse est [4]).

Canonicum, ante quam hac augeretur dignitate, non solum Aboënsem [5]), sed etiam Upsaliensem, *Hemmingum*

„sis, bona sua propria Sexu nominata, infra limites capelle Ru-„sko sita, de novo ex silvis culta per eum, et ex donacione „Regis ad eum devoluta, de sua mera liberalitate, in suorum „remissionem peccatorum contulit fabrice Ecclesie Kathedralis „in Abo jure perpetuo possidenda, cum omni juris integritate, claris „et legalibus limitibus limitata: proviso quod una marca denario-„rum usualium de censu exinde annuatim derivando distribuatur „singulis annis Clericis de choro" (unus itaque tantum chorus hactenus fuisse videtur?) „qui intererint vigilie et misse anni-„versarii sui, quod post mortem suam instituit et postulavit fieri „singulis annis certa die. Exinde siquidem Domino Elavo no-„bis exstitit supplicatum, quatenus Decimas dictorum novalium „eidem fabrice donare dignaremur: maxime cum eidem capelle „Rusko ex alienacione tantillarum decimarum, cum consensu ymo „instancia pocius defensorum ecclesie facta, nullum vel modicum „prejudicium generetur; Nos igitur profectum ecclesie nostre „Kathedralis in hoc casu cum dicto Domino Elavo pio comple-„ctentes amoris affectu, suis justis precibus excitato, omnes tan-„tum decimas prediales annuatim provenientes de novalibus „antefatis ipsi fabrice Kathedralis ecclesie, ut predicitur, Abo-„ensis, *propter notam ejus indigenciam*, donare curavimus per-„petuo possidendas, dictam suam donacionem et ordinacionem „in premissis et quolibet premissorum perpetuo tempore volen-„tes observari, ac super ordinacionibus hujusmodi, *yconomi* qui „pro tempore fuerit, conscientiam onerantes. In quorum om-„nium evidenciam, sigillum nostrum cum sigillo Capituli nostri „presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini „MCCCXL, in festo nativitatis beate et gloriose virginis Marie." *Regist. Eccl. Ab.* Fol. 98.

[4]) Non a. 1340 ut noster, nec a. 1341, ut MESSENIUS habet (*Scond.* T. III p. 9, T. X p. 15, T. XV p. 57); qui annum institutae Praepositurae 1353, ibid. p. 16 male constituit.

[5]) Inter Canonicos Aboënses hujus temporis occurrit *Hemmingus* quidam, a. 1329 (*Reg. Eccl. Ab.* Fol. 134) et a. 1330 (*Ib.* Fol. 142): utrum vero idem sit qui postea factus fuit Episcopus? definire minime valemus.

nostrum fuisse, MESSENIO auctore [6]) recentiores tradunt [7]); qua de re nobis quidem parum constat [8]).

De studiis, moribus aliisque ornamentis suis, quibus jam ante adeptam dignitatem Episcopalem eminuisse, benigne ac liberaliter narrant MESSENIUS [9]), VASTOVIUS [10]), et RHYZELIUS [11]), nihil habemus quod afferamus.

Ecclesiam Parochianam [12]) *Stockholmensem* in qua *consecratus fuit*, MESSENIUS recte explicat *aedem Divi Nicolai* [13]).

38. Indicem *Librorum* illorum *Theologiae et Juris Canonici multorum* et *preciosorum*, quos Ecclesiae suae dedit, ex *Registro Eccl. Ab.* descriptum exhibemus in *Hist. Bibliothecae R. Academiae Aboënsis* (§. 1, not. (g) add.), adeoque hic non

---

6) *Chron. Episc.* p. 108; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 29.

7) VASTOVIUS *Vit. Aqvil.* in vita *S. Hemmingi*, p. 89 (Ed. Benzel.); SPEGEL Sw. Kyrko-Hist. II D. p. 390; RHYZELIUS *Episcop.* p. 331, qui primum Upsaliae, deinde Aboae factum fuisse Canonicum, sciunt.

8) Cfr. quae monet Ill. LAGERBRING Sw. R. Hist. III D. C. 8, §. 16, p. 653.

9) *Scond.* T. IX, C. VII, p. 43; et in *Chron. Episc.* in vita *Hemmingi.*

10) L. c. Cui in sancto viro celebrando suis non licuit deesse partibus; quamobrem virtuti ejus vere monachalem tribuit formam, circumstantiisque laudem ejus ornat neque maxime verisimilibus, neque probabilibus. Fidem ejus nos in medio relinquimus. Quod autem ibidem narrat de facta ei coelesti revelatione, qua tempus nativitatis Divae Birgittae cognovit, per errorem ad *Hemmingum* ab eo referri, cum de *Benedicto* antecessore suo olim narratum sit, supra observavimus. Quum tamen de *Benedicti* apotheosi nulla esset quaestio; aequum sine dubio fuit, ut hic illustriori successori suo revelationis adeo praeclarae laudem cederet, in sanctorum numerum cooptando! cui consilio elogia *Hemmingo* nostro impertita, valde accommodata fuisse, nemo non videt.

11) L. c.

12) Ita (non *Parochiani)* Codices MSS. duo habent recte quos postea licuit mihi consulere, aetatis licet recentioris; quorum alter in R. Bibliotheca Stockholmensi asservatur, alterum Ampl. Secretarius SIGFR. L. GAHM possidet.

13) *Chron. Episcop.* l. c.

adponimus: fieri inde commode judicium potest, de conditione Bibliothecarum quas eo tempore Antistites Ecclesiae, qui prae caeteris eruditionis studio ducerentur, possidebant.

De praediis ab eo Mensae Episcopali Aboënsi acquisitis, quaedam supra annotavimus [14]); reliqua, quae quidem digna commemoratione judicamus, in subjectam notam conjicimus [15]).

---

[14]) P. 207. Et de praedio *Keris* (Kairis) mensae Episcopali donato, p. 208, not. (2): quam donationèm factam literasque scriptas esse a. 1345 vel 1346, facile fuerit docere. Partem enim praedii *(XVI talenta in agris, pratum vero X plaustrorum)* a. 1344, *die b. Petri martiris a Matthia* dicto *Skaelgi*, cive Aboënsi, *pro CC marchis Svevorum denariorum usualium* emerat, ut literae venditionis, a. 1345, *feria sexta proxima post Ambrosii* scriptae, et in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 117 sq. conservatae, indicant; ubi etiam comparet *Litera Libertatis* (Frälse-Bref), huic eidem praedio, Ecclesiae Aboënsi jam tum donato, *Stockholmis a. 1346, crastino b. Marie Magdalene* a Rege MAGNO liberaliter impertita, in qua dicit Rex: „Igitur tenore presencium constare volumus universis, tam pre„sentibus quam futuris, quod nos bona dicta Keris, in Parrochia „*Nummis*, Dyocesis Aboensis, per venerabilem patrem Dominum „*Hemmingum*, Divina miseracione Episcopum ibidem, debite, juste „et legaliter acquisita, et *ad usus honoremque ecclesie sue Abo„ensis predicte pia consideracione collata*, cum eorum bonorum „adjacenciis universis, nullis penitus exceptis, quocunque nomine „censeantur, familiisque et personis in iisdem bonis commoranti„bus, sub nostram proteccionem recipimus, in tutele graciam „specialem dantes, concedentes et tenore presencium *declarantes „bona predicta, cum familiis et personis in eisdem existentibus, „ab omnibus exhibicionibus, imposicionibus et aliis solucionibus „quibuscunque, ordinariis aut extraordinariis, juri nostro Regio „debitis, eciam si generale subsidium de toto regno requiri, aut „expedicionem nostram generaliter evocari contingat, libera pe„nitus et exempta*; etc.“

[15]) *Medelby* quod praedium in paroecia *Korpo* quaerendum esse supra (p. 207) conjecimus, postea in Uplandiae paroecia *Solna* situm fuisse, reperimus. Exstat enim in *Reg. Eccles. Aboëns.* fol. 155, sententia judicialis R. MAGNI, *Stockholmis a. 1354, feria quarta infra octavas ascensionis Domini, sub sigillo nostro ad causas* lata, qua „unam marcam terre in *Medelby Par„rochia Solnö* Upsalensis Dyocesis, cum domibus, agris, pratis,

De caeteris ornamentis quibus ecclesiam ditasse et condecorasse Aboënsem dicitur, praeter ea quae Auctor noster habet, (a quo sua recentiores hauserunt), nihil scimus [16].

„pascuis, silvis, nemoribus, piscariis, molendinis et molendinorum „locis, agris jam seminatis et aliis quibuscunque eorundem bonorum „pertinenciis, infra sepes et extra, quocunque nomine censean- „tur, *Domino Hemmingo -- Episcopo Aboënsi,* qui nunc est, vel „qui pro tempore fuerit," adjudicat, „ad ipsum Dominum Abo- „ensem per discretos viros Hincechinum Wipperfördh, Andream „Jonisson et Petrum Westman, empcionis et vendicionis titulo, „videlicet pro quadringentis quinquaginta march denariorum an- „tique monete Sueuice devolutum." Idem praedium (in quod propinqui ac haeredes quidam venditorum, juri suo omni, literis datis renunciabant, (ibidem Fol. 155 et 156 reperiundis) libertate mox Rex donavit, literis Folio ejusdem Libri 155 exhibitis. Sed postea Villae Regiae (Ladugården) prope Stockholmiam, subjectum fuisse, aliis hic in Finlandia sitis praediis ecclesiae Aboënsi, permutationis jure tributis, infra docebitur.

Jänessaari (hodie praedium equestre, Rusthåll) in *Hirvisalo* insula situm, Episcopus noster a. 1347 a *Göbolino Lon cive Aboensi, pro centum quadraginta marchis Sueve monete tunc currentis,* emerat, ut literae venditionis in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 99 exstantes, testantur.

Forsby, in paroecia *Kumo,* Episc. *Hemmingus* a. 1355 ab *Andrea dicto Van* (suspicor ipsum cognomen hic excidisse?) *Cive in Hulsby,* emisse reperitur. Vid. *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 109.

Quod *alios plures* (colonos) Episcopus noster *acquisivisse* praeterea dicitur, h. e. mensae Episcopi comparasse, testimonio *Registri Eccl. Aboënsis* illud quoque confirmatur; ubi insulam quandam dictam *Praestö* in paroecia *Haliko,* et bona illa in *Nybygd* de quibus supra p. 177 not. (19) commemoravimus, ejus opera comparata fuisse, reperimus? cfr. l. c. Fol. 130. Etc. Curiam quoque *Kumo* (Kumo-Gård) *prope Forsby* ad Episcopum nostrum pertinuisse, ex literis ibid. Fol. 109 asservatis discimus, ac piscaturam in *Lammais* (fluvii Cumoënsis cataracta et gurgite nobili) quae postea diu mensae subfuit Episcopali, ejus opera acquisitam huic fuisse, verisimile est; in qua jus suum tribus literis, cum a Rege *Magno* tum a *Berone* Legifero datis a. 1347 et 1348, communiendum curavit, ibid. Fol. 108 et 109 (nec non 164) exstantibus.

[16]) *Mitra* et *Baculus* in Ecclesia Cathedrali adhuc asservantur; eadem vero esse quae b. *Hemmingus* olim donavit, asse-

Aliorum quoque liberalitate bona Ecclesiae Cathedralis, hujus tempore Episcopi, nec omnino sine ejus studio et opera, insignibus aucta fuisse accessionibus, litterae quae supersunt non paucae, fidem faciunt [17]). Emta

rere haud audemus. Quod in ornamentis quibus illam ditavit, quaeque sua pecunia ex oris exteris emisse dicit, eximias etiam vestes sacerdotales (Casulam etc.), förträffelig mäßeskrud, apud Rhyzelium l. c. (praeeunte Messenio *Chron. Finl. Rhytm.* p. 32) fuisse legimus, suae sine dubio interpretationi debemus: veteres enim nominatim non recensent. Praeterea ecclesiae *praedia quoque* nonnulla donasse, reperitur. In cujus rei confirmationem sequentes subjungimus literas: „Universis presentes lit„teras inspecturis *Hemmingus*, Divina miseracione Episcopus „Aboensis, salutem in Domino sempiternam." (Deest sine dubio aliquid: *Noveritis* vel tale verbum). „Quod nos omnia bona „in *Keris* juxta Abo sita, per nos partim acquisita empcione, „partim pro nostro patrimonio, contuleramus, *mense Episcopali* „perpetuo possidenda, bona vero *Kowris* vulgariter nuncupata „(in paroecia *Masko) deputamus perpetuo fabrice Ecclesie Abo„ensis:* tali tamen condicione, quod successores nostri et capi„tulum permittant, Petrum Nichilson" (Michilson?) „et heredes „suos bona quaedam *Öwraby* dicta, in Parrochia *Kirkioslöth*, „quae sibi contuleramus, perpetuis temporibus possidere, et de „ipsis ordinare pro sue libito voluntatis. In quorum collacionis, „deputacionis, possessionis et ordinacionis evidenciam, sigillum no„strum et sigillum Capituli Aboensis presentibus sunt appensa. A„ctum et datum apud Ecclesiam Nummis anno Domini Millesimo tri„centesimo quinquagesimo primo, in crastino Vincentii martiris." Vid. *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 118; cfr. ib. Fol. 104, et fol. 145, quae posteriora loca docent, praedium *Öfraby*, quod olim ad Dn. *Ernvast*, Curatum in *Kyrkslätt* pertinuerat, post ejus mortem, haeredibus suis consentientibus, cessisse *fabricae* (Byggnads-fonden) *ecclesiae Aboënsis*, sed ejus loco Episcopum substituisse praedium *Kowris* (ut propius situm) quod sibi ipse acquisiverat.

[17]) Sic ex donatione *Winichini*, Canonici quondam Aboensis, consentiente fratre suo *Henrico* etiam ejusdem Ecclesiae quondam Canonico, et confirmantibus *Dethmaro* Curato in Berna atque *Jacobo Diäkn* (haeredibus, ut videtur suis), quorum literae exstant, datae *a. 1343, 21 die mensis Februarii*, cesserunt Ecclesiae Cathedrali *bona dicta Trulszhuwt, sita in parrochia Thenala, nec non bona dicta Brusaby et Myösunda in parrochia Kymitto*. Vid. *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 123; cfr. ib. Fol. 134. Ex testamento *Hen-*

etiam in ecclesiae hujus usum praedia fuisse reperi-

---

rici Johannis Fabri, Aboensis Dyocesis presbyteri, facto a. 1344 *in vigilia b. Thome Apostoli*, eadem ecclesia acquisivit praedia in insulis dictis *Linitha* et *Vesikoski*, ib. Fol. 104. Ex donatione *Ärengislonis Thureson* (facta *Viborgh. a. D:ni 1351, crastino post diem Jacobi Apostoli*), accessit praedium *Lithioki* in paroecia *Lundo*, altari b. Virginis proprie collatum: Ib. Fol. 124. Ex donatione *Gunnonis dicti Sadhlamestare et uxoris ejus Cicilie, heredes proximas non habentium, bona sua in Villa Väsmadae, parrochia Hattula situata*, a. 1357, *die b. Georgii martiris*, eadem accepit ecclesia: Ibid. fol. 151. Ex donatione *Birgeri, Curati altaris beate Virginis in Abo, Provisorisque scolarium ibidem, a. 1359 in nativitate ejusdem gloriose Virginis*, adepta fuit *bona in villa dicta Skuru, parrochie Poya, in Nylandia sita*: Ibid. Fol. 144. Regis praeterea MAGNI liberalitate, Ecclesiam Cathedralem bona quaedam acquisivisse, quae ad *Holmgerum* (s. *Holingerum*), Legiferum nescio cujus Provinciae, pertinuerant, sed ob gravia sua (nescio quae) delicta, fisco adjudicata fuerant, reperimus; quae in *Korosum* s. *Korusum* sita fuisse, inscriptio literis Regiis in *Registro Aboënsi* praemissa, significat, his verbis concepta: *Littera libertatis, super bona in korosum, propter delictum Holmgeri Lagman acquisita.* Praedium significari *Korois* credas, quod etiamnum mensae subjacet Episcopali? sed longe antea (partem saltim ejus) ad Episcopos pertinuisse, sequentes demonstrant literae. „Om„nibus presentes literas inspecturis *Magnus* Divina miseracione „Episcopus Aboensis salutem in Domino sempiternam. Cum „propter labilem' hominum memoriam ea quae diu excogitata et „acta sunt, faciliter traduntur oblivioni, nisi literarum testimonio „fuerint confirmata: idcirco notum facimus universis, quatenus „nos ex consensu Capituli nostri cum Olavo presencium exhibi„tore, quandam commutacionem terre feceramus, sub hac con„dicione: quod dedimus medietatem agrorum nostrorum cultorum „in *Ränthämäki*, medietate illorum, cum omnibus aliis vulgariter „dictis Lindhum ad usum nostrum et Ecclesie retenta et reser„vata; de eodem vero Olavo omnes agros suos in *kurusum*, „cum ceteris aliis minus curatis, et cum quodam alio spacio „terre vulgariter dicto Löt, ad perpetuam Ecclesie nostre pos„sessionem recipientes. In cujus facti testimonium firmius et „perpetuam ratificationem, Sigillum nostrum, una cum sigillo „Capituli nostri, presentibus est appensum. Datum anno Do„mini MCCCIII:o in vigilia Pascce.“ Exstant in *Reg. Eccles.*

mus [18]); quae nec Pontificiae benignitatis documentis ca-

Ab. Fol. 120. Literas nuper commemoratas R. MAGNI etiam subjicimus· „Omnibus presentes literas visuris *Magnus*, Dei gra- „cia Svecie, Norvegie et Scanie Rex, s. i D. s. Cum bona „quelibet pro delictorum emendis per delinquentes quoslibet fisco „nostro Regio legittime persoluta, redimi redemcione, vulgariter „dicta Byrdabudh, fisco nolente nequaquam valeant vel consue- „verint per delinquencium heredes, seu alios quoslibet successo- „res, Isque qui in jus alterius succedit eodem cum ipso jure „seu privilegio uti debeat et gaudere; tenore presencium decre- „vimus et eciam declaravimus, predia seu *bona per Holmgerum* „*Lagman* ecclesie Aboensi ex nostra donacione pro *suis delictis* „*gravibus exsoluta*, nequaquam per quemvis suum heredem vel „successorem posse pecunia vel aliis rebus redimi, nisi quatenus „ex ipsius ecclesie et prelatorum suorum beneplacito processerit „et consensu. Datum Ludosie, sub Sigillo nostro, anno Domini „MCCCL primo, decima die mensis Octobris.“ Quas patris literas Rex ERICUS, suis confirmasse, iisdem adjectis, reperitur, dat. *in Castro Aboensi anno Domini MCCCLVII:o in profesto nativitatis beate Virginis*. Fol. eod. Quia utrarumque tamen harum literarum exemplum literis illis Episcopi *Magni* in veteri libro proxime adjunctum reperitur; existimari debet, praedium *Korois*, ut erant olim in minutas particulas agri divisi, non totum ad Ecclesiam sive Episcopum pertinuisse, antequam *Hemmingi* nostri studio reliquae etiam partes Regia liberalitate adjicerentur? Verum sic quoque turbat nos schedula, ibidem Folio 131 et sequente inserta (hanc inscriptionem praeferens: *Nota de Kirkis*), cujus exemplum tale est: „Noverint universi, quod nos „*Hemmingus*, Divina miseracione Episcopus Aboensis, constitui- „mus reverendos viros Dominum *Henricum*, Prepositum Aboen- „sem, *Mathiam Kogh*, Legiferum, et *Johannem Pedherson*, Pre- „fectum in Kuusto, nostros legittimos procuratores in solidum, „*ad faciendum nostro nomine quandam permutacionem bonorum* „*Holingeri Lagman in kurasum*“ (*Korosum?*) „*et bonorum Ecclesie* „*Cathedralis in Kerkis*, perpetuo duraturam: ratum et gratum ha- „bituri quicquid per eos factum fuerit in premissis. Datum „sub sigillo nostro, anno D:ni MCCCLVI, in profesto sancti „Petri ad vincula.“ Accepisse quoque Ecclesiam Cathedralem praedium aliquod ex testamento *Torstani Curati Ecclesie Viborgh*, certum habemus; cujus testamenti exemplum, quod alio loco accurate typis exscribendum curavimus (Bihang til Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785, p. 25 sq.), hic repetere opus non est.

[18]) Argumenti loco, atque aliis etiam nominibus, sequen-

ruit, Indulgentiis amplissimis [19]) a Papa *Innocentio VI* a 1353 aucta.

---

tes literas subjungimus: „*Jak Narvo Ingiualsson, Riddare, Fo*
„*gete j Finlande,* kännes met thesso opno breffue, oc gör ja
„thet allom mannom viterlikt, badhe thöm nw lifua oc thön
„som äpter koma, at jac hafuer lateth Domkirkionne ij Ab
„*för siw lesther rogh*, som jac henne giäldskillogher var, o
„*lästhen tha galt fämpthan marker peninga,* alt thet godz ja
„aatthe ij Borgaa sokn ij Metho, oc swa alt thet godz jal
„fick aff Olaff Thädekomagh, oc swa alt thet godz jac aatth
„ij Perno sokn, thet hafuer jak henne lathet oc wnth til äve
„deliga ägho; affhändher jak mik oc minom arvingiom thön
„godzen, oc ägnar the foresagdo Kirkio, met allom tillaghom
„skoghom, vatuom, ängiom, akrom, när äller fiärre, ängom un
„dantaghnom ther thöm tilligger äller hafuer tillgath: oc hwa
„godzen bäträ äru än Roghen, thet vare sancto Henrico til he
„dher gjort ok giffuet, oc minne siäl til nadha ok aflösn minn
„synda, hvat thet häldher är ij rörlikom stykkiom äller orörc
„likom, tha vare the sama kirkia äverdelik äghande at thön
„sama godzom, oqualdom fore mik äller nokrom minom arvin
„giom äller äptherkomandom. Ath thet swa myklo vissare ok fastar
„se, ok til vithnisbyrd, tha hängher jak mith incigle fore thetta bref
„ok met mik Pädher Flöriczson (an Röriksson?), *Vilikin De*
„*mare,* Ulphard aff Kwsto, Hannus Kölnare, Gözöka Pren, ok
„Hannus Kamen, Borgamestare ij Abo, thera incigle före säthia
„Scriptum in Castro Aboensi anno Domini MCCCLX tercio, Do
„minica Trinitatis." *Reg. Eccles. Aboënsis* Fol. 145.

19) *CXL dierum* dicit Nobil. A CELSE, qui hujus Bullae meminit, (*Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I p. 125); longe vero uberiores exemplum promittit quod in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 66 habetur, nempe *unius anni et quadraginta dierum* His scilicet verbis literas suas finit Pontifex: „Omnibus vere „penitentibus et confessis, qui in *nativitatis, epyphanie, cene, re* „*surreccionis et ascensionis Domini, pentecostes ac in quatuor* „*principalibus beate Marie Virginis, nativitatis beati Johannis* „*baptiste, sancti Henrici martiris, cujus ipsa est ecclesia vocabulo* „*insignita, ac celebritate omnium Sanctorum, et anniversarii* „*dedicacionis ejusdem ecclesie*, prefatam ecclesiam devote visi „taverint annuatim, *unum annum et quadraginta dies* de injunctis „eis penitenciis, singulis videlicet festivitatum celebritatis et de „dicacionis ipsarum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, u „prefertur, misericorditer relaxamus. Datum Avenione III ydus „Novembris, Pontificatus nostri anno primo."

Hierarchiae vero constituendae atque stabiliendae consilia, ab antecessoribus suis concepta, nostrum strenue magnoque successu fuisse persecutum, multis documentis evincitur: quo fere trahenda est laus a Rev. RHYZELIO (MESSENIO praeeunte *Chron. Rhytm. Finl.* p. 29) ei impertita, toto quo regimini Dioeceseos praefuit tempore, diligenter et feliciter omnia quae ad honorem et commodum illius pertinere sciret, promovisse; quomodo scilicet de Episcopo Ecclesiae Pontificiae, quem ut albo Divorum adscriberetur meruisse sui judicabant, existimare decet. Itaque de Cleri reditibus juribusque stabiliendis et augendis, vehementer sollicitum fuisse, reperimus. Qua de re testantur edicta quibus pendendarum accurate Decimarum officium incolis cum Careliae tum Ostrobotniae septentrionalis, una cum R. MAGNO inculcavit [20]); literae quibus tam portionem ci-

---

[20]) Edictum utrumque, a R. MAGNO et Episcopo *Hemmingo* conjunctim promulgatum, quale legitur in *Registro Eccles. Aboensis* Fol. 57—60, (ubi Episcopum *Conradum Bitz* a. 1470 et 1478 eorundem exempla sua cura descripta suoque testimonio munita et ad incolas utriusque provinciae missa, sua de novo confirmasse auctoritate videmus) typis diligenter exscriptum alibi dedimus (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785 N:o 11 et N:o 12; cfr. Bihang p. 74 sqq.). Quod vero haec edicta exarata esse in subscriptione proditur Stocholm aarum epter Herrans byrd *MCCCXXXV* pa Warfrua dag *nativitatis* (d. 8 Septembris), manifesto tribuendum est mendo; eo enim anno *Hemmingum* sedem Episcopalem nondum occupasse, sed Episc. *Benedictum* anno adhuc 1338 vixisse, supra docuimus (cfr. p. 179 not. et p. 206). Aut igitur in Episcopi nomine erratum fuit, atque *Hemingi* pro *Benedicti* irrepsit, (quod eo facilius credi potest, cum saepe non nisi primam nominis literam, B. aut H., in exemplis edictorum et literarum exprimere, moris olim fuisse, artis Diplomaticae peritis notissimum sit); quo facto non ad hunc Episcopum, sed ad antecessorem suum *Benedictum*, haec edicta referri debeant? aut in anni nota, numeris in exemplo utroque expressa, error a librario commissus fuit; quod contingere facillime potuisse, ita ut ex. gr. MCCCXXXV pro MCCCXXXXV (1335 pro 1345) male jam legatur, nemo negare potest, in his rebus non plane hospes? Posterior ratio nobis verisimilior videtur; quod post procuratas jam a. 1329 a *Benedicto* Episcopo literas

bariam (Matskott) quam Decimas accurate et tempestive exhibendas severe saepiusque Nylandiae incolis mandavit [21]),

---

Regias, quibus Decimarum accurate pendendarum officium incolis earundem harum provinciarum fuit impositum, (cfr. supra p. 185 sqq. nott. 8 et 10) minus videtur necessarium fuisse, ut sexennio post idem rursus repeteretur mandatum; quod novum Episcopum renovandum et diligentius explanandum curasse, potius credas? Ulcus hoc loco esse, MESSENIUS jam vidit: quare Tomo quidem X *Scondiae* suae (p. 15) anno 1335 scripta fuisse haec edicta ait, ideoque ad tempora sedentis Episcopi *Benedicti* refert (nomine tamen ejus non expresso), sed Tomo III p. 9, Episcopo *Hemmingo* illud de Ostrobotniensium Decimis tribuens, anno demum 1341 fuisse promulgatum (ex conjectura putamus?), docet; alterum autem (quo admonitos fuisse dicit Carelos ceu Neophytos in fide Catholica, constantiae in suscepta nuper religione et decimarum fideliter Deo solvendarum), adhuc serius, a. 1347, scriptum asserit, ib. p. 16, et *Chron. Rhythm. Finl.* p. 30. Idem, primum edictum a. R. *Magno* et Episc. *Benedicto* ad Ostrobotnienses de re eadem missum quod a. 1329 fuisse exaratum, nostrum exemplum (in *Reg. Eccles. Ab.* reperiundum) ostendit, ad annum sequentem (1330) ibid. T. X p. 14, (ex errore, ut videtur), refert.

[21]) Apud hos enim maxime, (ut et reliquos *colonos Svecicos)* de quantitate hujus tributi turbas atque lites exstitisse, ex documentis supra (p. 144, not. 4) allatis, patet. Literas ipsas Episcopi subjungimus: „*Hemingus* Divina miseracione Episcopus „Aboensis, discretis et dilectis in Christo universis et singulis Clero „et Populo *Nylandiam inhabitantibus in jure Helsingonico*, in „Domino dileccionem et salutem. Relatum est nobis per ho„mines fide dignos, quod olim orta contencione inter Clericos „et Laycos super *Mathskuth, quod in rebus diversis exhibebatur,* „*videlicet in pane, carnibus siccis, piscibus et butiro:* nam haben„tibus aliquid istorum, alia defecerunt, *et inde vexationem non* „*modicam per suspensionis et interdicti et excommunicacionis sen*„*tenciam pertulerunt,* Diffinitum erat per Episcopum qui tunc erat, „ex communi consensu cleri et populi, X marchas butiri predi„ctorum rerum diversarum [loco?] fore annuatim a quolibet ru„stico exhibendas. Cum igitur similis controversia, proh dolor, nunc „suborta consimili remedio dinoscitur indigere, Decernimus illas „X marchas butiri nunc sicut prius, loco *Mathskuth,* fore sine „contradiccione qualibet exhibendas, *non obstante quod Dominus* „*noster Rex per malivolos pacis emulos informatus, se verbaliter* „*de isto negocio aliquantulum intromisit, non sententiando, cum*

aliaeque non minoris severitatis, *Sigurdo* Canonico Aboënsi (simul Curato, ut videtur, in *Finström*, et Praeposito for-

---

„*hoc non potuit, eo quod laycis quamvis religiosis, disponendi* „*de rebus ecclesie nulla attributa sit potestas, quos obsequendi* „*astringit necessitas, non auctoritas imperandi;* neque Dominus „noster Archiepiscopus in presenti negocio aliquid immutavit, *ad* „*quem super talibus pertinet immutacio facienda, nisi prescripcio* „*legittima Clericos defensaret, a qua defensione consulimus et* „*precipimus eos nunquam recedere, si velint penam debitam dila-* „*pidatoribus et jus ecclesiasticum negligentibus*“ (constitutam?) „*evi-* „*tare.* Idcirco de omnibus et singulis jam restantibus nunc et „deinceps in futurum Vos Clerici predictum *Matskot* in butiro „exigatis, contumaces per Censuram Ecclesiasticam compellendo, „et vos layci hoc devote et fideliter exhibere curetis, *non curantes* „*consilia malivolorum,* vobis pocius vexaciones atque dampna „quam utilitates et profectus“ (contrahentia?). „In Christo va- „lete. Datum et difinitum ymo pocius informatum, anno Domini „MCCCXLIX, in octava Apostolorum Petri et Pauli, nostro sub „sigillo.“ *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 10 sq. Quas literas aliis postea confirmavit et porro inculcavit, hujus exempli: „Vos om- „nes et singulos in Christo dilectos Nylandie commorantes, saluta- „mus in eodem Domino Iesu Christo: et quia post informacionem „vobis per nos factam acquievistis sanis nostris consiliis, ymo „verius preceptis Dei, dicentis in Euangelio: reddite que sunt „Regis Regi, et que sunt Dei Deo; justum est, ut hec premissa „et promissa efficaciter impleantur. Volumus igitur et mandamus, „quatenus *Mathskut Decem marcarum butiri, vel earum valor,* „*una cum aliis minutis obvencionibus restantibus exhibeatur sacer-* „*dotibus infra festum sancti Henrici proxime nunc futurum: De-* „*cime vero tam ecclesie quam sacerdotales infra festum purifica-* „*cionis nunc proximum* integraliter deferantur ad ecclesiam, sub „clavibus tutorum et presbiteri reponende. Alioquin *contumaces* „*singuli erunt rei in tribus marcis et exclusi ab ecclesie limini-* „*bus, donec fecerint quod tenentur.* Quicunque vero temerarie „presumpserit auctoritate propria *suas decimas usurpare sibi* ti- „tulo empcionis vel quovis alio modo, ad Ecclesias non delatas „et repositas, ut est dictum, *tanquam raptor utique puniendus* „*et exclusus ab ecclesie liminibus donec satisfaccione premissa* „*fecerit quod tenetur.* Dominus vero *Johannes de Tenalia,* Ca- „nonicus Aboensis, assumpto secum Domino *Remboldo de Karis* ha- „beat provisionem hoc anno *medietatis Decimarum sancto Henrico* „*debitarum, et satisfaciat fabrice Ecclesie Aboensis.* In Christo va-

tassis Alandiae?) missae, cavillationesque Alandorum, san-

„lete. Scriptum Borghaa anno Domini MCCCLX secundo, sabbatho „infra octavas epyphanie, nostro sub secreto.“ *Ib.* Fol. 10. Utrisque vero his literis tempore priores aliae videntur Ib. Fol. 11, sine temporis nota expressa, occurrentes, quas etiam adjungimus: „*Hemmingus* Divina permissione Episcopus Aboensis dile„ctis in Christo universis, Clero et populo Nylandie commoranti„bus dileccionem in Domino et salutem. Quia ut intelleximus, „aliqui vestrum contra sentenciam et statutum venerabilis patris „Domini *Ragvaldi,* felicis memorie quondam Episcopi Aboensis, „decem marcas butiri pro Maskut renuunt exhibere, quidam eciam „vestrum in exigendis *mortuariis pro mortuis* tam minoribus „quam senioribus, nimis parochianos suos gravant: Nos volentes „juxta officii nostri debitum, occasionem dissensionum et gra„vaminum amputare, pacis vero et amicicie inter vos fomenta „nutrire, predictum Domini *Ragualdi,* predecessoris nostri, sen„tenciam ac statutum innovamus ac etiam confirmamus, preci„pientes in virtute sancte obediencie, quatenus in singulis de„cem markas butiri pro *Maskuth, quinque vero oras denariorum* „*Sveorum* monete nunc currentis pro *mortuariis adultorum, duas* „*vero oras pro XII annorum usque ad XV annos completos,* „*unam* vero *oram* pro *septennibus,* pro *infantibus* vero *loqui sci*„*entibus duos solidos,* pro *minoribus* vero *quot pro lubitu volue*„*ritis, nisi sint hereditatem plenariam assecuti, in quo casu si*„*cut adulti mortuaria plene dabunt;* pro *benediccionibus* vero et „*introduccionibus nubencium 4 solidos,* pro *introduccionibus post* „*partum unam oram,* et in utroque casu candelas vestras proprias „eis debebitis assignare, et exhibere curetis, prout Censuram „Ecclesiasticam volueritis evitare: et vos Sacerdotes, sub sen„tencia nil amplius exigatis. In cujus confirmacionis et declara„cionis evidentiam etc.“

Hoc loco monendum ducimus, sententiam quam supra (p. 143) MESSENII auctoritate decepti (qui in rebus ad Ecclesiasticorum apud majores nostros jurium cognitionem spectantibus gravis nobis visa fuit) proposuimus, nempe portionis cibariae, Matskott, de qua tot tantaeque lites actae sunt, aliquam partem ad Episcopi mensam pertinuisse, minus nunc prohabilem nobis videri; potius totam Curatis Ecclesiarum cessisse, censemus. Confirmari MESSENII definitio nobis videbatur literis a *Johanne* quodam in *Steensböhle* a. 1340 *Hemmingo* nostro datis (quas supra pag. 206 sq. not. 51 exhibuimus), quibus testatur se debere Episcopo dare *quolibet anno XX marcas denariorum --- de exaccione in parochia Borga et Capellis sibi annexis,* nomine illius (cujus

ctissimo Decimarum juri adversas, graviter coërcentes [22]). Magistratus quoque civilis opem in hujusmodi rebus sibi

---

aut exactorem fuisse, aut redemtorem credas) percepta: jam vero hos reditus ex *Decimis Episcopalibus*, et butyri portione dicta *Förmark*, Episcopo per totam Nylandiam pendenda influxisse, existimamus. Cfr. sup. p. 185, not. 8; Bihang til Tidn. utg. af ett Sällsk. i Åbo, 1785, pag. 97 sqq. et p. 119, 120, 121.

Nec jam conjectura nobis placet, quam eodem loco, not. (2) proposuimus, verba Legis *Westrogothicae* ibidem adducta, Curato nullam partem Eleemosynae, quae die *Maskotationis* (Maskudag) altari imponebatur, concedentia, has oblationes *Episcopo* fortassis cessisse, innuere? Vox *Allmoso, pauperibus* tributam hanc liberalitatem fuisse, potius indicare videtur? licet dubium utique creet, quod *die Mascotationis* haec imprimis colligeretur Eleemosyna?

[22]) Exstat in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 2, hujusmodi: „*Hemingus* permissione Divina Episcopus, reverendo viro, in Christo „dilecto, Domino *Sygurdo* Canonico Aboensi, dileccionem in „Domino et salutem. Intelleximus, quod quidam Layci, *presertim* „*in Alandia*, Decimas ecclesiis et Clericis suis perversis machina„tionibus subtrahere moliuntur: quidam enim ex iis *quasdam* „*porciones decimarum suis navibus et gubernatoribus earundem*, „*quidam retibus aliquas eciam porciones Decimarum de Foca* „*statuunt primitus deputandas etc. Demum de residuo impendendam* „*Decimam asseverant.* Cum igitur Laycis nulla sit de spiritualibus „concedendi vel disponendi facultas, et Deus sibi Decimas in „signum universalis Dominii reddi precepit, Nosque pati non „possumus nec volumus ut Ecclesiarum et Clericorum jura pre„sumpcione qualibet minuantur; mandamus vobis, quatenus omnes „et singulos in Alandia, qui racione personarum aut eciam pre„diorum vel aquarum Decimas exhibere tenentur, ad eas cum inte„gritate reddendas, ante omnem aliam solucionem seu deputa„cionem, per Censuram Ecclesiasticam, auctoritate nostra specia„liter in hac parte vobis commissa compellatis: proviso quod „illos qui jam temeritate propria Decimas Focarum suis consti„tucionibus ymo potius defatuacionibus, presumserant retinere, „suis eciam navibus et retibus deputando, si moniti legittime „reddere se gracie recusarint, excommunicatos esse volumus ipso „facto, quos nominatim denunciare publice non tardetis, ab om„nibus evitandos, postquam legittime, ut premittitur, moniti red„dere se gracie noluerint et satisfacere competenter. In cujus „commissionis evidenciam sigillum nostrum presentibus est appen-

comparare haud neglexisse, plurima luculentaque docent exempla. Ita literae supersunt Regis MAGNI, quibus non solum jubet Decimas statim de agro, ante triturationem frumenti, sine omni diminutione atque fraude Clero exhiberi [23]), sed etiam edicit, ut si Clericus parrochianum suum defraudationis suspectum habeat, huic incumbat una cum duobus testibus, innocentiam suam jurejurando tueri [24]).

„sum. Datum anno Domini MCCC quadragesimo secundo, die „Corporis Christi." Meminit hujus edicti etiam MESSENIUS *Scand.* T. III p. 10, et T. X p. 15; nec non *Chron. Rhythm. Finl.* p. 29. Qui tamen tanquam universale mandatum toti Dioecesi inculcatum describit. Novum consilium fuisse, nunc demum captum, existimare non oportet: sed opus fuit saepe illud repetere, antequam huic jugo ferendo homines adsvescerent; ut Historia abunde testatur. *Sigurdi* Canonici, ut in Alandia praesentis, mentio fit in litteris *Nicolai Magnusson* a. 1328 datis, quas supra attulimus (pag. 181, not.) aliisque a. 1330 datis, quae in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. eodem (114) leguntur, ubi *Siwardus* appellatur.

[23]) „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie, Norvegie ac Scanie, „omnibus et singulis Dyocesin Aboensem inhabitantibus graciam „in Domino et salutem. Quia ex quadam inducta consvetudine „inoleverat, quod Decime frugales longe post annone vestre „expalcacionem Curatis Ecclesiarum vestrarum annis singulis „exhibentur, in cujusmodi decimacione, quam omnino suspectam „reputamus, non modica fraus committitur, non solum in cleri „prejudicium, verum eciam in animarum vestrarum obprobrium „sempiternum; Volumus et vobis sub obtentu gracie nostre firmiter precipiendo mandamus, quatenus Decimas vestras frugales predictas clero debitas, de agro, sicut Deus vobis plus vel „minus dederit, sine omni diminucione atque fraude promte, „expedite et irrecusabiliter exsolvatis, nullatenus omissuri. Datum in castro nostro Abo anno Domini MCCCXL septimo, die „beati Egidii abbatis." *Reg. Eccles. Aboënsis* Fol. 2.

[24]) „*Magnus* - - omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Quia ad vitandum periculum „animarum, inter Clerum et communitatem Dyocesis Aboensis „duximus statuendum, quod Decime frugales de agris sine fraude „omnino perpetuis temporibus exsolvantur; Volumus et perpetuo „precipimus observari, quod si forsan clericus aliquis parrochianum suum aliquem de injusta decimacione suspectum habuerit,

Aliis literis idem Rex sanxit, ut portio illa Butyri (Föremarf; *Decimas* vocat MESSENIUS) *quam in Nylandia et aliis locis suae dioecesis* (illis ut putamus quae *Juri Helsingonico* erant subjecta) Episcopus *hactenus* perceperat, eidem ab incolis eorundem omnibus posthac etiam penderetur [25]); ac aliis, ut omnes incolae Dioeceseos Aboënsis, quod hucusque ex benevolentia fecerunt, deinceps officii ac debiti loco peragerent, nempe ut quoties Episcopus ecclesias suae curae commissas visitaturus adiret, piscibus mensam ejus carere non sinerent [26]). Cum idem Rex *bona omnia olim tributaria et nunc per homines bona sua libera tenentes a rusticis conquisita, diligenter conscribi et fructus eorum omnium et*

„et ipsum requisivit" (requisiverit) „de justa decimacione, tunc „taliter incausatus *duos testes* secum debet producere, et jurare „quod testes presencialiter tunc producti presentes fuerunt et „viderunt quod rite et legittime decimavit: alioquin suum nichil „reputabimus juramentum. Datum in castro nostro Abo anno „Domini MCCCXL septimo, feria tercia ante nativitatem beate „Virginis." *Ibid.* Fol. 3. Meminit etiam MESSENIUS *Scond.* T. X p. 16; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 31.

25) *Dat. apud Alandiam in insula dicta Wardhö, anno D:ni MCCCXLVII, feria 2:da infra octavas nativitatis beate Virginis. Registr. Eccles. Ab.* Fol. 3. Cfr. MESSENIUS l. c. T. X p. 16, et *Chron. Rhythm. Finl.* p. 30; qui ad a. 1346 male retulit.

26) „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie, Norvegie et Scanie, „omnibus et singulis Dyocesin Aboensem inhabitantibus salutem „et graciam. Noveritis quod nos ad venerabilis in Christo patris, „Nobis dilecti Domini *Hemmingi*, miseracione Divina Episcopi „Aboensis, *instancias* favorabiliter inclinati, *irrevocabiliter duximus admittendum*, quod *quociens* idem Dominus *Episcopus* Hemmingus qui nunc est, et is qui pro tempore fuerit, *in officio procuracionis penes vos transiverit, cum sagenis vestris trahendis, sicut hactenus de vestri benevolentia feceratis, ita sibi a modo ex mandato nostro* voluntarie et efficaciter *serviatis, nullatenus omissuri.* Datum in castro nostro Abo, anno D:ni „MCCCXL septimo, die beati Egidii Abbatis." *Registr. Aboëns.* Fol. 22. Cfr. MESSENIUS l. c. T. X p. 16; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 31: quae omnia, aliaque adducta a nobis (not. 22, 24, 25) satis confirmant exempla, eum *Registri* saepius laudati usum fuisse opibus.

singulorum per suas certi tenoris litteras poni mandasset in sequestro; mox tamen declaravit, suae *tum intencionis nec exstitisse nec existere, quod conscriptio et arrestacio predicte ad bona que essent ad ecclesias devoluta quomodolibet, se extenderent, sed ea omnia in eo statu manere gratiose voluit, in quo essent et fuissent, donec specialiter et expresse aliter de ipsis mandaret et duceret mandandum* [27]. Ad quem favorem Ecclesiae eliciendum neque nostrum nihil contulisse Episcopum, ex singulari colligas auctoritate, quam in eodem administrando negotio simul sibi a Rege fuisse commissam reperimus [28]. Regia praeterea liberalitate non modo praediis Ecclesiae suae immunitatem a tributis quibuscunque aerario et fisco pendendis impertitam fuisse, (ut commemorata jam praeterȩamus exempla [29])), literis plurimis quae etiamnum supersunt, edocemur [30]), sed alia quoque haud sper-

---

[27]) Ipsas literas Regias, datas *Ludosie a:o D:n 1351, die 10 mensis Octobris,* infra in Sylloge Monumentorum exhibebimus Cfr. interim Bihang till Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo 1785, p. 115 sq.

[28]) Vid. aliae literae Regiae ibid. eod. die datae, infra etiam exhibendae. Cfr. l. c. p. 116 sq.

[29]) Cfr. supra p. 213 seqq. nott. 14, 15, 17.

[30]) Quaedam exempla dabimus: „*Magnus* Dei gracia Rex „Svecie, Norvegie et Scanie omnibus presens scriptum cernenti„bus s. i. D. s. Noveritis quod nos ecclesiam Aboensem, cum „omnibus bonis suis infra scriptis, que sunt *Levelax* in provin„cia" (leg. parrochia, ut recte habet alterum exemplum Fol. 37, quo duce alia etiam quaedam sphalmata correximus) „Pemarum, „*Korpåla* cum omnibus coloniis sibi adjacentibus, *Öfreby, Mu„thusa,*" (alterum exemplum addit, *Sudhenvaynio). „Yrias, Järven„perä*" (al. ex. *Syvenperä). „Trulszhuvut*" (deest in alt. ex. cum seqq. usque ad voc. *Lenni);* „item in Karelia *Kwsas, Laiarauta, „Saustala*" (in margine adscriptum legitur, „quod permutatum „est in *Momynnemy*") „in parrochia Agrapä, *Lenni*" (alt. ex. *Lämu),* „unam coloniam in Kisku, et unam" (alt. ex. aliam) „in „Savy" (alt. ex. Saw), „quam Jacobus Diaegn ipsi ecclesie rite „donavit, sub nostram pacem et proteccionem suscipimus specia„lem: Dimittentes sibi bona sua premissa, una cum famulis" (alt. ex. familiis) „in eisdem residentibus, ab omnibus imposicionibus, „exhibicionibus et aliis solucionibus, gravaminibus" (alt. ex. „so-

nenda eidem concessa fuisse beneficia, discimus [31]). Nec minus benignum in Ecclesiam Fennicam animum, filium

„lucionum gravaminibus") „quibuscunque consuetis et non con„suetis, nobis et juri nostro regio debitis, nullis penitus exceptis, „quibuscunque nominibus censeantur, eciam si generale subsidium „de toto regno requiri contingat, libera penitus et exempta. „Unde per graciam nostram districcius inhibemus" (alt. ex. districte prohibemus), „ne quis Advocatorum nostrorum, eorundem „officialium, seu quivis alter, cujuscunque condicionis, status „aut eminencie existat, eandem ecclesiam in bonis suis premissis, „aut de ipsius familia aliquis" (forte: *aliquem aliquis;* alt. ex. habet *aut eorum aliqui, sive eciam aliquem de sua familia)* „contra hanc nostram graciam sibi indultam presumat quomodolibet „impedire, prout indignacionem nostram et regiam vitare volunt „ulcionem" (alt. ex. habet: „regiam ulcionem duxerit evitandam"). „Datum Abo in curia nostra Orabro" (hunc sanare locum nescimus;) „anno Domini Millesimo CCCXL octavo, feria sexta proxima „ante festum Apostolorum Philippi et Jacobi." *Reg. Ab.* Fol. 23 sq. Alterum vero exemplum, cujus meminimus, habet: „Datum „in castro nostro Abo, Dominica proxima post Egidii" anno plane praetermisso. An Rex hanc immunitatem, primum a. 1347 (quo anno *Aboae* utique fuit, et alias quasdam literas *die b. Ægidii Abbatis* scripsit,) concessam, sequenti deinde anno *Örebrogiae* repetiit, unde ista confusio nata? Non liquet. Postea autem idem Rex *Sighvaldo in Henelax, Benedicto in Greetarvaby, Ærlendo in Svarta, et Henrico in Poyo* (incolis parrochiae Tenala) similem immunitatem dedit, „*declarans ipsos cum bonis suis predictis, omni eo privilegio et jure gaudere, quo ceteri alii ecclesie Aboensis homines et bona frui liberius consueverint.*" Litterae suae datae sunt „*in castro nostro Aboensi anno D:ni MCCC quinquagesimo primo, sabbato proximo ante Erici Regis et martiris.*" *Reg. Ab.* Fol. 147.

[31]) Huc referimus benignitatem Regis, qua Curiam (non totam *paroeciam*, ut legitur apud Nobil. Botin *om Svenska hemman,* P. II p. 53) *Saltwik* in Alandia mensae Episcopali, perpetuo jure possidendam, hujusmodi datis literis confirmavit: „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie. Norvegie et Scanie, universis „presentes literas inspecturis s. i. D. s. Quamvis curia *Saltvik*, „in Alandia sita, olim ad coronam regni Svecie pertinebat; tamen „*quia mensa episcopalis Aboensis in ejus continua possessione* „*diu fuerat, credentes eam hanc possessionem non sine causa ra-* „*cionabili habuisse,* confirmamus eam sibi auctoritate regia per-

Regis ERICUM *Magni*, cum solio admotus esset, testatum fuisse, novimus; qui non modo bonorum *Holmgeri* Legiferi, a Patre suo donatorum, perpetuum dominium huic Ecclesiae confirmavit [32]), sed etiam *familiaribus Episcopi ab omni expedicione et evocacione*, sive servitio militari, *exempcionem* concessit [33]). Quorum vestigiis insistens Rex ALBERTUS,

---

„petuis temporibus jure proprietatis possidendam. Et ut validior „sit hec nostra confirmacio, deputamus corone regni Svecie, loco „Saltviik, curiam nostram *Gregorisby*, pro quodam homicidio juri „regio acquisitam, ne corona propter premissam confirmacionem „defectum aliquem paciatur. Nulli ergo omnino hominum, cujus„cunque eminencie fuerit sive status, liceat hanc nostre confirma„cionis et deputacionis ordinacionem ullo unquam tempore infrin„gere, seu ei ausu temerario contraire, prout indignacionem „Dei omnipotentis et regiam vitare voluerit ulcionem. Datum „Stokholmis sub sigillo nostro, anno D:ni MCCCLI, quarta die „Pentecostes.“ *Regist. Ab.* Fol. 114. Cfr. Bihang til Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785, p. 101 sq. not. (**). Nec injuria huc traxeris literas Regis (infra in *Sylloge Monumentor.* adducendas) *a. 1352 in crastino b. Mathei Apostoli et Euangeliste datas*, de *jure Patronatus in beneficiis per Dyoecesin Aboensem*, quibus, in X tantum Ecclesias (nempe Canoniam cum prebenda de *Wirmo*, ecclesias *Finnaström*, *Kumo*, *Ulsby*, *Vane*, *Borgha* cum capellis *Sibbaa* et *Pernaa*, *Bernaa*, *Karis*, *Agrapä* et *Wiborg)* jure Patronatus sibi reservato, reliquas omnes conferendi potestatem Episcopo concessit. *Registr. Ab.* Fol. 23; cfr. Bihang til Tidn. etc. p. 117 sq.

32) Vid. supra p. 216 not. (17).

33) „Omnibus presens scriptum cernentibus *Ericus*, Dei „gracia Svecorum Gotorumque Rex ac Dominus Scanie, salutem „sempiternam. Noveritis Nos *ad instanciam* reverendi in Chri„sto patris, Domini *Hemmingi*, Divina miseracione Episcopi Abo„ensis, *officiales et bonorum ipsius provisores*, qui nunc sunt, „aut quos in futurum duxerit eligendos, ab omnibus expedicioni„bus et evocacionibus, generalibus et particularibus, cum et „quociens eos evocare contingat, quamdiu in officio predicto fide„liter steterint, liberos et exemptos dimisisse: prohibentes omni„bus Advocatis nostris, eorundem officialibus ac aliis quibuscun„que, cujuscunque condicionis aut status fuerint, ne quis supra„dictos officiales ac provisores, contra hanc graciam nostram su„pradicto Domino Episcopo factam, quomodolibet impedire au„deat vel presumat, prout subdignacionem“ (indignacionem?) „no-

variis ille quoque Episcopum Ecclesiamque Aboënsem favoris sui ornavit documentis [34]).

„stram duxerit evitandam. Pro hoc autem, *quod ad mandatum* „*dilecti* Nobis Domini *Nicolai Thuresson, prefecti nostri Oster*„*landiarum, ad expedicionem nunc nuperrime indictam non vene*„*runt*, ipsos ad instanciam Domini Episcopi supradicti habere „volumus excusatos; nolentes ipsos ob hoc a quoquam quovis „modo incausari. Datum Stockholmis anno D:ni Millesimo tre„centesimo quinquagesimo octavo, feria quarta proxima post exal„tacionem sancte crucis, sub secreto nostro.“ *Registr. Eccles.* „*Ab.* Fol. 23.

[34]) Fidem sequentes Ejus faciunt literae: „Universis pre„sentes litteras inspecturis *Albertus* Dei gracia Sveorum Gotho„rumque Rex salutem in eo qui est omnium vera salus. Coram „nobis venerabilis in Christo pater et Dominus *Hemingus*, Divina „miseracione Episcopus Aboensis, graviter est conquestus, quod „quamvis *a multis retroactis temporibus tributum ipsius Episcopi* „*Aboensis, sibi racione Decimarum in certis territoriis, provinciis* „*et parrochiis dicte dyocesis in pellibus variis deputatum*, per „ipsum aut certos suos nuncios ad hoc specialiter deputatos, „*simul* et sub eo“ (an *uno?*) „contextu *cum tributo regio* sine di„minucione qualibet *receptum fuerat* et collectum, *quidam* tamen „*Advocati Österlandenses, seu eorum officiales, Ecclesie et Epi*„*scopo predictis infesti*, quantum in eis est, nituntur impedire, „ne simul cum tributis regalibus, sed post, tributa episcopalia „colligantur, in non modicum prefatorum Domini Episcopi et „Ecclesie prejudicium et gravamen. Cupientes igitur equalitatis „et justicie fieri zelatores, tenore presencium perpetuo statuimus „ac *ex consensu Consiliariorum nostrorum* nunc presencium con„stituimus et *ordinamus, ut omnia et singula tributa* sepedicto „Domino *Episcopo* et successoribus suis quibuscunque per totam „dyocesin Aboensem *in pellibus dari consueta, simul cum tributo* „*regio et equaliter, ubi equalia fuerint tributa Ecclesie et Co*„*rone, favorabiliter colligantur*, ac ab ipsis decimantibus, sine „reclamacione et rebellione quibuscunque exsolvantur; universis „et singulis Advocatis nostris, sub optentu gracie nostre, ceteris„que sub pena XL marcarum districcius inhibentes, ne prefatum „Dominum Episcopum aut successores suos vel eorundem offi„ciales, in collecccionibus seu solucionibus tributorum hujusmodi, „contra has nostras constituciones, ordinaciones et graciam, au„deant quomodolibet impedire. Datum apud Castrum Aboense „anno D:ni MCCCLX quarto, die beate Lucie virginis et mar-

Neque vero Dioeceseos suae Clerum, disciplina prudenti continere Antistitem nostrum, aut ad Hierarchiae

---

„tiris, sub secreto nostro apposito impendenti.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 5 sq.

Quibus non minus favorabiles sunt sequentes: „*Albertus* „Dei gracia Sveorum Gotorumque Rex, universis et singulis „presentes litteras inspecturis salutem in omnium Salvatore. „Noveritis quod nos *benedicto in Christo* Patri ac Domino, D:no „*Hemmingo*, Divina providencia Episcopo Aboensi, graciose concedimus ac virtute regia specialiter indulgemus, quod idem Do„minus *Episcopus de quadraginta armigeris seu servitoribus suis* „*Österlandias inhabitantibus, omnes et singulas emendas pecu*„*niarias* (Böter) *pro quibuscunque delictis, super quibus prenomi*„*nati servitores seu armigeri convicti fuerint, circa* (citra?) *ta*„*men racionem juramenti nostri regii dicti edzöre* ad jus nostrum „regium quomodolibet pertinentes, libere *recipere valeat* et le„vare; unde sub obtentu gracie nostre firmiter inhibemus, ne „quis prefectorum nostrorum aut eorum officialium, seu quivis „alius, cujuscunque condicionis aut status existat, memoratum „Dominum Episcopum aut alium suo nomine audeat, contra hanc „nostram graciam, quomodolibet perturbare. Datum aput Ca„strum Aboense a:o D:ni Millesimo CCCLX quarto, die beate „Lucie virginis, sub secreto nostro presentibus apposito impen„denti.“ *Ib.* Fol. 23.

Addimus has, eodem illas quoque die datas: „*Albertus* „--- universis presentes litteras inspecturis s. i. D. s. Nove„ritis quod nos *ad instancias* venerabilis in Christo patris, Do„mini *Hemmingi*, miseracione Divina Episcopi Aboensis, quatuor „homines piscatores et unum fabrum, quos idem Dominus Epi„scopus aut officialis suus duxerit eligendos, ipsi Domino Epi„scopo Aboensi et successoribus suis quibuscunque, ab omnibus „annuis redditibus, solucionibus et omnibus universis“ (an *juribus?)* „ad nos et jus nostrum regium spectantibus, perpetuo „dimittimus liberos penitus et exemptos: prohibentes Advocatis „nostris et eorum officialibus quibuscunque, sub obtentu gracie „nostre, firmiter et districte, ne quis eorum predictum Dominum „Aboensem aut successores suos, contra hanc nostram dimis„sionem, seu in aliis juribus suis quibuscunque, presumat quo„modolibet impedire, prot indignacionem nostram duxerit evitan„dam; sed volumus ut ipsius Domini Episcopi causarum, justis „modis, in omnibus quibus poterint, sint amicales promotores. „Datum aput castrum Aboense a:o D:ni Millesimo CCCLX quarto,

Pontificiae rationes conformare, neglexisse comperimus. Sic severe prohibuit, ne Presbyteri filios suos aut filias domi

---

„die b. Lucie virginis et martiris, sub secreto nostro presentibus „apposito impendenti.“ *Ibid.* Fol. 24.

Tandem literis eodem loco dieque datis, Ecclesiam Aboënsem universe in tutelam recepit suam, immunitatesque et privilegia ejus his verbis confirmat: „Universis, ad quos presentes littere „pervenerint, *Albertus* Dei gracia Sveorum Gothorumque Rex, „salutem in eo qui est omnium vera salus. Cupientes honorem „et gloriam sancte matris nostre Aboensis cathedralis Ecclesie, „quam exemplo illius Jerusalem que sursum est, liberam esse „decet, ut ministri ipsius tanquam filii liberi, sibi liberius deser-„viant, condignis favoribus ampliare, Omnia et singula bona per „ipsam, seu prelatos ipsius suo nomine, *post coronacionem illu-„strissimi principis Domini Birgeri Sveorum Gothorumque Regis „felicis memorie, acquisita* ac ad dictam Aboensem ecclesiam „justo titulo devoluta, universis et singulis *libertatibus et privi-„legiis*, personalibus et realibus, quocunque censeantur nomine, „*perpetuo gaudere volumus, quibus cetera bona prefate ecclesie „et aliarum ecclesiarum regni nostri Svecie, ante coronacionem „predicti Domini Birgeri regis* a quibus“ (quibuscunque?) „prede-„cessoribus nostris *et ab ipso in eadem coronacione sua indultis, „frui seu uti consveverant ab antiquo.* Unde omnia et singula „bona sepedicta cathedralis ecclesie Aboensis, una cum famulis „et personis in eisdem commorantibus, sub nostram pacem et „proteccionem suscipimus specialem, sub obtentu gracie nostre „firmiter inhibentes, ne quis Prefectorum nostrorum, eorum offi-„cialium, seu quivis alius, cujuscunque condicionis aut status „existat, memoratam ecclesiam, seu *ejus yconomum*, qui nunc est „vel pro tempore fuerit, in bonis aut famulis predictis, contra „hanc nostram graciam, audeat quomodolibet molestare. Si „quis autem contrarium attemptare presumpserit, indignacionem „Dei et vindictam nostram regiam merito poterit formidare. „Datum aput Castrum Aboense, anno D:ni Millesimo CCCLX „quarto die b. Lucie virginis, sub secreto nostro presentibus „apposito impendenti.“ *Ibid.* Fol. 24.

Cumque questus esset apud Regem Episcopus noster, *quod quamvis per dyocesin Aboensem collectoribus Decimarum, a decimas ipsas solventibus expense necessarie communiter exhiberi consueverint ab antiquo, tamen villici et coloni bona regia Helgaa* (Helgå, paroeciae Bierno) *inhabitantes, eisdem collectoribus expensas hujusmodi, sicut alii eorum vicini, prestare contumaciter recu-*

alerent, aut pro suis agnoscerent, sed potius non modo e familia, verum e tota paroecia sua submoverent, ne occa-

---

sarent, severas contra hanc contumaciam literas Rex ad eos exaravit; inter alia scribens: „Cum igitur turpis sit pars, que „suo non convenit universo, nec expediat cuivis *in Decimarum* „*defraudacione Divinam* quomodolibet *offendere majestatem*; vobis „et vestrum cuilibet firmiter et sub obtentu gracie nostre preci-„pimus per presentes, quatenus collectoribus antedictis hoc anno „cum decimas ipsas in agris non solveritis, expensas hujusmodi“ (utſökningѕ koſtnad?) „exhibere, sicut ceteri vestri vicini, sine „contradiccione qualibet studeatis: annis vero futuris in perpe-„tuum opcionem volumus vos habere, decimas quaslibet in agris „de segetibus vestris integris et salvis, absque defraudacione „et diminucione quibuslibet persolvendi, sine aliquo onere expen-„sarum, vel eciam cum expensarum necessariarum prestacione in „vestris domibus decimandi, prout in Aboensi dyocesi communiter „observatur. Alioquin *sentencias quas* prefatus pater Dominus „*Hemingus, Aboensis episcopus*, vel successores sui *rite tulerint* „*in rebelles*, ratas habebimus et faciemus inviolabiter observari. „Datum sub secreto, apud Castrum Aboense, a:o D:ni MCCCLX „quarto, sabbatho proximo post Michaelis.“ Quod mandatum anno sequente (1365) severissimis literis ad hos eosdem contumaces colonos, *apud Castrum Aboense feria quarta proxima post octavas epiphanie Domini* datis, repetere necesse habuit, quas item subjungemus: „*Albertus* Dei gracia Sveorum Gotho-„rumque Rex, universis et singulis colonis nostris in Helgha salu-„tem et mandatis nostris firmiter obedire. Miramur non modi-„cum, cur expensas, quas collectoribus Decimarum venerabilis „in Christo patris Domini *Hemingi*, Dei gracia Episcopi Abo-„ensis, ex eo quod decimas de anno proxime preterito non sol-„vistis, per vos et vestrum quemlibet in nostris patentibus litteris „dari et solvi mandamus, *in omnipotentis Dei, Majestatis nostre* „*Regie, ac ipsius Domini Episcopi prejudicium et contemptum* „dare et solvere minime curavistis. Verum quia interest nostra „de opportuno remedio providere, ut mandata nostra seu littere „nostre a nostris subditis minime contempnantur, sed pocius „effectum debitum sorciantur: idcirco indurate malicie vestre „contumacia exigente, vobis et vestrum cuilibet, sub obtentu gra-„cie nostre, nec non sub pena XL markarum, cuilibet vestrum „fisco nostro regio irremissibiliter applicandarum, nisi mandatis „nostris parueritis cum effectu, discrete“ (districte?) „precipimus „et mandamus, quatenus antedictas expensas ad requisicionem

sionem haberent cum iis familiariter frequenterque conversandi: cujus interdicti veram caussam ipse non celat, scilicet non tam ideo facti, ut sacerdotes morum sanctitatem colerent, quam ne affectu paterno ad sacrosancta bona Ecclesiae abalienanda vel diminuenda inducerentur; a quo piaculo committendo, gravibus denuntiatis poenis eos deterret atque avocat [35]). Quae fortassis caussa fuit, cur men-

---

„prefati Domini Episcopi aut alterius suo nomine, infra octo die„rum spacium a notificacione presentis immediate subsequencium „juxta tenorem et formam littere nostre, cui presens nostra lit„tera est inserta," (intellige literas superiores a nobis commemoratas) „absque reclamacione qualibet solvere et facere studeatis. „Alioquin contra vos et vestrum quemlibet taliter procedemus, „quod ceteris litterarum nostrarum contemptoribus cedet merito „in exemplum. Datum etc." Quibus adjunctae aliae erant literae, eodem die locoque datae, D:no *Jacobo Curato in Uskyalom* (Uskela) et *Matthiae in Borgaby* injungentes, ut Regium mandatum praedictis colonis legitime significarent, atque exsequendum curarent, nec non de eventu rei notitiam Regi quantocius impertirent. Omnes hae literae in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 14 et 15 leguntur.

[35]) Literae Episcopi hujusmodi sunt: „Quia in jure cautum „est, quod *ille solus recognoscendus est filius quem nupcie de„monstrant*, et in Statutis Sabinensibus" (Skenningensibus, a. 1248 a Card. *Wilh. Sabinensi* factis?) „*prohibetur sub pena „excommunicacionis late universis et singulis sacerdotibus, filios „proprios secum tenere, vel eos recognoscere esse suos, precipimus* „in virtute sancte obediencie universis et singulis *sacerdotibus* „Dyocesis Aboensis, quatenus statim, visis presentibus et perle„ctis, *filios suos et filias a familiaritate sua et cotidiana conver„sacione procul abjiciant, eciam extra parrochias, ne occasionem „habeant cum eis iterum conversandi.* Qui vero scienter contra„rium facere presumpserint, sint excommunicati; similiter filii et filie „cum eisdem. *Possunt tamen, ex permissione, tales filii vel filie „habitare intra parrochiam in bonis propriis personaliter adqui„sitis vel hereditariis, non tamen in bonis intuitu ecclesie acquisitis,* „quia illa bona omnia et singula ad dominium ecclesie revocamus, „quia sunt patrimonium crucifixi, prohibentes ne quocunque aliena„cionis tytulo alienentur seu eciam quomodolibet distrahantur, sed „tantum usufructu concesso, quamdiu vixerint acquisitoribus eorun„dem, post mortem plene et integre ecclesie reserventur; qui vero

tionem hujus edicti facere MESSENIO, lautissimo suo laudatori, haud placeret: qui contra *Insignia quaedam Statuta, Parochos in officio commode instruentia exercendo*, cum *per Finlandiam disseminasse,* testatur [36]), nobis quidem hactenus non visa, quae igitur ne penitus jam perierint timemus, examini atque judicio nostro ita subtracta. Alius vero edicti, biennio post ab *Hemmingo* promulgati, quo Clericos Dioeceseos suae vetuit *inde recedere, animo constituendi in alia Dyocesi domicilium, absque licentia et litteris Episcopi et Capituli petitis et obtentis* [37])

„contrarium attemptaverint, ab officio et beneficio tamdiu suspensi „maneant ipso facto, quousque restitucione in integrum facta, „relaxacionem interdicti et novam institucionem beneficii consequi „mereantur. Actum et datum per nos *Hemmingum*, Dei gracia „Episcopum Aboensem, anno Domini quinquagesimo, sexta feria „pasce, nostro sub sigillo.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 37.

[36]) *Scond.* T. X p. 16. Neque RHYZELIUS meminit; qui contra asserit: På Prästers och Munkars lefwerne hade han noga upsicht, och när han fann med them något odygdigt, såg han thermed icke genom finger; utan straffade them med rättsinnig ifwer. Quae unde didicerit, nescimus. D:nus autem LAGERBRING (l. c. III. D. C. 8, §. 5, p. 617) non immerito judicat: Man måste medgifwa, at Biskop *Hemming* i detta samwetsmål warit ganska fogelig; ty hwarken knotas öfwer Prästerna sjelfwa, eller deras owigda hustrur. Contra ut de re nota et solita de liberis eorum illegitimis, sine ulla offensionis significatione loquitur; de eo tantum sollicitus, ne patrimonio ecclesiae damni aliquid inde enascatur. [Obsecutus nempe fuit statutis *Skenningensibus*. Ac dubium videri queat, annon filios etiam Sacerdotum legitimos, justis nuptiis genitos, quas antea sacerdotes septentrionis vulgo inierant, atque sibi prohiberi aegre tulerant, verba Episcopi spectent? Nam et hos Pontifices pro spuriis haberi volebant. Caeterum de Sacerdotum, post justas nuptias sibi denegatas, hac in re licentia, cfr. Nob. BOTIN l. c. p. 102 sq.]. Successores suos, pro certa Episcopo quotannis numerata pecunia, sacerdotibus hanc licentiam benigne concessisse, infra videbimus. *Statutorum* autem suorum, quibus Parochos officii bene administrandi rationem docuerit, MESSENIUS in *Chron.* etiam *Finl. Rhythm.* his verbis honorificam valde facit mentionem (p. 32). Härliga Statuter han skref, som underwiste hwar Prästman wäl i kallet.

[37]) „Ne pro defectu clericorum Deus honore debito et ec- „clesie Dyocesis Aboensis congruis serviciis defraudentur, nos

exemplum exstat; quod eximie etiam Rev. RHYZELIUS laudat, non omnino immerito [38]).

Quin ecclesias Dioecesis curae suae commissae diligenter visitaverit, dubitare non sinunt cum providentia de commodo sub hujusmodi itineribus victu Episcopis procurando, cujus nuper documentum attulimus, tum literae suae pluribus Fenniae locis scriptae [39]), tum iter ad maxime etiam septentrionales partes Ostrobotniae susceptum, ubi non solum suae ditionis obiisse ecclesias, sed etiam *confirmasse et cemiterium in Torna benedixisse* scimus, atque *Hemmingum* Archiepiscopum Upsaliensem *in portu quodam dicto Kompanasundh, situato inter ecclesias Lulaa et Torna,* simul convenisse [40]).

„*Hemingus* Dei gracia Episcopus Aboensis et Capitulum ibidem „statuimus, ut nullus clericorum Dyocesis Aboensis inde rece-„dat, animo constituendi in alia dyocesi domicilium, absque li-„centia et litteris Episcopi et Capituli petitis et optentis. Qui „vero contrarium presumpserit attentare, sit ipso facto privatus „officio et beneficio, si quod habet, et inhabilis ad quecunque „ecclesiastica beneficia consequenda; et nichilo minus perjurus, „temere veniendo contra juramentum prestitum quando suscepit „sacerdocii sacrum gradum. Actum Abo anno D:ni Millesimo „CCC quinquagesimo 2:do, quarto decimo Kal. Maji, nostris sub sigillis.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 38. Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. X p. 16.

[38]) Verbis supra allatis addit, quasi disciplinae ab Episcopo adhibitae severitas clerum offendisset (cujus tamen rei nulla exstant vestigia, ac vel paupertas incolarum, terrae nondum satis excultae, potuit sacerdotes excitare ad alias Dioeceses huic praeferendas etc.): Och när the obändige Klärker och Munkar (de *Monachis* omnino quaestio non est, quod vix monere attinet), för sådan stränghet skull, begynte draga sig utu Stichtet, hämmade han thet med et strengt förbud och undsägelse, at mista alla förmoner, om the icke blefwo wid sina sysslor och lefde i späckt och lydno. L. c. Non pauca ab auctoris addita esse, in his verbis, ingenio, facile quisque videt. Ipsam vero ordinationem Episcopi, qua cavit ne clerici temere, atque sine venia Superiorum, stationem suam desererent, idonea niti ratione, negare nemo potest.

[39]) Ex. g. *Ulsby, Borgo* etc; cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109, 110 etc.

[40]) Ex asserto testium, in lite de limitibus Dioecesium

Caeterum suo tempore splendorem quendam imo luxuriem cultui Divino, apud nos etiam, maxime in Ecclesia Cathedrali, jam accessisse, plura *Altaria*, varii generis *Praebendatos*, *Chorales*, *Convivia Sacra* hic exstitisse [41]),

Upsaliensis et Aboënsis adhibitorum (de qua infra). Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 13 et PERINGSKÖLD *Monum. Upland.* T. I p. 4.

[41]) Argumenti loco Testamentum sequens D:ni *Henrici Tempill*, e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 102 descriptum, adponimus: „In „nomine Domini Amen. Cum secundum Apostolum omnes qui„dem homines corporaliter resurgere habent, de factis racionem „propriis inevitabiliter reddituri, atque secundum meritorum exi„genciam rumuneracionis stipendia eternaliter adepturi; ob hoc „ego *Henricus* presbiter, *antiquus Scolasticus Aboensis*" (tilförene Scholemästare i Åbo!) „de bonis michi temporaliter concessis, „per modum qui subsequitur, meum condo testamentum. In pri„mis lego, *in honorem sancti Andree Apostoli, altari beati Gre„gorii*" (legendum putamus *beati Georgii?* quamquam nec sic „scimus, cur in honorem *S. Andreae* hoc inprimis altare dotandum „esset?) „*ante cujus gradus* meam eligo sepulturam, bona mea „immobilia cum curia in Linitha situata, ac inventario tali modo „confecto, videlicet VI vaccis mulgentibus, duobus bobus domitis „in vectigali, sex capris antiquis et totidem ovibus, ceterisque „utensilibus curie ejusdem. Insuper curiam meam in Abo cum „suo inventario, videlicet I majori culcedra, duobus novis linthea„minibus, I lodice, I tapeto, duobus pulvenaribus, et I cussino „dicto *Örnegat*, I mensili, I manitergio, I lanatorio (?), I pelvi, „II caldariis, III ollis et craticula, I finxorio (?), I securi, I vacua „lagena cervisie, duabus dimidiis lagenis, II amforis ligneis cum „II doliis et I caldaria de tintinnabulo" (Kläck=malm?), „I mola „cum pistrinis instrumentis. Insuper altari predicto, ut premittitur, „imaginem sancti Andree Apostoli de triginta marcis, I cappellam „integram, I *breviarium emptum pro XIIII marcis*, I missale. „Item *Prebendatus* sepedicti altaris I missam de Sancto Andrea „et aliam pro fidelibus defunctis qualibet ebdomade sine dimi„nucione qualibet in v:o" (vestimento?) „sacerdocii plene dicat, „nullatenus omissurus. Item *cuilibet chorali* in exequiis funeris „mei presencialiter existenti II horas. Item *Conventui fratrum* „*Predicatorum in Abo* III marchas. Item Domino Magno Alan„densi sermones super Euangelia et Epistolas per totum annum. „Item fratri Johanni Gladda I calicem viaticum cum lapide altaris „consecrato. Item *Hospitali* I Psalterium commune sanctorum „et I legendarium cum Historiis ab adventu Domini usque ad

Ædes pauperibus alendis dicatas s. *Hospitales,* nec non *Scholam* quandam Aboae floruisse [42]), ex antiquis monu-

„IIII (?) diem penthecostes. Item Johanni dicto Brodherson „*unum librum Legis Sudermannice.* Item colono meo Nicolao „I togam duplicatam cum capucio. Insuper noverint universi „quod dilecta soror mea Cristina michi omnimodam prediorum „patrimonialium suorum porcionem hereditariam in Linito jure „perpetuo possidendam et penitus ordinandam resignavit; de me „e converso curiam meam in Abo, propriis meis sumptibus con-„structam, in qua nunc Elena Bacarris residet, et fundum quem „Thomas Permius pro nunc habet, resumpsit: ceterum Conrado „dicto Paris, genero ipsius, racione dotalicii cum filia sua Kate-„rina, pro sepedictis prediis in Linitha XXXV marchas solvi, „presentibus viris discretis, ut satis constat. Item si soror mea „hec que dicta sunt observare quoquo modo distulerit, michi „omnia restituat supradicta, cum laboribus et expensis in curia „mea memorata Linitha in structura domorum inibi tunc con-„sumptis. Ceterum noverint universi, quod tempore quo discre-„tus vir Hennichinus Öslare“ (alio loco legitur *Ösare)* „dilectam „sororem meam Cristinam prescriptam in matrimonialem copulam „duxit, LX marchas, agrum Pahimenth, in ornatu vestium, in „dotalicio et expensis sibi dedi. Item declaro, quod perceptione „V marcharum de Linitha derivandarum et residencia in curia „in Abo, quamdiu, vixero, personaliter uti volo; cum eciam ap-„probatum in sacris canonibus evidenter invenitur, quod testa-„mentum morte confirmatur, et post mortem immobile perseverat. „Acta et scripta sunt hec anno Domini MCCCL quinto, in oetavis „Apostolorum Petri et Pauli, sub sigillis reverendi Domini D:ni „Henrici Prepositi Aboensis, Dethmari Lydhnisket, Conradi pi-„ctoris, meo proprioque sigillo, in hujus rei evidenciam firmiorem. „Item *seniori Convivii beati Nicolai* I mensale pro tabulo suo, „quod Conradus Pictor exhibebit; item filio ejusdem Conradi V „Libros Decretales cum apparatu et omnibus libris veteris artis „cum suis scriptis et glocis.“ Aliae literae docent, hunc *Henricum* a. 1325 fuisse *Curatum et Sacristam Ecclesie Aboënsis.* anno vero 1336 *Curatum in Tenalum. Reg. Ab.* Fol. 103. --- De *altari et Praebenda S. Sigfridi* circa a. 1365 fundatis, infra ex instituto agemus.

[42]) *Birgeri* mentionem supra (p. 216 not.) fecimus, qui a. 1359 fuit Curatus *altaris beate Virginis in Abo, provisorque Scolarium ibidem.* Eidem altari *Ærengislo Thureson* praedium consecravit. Vid. l. c. In Testamento *Torstani,* Curati ecclesie Wiburgensis, scripto *a. 1366, die ascensionis Domini,* (quod ty-

mentis discimus. Ac memorabile omnino videri debet, de Episcopatu Aboënsi, nimis utique vastae magnitudinis, dividendo alteroque Fenniae Episcopo Wiburgi constituendo, jam spem consiliaque fuisse hominum mentibus obversata [43]), quae duobus demum seculis serius, nec nisi post repurgatam Religionem fractasque immodicas Hierarchiae opes, successisse notum est.

---

pis exscribi curavimus in Append. ad Tidn. af et Sällsk. i Åbo 1785, p. 25 sq.), assignatur Scolanum i Åbo ena mark penninga oc 1 tunno ööl; oc fatiko folke hundrade alna wadmal, ena tunno ööl, oc siwa mykit kost thertil bör. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 140 sqq.

[43]) In literis (datis *apud Castrum Aboense a:o D:ni 1364, in crastino b. Lucie Virginis)* quibus Rex ALBERTUS dimidiam partem insulae *Semingasala* (in Savolaxiae paroecia *Seminge),* antea a se Dapifero suo *Nicolao Thureson* (Bielke) dono datam, sed hujus morte ad Regem atque coronam devolutam, donat *Thome* Episcopo Wexionensi et *Ecclesie sue Wexionensi, pro mensa ipsius Episcopali,* notabilis haec conditio additur: *Ita tamen, quod si quamquam in partibus Karelie Ecclesiam erigi contigerit cathedralem, ex tunc ad illam ecclesiam et ejus Episcopum ac eorum mensam, ejusdem medietatis insule prefate proprietas et possessio plenissime et omnimode devolvatur.* Quam eandem conditionem suis quoque adjiciunt literis (datis *Ibid. a:o D:ni 1365, Sabbatho proximo post festum S. Mathie Apostoli et in crastino b. Mathie Apostoli)* quibus ejusdem insulae alteram partem, fratri *Nicolai, Benedicto Thureson* a Rege antea concessam, heredes hujus *Benedicti Thureson* (*Steno Benctsson,* filius, suo et fratrum sororumque nomine, quorum legitimus tutor fuit, et *Suno Haquonsson,* gener, cum conjuge sua *Sigride Bendiktzdotter)* eidem Episcopo mensaeque suae Episcopali, annuente Rege, conferunt. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 152 sq. Cfr. RHYZELII *Episcoposc.* L. VI p. 300, qui similem conditionem aliis quoque adjectam fuisse literis docet a. 1362 a D:no *Nicolao Thunesson* (legi sine dubio debet *Turesson,* idemque intelligi Drotzetus quem nuper nominavimus) datis, quibus emtum suum praedium *Kokeierve* in Praefectura Wiburgensi situm, eidem mensae Episcopali Wexionensi donavit. Quae omnia satis ostendunt, et Regem et potentem illam familiam, aliorum sine dubio in iis partibus habitantium hominum votis suffultam, serio de hoc consilio cogitasse.

Inter laudes *Hemmingi* nostri eximias amicitiam fuisse relatam, quae ei cum diva *Birgitta* singularis intercedebat, mirum videri nemini debet, qui temporum illorum non prorsus ignorat ingenium [44]). Itaque hoc faventissimo laudis

---

[44]) Nempe cum *Decorum* requirere omnino videretur, ut tam eximiae *Sanctae* nativitas *miraculo* aliquo aut solenni *revelatione* honestaretur, nostro inprimis Episcopo hujus habitae gloriam vindicandam duxit VASTOVIUS, in Chronologiam licet turpiter impingens (Cfr. supra p. 212, not. 10). Miraculi ipsius mentionem facit Papa *Bonifacius IX* in *Bulla Canonizationis beate Birgitte (Revelationibus* Sanctae ipsius premissa) hujusmodi: „Cumque puella Birgitta de genitricis alvo in mundum recenter „fuisset educta, *sacerdos parrochialis in ecclesia propinqua,* ap„probate vite et *etatis profecte,* dum nocte orationi vacaret, „nubem lucidam et in medio nubis virginem sedentem vidit, li„brum habentem in manu sibique dicentem: nata est Birgero que„dam filia, cuius vox per mundum admirabiliter audietur.“ VASTOVIUS igitur non modo verba ipsa (infallibili licet auctoritate munita!) aliquantum immutare ausus est, sed etiam de *sacerdote* illo *parrochiali provectae aetatis,* suum hoc intrusit interpretamentum: *qui postea factus est Episcopus Aboensis, (Vit. Aquil.* in vita S. *Birgittae,* p. 92, Ed. Benzel.), eandemque rem de b. *Hemmingo,* in vita ejus, confidenter narrat. Cfr. supra p. 194, et not (21). Caeterum loca idem diligenter indicavit *Revelationum S. Birgittae,* ubi nostri illa mentionem facit Episcopi, semper honorificam, familiaritatisque sibi cum illo intercedentis edit testimonia. E quibus (cum liber rarior sit) quaedam exscribemus. Sic Lib. IV Cap. 125, visio quaedam explicatur, Birgittae facta, hujusmodi verbis; „Septimum animal, id est septimus „Episcopus, maxime abstinentie fuit, qui zelum Dei habens, nec „metu, nec amore, nec damno reticuit veritatem. *Hic cum se „posuisset ad orationem, reddidit spiritum.* De isto Episcopo „sunt plures revelationes in vita Domine Birgitte; qui fuit Domi„nus *Heminqus* Episcopus Abocnsis, et amicus beate virginis „Marie, sicut patet *Extrav.* Capitulo C. IV.“ Ex quo ipso Capitulo haec apposuisse sufficiat: „Quadam vice sponsa Chri„sti“ *(Birgitta) „sedens in convivio cum quodam* Episcopo Abo„ensi, scilicet Domino *Hemmingo,* in mensa, *de cibis delicatis „sibi appositis comedebat in honorem Dei;* propter quod Episco„pus dicebat in corde suo: cur ista Domina habens donum Spi„ritus, a delicatis cibis non abstinet? Tunc ipsa nichil sciens de „talibus cogitationibus ejus, circa vesperas, cum esset in ora-

testimonio eum fraudare, aut tantae rei memoriam posteritati invidere, vitae suae scriptoribus haudquaquam fuit consilium. Quo pertinent non solum verba laudati a nobis saepius *MSti Palmsköldiani,* ubi de Episcopo nostro legitur: „Revelationes S:te Birgitte ad Papam detulit, et co„ram eo sermonem fecit pro laude ejus, *cui familiarissimus* „*fuit,*" [45]), sed VASTOVII quoque singulare in ea re indicanda confirmandaque studium. Haec igitur cum muliere fanatica,

---

„tione, audivit in spiritu vocem dicentem etc. --- Quam qui„dem revelationem ipsa statim illi Episcopo exhibuit. Episco„pus autem hoc audiens recognovit se, et fatebatur quod illas „cogitationes in mensa habuerat: propter quod humiliatus ani„mo, petendo veniam ab ea rogavit eam pro se orare. Tunc „tercio die apparens eidem Domine Birgitte oranti beatissima „virgo Maria dixit: Die eidem Episcopo, *quia omnes predicatio*„*nes suas inchoare solet a laude mea,* et quia per judicium suum „te judicabat in mensa, eciam quia illud judicium caritatis et „non invidie erat: ideo caritas meretur consolari. Dic ergo ei, „quod ego volo ei esse in matrem et ejus animam presentare „Deo. Et ego nunc exponam ei quod ipse est *animal septimum* „de animalibus prioribus tibi ostensis, et quod ipse verba Dei „coram regibus et Pontificibus portabit."

[45]) Quo jure de nostro asseri queat, eum *Revelationes S. Birgittae ad Papam detulisse, et coram eo* (Papa) *sermonem fecisse pro laude ejus* (Birgittae)? nos sane fugit. Non enim constat, *Hemmingum* ad Papalem sedem iter unquam fecisse, neque in vita S. Birgittae hujus rei ulla occurrunt vestigia. An nonnisi per literas ad Pontificem datas hoc amicae mulieri praestitisse officium existimandus est? quam tamen explicationem verba ipsa respuere videntur? Vel an ex iis quae de hac re in Revelationibus Birgittae obscurius dicuntur, auctorem hausisse totam hanc narrationem suam putabimus? ubi *Revel. Extravag.* C. 52 legitur: „*Episcopo Aboensi precipio*" (sc. Christus, qui loquens inducitur) „*ut negocium ad summum Pontificem transferat,* cui precipio nichil „diminuere, sed permitto addere que ad honorem meum sunt, et „ad salutem animorum." *Negotium* vero cujus hic mentio fit, *Revelationum* illud Birgittae fuisse videtur; si ex somniis hisce sensum aliquem erui omnino posse, credi debet? Favet opinioni nostrae etiam quod loco nuper adducto (*Revel. Extrav.* C. 104) dicitur Episcopum Hemmingum *verba Dei coram Regibus et Pontificibus* esse *portaturum.*

quae publicis etiam se consiliis ingerere suaque vel somnia vel arbitria intrudere non dubitaret[46]) intercedens illi amicitia, alacre praeterea atque imperterritum Episcopi nostri ingenium[47]), verisimile reddere videatur, quod post Ericum Olai[48]) narrat Messenius[49]), ob factam Regi Magno admonitionem liberam, aliquando in hujus offensionem incidisse? Sed quod addunt, hanc ob caussam in vincula etiam a Rege fuisse conjectum, multis obnoxium est dubiis. Praeterquam enim quod nulla vel hujus rei, vel omnino gravis alicujus inter Regem et Episcopum nostrum ortae simultatis, in veteribus monumentis (si unum exceperis Ericum Olai) mentio occurrat[50]); nullam etiam caussam Ericus commemorat hujus facinoris, neque significat aut ubi aut quamdiu captivus *Hemmingus* fuerit detentus, aut quomodo liberatus? Haec igitur omnia Messenius demum ex

---

46) Vid. Lagerbring Sw. R. Hist. III D. C. VI, §. 15; et C. 3, §. 26. Cfr. *S. Birgittae Revel. Extrav.* C. 52 etc.

47) Praeter ea hujus rei testimonia quae vita sua exhibet, idem S. etiam *Birgitta* confirmat, apud quam D. Maria hoc modo loquens de illo inducitur (*Revel.* L. IV. C. 125) *Septimum animal nihil timet etc.*

48) *Hist. Svecor. Gothorumque* L. IV p. 131 et 137, Ed. Loccen.

49) *Scond.* T. X p. 16: „Circa eundem (annum 1348) b. „Hemingus, vitae Regem emendandae, tyrannidis non exercendae „in subditum diutius populum, nummi Petrini ad belli usum nec „convertendi, *vehementer admonens,* ab illo in vincula conjicitur.“ Cfr. T. III p. 13; T. XII p. 188 sq., p. 195, p. 200; et T. XV p. 58.

50) Nulla ejus rei in illis quae supersunt Ecclesiae Fennicae monumentis vestigia habentur; neque Juustenus noster, neque antiquius illo *Fragmentum Palmsköldianum,* neque Chronicon Rhythmicum (in peccatis Magni reprehendendis satis diligens) meminerunt. Vastovio etiam res fuit incognita; qui idoneam adeo materiam sancti viri heroicam celebrandi constantiam, neglecturus haud fuisset: quamquam fatendum est, ad vitam *Hemmingi* scribendam paupere admodum eum instructum fuisse apparatu, quam ex Revelationibus Birgittae magnam partem concinnasse, facile observatur.

suo addidit [51]); qui etiam bis Regem idem commisisse piaculum, fidenter asserit [52]), neque probabili ratione neque teste ullo suffultus. ERICI quoque auctoritatem, odium Regis infelicis acerbissimum, quod ubique prodit, minus reddit gravem [53]); quem ob tantum scelus excommunicationis quidem fulmine fuisse percussum innuit, sed a quo? non significat [54]): hanc tamen calamitatem ab illa qua ipsum

---

[51]) In verbis mox allatis, not. (49). Cfr. locum e T. III p. 20 in Nota proxime sequenti exhibendum.

[52]) L. c. T. III p. 20 habet: „A. 1361. S. *Hemingus,* „Finlandiae vigilantissimus Antistes, ob iniquam Regis Erici ne„cem, sibi charissimi, Parentes merito sceleris arguens, *ab illis* „*secundo in custodiam detruditur,* eamque propter per regnum „Divina quinquennio obmutuerunt. His tamen non deterritus „Magnus, in pristina pergit malitia, insuetis quoque plebeculam „onerans contributionibus." Postquam scilicet supra, nescio quas secutus rationes, anno jam 1348 Episcopum nostrum in carcerem inclusum fuisse dixisset; ne ab ERICO OLAI, quem solum testem hujus facti excitare posset, quique multo serius (eodem circiter tempore quo Waldemarus Rex Daniae Gothlandiam Oelandiamque vastasset) *Magnum* hoc crimine se onerasse docet, nimis longe recederet, (utque simul novam materiam increpandi Regis Episcopo suppeditare posset, necem videlicet filio *Erico* a parentibus illatam), ineptam hanc adhibuit rationem, ut bis *Hemmingo* eandem contigisse a Rege injuriam, comminisceretur. Cfr. LAGERBRING Sw. R. Hist. D. 3, C. 6, §. 20.

[53]) Cfr. LAGERBRING l. c. Inimicorum Regis omnes cupide collegisse criminationes, nemini apertum non fit, infestas ejus declamationes, *Hist. Svec. Gothorumque* p. 125—131, (Ed. *Loccen.)* perlegenti.

[54]) Verba ejus sunt: *Circa idem tempus* (quo Waldemarus Gotlandiam Oelandiamque afflixit) *captivatus est, eo jubente, Episcopus Aboensis, vir sanctus et innocens, et eidem regi fidelissimus, a qua culpa et excommunicatione contracta nunquam extitit absolutus;* l. c. p. 131. De *Hemmingo* nostro agi, verba docent p. 137 occurrentia, ubi legitur: „Cui (Regi *Magno)* dicunt in „auxilium supervenisse Dominum *Hemmingum* Episcopum Abo„ensem, virum devotissimum, ob fidelitatem quam Regi Magno „etiam in captivitate (constituto) servabat, *licet ejus mandato* „*fuerat aliquando captivatus.*" Non nisi *semel* captivatum fuisse, his verbis perspicue simul docetur.

Pontificem, *propter pecuniam levatam Camerae Apostolicae,* Regem afflixisse addit, aperte distinguens, quam imitari diligentiam recentiores neglexerunt [55]). Quam incerta caeterum fama haec videri debeat, de gravi adeo injuria Episcopo nostro a Rege illata antea sibi atque Ecclesiae suae

---

[55]) Verbis e p. 131 mox allatis, ERICUS OLAI haec subjungit: „Fuit etiam excommunicatus a Papa, propter pecuniam „levatam Camerae Apostolicae, posito interdicto in regno, quam „excommunicationem, ut desperatus parvipendens, et divinis se „damnabiliter ingerens, cum alii servarent interdictum, multis „erat occasio scandali et erroris.“ Satis haec verba significant, cur scriptori Clerico non posset non *Magnus* esse invisus; et simul excommunicationem a Papa profectam illi ob missum in carcerem Hemmingum Regi (ab hierarchis minoris dignitatis, hic domi?) obnuntiatae non tantum tempore fuisse posteriorem, sed etiam Regi superiore culpa nondum liberato, cumuli instar, supervenisse. Unde ante a. 1360, quo censuram Ecclesiasticam, ob non redditas pecunias Apostolicas, sibi mutuo datas, Regem jam incurrisse constat, illud ab eo facinus commissum esse, credendum est? nisi minus accurate ERICUS haec, ut multa alia, tradidit? Aliter calculos ponit Ill. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 20 et 52; qui caeterum recte observat, fulmen hoc in Regem infelicem vibratum fuisse non a Papa ipso, sed ab ejus Nunciis *Henrico Biscop,* Canonico (deinde Praeposito) Lubecensi, Apost. Sedis Capellano, et *Johanne Guilaberti,* Decano Tarbatensi etc. videri profectum fuisse, ut Literae produnt Papae *Innocentii VI* a *Vastovio* (Ed. Colon. p. 197, ubi male annum 1358 pro 1360 apposuit) allatae; cfr. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I p. 125 n. 9, p. 127 n. 16 et 20, p. 130 n. 7. A Rege in Finlandiae praesente *Hemmingum* fuisse in vincula conjectum, ERICUS OLAI non significat· ac secundum *Magni* in Estoniam iter, a. 1361 susceptum, fateor mihi suspectum videri; nullo enim alio argumento confirmatur, nisi Literis Regis quas exhibet STRELOV *Cronicae Gutilandor.* p. 163 sq. *ad Proconsules, Consules ac totam civit. Wisbycensem* datis *Happuscallum Ocilien-sis diocesis An. D. 1361, Sabbatho ante Dominicam Invocavit* (Cfr. LAGERBRING l. c. §. 52, not. 1), in quarum exemplo vitium inesse suspicor, nempe MCCCLXI pro MCCCLI, quo anno Regem *Hapsaliae* fuisse atque Abbati et Conventui Padisensi *jus Patronatus ad ecclesiam Borga, Sabbatho ante Dominicam Passionis,* dedisse, extra controversiam est, et infra demonstrabitur.

faventissimo [56]), JOHANNIS etiam MAGNI prodere ratio videtur, qui Regis ejusdem moniti reprehensique laudem *Hemmingo* Archiepiscopo Upsaliensi vindicat [57]), Aboënsis Episcopi violati nullam omnino faciens mentionem. Quomodocunque autem haec se habeant, captivitatem Episcopi nostri saltem non fuisse diuturnam, omnes fatentur [58]).

Inter merita sua, *Fragmentum* saepe nobis laudatum *Palmsköldianum* rem commemorat aliis scriptoribus nostris ignotam, scil. *Hemmingum* nostrum *scrinium S:ti Henrici procurasse*; quam laudem successori suo *Johanni II* Auctor noster vindicare videtur: qua de re infra [59]).

Amicitiam constantem cum cognomine sibi, *Hemmingo* Archiepiscopo Upsaliensi, nostrum exercuisse, convenisse inter eos amice de limitibus Dioecesis utriusque in Botnia septentrionali, morientemque Archiepiscopum sui in Aboën-

---

[56]) Quod ex privilegiis patet Episcopo Finlandensi liberaliter inter a. 1347 et 1354, concessis, ac supra p. 213 sq., not. 15, p. 217, p. 224—229, commemoratis, signisque aliis favoris et fidei illi exhibitae; cfr. Tidn. utgifna af et Sällsk. i Åbo, 1785, Bih. p. 116.

[57]) *Gothor. Sveorumque Hist.* L. XXI, C. V

[58]) MESSENIUS l. c. T. X p. 16 dicit: *Ideo* (ob Episc. Hemmingum in vincula conjectum) *Pontifex offensus, Magnum suo perstringit fulmine, et sacris vetat clerum per Finlandiam operari, donec ipsius liberaretur Antistes, qui fuit actutum solutus.* Multa hic ex suo addit, verbis ERICI etiam repugnantia, qui Regem nunquam ab excommunicatione, hac culpa contracta, absolutum fuisse testatur, nec vel a Papa hoc fulmen profectum fuisse, significat, vel subditos *Magni* eo percussos, multo minus hanc calamitatem ad Finlandiam solam restrictam. Cfr. A CELSE l. c. p. 130 n. 7. Neque literae Papales ullam Episcopi captivati mentionem faciunt, quod grave crimen silentio praeteriturus Pontifex non fuisset; nec tam gratiose Regem tractaturus, si illius fuisset reus. Caeterum MESSENIUS in *Chron. Rhythm. Finl.* eadem quae alibi narrat, p. 31.

[59]) [Nulla pugna est inter ea quae de *scrinio S. Henrici* ab Episc. *Hemmingo* procurato, *Fragmentum Palmsköldianum* prodit, et quae de *Cenotaphio* eidem in Ecclesia Nousis ab Episc. *Johanne II* constructo, Auctor noster narrat.]

sem Antistitem affectus documentum etiam in Testamento suo edidisse, vetera produnt monumenta [60]).

Consiliis sui temporis publicis licet non maxime sese immiscuisse videatur, non tamen ab iis omnino abfuisse, testimonio esse potest, quod Comitiis Warbergensibus a. 1343 interfuisse, suique subscriptione nominis pactionem celebrem de conjungendis cum Regno Sveciae in perpetuum Scania, Hallandia et Blekingia confirmasse, reperitur [61]).

Non sanctitate modo vitae, sed *miraculis* etiam editis inclaruisse, MESSENIUS asserit [62]), ex ingenio, ut solet; quorum ne VASTOVIUS quidem ullam investigare valuit memoriam [63]). Talium tamen, (ejus sc. generis qualia pleraque sunt Sanctorum Ecclesiae Romanae [64])), colligere penum, posterioris aetatis sedulitas sine dubio haud neglexit, postquam de *Hemmingo* nostro ordini Divorum adjungendo consilia iniri coeperunt; sed cum interveniens Sacrorum repurgatio his moliminibus obicem posuisset, miraculorum quoque suorum condendo indice supersedere licuit.

Annus mortis suae, quem concordi testimonio auctor noster et *Fragmentum Palmsköldianum* edunt 1367, an recte

---

60) Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Upland.* T. I p. 4, T. II p. 147.

61) Cfr. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 2. — [Subscripsisse etiam reperitur Literis R. *Haquini*, de jure Regem eligendi cum Legifero quoque Finlandiae communicato.]

62) *Chron. Finl. Rhythm.* p. 29, ubi de nostro canit:

Hwilken, som jag hafwer förstått,
Giorde i sit Sticht ofta godt;
Han war gudfruchtig och fast wiß,
För sin helighet skull bär priß;
Hon bätade honom så stort,
At han många Under har giort.

63) Nulla commemorat, in vita Hemmingi nostri; quae praeteriturus haud fuisset, si quidquam de iis rescivisset.

64) Cfr. ÖRNHJÄLM *Hist. Sveonum Gothorumque Eccles.* p. 70 sqq.

ab iis constituatur, licet dubitare [65]). In *Registro Ecclesiae Aboënsis* literae vel ab eo datae, vel quae mentionem ejus viventis faciant, anno 1365 seriores non reperiuntur [66]). Anno vero 1369 *Johannem Petri*, secundum *Hemmingi* successorem, sedem Aboënsem jam occupasse, idem Registrum documentis confirmat indubiis [67]). Quare falsam esse Erici Upsaliensis

---

[65]) Diem etiam prodit Juusten, (et post eum Messenius *Scond.* T. X p. 17, levi errore pro 21 Maji, XXII habens, vid. T. III p. 24, T. XV p. 63, quia *Kal. XI* pro *XII* legit: cfr. T. IX L. III C. VII p. 43), cujus auctoritatem spernere non dubitat Nob. Lagerbring l. c. C. 6 §. 72 et C. 11 §. 11. Quum porro addat Auctor noster, decessisse *Hemmingum* anno aetatis 77, non difficile fuit recentioribus colligere, natum illum a. 1291 fuisse. Simili ratione Auctor qui a. 1340 electum, anno vero 1367 mortuum dixit, non potuit non asserere, per 27 annos muneri Episcopali eum praefuisse: unde mendum esse typographicum existimari debet quod Messenius, *Chron. Episc.* p. 108, dicit *Hemmingum* annis XX sedisse; idem temere exscripsit Wexionius *Descript. Svec.* L. X, C. XI; quem eundem errorem etiam amplexus est Vastovius l. c. qui aetatis quoque annum 70 pro 77 male habet.

[66]) Literas Regis Alberti indigitamus, *a. 1365, feria quarta proxima post octavas Epiphanie* Domini, *apud Castrum Aboense datas,* de quibus supra commemoravimus p. 232 sq. not. (34).

[67]) Literas scil. ostentat Episcopi Johannis, *omnibus et singulis Satagundiam inhabitantibus* datas *die b. Clementis anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono,* Fol. 165, et R. Alberti, datas *Stocholmis* eodem *anno Domini MCCC sexagesimo nono, quarta die Junii,* quibus *ad instanciam venerabilis in Christo Patris, Domini Johannis, Dei gracia Episcopi Aboensis, omnes et singulas libertates - - - Episcopo Aboensi et ecclesie sue - - - concessas - - - ratificat ac - - - confirmat.* Ibid. Fol. 24. De quibus infra plura. Quin rationes adsunt haud leves existimandi, *Hemmingum* biennio aut saltem anno maturius, quam ab Auctore nostro proditur, vita excessisse? In laudato namque *Registro,* Fol. 49, binae Papae *Urbani V* Bullae reperiuntur (de quibus infra accuratius disputabimus), datae *Avenione XI Kalend. Novembris Pontificatus* sui *anno Quarto,* hoc est anno Domini, ut adscriptum veteri libro legitur 1365, vel rectius 1366 (cfr. Ciac-

narrationem, vel potius famam ab eo commemoratam, cui nec ipse satis fidere videtur, facile patet; quae Episcopum *Hemmingum* Regi HAQUINO, Patrem suum liberaturo (a. 1371), auxilio venisse, tradit [68]).

Longiores fuimus in rebus hujus Episcopi exponendis; quem non tantum tempore Religionis Romano-Catholicae in patria nostra dominantis magna floruisse fama, cujusque memoriam magna fuisse veneratione cultam novimus [69]),

---

CONII *Vitae Pontificum, ab Oldoino recogn.* Romae 1677 Fol. T. II p. 554, et A CELSE l. c. p. 128) *ad Henricum Episcopum Aboensem,* proximum successorem *Hemmingi,* quem ante obitum munere sese abdicasse, nemo docuit? Neque hactenus caussam nacti sumus suspicandi, errorem aut in nomine Episcopi aut in anni nota exprimenda, aliquem latere?

[68]) *Cui* (R. Haquino, Stockholmiam, patris sui liberandi caussa, oppugnanti) *dicunt in auxilium supervenisse Dominum Hemmingum Episcopum Abogensem, virum devotissimum, ob fidelitatem quam Regi Magno etiam in captivitate servabat, licet ejus mandato fuerat aliquando captivatus.* L. c. p. 137; cf. sup. not. 54. Obsidionem hanc Stockholmiensem anno demum 1371 contigisse, demonstrat LAGERBRING l. c. C. 6, §. 72.

[69]) Episcopum egregium *Magnum* Tavast impense laudaturus auctor noster (sive scriptor vetustior, cujus verbis inhaesisse videtur?) dicit: *In Ecclesia Aboensi beato Hemingo et sibi (post b. Henricum Episcopum) nunquam reperti sunt similes, qui tot et tanta laudabilia suis temporibus perpetrarunt opera.* Hanc laudem et *Hemmingi* nostri honorificam cum summo viro comparationem, immeritam pronunciant ISR. ESCHOLIN et ALG. SCARIN *Posit. Hist.-Polit. e Chronico Episcopor. Pauli Justen excerpt.* Thes. VIII p. 8 sq. (NETTELBLADT Schwed. Bibl. 1 St. p. 94), caussam addentes: *Cum praeter zelum hierarchiae propagandae praeposterum et adversus civilem Majestatem grande supercilium, adeo non multa cum commendatione et gloria ejus vitae imaginem in annalibus expressam inveniamus etc.* Ultro quidem fatemur, Hierarchiae constituendae et promovendae zelo praecipuo, pro temporis sui ingenio atque moribus, nostrum emicuisse; supercilium vero (sive superbiam) adversus Majestatem civilem ei majorem quam plerisque vel antecessoribus vel successoribus suis, an exprobrare merito liceat, (ubi incertam de R. *Magno* ab eo increpato famam exceperis) dubium videatur? Gratia Regum suorum singulari potius floruisse, monumenta quae

sed quem utique ad Ecclesiae Fennicae formam illam constituendam confirmandamque, quae deinde obtinuit, vehementer contulisse, certum est. Quare *Statutorum* quoque suorum, MESSENIO tantopere laudatorum, hic subjungere placet exemplum [70]): quorum videndorum postquam nullam

---

supersunt, quaeque supra allegavimus, fidem faciunt. Ac literae R. ERICI p. 228 sq. not. (33) a nobis exhibitae prodere videntur, *officiales* Episcopi nostri non fuisse promtissimos Regis hujus, in moliminibus contra Patrem Reg. *Magnum* susceptis adjuvandis, asseclas?

[70]) [Et ad textum horum *Statutorum* emendandum et ad sensum explicandum, non parum opis haberi potest ex collatis *Statutis Provincialibus Upsaliensis Ecclesiae*, legendis cum apud Ill. NETTELBLADT Schwed. Biblioth. II Stück p. 119 sqq., tum apud Rev. v. TROIL *Skrifter och Handl. til Uplysning i Svenska Kyrko-Historien,* 2 Del. p. 307 sqq. Pauca tantum adnotabimus]. — „Anno etc. Domini MCCCLII Hemingius Dei gracia „Episcopus Aboensis apud predictam Ecclesiam nostram publi„care fecimus in Synodo nostra subscripta Statuta; quorum „*Primus* Articulus est, quod mandamus quod quilibet sacerdos, „indutus vestibus sacris, excepta Casula, in diebus Dominicis in „Pulpitario" *(Pulpitro?)* „legens sal et aquam benedicat. *Secun„dus* quod Sacramenta Ecclesie cum omni reverencia et atten„tione observentur in Ecclesiis et administrentur, videlicet Eu„charistia, Oleum et Crisma, proviso quod eedem hostie conse„crate non reserventur in pixide ultra quindena, sed veteribus „consumtis nove insuper consecrentur. *Tertius* quod in Eccle„siis testitudinatis pannus unus seu vestis inter altare et testu„dinem superius extendatur, propter immunditias removendas. „*Quartus*, quod Sacerdotes de vino et oblatis cauti sint, ut illa „munda habeant et incorrupta. Similiter Palle, Corporalia et „alia indumenta altaris et Ecclesie munda et nitida conserven„tur. *Quintus* de Confessoribus Sacerdotum certis habendis, „non absque licentia sui Prelati. *Sextus*, quod nullus Sacerdos „alterius parochianum confessare presumat, vel Sacramenta ei „administrare, sine licentia proprii Sacerdotis. *Septimus*, quod „Questionarii et Bidellii non admittantur ad petendas eleemosy„nas in Ecclesiis et Parochiis, absque licentia" (leg. *litteris?)* „Prelati patentibus. *Octavus*, quod quilibet Sacerdos parochia„lis habeat predia, libros, indumenta et ornamenta Ecclesie dili„genter conscripta, et scripturam ipsam cum inventario commit„tat Prelato. *Nonus*, quod nullus fundum Ecclesie, habitationem

contigisse nobis hactenus facultatem supra (p. 234) significassemus, nuper illam benigne nobis, pro suo in nos fa-

---

„vel predia de loco ad locum transferat, nec commutet, sine li-„centia speciali sui Prelati. Quicunque autem bona Ecclesia-„stica superflue erogaverit, et propter hoc fundum Ecclesie red-„diderit desolatum, tanquam dilapidator bonorum Ecclesie punia-„tur. *Decimus*, quod super observationem Jejuniorum declaratio „tempore facta" (forte *fiat?)*. [Suspicor, ex male explicatis compendiis scripturae falsam lectionem ortam fuisse pro *talis sit?*]. „Si festum aliquod vigiliam habens jejunabilem die lune „evenerit, Sabbato precedenti jejunium illud" *(observetur?)*. [Similiter fortasse irrepsit pro *nullum fiat?*]. „Ad vigilias „in pane et aqua jejunandas sine piscibus illi solum ex pre-„cepto Ecclesie astringantur, qui fuerint in anno XXIII eta-„tis sue. *Undecimus,* quod in festis patrie minoribus licet in „necessitatibus in vere et tempore collectionis fructuum terre, „petita et obtenta licentia a suo presbytero, absque pena pecu-„niaria seminare et fructus colligere, et hujus consimiles labo-„res exercere" [possunt], „exceptis Dominicis et festis maioribus. „Ita tamen, quod extra illa tempora, et nisi in casibus premis-„sis, huius licentia ad alios quoscunque labores nullatenus ex-„tendatur: et qui in premissis licentiam petere contempserint, „delinquentes puniantur in pena pecuniaria, secundum leges pa-„trie et consuetudinem approbatam. Festa ab hoc laborerio" [leg. *laboricio?*] „excepta sunt haec: Omnes dies Dominici, „Exaltatio et Inventio sancte Crucis, omnia festa beate Virginis, „Laurentii et Henrici, Erici et Olai, Michaelis, et festa Aposto-„lorum. *Duodecimus,* quod in altaribus non consecratis habea-„tur lapis per ipsum" (an *Episcopum?)* „confectus" [leg. *consecratus?*], „tante latitudinis, ut hostie in die pasce consecrande „cum Calice possint in eo convenienter contineri. *Decimus tertius,* quod libros vel ornamenta Ecclesie vel altaris nullus amat" (leg. *emat)* „sine speciali licentia Prelati. *Decimus quartus,* „quod nullus Presbyterorum parochianum suum presumat a sa-„cramentis suspendere sine mandato sui Prelati, nec etiam ab „Ecclesia eliminare, nec tempore Pascali in peccatis notoriis" (an deest quid?) „secundum Ecclesie consuetudinem approbatam. „*Decimus quintus:* Qui fundum Ecclesie desolatum reliquerit, et „sic recedere intenderit, etiam si licentiam habuerit, donec Ec-„clesiam reddiderit indemnem, ab officio suspendatur. Si vero „de fuga suspicio fuerit, vel res suas arrestatas dolo subtrahere „conatus fuerit, res ipsas amittat, et secundum arbitrium judicis

vore et singulari quo in res patriae illustrandas fertur studio, procuravit, Cel. NORDIN, ex locupletissimo suo veterum

„puniatur. nec unquam officio suo restituatur priusquam Ecclesie „damnificate fuerit satisfactum. *Decimus sextus:* Quando in Ecclesia Aboensi die Cene Crisma conficitur, quilibet Sacerdos „curatus ipsum in Ecclesia sua habeat infra quindenarium" *(quindena?)* „a die Pasce, et viciniores habeant ipsum quam cito „possunt. *Decimus septimus:* Ut litere Sacerdotibus super man„dato Prelati directe citius et expeditius transeant secundum „ordinem de Presbytero ad Presbyterum. *Decimus octavus:* „Ut pensiones prediorum Ecclesiasticorum, scilicet *tuigift* et *af„rad*" [apud Rev. v. TROIL p. 328 legitur *et gypt et affrad*, nescio an melius?] „aequaliter dividantur inter Ecclesiam et „Sacerdotem. *Decimus nonus:* Presbyteri ad exequias defuncto„rum vocati pro missis dicendis, tam in officio quam in sepul„tura defuncti albis seu suppelliciis sint induti. Idem in cate„chizatione infantum volumus observari." [Si *catechizatione* lectio vera est, respicitur forte ad officium examinandi pueros, utrum *Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum,* et *Ave Maria* didicissent? Cfr. NETTELBLADT l. c. p. 158, Punct. XXXII: ubi etiam p. 193 hujusmodi Statutum Synodale habetur: „*Pater noster, Ave Maria, Credo* in lingua materna per Curatos singulis diebus Dominicis et fastivis coram populo recitentur, sub poena trium marcarum."] „*Vicesimus:* Quilibet Sacerdos Paro„chialis singulis annis cathedraticum ferat ad Synodum illi cui „Prelatus mandaverit committendum." [*Cathedraticum* quid fuerit, explicatum legitur (ex Glossario *Cangiano)* apud Rev. v. TROIL l. c. p. 328: cfr. NETTELBLADT l. c. p. 189.] „Quicun„que vero cujuscunque statuti seu articuli jam predicti trans„gressor fuerit, pena trium marcarum puniatur. Item declaratum „fuit, quod pro sepultura pauperum mortuorum pecuniam nullus „petat seu exigat, nec" (leg. *nisi)* „officio completo sepulture; „parvuli vero, ut moris est, et pauperes, sine difficultate sepul„ture tradantur. Item nullus pro benedictione nubentium pecu„niam petat et exigat, seu etiam pro introductione, antequam „officio completo; transgressor horum, pena trium marcarum pu„niatur. Quicunque vero timore Dei postposito, que sua sunt „querens non que Jesu Christi, malitiose seu paupertatis causa „retinenter" [leg. *renitentes* vel *renituntur?* sed manet tamen sententia hiulca] „tradere sibi equum, infirmum seu mortuum" [ut] „proprio equo non visitaverit, pena trium marcarum punia„tur. Pena consimili puniatur in jure Sueuico constitutus, qui

monumentorum penu codicem MS. transmittens, ubi inter alias quasdam leges et privilegia Ecclesiis Fennicis ac maxime Alandensibus olim data, hoc quoque Hemmingianorum Statutorum (aut excerptorum ex iis momentorum?) exemplum habetur, satis illud prodens, quam enixe de ordine conservando diligenti, externa Ecclesiae suae forma concinnanda, atque Hierarchia stabilienda, Episcopus noster laboraverit. Caeterum nihil quod ad animos hominum vel collustrandos vel virtutis amore imbuendos pertineat, continere, (cujusmodi curae nec ab ingenio temporis, Hierarcharumque consiliis, facile sperandae erant), quisque videt [71].

„equum malitiose negaverit in hisce negotiis sacerdoti. Item „mandamus et ordinamus, quod singuli presbyteri nostre dioce„sis ita tempestive veniant ad Synodum, quod modis omnibus „intersint misse que in incoatione Synodi de Sancto Spiritu dici „solet solenniter. In territoriis seu provinciis diffusis et a loco „Synodi nimis remotis, presbyteros, unum in qualibet provincia „seu territorio, et alicubi, si necesse fuerit, duos remanere vo„lumus, ad ministerium sacerdotale populis, prout necessitas „exegerit, persolvendum. Quilibet etiam Sacerdos ad Synodum „proficiscens, coram parochianis suis" (deest *edicat*, vel tale verbum?), „ad quem in provincia remanentem confugere debeant, „in casibus qui contingere possint. Item famulis Episcoporum „transeuntibus, seu etiam aliis quibuscunque personis, nisi ipsos „hospitalitatis causa colligere voluerint, et intuitu caritatis, illis „necessaria vendant etc. ut prius in Statutis Sabinensis et pro„vincialibus. Vale." Exemplum ipsum, non accuratissime de„scriptum, initio seculi XVII aut fine seculi XVI vetustius non „esse, multa docent.

[71]) [Addere placet breves Episcopi nostri literas, (inter Apographa ÖRNHJÄLMII legendas p. 193) docentes nec sibi munus Exactoris Camerae Apostolicae detrectare licuisse: „Univer„sis praesentes literas inspecturis *Hemmingus* Divina miseratione „Episcopus Aboensis salutem in Domino sempiternam. Reco„gnoscimus per praesentes, nos a:o D:ni MCCCLI die b. Gregorii „Papae recepisse literam patentem per venerabilem in Christo „patrem Dominum nostrum *Hemmingum* Archiepiscopum Upsalen„sem nobis missam, in qua continebatur transscriptum *Literarum* „*Papalium in quibus imponebatur Clericis solutio decimae bien*„*nalis*. In cujus recognitionis evidentiam sigillum nostrum prae-

Inter monumenta hujus aevi memorabilia, res Ecclesiasticas Finlandiae spectantia, silentio praeterire non debemus Bullas tres Papae *Benedicti XII, Avenione V Kal. Junii* et *XVI Kal. Julii, Pontificatus* sui *anno sexto (*d. 28 Maji et 16 Jun. 1340) datas; quas sibi comparasse, suis rebus faventissimas, discimus *Henricum Hartmanni, Rectorem Ecclesiae de Saexamäki, Aboensis Diocesis,* (Avenionem forte ipsum profectum?), quarumque exempla in laudato nobis saepe *Registro Ecclesiae Aboënsis* supersunt. Prima *Preposito, Decano et Archidiacono Ecclesie Upsalensis* missa, ad avaritiam atque audaciam *Fratrum Ordinis Praedicatorum prope Civitatem Aboensem* habitantium, spectat compescendam, de quibus Pastor iste parochialis graviter conquestus fuerat, atque potentiam qua in hisce oris Fratres illi jam pollebant, luculenter demonstrat [72]). Secunda, cujus

---

„sentibus est appensum. Scriptum anno ut supra, feria 4 proxima ante Annuntiationem b. Mariae Virginis." (Ex Orig.)]

[72]) „*Querelam Henrici Hartmanni*" - - dicit Pontifex se accepisse, „continentem, quod licet Priori generali et fratribus ordinis Predicatorum, per Apostolice Sedis privilegium, indultum „fore dicatur, *ut possint habere altare portatile, super quo in* „*locis et villis quibuslibet,* sine preiudicio tamen Parochialium „ecclesiarum, *missam* et alia Divina officia *celebrare valeant,* tamen *Prior et fratres Domus dicti ordinis prope civitatem Abo*„*ensem,* pretextu indulti hujusmodi in parochia dicte ecclesie „Saxamaeke super altare portatili missam et alia officia Divina „celebrare, et *ad missam* et divina huiusmodi *parochianos dicte* „*ecclesie convocare, et oblaciones accipere ac in usus suos con*„*vertere propria temeritate presumunt,* in eorundem Rectoris et „Ecclesie preiudicium et gravamen. *Cum autem dictus Rector,* „*sicut asserit, dictorum Prioris et fratrum dicte Domus potenciam* „*merito perhorrescens, eos infra civitatem seu dyocesin Aboensem* „*nequeat convenire secure,* Discrecioni vestre per Apostolica „scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, et „auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione „remota decernatis" etc. L. c. Fol. 50. — [Abusus quos faciebant privilegiorum suorum Monachi Mendicantes in damnum Cleri saecularis, tanti erant, ut eos compescere Episcopi subinde necesse haberent, ac usum inprimis *Altarium portatilium* restrin-

recensionem exhibet Nobil. A CELSE [73]), et tertia, eidem aeque ac prima illa, ignota, *Decano Ecclesie Upsalensis* soli scriptae sunt [74]), Decimarum promte atque accurate solvendarum officium incolis dictae paroeciae severe inculcantes [75]): quarum omnium exempla infra in *Sylloge Monumentorum* legenda exhibebimus. Videtur has caussas *Henricus Hartmanni,* vacante per mortem Episcopi *Benedicti* sede Aboënsi, aut fortassis Antistite hoc senectute jam confecto, adeoque minus acriter officiis suis invigilante, ad Pontificem detulisse; licet paulo serius hic sententiam pronunciaverit? In literis quidem Papalibus neque Episcopi Aboënsis ulla mentio occurrit, neque facile credas, *Hemmingo*

---

gere. Cfr. NETTELBLADT l. c. p. 185 et 186 Punct. XXIX—XXXV.]

[73]) *Appar. ad Hist. Sveo-Goth.* S. I p. 117, n. 12.

[74]) Legitur utraque *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 1. Per errorem vero Nob. A CELSE nomen Pontificis ad Decanum pertrahens, l. c. dicit Bullam, quam ipse recenset, scriptam esse *Benedicto Decano eccl. Ups.* Utriusque enim, in libro veteri, idem, ac hujusmodi initium est: *Benedictus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Decano* (cujus nomen non exprimitur) *ecclesie Upsalensis salutem et Apostolicam benedictionem.* Nomen *Benedicti* in serie *Decanorum Eccl. Upsal.* nullibi comparet; cui officio per haec tempora praefuisse videtur *Sigfridus Roekkeri?* Cfr. *Incerti Script. Chronicon de Archiep. et Sacerdotibus Eccl. Ups.* a *Scheffero* edit. p. 165 et 167.

[75]) Memorabile inprimis est, quod in tertia scribit Pontifex. „Sua nobis dilectus filius *Henricus Hartmanni* - - - peticione mon„stravit, quod nonnulli parrochiani ipsius ecclesie - - - de pro„ventibus terrarum, *vinearum, ortorum, molendinorum,* pratorum, „possessionum ac aliorum bonorum que infra limites parrochie „ipsius ecclesie obtinent, decimas eidem ecclesie debitas predicto „Rectori solvere indebite contradicunt, *quandam pravam consue„tudinem, que corruptela dicenda est pocius, pretendentes, videli„cet quod de talibus nulli adhuc Decimas persolverunt.*" Ex quibus colligere licet, non diu ante haec tempora *novas* aliquas *plantas* in Finlandia coli coepisse, quarum igitur decimas hactenus solvere incolae non consueverant, illudque consilium fuisse usque in Tavastiam jam propagatum? Cfr. Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo, 1785 Bih. p. 123 sq., not. (*). [Cfr. supra p. 79 sq. not. (104) et p. 203 not. (36)].

nostro, homine acri et imperioso, sedem Episcopalem ornante, *Henrico* opus fuisse vel contra Parochianorum suorum contumaciam, vel Monachorum injurias, Papalis implorare auctoritatis praesidium?

Res quod attinet eventusque politicos, qui *Hemmingo* sedente Episcopo in Fennia contigerunt; inter illos bellum externum unum, cum Russis iterum gestum, et civile alterum, a R. ALBERTO Megalopolitano contra R. MAGNUM Avunculum suum motum, offendimus; de quibus rerum Svecicarum agunt Scriptores [76]. Russos aggrediendi quam hi caussam dederint, et an praeter religionis catholicae propagandae zelum, (cum quo studium limitum regni extendendorum conciliare optime licuit) alias belli caussas R. MAGNUS habuerit, nunc quidem certo pleneque explicare haud valemus [77].

---

[76]) Vid. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 15—19, et §. 62 (e *Chronico Rhythm.* p. 154 sq. et ERICO OLAI p. 125 sq. Ed. Loccen. aliisque vetustatis monumentis); cfr. MESSENIUS *Scond.* T. III p. 13, T. X p. 16, T. XII p. 187 sq.

[77]) Nullam belli caussam exhibent vel *Chron. Rhythm.* vel ERICUS OLAI. MESSENIUS satis quidem idoneam, neque improbabilem, commemorat l. c. T. XII p. 187, scribens: *Interea Magnus Moschorum in Finlandiam crebris excursionibus plurimum exacerbatus bellum in ipsos moliebatur*; et T. X p. 16: „Idem (R. Magnus) „crebras Ruthenorum per Nyunm in Finlandiam prohibiturus „excursiones, Noteburgum expugnat et Svetico munit praesidio"; sed testem nullum habet vetustiorem. Idem l. c. T. III p. 13 dicit, *Magnum* bellum in Russos, *pro illorum conversione ac castri recuperatione Noteburgensis*, parasse; ac dubio caret, hanc solam caussam infideles et haereticos (vel Schismaticos) ad fidei Catholicae professionem cogendi, temporibus illis satis visam fuisse validam; quin hoc inprimis nomine expeditionem hanc Regis a Pontifice fuisse approbatam, adjutam et sacri instar operis commendatam, ex Bulla patet *Clementis VI* adducta a Dn. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 17 not. (3), et Dn. A CELSE l. c. p. 122 n. 20. Eadem scil. Bulla docet, Regem Papae significasse, *Karelos et Ingros, recognito suo infidelitatis errore, se pro suscipienda fide Christiana in eorum auxilium specialiter invocasse*, et eo *ipsos ab insultibus et oppressionibus, quibus Rutheni, catholicae fidei inimici, eos frequentius affligebant, manu valida protegente, eandem fidem suscepisse et baptismum*, &c. Russorum

Caeterum et male gestum fuisse novimus, (quamvis gesti rationes consiliaque parum accurate explicateque tradi soleant), et pacis constitutae cum tempus tum conditiones definire, difficulter hodie licet [78]). Regis ERICI contra Patrem

scriptores Regi nullam aliam caussam belli suscipiendi quam Religionis Catholicae propagandae studium tribuunt: vid. *St. Petersburg. Journal* 1778, VI B. p. 420 sqq. (cfr. LAGERBRING l. c. §. 16); nec non LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II p. 185 sqq., qui novo simul (praeclaro scilicet!) historiam septentrionis nostri locupletat invento, nempe R. MAGNUM, *vehementi Daniae totius subjugandae cupiditate* flagrantem, postquam saepius frustra apud Papam egisset, ut hic, pro plena scil. sua potestate, illud regnum sibi addiceret, tandem existimasse, se voti sui felicissime compotem futurum, si Novogardiae civitatem, ac totam adeo Russiam, Romanae ecclesiae adjiceret; atque hoc igitur consilio Novogardensibus bellum indixisse. Sed verba hominis ipsa dabimus: *Magnus, Roi de Svede, ne pouvoit renoncer au projet de se rendre maitre du Danemark. Il avoit tenté plusieurs fois, mais inutilement, de se faire donner par le Pape l' investiture de ce Royaume. Il imagina que, s'il pouvoit rendre à l' Eglise Romaine quelque service signalé, il obtiendrait, pour satisfaire son ambition, le consentement du Souverain Pontife, et les secours de plusieurs puissances catholiques. Dans cette vue, il entreprit de reunir la Republique de Novgorod au rit Latin, persuadé que cet exemple serait bientot suivie de toute la Russie.* Semina fabulae ex vetustis Russorum Chronicis legisse, suspicandi materiam praebent quae in *St. Petersb. Journal* l. c. p. 421, licet cautius, dicuntur; sed ridicula hujusmodi commenta, seria refutatione digna non esse, quisque credo nobis dabit.

[78]) Quod cuique facile patebit, laudatos nuper auctores inter se conferenti: sed haec accuratius disputare, nostri nunc non est instituti. Recte caeterum monet Ill. LAGERBRING (l. c. §. 19, p. 399 sqq.) pacis factae neque ab ERICO OLAI neque ab auctore *Chron. Rhythmici* ullam fieri mentionem; ac ipse illam quae superius terminavit bellum huc traxit, antecessorum suorum deceptus exemplo: cfr. quae supra (p. 197 sq.) docuimus. Pacem vero alteram a. 1348 inter Svecos et Novgorodenses factam esse in urbe *Jurjew (Dorpatum* fuisse conjectant), Russorum expresse dicunt Annales (vid. *St. Petersb. Journal* l. c. p. 426; cfr. etiam LEVESQUE l. c. p. 188), eamque Svecis damnosam; in qua sc. hi partem suae Careliae Novgorodensibus cedere, et majore captivorum numero reddendo pauciores suos redimere

R. MAGNUM molimina, *Fenniam* quidem illa etiam attigisse videri queant, cujus scilicet arces *Benedicto Algoti*, Duci hujus terrae a Rege ante triennium creato, extorquendae essent: sed nihil de his motibus notitiae ad nos pervenit [79]), nec nisi post confirmatam demum cum patre pacem

---

necesse habuerint. Quae, fatemur, parum certa nobis videntur Primum enim locus initae pacis, a nostris remotior finibus, dubitationem nonnullam movet; deinde Bulla Papalis nuper commemorata (alteraque ei gemina, de qua vid. A CELSE l. c. p. 122 n. 19), demonstrat bellum inter Svecos Russosque nondum a 1351 . resedisse, ad quod continuandum Pontifex Regi subsidia liberaliter concessit. Neque alios Fenniam inter Svecicam atque Russorum ditionem limites, quam qui superiore pace constituti essent, his temporibus atque proximis obtinuisse, reperimus. Caeterum expeditionem R. MAGNI haud contemnendam fuisse Russis visam, sed metum periculi postea quoque animis eorum fuisse obversatum, ex fabula colligi potest ridicula de fatis Regis hujus, ad Graecam religionem transitu, et scripto, ad posteros suos a Russis invadendis arcendos, Testamento, quam Monachi Russic commenti sunt; de qua legi possunt St. Petersb. Journal 1778 6 B. p. 432 sqq., nec non Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1781 N:o 36, p. 281 sqq.

[79]) Supra jam (p. 228 sq. not. 33; cfr. p. 247 sq. not. 69) verba dedimus Literarum R. ERICI, e quibus patet, eum milites etiam ex Finlandia, per *Nicolaum Thuronis, suum in iis partibus praefectum*, ad expeditionem contra Ducem *Benedictum* excivisse qui tamen utrum in Sveciam transvecti, an, quod verisimilius videtur, ad arces Fennicas expugnandas fuerint adhibiti? plane ignoramus; ac num revera Fenniam *Benedictus Algoti* unquam tenuisset, parum certo constaret, nisi MESSENIUS, veteribus ut videtur monumentis instructus, (quorum quidem exempla idonea nos hactenus indagare nequivimus), diserte scriberet: „1357 „*Ericus* Rex, dominium Finlandiae, *Benedicto* inde profligato „adeptus, 7 Septembris Abogiae approbat omnia quae Magnus „pater concessisset privilegia Ulfsbycensibus, Musarensibus, Pe„denoranis" (lege *Ulfsbyensibus, Mustasarensibus, Pedersöranis* l Pedersörensibus) „et Nerpensibus, *Benedictique abrogat onera*, il„lis imposita"; ac rursus: „1365 Rex *Albertus*, 24 Junii, sub„scripsit immunitatibus, quas Rex *Ericus, adversum Benedict* „*statuta*, quibusdam in Bothnia orientali parochiis indulsisset." *Scond. Illustr.* T. X p. 17 et 18. Qui Tomi III p. 18 eundem in sensum scribit: „*Ericus* deinceps (1357) aestate profectus se

R. Ericus in concessam sibi (cum multis aliis Regni partibus) Finlandiam transmisit, Wiburgum usque profectus; ubi Augusto commoratus mense, sequenteque Septembri Aboam revisens, in Sveciam mox reversus est [80]). Albertum vero suosque asseclas hostilia contra R. Magnum arma a. 1364 in Finlandia quoque gessisse, arcemque Aboënsem a Regis hujus amicis acriter defensam vi expugnasse, extra dubium est [81]); quo tempore non solum Drotzetus Regni *Nicolaus Thuronis* (Bielke), praecipuus Alberti fautor qui vitam in hoc certamine perdidit, sed et novus Rex ipse huc transiit variisque Episcopo et Clero Finlandensi concedendis atque confirmandis privilegiis, eorum sibi conciliare favorem studuit [82]). Caeterum a veritate non abludit, sub his turbis *Castrum* illud seu *Fortalicium* in Kumo *instauratum*, de quo Satacundenses vehementer adeo conquesti sunt, ab asseclis

„quenti in *suam* Finlandiam, ipsam revocat ad statum meliorem, „et VII die Septembris, Abogiae parochorum in Bothnia orien-„tali veteribus subscribit immunitatibus, *ab insuetis liberans quo-„que plebeculam tributis, per Benedictum Ducem impositis*“. Cfr. Ejusd. *Chron. Rhythm. Finl.* p. 32. Negari quidem nequit, saepe Messenium, opinionibus praeconceptis abreptum, de suo haud pauca solere factis a semet commemoratis addere; sed ante oculos literas ipsas Regias hoc loco habuisse, apparet.

80) Supersunt scil. in *Reg. Eccles. Aboënsis* literae Ejus datae *Wiborg in vigilia assumcionis b. Virginis* (d. 14 Aug.) 1357, quibus jus patronatus Monachorum Padisensium in Ecclesiam Borga confirmat (Fol. 74); aliae datae *Abo in profesto nativitatis b. Virginis* (d. 7 Sept.), ej. a. quibus literas Patris sui de bonis Holmgeri Lagman, Ecclesiae Aboënsi donatis, confirmat (Fol. 120); aliae denique (Fol. 23) datae *Stocholmis a. 1358 feria quarta proxima post exaltacionem sancte crucis* (d. 19 Sept.), quibus familiares Episcopi Aboënsis ab omni expeditione et evocatione eximit. Cfr. supra p. 215 sq. not. 17, et p. 228 sq. not. 33. *Ducem vero Finlandiae* (quam Regia jam tenuit potestate) hunc Principem antea fuisse constitutum, nullibi reperimus. Cfr. Ill. Lagerbring l. c. P. III C. 6, §. 32 – 36.

81) Vid. Lagerbring l. c. §. 62.

82) Cfr. supra p. 229 sqq. not. 34, et p. 238 not. 43. Ex quibus patet literis, mense jam Septembri a. 1364 Regem Aboae fuisse, nec nisi post sequentis anni initium hinc abiisse.

ALBERTI fuisse exstructum; quod ut demoliretur, atque l aptiore incolisque provinciae minus incommodo novum a ficaretur, horum querelis motus, Rex postea jussit [83]).

MAGNUM vero Regem non modo bellum cum Ru gerendum in Finlandiam acciverat [84]), sed alia etiam, ne quae negotia, paullo post his oris eum denuo admovi

---

[83]) Litteras Regis hoc de negotio missas *honorabilibus ris Tyderico Wereggis, Nicolao Kaetilson et Ernesto de Det* (qui aliis locis *Ern. de Dotzen* vocatur), e *Registro Eccles. A ensis* (Fol. 109) exhibet PET. FORTELIUS Diss. *de primis in Biörneburgi*, Aboae 1732 Praesid. JOH. HAARTMAN editae p sq.; quas infra in Sylloge Monumentor. nos quoque dabin Castrum magni momenti non fuisse, apparet; cujus adhuc ru in Paroecia Kumo, prope praedium *Kumo-Gård* supersunt. A vero ejus loco fuisse exstructum, non constat. Ex hoc inpri tempore nomina peregrina, maxime Germanica, inter Offici et Praefectos Finlandenses occurrere, nemo mirabitur. Po autem *Vöra*, ubi datae literae Regis *in praesentia Patris su Consiliariorum suorum* dicuntur, quibus locis quaerendus omnino nescimus, ac nomen hoc corruptum esse suspicamur. Ostrobotniam navigasse, ubi hujusmodi nominis reperitur h paroecia, non est probabile.

[84]) Vid. supra p. 254 sq. LAGERBRING l. c. 3 D. 6 § 15—19 et §. 62. Anno jam 1347 (non sequente den 1348, ut ex paginae adscripta anni nota existimasse Dn. LAG BRING l. c. §. 16, fere credas) Aboae Regem fuisse, ac di *Egidii Abbatis* (1 Sept.) et *feria 3 ante nativitatem b. Virg* (5 Sept.) plures in favorem Episcopi Aboënsis obsignasse ras, reperimus; cfr. supra p. 224 sq. not. 23—26. Q vero alias literas eodem anno *feria 2 infra octavas nativit b. Virginis*, adeoque paullo serius, *apud Alandiam in insula cta Vardhö*, exarasse videamus (supra p. 225 not. 25), hoc tempore iter in Sveciam suscepisse putes? Sequentis ta anni (1348) initio in Finlandia rursus fuisse, ex literis pate piscatura in *Lammais* (loco fluvii Kumoënsis) in favorem l scopi Aboënsis *die b. Scholastiee* (10 Febr.) in paroecia K datis (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109; cfr. etiam supra p. 227 30), et quae de itinere Regis Estonico mox disputabun Sed non negamus, fieri facile potuisse, ut error aliquis in meros quibus anni harum literarum editarum significantur, i pserit? Simul vero monere liceat, nec rationibus et notis chro

ferunt: quem annis 1350 et 1351 et Aboae fuisse [85]), et posteriore hoc anno Estoniam quoque ac Livoniam adiisse reperimus; cujus quidem suscepti itineris caussas consiliumque idoneum, neque vetera indicant monumenta, neque recentiores exquirere Historici valuerunt [86]). Hac vero oc-

---

logicis quas Russorum veteres exhibent scriptores, nimis esse fidendum.

[85]) Literae sc. Regis exstant, quibus Monasterio Padisensi piscaturam salmonum in amni Helsingensi (Helsings-å) concessit, datae *in Castro Aboënsi anno Domini 1350, Dominica ante festum b. Erici Regis et Martiris (Reg. Eccles. Ab.* Fol. 72, repetitae ibidem Fol. 81 et 84). Sed fatemur, quamvis duo postrema exempla Notariorum quoque publicorum de suo cum literis originalibus exacto consensu munita sint testimonio, suspicione tamen hanc anni notam, nostro judicio haud carere; quod dies exacte idem sit *(Dominica ante festum b. Erici)*, quo, ut et diebus proxime antecedentibus, sequente etiam anno (1351) hic Aboae Rex literas, partim in eorundem Monachorum, partim in Ecclesiae Aboënsis favorem, dedisse reperiatur? *Die* sc. *Veneris ante festum b. Erici,* Jus Patronatus in Ecclesiam Borga cum suis capellis iis concessit *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 72); *Sabbato proximo ante Erici regis et martiris* libertatem a tributis largitus est praediis quibusdam Ecclesiae Aboënsis (Ib. Fol. 147); et *Dominica ante festum b. Erici* Monachis Padisensibus *Piscarias ad fundum presbiteralem in Borga pertinentes,* (cum piscatu salmonum in amne Helsingensi non confundendos), dedit (Ib. Fol. 72 sq.).

[86]) Vetusti testis (Fratris *Thorneri Andreae,* Monachi Wadstenensis *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 75 et 83) auctoritatem non inviti amplectimur, qui confirmavit Regem *Magnum* Monachis Padisensibus benignum se praestitisse, adeoque Estoniam adiisse, *quando revertebatur de Rucia:* quo pacto nihil admirationis habet, si Rex, domum tendens, vicinam primo petiit hanc terram, pietatisque et benevolentiae suae testandae caussa, Padisenses (belli tempore sibi fortasse faventes?) munere auxit? Neque huic obstat conjecturae, quod eum 12 Kal. Martii (d. 18 Febr.) ejusdem anni 1351 Rigae fuisse, literae in hujus urbis favorem datae evincunt (vid. LAGERBRING l. c. C. 6 §. 25 not. 1); quo per mare, ex Svecia, eo anni tempore jam advenisse, aegre credas, undeque revertentem *Sabbato ante Dominicam Passionis* (aut die 12 Martii, aut d. 2 Aprilis?) *Hapesalis* fuisse reperimus,

casione Abbati et Fratribus Monasterii *Padis* in Estonia, Cisterciensis Ordinis, eum jus Patronatus in Ecclesiam *Borgoënsem* Nylandiae, Capellasque ad eam pertinentes (Paroecias jam inde separatas) *Perno* et *Sibbo* (cui posteriori hodiernam *Helsingensem* quoque subjectam fuisse paroeciam existimamus) concessisse, constat; cujus recuperandi consilia multum saepeque Episcopos Aboënses postea occuparunt, nec parum sollicitudinis atque curae Abbatibus fratribusque Padisensibus, jus suum conservare tuerique diligenter nitentibus, pepererunt. Cujus rei historiam cum alio loco ex instituto

---

ac diebus 13, 14 et 15 Maji *Aboae* commoratum (cfr. not. proxime praeced.), *die 4 Pentecostes* (8 Junii) jam *Stockholmiam* rediisse, quo nempe die jus Episcopi Aboënsis in curiam *Saltwik* confirmavit; vid. supra p. 227, not. 3. Credere licet, Regem cum Russis minus feliciter bellantem, in reditu suo Livones, ab iisdem Russis perpetuo vexatos, vel in belli societatem allicere, vel alias sibi conciliare voluisse, atque hoc consilio Rigenses primo ac deinde Hapsalienses invisisse? Qua probata conjectura, cum expeditione sua Russica hoc iter arctum habuisse nexum, existimari debet, nec Regem post primos annorum 1347 et 1348 conatus, omnem curam belli abjecisse; quod anno quidem 1351 adhuc fervisse, ex literis Papalibus supra (p. 254, not. 77; cfr. A CELSE l. c. p. 122 n. 19), laudatis atque hoc demum anno scriptis, recte colligitur.

Secundum vero quod attinet iter Regis hujus Estonicum, a. 1361 susceptum, de quo commemorat Ill. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 52, suspectum nobis videri, supra jam significavimus (p. 243 not. 55); argumentoque ibi adducto nunc addimus, parum nobis verisimile videri, Regem *Nicolao Thuresson* hoc tempore tantam habuisse fidem, ut eum copiis Gotlandorum praeficeret, quem sibi infestum, filio suo *Erico* contra patrem rebellanti adhaesisse (ejus *Praefectum Osterlandiarum* a. 1350 fuisse, supra p. 228 not. 33 docuimus) sciebat; qui nec multo post, in exilium abiens, R. Albertum, avunculum regno spoliaturum, in Gotlandiam adduxit. Hunc eundem *Nicolaum Thuresson* anno jam 1350 fuisse *R. Magni filiique sui Ducis Erici officialem, Consiliarium et Dapiferum* (Ämbetsman, Råd och Drots) docet Nob. VON STIERNMAN Höfd. Minne, II D. VIII B. I C. MS. Vid. Bih. til de af et Sällsk. i Åbo utg. Tidn. för år 1785, p. 185); ac ipse monet Dn. LAGERBRING, (l. c. §. 49) nullam omnino ejus in Gotlandia a. 1361 defendenda cerni operam. Ita-

explicuerimus [87]), hic leviter modo tetigisse sufficiat [88]). Antequam vero Rex consensum Episcopi nostri in rem eli-

que ad a. potius 1351 referendas esse Literas Regis a STRELOVIO p. 163 sqq. adductas, putamus, atque expeditionem spectasse Regis Russicam? quem a. 1361 neque per Finlandiam iter fecisse reperimus, nec facile existimamus die jam 13 Februarii maritimo itinere *Hapsaliam* appellere potuisse? Anno autem 1351, a *Sabbato ante Dominicam Invocavit* (d. 5 Martii) ad *Sabbatum ante Dominicam Passionis* (d. 2 Aprilis, aut fortassis d. 12 Martii?) ibidem commoratum fuisse, a veritate non abludit. Sed definire tamen nihil audemus.

[87]) Vid. Bihang til de af et Sällskap i Åbo utgifne Tidningar för år 1785, p. 94—111. Ipsa autem vetera monumenta praecipua, ad hanc rem illustrandam pertinentia, infra in Sylloge dabimus.

[88]) Paucas tantum, ad ea quae loco nuper citato disputavimus illustranda pertinentes addemus observationes. Primum igitur monemus, amplissimis quidem verbis Regem munus suum describere, dum se Monachis concedere significat *Jus Patronatus et omne aliud quod sibi et Coronae Regni Sveciae in Ecclesia Borgha et duabus Capellis eidem annexis, quovis modo competeret et competiisset;* sed inde tamen concludi non debere, aut paroeciam hanc in feudum iis datam, aut omnino de jure alio quam ecclesiastico sermonem esse; quod cum ex vocabulo *ecclesiae* adhibito intelligitur, tum ex verbis his adjectis patet, *volentes quod idem Abbas et Conventus Ecclesiam ipsam cum Capellis, ex nunc pro suis utilitatibus, prout melius voluerint et de jure potuerint, regant, ordinent et disponant.* Unde in literis ad incolas ejusdem ecclesiae simul datis, quibus mandat, *quatenus ipsis* (Abbati et Conventui) *super eisdem juribus curent humiliter parere et efficaciter respondere,* hanc adjungit formulam: *proviso quod idem Abbas et Fratres vos ad nova et majora onera non astringant, quam aliis Curatis facere consuestis.* Aliter nec Episcopi Aboënses postea hoc jus potuissent penitus abolere. Nacti itaque Monachi sunt jus, per suorum aliquem illuc missum, munus Curati administrandi, et reditus Pastorales, praeter illos quibus ad suam sustentationem Vicarius eorum ibi degens opus haberet, in usum Monasterii adhibendi. Quod ex his etiam oppido patet verbis Regis, in superioribus suis literis legendis: *transferentes in ipsos* (Abb. et fratres), *per nos et successores nostros, plenam auctoritatem ad eandem ecclesiam confratres suos, personas ydoneas, cum et quociens opus fuerit, salvo semper jure*

cere valeret, quae fraudi esse juribus Ecclesiae suae videretur, necesse habuit hanc jacturam aliis largiendis commodis

---

dyocesani ibidem, presentandi, instituendi, ac de prefata ecclesia, sicut juris fuerit, faciendi. Quomodo et Monachos jure suo usos fuisse novimus, et deinde, consensu Episcopi accedente, hujus quoque jus inspectionis et curae supremae, in Abbatem et Conventum Padisensem fuisse translatum, videtur? Quare nec in posterioribus literis Regis, ab Episcopo etiam approbatis, ulla mentio fit juris Diocesani reservati, et Frater *Thornerus* testatur, saepe dictum jus Patronatus Padisensibus fuisse concessum *accedente ad hoc speciali benivolentia et assensu --- Hemmingi --- Episcopi Aboensis, --- qui simili modo, ad importunas instancias dicti Domini Regis, eidem -- jura temporalia et spiritualia prefatarum Ecclesie et capellarum contulit et univit.* Memorabile vero est, Episcopum annuos reditus a Fratribus Padisensibus hinc percipiendos, postea *sub certo censu limitasse,* hoc est, certam definivisse summam, ultra quam quidquam exigere illis haud liceret; quae verba simul confirmare videntur certam *decimae* quoque *Episcopalis* partem Monachis iisdem cessisse? reliqua forte parte Episcopo rursus vindicata? An hoc ob Canonicatus, quos R. *Magnus* ad Ecclesiam Cathedralem instituerat, a successore suo R. *Alberto,* ut infra docebitur, exstinctos? Hinc *Tidemannus* Abbas Padisensis, in literis a. 1423 *(in vigilia S. Laurencii Martiris)* datis, fatetur Episcopum *Hemmingum* ac succèssores suos, Monasterio hos reditus *ex mera gracia* concessisse, ac posteriores Episcopos *censum* ab illo definitum *minorasse, non tamen avaricie vicio, sed caristiarum ingruencia (Reg. Eccl. Ab.* Fol. 76). Ex quibus reditibus, qui 50 marcas Svecicas quotannis efficere debuissent, Conventum suum non plus quam 30 percepisse, ad Episc. *Hemmingum* scripsit Abbas *Nicolaus* (non Abbas *Conradus* ad Episc. *Magnum,* ut per errorem legitur in saepe commemoratis *Nov. Ab.* Bih. til Tidn. etc. l. c. p. 97).

Tandem observamus, difficultatem quandam parere, quod in literis suis R. *Magnus* non modo significat Jus Patronatus in Ecclesiam Borga ad se illo tempore pertinuisse, sed etiam *ab antiquo compeciisse* asserat; cum in veteri contra annotatione, quam *Reg. Eccles. Aboënsis* Fol. 73 exhibet, disertis verbis doceatur *Ecclesiam Borgha cum Capellis, ante tempora Magni Regis non fuisse regalem, sed b. Hemmingum --- ad supplicationem Regis predicti fecisse eam regalem.* Num igitur auctor annotationis falsus fuit, aut num dubii juris haec olim fuit eccle-

compensare: quamobrem duas Aboae instituisse novas Canonias eundem Regem constat, reditibusque necessariis dotasse, atque hac demum conditione, liberalitatem Padisensibus promissam praestare et ampliare potuisse [89]). Quas

---

sia (quam in conventione anno sequente inter Regem et Episcopum facta, ecclesiis regalibus accenseri, certum est, (cfr. supra p. 228 not. 31), donec Episcopus eam Regi cederet?

[89]) Docet hoc Annotatio vetus, cujus supra jam mentionem fecimus, *Registro Eccles. Aboënsis* adjecta, quam hoc loco integram dabimus: „Notandum, quod Ecclesia Borgha cum Ca„pellis ante tempora *Magni* Regis non erat regalis, sed beatus „*Hemmingus* Episcopus Aboensis ad supplicationem regis pre„dicti fecit ipsam regalem. Quo facto statim Rex donavit jus „Patronatus, ymmo totum jus presentandi et providendi, Con„ventualibus *Padisensibus* in Livonia. Et in locum illius iuris „patronatus constituit idem Rex *Magnus* duos Canonicatus in „Ecclesia Aboënsi, scilicet *in Taesia*" *(Tessiö*, praedio hodie ad paroeciam *Pyttis* pertinente) „*et parrochia Perno.* Sed successu „temporis, regnante *Alberto* rege, quidam Dominus *Nicolaus „Thureson, postea decapitatus in Abo,* illas colonias de Taesia „revocavit et sub tributo redegit consueto, et sic ille Canonie „cum suo nomine perierunt, et per consequens totum jus de „parochia Borgha in Regem, ut premittitur translatum, ad Epi„scopum Aboensem rediit, licet ex superabundancia Dominus „*Magnus, olim Episcopus Aboensis,* ipsum ius Patronatus a Pa„densibus redemit pro Centum Nobulis". Narrationis hujus auctorem (post mortem demum Episcopi Magni Tavast, ut patet scriptae) a partium studio non fuisse prorsus alienum, facile damus; sed res ipsa testimonio confirmatur fratris *Thorneri*, supra jam laudato, cujus tale initium est: „Quando Rex *Magnus* „revertebatur de Rucia, dedit Dominis Abbati et Conventui pro „tempore existentibus Monasterii *Padis,* Ordinis Cisterciensis, „Revaliensis Dyocesis, et realiter assignavit ius Patronatus eccle„sie parrochialis *Borgha* suarumque cappellarum, Aboensis Dyo„cesis, accedente ad hoc speciali benivolencia et consensu Re„verendi Patris Domini *Hemmingi,* tunc Episcopi Aboensis, feli„cis memorie, quum simili modo, ad importunas instancias dicti „Domini Regis, eisdem Abbati et Conventui iura temporalia et „spiritualia prefatarum ecclesie et cappellarum contulit et univit, „*talibus nichilominus* in hujusmodi negocio *condicione et modera„mine adhibitis, et servatis quod* prelibatus Dominus *Rex in Ec„clesia Cathedrali Aboensi duas Canonias fundaret, quas et fun-*

Canonias cum successoris sui R. *Alberti* nomine, hujus in Finlandia legati et praefecti postea (praediis a R. *Magno* in hunc usum concessis auferendis) sustulissent; Episcopo hoc caussam praebuit sua quoque jura, Padisensibus impertita, revocandi [90]), litisque molestae materiam successoribus suis, ut infra patebit, quasi haereditate transmittendi.

Negotium si Historicis nostris iter R. *Magni* Livonicum facessivit: non minorem excitare mirationem narratio debuit scriptorum Livonicorum de expeditione a *Fennis*, non diu ante, ad rusticos adjuvandos Estonicos (grave jugum dominorum suorum Germanorum ferociter excutere conatos) Revaliam versus suscepta; cujus in nostris monumentis nulla exstat memoria [91]). Turbas aliquas his temporibus inter

„*davit per colonias regias in Tessia, et alias colonias* de qua„rum nominibus dictus Frater *Thornerus* dixit se non recordare, „easque dictis Canoniis applicavit, ad Divini cultus augmentum „perpetuo duraturas. Tandem vero *dictis coloniis per Officiales* „*Domini Regis Alberti*, prefati Domini *Magni* immediati succes„soris, videlicet *Dominum Nicolaum Thuresson Militem, et Suno„nem Haquonsson tunc Capitaneum castri Wiborgh auctoritate* „*regia revocatis, dictisque Canoniis cassatis et in irritum retre„ctatis*, prefatus *Episcopus* Aboensis prefatas *collacionem et uni„onem, dictis Abbati et Conventui sic per eum* ut premittitur *fa„ctas, cassavit, irritavit, et modo simili revocavit, et dimisso eis* „*duntaxat dicto iure Patronatus seu presentacionis* prelibato, idem „Reverendus Pater, Dominus Episcopus Aboensis, *dictam Eccle„siam Borghaa, cum Capella Sibba*, venerabili viro Domino *Olao* „*Jacobi de Ulsby*, tunc seniori et pociori Canonico Aboensi, *Ca„pellam vero Perna Domino Andreae* dicto de Perna *auctoritate* „*ordinaria contulit, eis curam et administracionem in spirituali„bus et temporalibus assignando*". Quibus verbis, quae mox, not. proxime praeced. de jure Padisensibus tradito disputavimus, simul confirmantur ac illustrantur.

[90]) Cfr. testimonia, Nota proxime praeced. allata. Ex quibus simul patet, minus recte viros Nobiliss. von Dalin et Lagerbring existimasse, Curiam *Saltvik* in Alandia (quam alio plane titulo Episcopus accepit) a. R. *Magno* ad consensum Episcopi in hac caussa obtinendum, mensae suae fuisse datam: cui conjecturae literae ipsae Regis aperte adversantur. Vid supra p. 228 not. (31).

[91]) Messenius meminit *Scond.* T. X p. 15 (cfr. Ejusd.

Fennos Sveciae subjectos (maxime *Wiburgenses*, ut viciniores) et *Estones* intercessisse, literae testantur R. *Magni*, Legatis Estonum a. 1343 ad se missis traditae (*die Veneris ante Nativit. virginis Mariae* h. e. *die 5 Sept.* datae), quibus amnestiam injuriarum ab utraque parte commissarum observandam confirmat, simulque urget, ut quoties posthac inter *Revalienses* atque *Wiburgenses* lites et certamina exoritura essent, cuique parti jus in terra alterius, intra mensis spatium exhibeatur [92]). Vere autem proxime praecedente, Rusticorum Estonicorum seditio eruperat (*die S. Georgii*, h. e. *24 Aprilis*); qui mox legatos cum ad Episcopum Aboënsem, tum Wiburgum ablegarunt, opem Fennorum hac oblata conditione petituros, ut Svecis urbs Revaliensis in mercedem missi auxilii cederet [93]). Quasdam igitur naves Fennicas

---

Chron. Rhythm. Finl. p. 30); sed sua a RUSSOVIO (cujus *Chronica Livonica* anno jam 1578 Rostochii prodierat) sine dubio sumsit. Quod vero auxilium hoc Estonibus missum fuisse dicit *ab Episcopo et Gubernatore Finlandiae*, more suo facit, suam interpretationem veteri narrationi immiscens. RUSSOVII verba significare potius videntur legatis rusticorum Estonicorum permissum modo fuisse, ut privatos, sponte iis sese adjungere volentes, in belli societatem acciperent; Episcopi aut Gubernatoris nulla fit mentio. Middeler wyle, inquit, qvemen de Finnen van Wyborch mit etliken Schepen heran, **welcker der Buren legaten uthgerüstet hadden** (*Chronica* der Provintz Lyfflandt durch *Balthasar Rüssouwen*, p. 37).

[92]) JOH. GOTTFR. ARNDT, Liefländ. Chronik II:r Th. p. 95 habet: Freitags vor Mariä Geburt fertigte **Magnus** von Schweden und Norwegen die Estländischen Abgeordneten = = = mit einer Amnestie wegen dem was zwischen seiner Stadt Wieborg, und der Königl. Stadt Rewal vorgegangen, züruck, und verlangte dagegen, das wenn die Rewelschen und Wiburgischen mit einander Händel hätten, jeder Partey in des andern Lande innerhalb Monatsfrist Recht verschaffet werden möchte.

[93]) RÜSSOUW l. c. p. 35 sqq. KELCH, Liefländ. *Historia* p. 116 dicit: --- schickten sie ihre Botschafft an den **Bischoff zu Wieburg** etc., ex oscitantia, non recordans nullum Wiburgi adhuc fuisse Episcopum; nec multo diligentius ARNDT l. c.: - - - und durch eine Botschafft **den Bischöfen zu Abo und Wiborg** versicherten, die Stadt (Rewel) den Schweden in die Hände zu spielen, wenn sie

copiis instructas ac Wiburgo iis subsidio profectas, Revaliam advenisse, traditur; quarum praefecti cum Rusticos interim a Ensiferis caesos urbemque firmo esse munitam praesidio compcrissent, dissimulato consilio, pacifice illam intrarunt, atque amice hospitaliterque a Praefectis excepti, placato contentoque animo domum reversi sunt. Si aestate ejusdem anni, ut verisimile est, haec Wiburgensium suscepta fuit expeditio [94]); fieri potuit, ut ad has ipsas discordias, litesque alias similes, tollendas, optimates Estonum Legatos ad R. *Magnum* deinde miserint, easque quas commemoravimus ab eo literas reportaverint [95])? Aperte enim MESSENIUS fallitur, qui

---

ihnen Hülfsvölker zuschicken wolten. Multo cautius RÜSSOUW, quem negligentius uterque consuluit, Rusticos rebellantes scribit legatos misisse *ad Episcopum Aboënsem, et Wiburgum* (ad hujus sc. urbis et provinciae praefectos ac cives): De Buren vor Rewel schickeden ere Legaten an den Bißchop tho Abo, (unius tantum Episcopi meminit) und tho Wyborch ümme hülpe, unde laueden den Schweden de Stadt Reuel tho leuerende. L. c.

[94]) Quod inde etiam confirmatur, quia naves Fennicas *a Legatis Rusticorum instructas fuisse*, RUSSOVIUS verbis citatis testatur; quos mox post Revaliam obsessam (adeoque non multo post seditionem exortam) ablegatos fuisse, liquet.

[95]) Narrat RUSSOVIUS, Fennos Revaliam advenientes, postquam vidissent Rusticos caesos urbemque obsidione liberatam et novo praesidio firmatam fuisse; illam intrantes, caussa adventus sui dissimulata, *questos fuisse de injuriis Danorum*, h. e. aut *Danorum sortem deplorasse* (ut interpretatur KELCH l. c. p. 117, beklagten vielmehr die Dänen des erlittenen Unglücks halber), aut fortassis *questos fuisse de injuriis sibi ab illis nuper factis?* Praetextus utique adventus sui hic fuisset probabilior? Quare addit deinde eosdem *contentos bonoque accepto responso* (mit guden bescheide) domum fuisse remissos. Sed integrum veteris Auctoris locum dabimus: Unde alse de (Fenni Revaliam advenientes) vornamen hebben, det de Buren nedder gelecht, unde de Stadt Reuel entsettet weren, sint se in de Stadt Reuel gekamen, unde sick der Buren haluen gar nichts mercken laten, sundern sick der Deneschen saken haluen beklaget. Do hebben se, Herr Goßwyn van Ercke unde de Stadtholder, fründtlick tho freden gespraken, unde wol getracteret, unde also mit guden bescheide wedderümme affgeferdiget. l. c. p. 87. Judicium lectoris esto.

ad annum demum 1345 illam Wiburgensium expeditionem refert [96]). Non multo sane post seditionem exortam, Revaliam a Rusticis obsidione cinctam legatosque in Fenniam missos fuisse, res docet; neque vel diu admodum durasse obsidionem, vel Fennis internecionem rusticorum diu manere potuisse ignotam, probabile videtur. (Cfr. de tota re Ill. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 14 et 15).

Terrae nostrae conditionem hoc tempore, proxime praecedenti fere similem fuisse, verisimile est; ita tamen, ut agriculturae studium latius sensim propagatum interioremque regionem incolis fuisse auctam, existimari debeat. *Ostrobotniam,* inprimis partem ejus septentrionalem atque superiorem (per quam Lappones adhuc errasse, constat), parum cultam fuisse, edictum de ratione pendendarum Decimarum ad incolas missum, satis demonstrat [97]); quale aliud, nec *Careliam* superiorem *(Savolaxiam)* incolis abundasse, haud obscure prodit [98]). *Meridionalis Ostrobotniae* littora (Paroe-

---

96) L. c. p. 15.

97) Typis expressum in Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785, N.o 12, p. 89 sqq. Cfr. quae supra monuimus p. 219 sq. not. (20). Non potuisse in Ostrobotnia boreali *Curiam Presbyterialem* (Prästebord) Curato praestari, ac hunc reditus suos praecipue in *pellibus et carne ferarum*, *avibus*, *vitulis Rangiferorum*, *Phocis* (ita vocem själkorn, vitiose fortasse pro Själkoor scriptam, interpretandam suspicamur?), *piscibus*, *foeno et butyro* percepisse, inde discimus.

98) Legi potest l. c. (Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo 1785) N:o 11 p. 81 sq. De quo item conf. quae supra p. 219 sq. not. (20) disputavimus. Inter reditus Curati insignem locum *Pelles Sciurorum* occupant, unde silvis regionem abundasse, patet. Tamen *frumentum* etiam hos coluisse, apparet. Cfr. supra p. 185 sqq. not. 8 et 9. Egregie illustratur haec res verbis in Praefatione Libri Rationum, quo omnes reditus Ecclesiae Cathedralis et Canonicorum Aboënsium, jubente R. *Gustavo I*, consignabantur (de quo pluribus infra) occurrentibus hujusmodi: I Tawastland och i Karelen görs Kirkes Tiende i penningar efter Bege taall, som af hwariom them som äro XV åår gammall görs i Tawastland i Örtiger och i Karelen i Skillingh. - - - Och i förste begynnelsen när Christendom kom til Finland, gjordes eth

cias *Nerpis*, *Mustasaari* et *Pedersöre*, solas etiamdum in his oris) habitantes, (coloni plerique Svecici), Privilegiis a Rege *Magno* a. 1348 aucti sunt, quibus sibi jus concedebatur *vendendi et emendi invicem per totam Ostrobotniae oram* (quae urbibus destituebatur) *varia victualia, secale, bytyrum et talia;* quorum Privilegiorum confirmationem deinde cum a R. *Erico* a. 1357 d. 7 Septembris, tum a R. *Alberto* a. 1365 d. 24 Junii, nacti sunt [99]). Incolas Finlandiae quod

---

grostin aff hwarjo bogho; sedhan noghon tijdt ther efter wart thet wänt i penningar, efter the kunde icke få skin.

[99]) Vid. MESSENII *Scond.* T. X p. 16 et 17. Hic fortassis favor R. *Alberti* effecit, ut Ostrobotnienses ei sese addictos, prae caeteris Fenniae incolis, ostenderent? ceu ex literis Ejus colligas, quas hoc potissimum loco, utpote anni nota carentes, ex *Registro Eccles. Ab.* descriptas exhibebimus: „Albertus „Dei gracia Sveorum Gothorumque Rex ac Dominus terre Scanie. Favorabili salutacione in Domino premissa, Dileccionibus „vestris summe regraciamur, pro eo quod Vos in hiis que nos „et coronam regni nostri tangunt, exhibueratis et exhibetis sollicitos et fideles, rogantes instanter ad hoc tam inceptis terminis quam aliis, ubi necesse fuerit, cum consilio eruasti„ (an nomen viri, *Ervasti?* vel *Ernesti*, forte de *Dotzen?)* „fideliter „continuare velitis in futurum. Ceterum ex quo ad nostram „noviter devenerat noticiam, *quod rustici in prefectura Wiborgensi et Nylandensi iura nostra regularia et servicia pro castro „Wiborgensi debita solvere et exhibere differant,* a Dileccionibus „vestris affectamus, quatenus circa hoc efficaciter laborare velitis, ut postpositis dissensionibus, contumaciis et erroribus universis, nobis et corone amodo sicut hactenus in faciendis et „exhibendis hujusmodi juribus nostris et corone reddant se obedientes, benivolos et paratos. Preterea scire vos volumus, „quod *mittimus vobis litteram confirmacionis super placitacionibus et treugis per vos cum terris, provinciis et parrochiis de „Finlandia nostro nomine initis et conceptis:* instantissime petentes, ut super omnibus nostris et regni commodis et negociis „vos sollicitos reddentes, ea que in illis partibus erga communitatem et alias occurrunt, nobis continue rescribatis. Valetis" (valeatis?) „in altissimo per tempora longiora. Scriptum Stockholmie, feria 2 proxima post Egidii Abbatis, sub secreto nostro". *(Registr. Eccles. Ab.* Fol. 12). Ad quos Amicorum vel Praefectorum suorum hasce literas Rex miserit, non patet; in veteri

distingui saepe his temporibus videmus in illos, qui *habitarent in Jure Svecico* (quod alibi *Jus Helsingonicum* dicitur), vel *subditi essent Juri Helsingonico,* ac illos, qui in *Jure* essent *Finnonico;* diversam spectare putamus tributa, cum Regi tum Episcopo et Clero, pendendi rationem: quam, pro oeconomiae vario consilio, aliam colonis Svecis (maximam partem Helsingis, rei inprimis pecuariae deditis), suorum sc. conformem majorum institutis atque consvetudini, aliam Fennis venatui et agriculturae (suo sc. modo) addictis [100]), fuisse, hinc intelligitur. Ad prius genus pertinuisse reperimus *incolas insularum Finlandiae* (australioris) *et terrae Nylandiae* (maritimae), qui scilicet originis essent Sveticae linguaque Svecana uterentur; ad posterius autem qui reliquas (inprimis interiores) terrae nostrae partes incolerent [101]). Introductum a R. *Magno Ladulås* discrimen inter *Prae-*

---

vero libro haec inscriptio iis praemittitur: *Littera Alberti Regis super placitatione in Norrabuthn,* unde ad Ostrobotnienses pertinuisse, intelligitur.

[100]) Cfr. supra p. 25 sq.

[101]) Novum praedium, quod D:no *Elavo* Canonico, ac postea Archipraeposito Aboënsi, D:nus *Ærengislo Andreae* auctoritate Regia colendum dedit, *subjecit juri Svevico quoad exhibiciones exhibendas, sicut alias silvas de novo occupatas,* (cfr. supra p. 202 sq., not. 35), ita ut magis proficuum Coronae visum fuisse *hoc jus* existimes? Tributum vero ex praedio hoc pendendum, *quatuor marcas butiri* fore, simul significat. Conventionem de Decimis Episcopalibus inter Episcopum et incolas *Advocaciae Wiburgensis* talem factam fuisse, supra vidimus (p. 185, not. 8), ut de *quolibet fumo in jure Karelico duas bonas pelles, in jure vero Helsingonico habitantes unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus septimum sue etatis annum complente, singulis annis tenerentur exhibere.* Cum quibus conferantur jam a nobis allatae literae *Beronis* Legiferi, ubi commemorantur *habitatores terre Nylandie et rustici insularum Finlandie, juri Helsingonico subditi,* (supra p. 144 not. 4); literae *Hemmingi* Episcopi de *Mathskuth,* Clero et populo Nylandiam inhabitantibus *in jure Helsingonico* (supra p. 220 sq. not. 21); et literae Archiep. *Birgeri* (infra adducendae), quibus conventiones inter Clericos et Laicos Finlandiae hactenus servatas confirmat, ut scil. *loco oblacionum et Mathbyrdh unam carpam sili-*

dia libera (s. *equestria*) et *tributaria* (Frälse- samt Skatte- och Krono-Hemman), etiam ad Fenniam mox pertinuit, iisdemque hic abusibus, quibus alibi, occasionem praebuit; quibus igitur R. *Magnus Erici* medelam justam allaturus, memorabile contra audaces Regii juris temeratores sanxit Edictum, cujus tamen rigorem mox temperare consultum duxit, et quantum ad *Praedia Ecclesiastica* attinet, ne Hierarcharum odia contraheret, penitus illud abolere, coactus fuit [102]).

---

ginis cumulatam in jure Finnonico, et decem marcas butiri in jure Svevico penderent (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 4). Ex sententia porro judiciali inter incolas quosdam paroeciae *Lundo* (quam legendam exhibuimus in Bih. til de af et Sällsk. i Åbo utg. Tidningar för år 1785, p. 69 sqq.) litigantes lata apparet, eorum alios pertinuisse ad *jus Svecicum*, alios ad *jus Finnonicum* (kärdhe for oß Hinza j Mäkis ok hans kompana i **Finska Rätthen i Lundha sokn**, til Michel Kägetys ok hans kompana i **Swenska rätthen j sama sokn**). In alia sententia judiciali a. 1474 lata (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 214) de limitibus inter praedia *Paymala* et *Sigrela*, ejusdem paroeciae, mentio fit *finium inter jus Finnonicum et Svecicum* (then raaen som skiller ath **Finske retthen ok Swenske retthen**); ita ut paroeciam in duas fuisse partes divisam pateat, limitibus certis definitas, quarum habitatores, pro agrorum suorum situ *juri* vel *Svecico* vel *Finnonico* essent subjecti. In literis collationis, quibus *Bero* Episcopus a. 1389 *Nicolaum Hinzickini* Ecclesiarum *Rusko* et *Reso* vicarium perpetuum constituit, inter alios reditus Archipraeposito reservatos commemoratur *dimidietas decimarum in seminibus et dimidietas Matskoth in parrochia Reso in jure Finnonico* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 259). In literis permutationis, quibus quidam *Tyddi Kraepunj* (ita in exemplo nostro nomen ejus scribitur) se praedium in villa Stensböle in parrochia Borgha situm a. 1335 ab Episcopo *Benedicto* accepisse testatur, huic contra assignat *bona sua in Rimitto, juri tantum Finnonico subjecta* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 100). Quae exempla in unum colligere voluimus, ut eo luculentius totius hujus rei ratio intelligeretur.

[102]) Notitiam hujus rei ex literis Regis haurire licet sequentibus: „Omnibus presens scriptum cernentibus *Magnus* Dei „gracia Svecie Norvegie et Scanie Rex salutem in Domino sem„piternam. Tenore presencium noverint universi, quod *licet „nos bona omnia olim tributaria et nunc per homines bona sua „libera tenentes a rusticis conquisita, diligenter conscribi, et fru-*

Arces easdem (quarum Praefectis provinciarum simul administratio erat commissa) quas proxime superiori aetate

---

„*ctus eorum omnium et singulorum, per nostras certi tenoris literas* „*poni mandaverimus in sequestro,* nostre cum“ (an *tum?)* „intencionis nec exstitit nec existit, quod conscripcio et arestacio, predicte *ad bona que sunt ad ecclesias devoluta* quomodolibet se extendant, sed *ea omnia in eo statu manere graciose volumus, in* „*quo sunt et fuerant, donec specialiter et expresse aliter de ipsis* „*mandaverimus et duxerimus ordinandum.* Datum Ludosie, sub „sigillo nostro, anno Domini Millesimo CCCL primo, die decima „mensis Octobris“. Habentur in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 22; ac testantur, Regem non modo Laicorum licentiam, qui praedia tributaria privato ausu in libera commutare, ubi ipsi Equestris essent Ordiuis (Frälsismän) instituerant, reprimere non dubitasse (quae forte non ultima fuit caussarum, cur in odium optimatium incurreret?), sed potestatem simul sibi vindicasse (qua nunc quidem uti noluit), de Clericorum quoque simili licentia, *cum videretur, statuendi.* His alias porro adjungimus Regis literas, eodem loco dieque datas, idem argumentum spectantes, sed ad *Fenniam* praecipue restrictas et Episcopum nostrum inprimis attingentes: „Omnibus presens scriptum cernentibus, *Ma-* „*gnus* Dei gracia Svecie, Norvegie et Scanie Rex salutem in Do„mino sempiternam. Tenore presencium noverint universi, quod „licet nos bona omnia olim tributaria, et nunc per homines bona „sua libera tenentes a rusticis conquisita diligenter conscribi et „fructus eorum omnium et singulorum per nostras certi tenoris „litteras poni mandaverimus in sequestro, *quum ex hoc tributa* „*notabiliter minuuntur et aliorum iuri plurimum derogatur; no-* „*lentes tamen quod sequestracio, si diu forte duraret, nimium* „*fiat aliquibus onerosa, Reverendo ac dilecto nobis in Christo* „*patri, Domino Hemmingo, Divina providencia Episcopo Aboensi,* „*ac nobilibus et discretis viris, Domino Gregorio Styrberni, Con-* „*siliario nostro, et Nicolao Ericson, Prefecto Aboensi, de quo-* „*rum industria ac discrecione plenam in Domino fiduciam obti-* „*nemus, omnimodam tenore presencium vice nostra tribuimus fa-* „*cultatem, personis quas ad supportandum servicium, pro bono-* „*rum suorum libertate debitum et consuetum reppererint ydoneos* „*moribus et eciam facultate, usum omnium predictorum bonorum* „*suorum et fructuum ex eis proveniencium ex nunc libere per-* „*mittendi,* et sequestrum quoad ea per nos factum, sicut premit„titur, suspendendi, donec circa id aliter duxerimus providendum. „*Reliquis vero,* qui hactenus in hiis offenderant, *ad dictorum Do-*

(cfr. supra p. 90 sq., 170, 204 sqq.) hac etiam commemorari videmus; si minoris momenti *Kumoënsem* illam, cujus nuper mentionem fecimus [103]), excipias. *Urbium* Fennicarum numerum (inter quas nonnisi *Aboënsem* et *Wiburgensem* hactenus reperimus) nova *Ulfsbyensi* (postea *Björneburgensi)* jam fuisse auctum, deprehendimus [104]).

„*minorum Episcopi et Gregorii ac Nicholai Ericson prefecti de*-„*votam supplicacionem de speciali gracia indulgentes, volumus et* „*mandamus, quod ipsi tributa nostra deinceps persolvant et alia* „*onera sicut ceteri tollerent*" (tollant) „*et supportent; cum iniquum* „*sit, quod nec cum Militaribus serviant et laborent, nec cum Ru*-„*sticis subditi sint tributis.* Et si omnes tres premissis facien-„dis interesse non poterint, duo ex ipsis omnia et singula jam „premissa nichilominus exequantur. Datum Ludosie sub sigillo „nostro, anno Domini MCCCL primo, Decima die mensis Octo-„bris". Cuivis has literas perlegenti, et aequitas Regis, et fides quam Episcopo nostro his temporibus habuit, manifestae fiunt; nec parum lucis, mori huic atque instituto in universum, hinc accedit.

103) Supra p. 258 et not. 83.

104) De cujus initiis vid. Dissert. FORTELII supra (p. 258 not. 83) laudata, inprimis p. 10—14; praecipue autem legi merentur privilegia novae huic urbi a Rege *Alberto* a. 1365 concessa, quae luci publicae commisit BIÖRNER *de Stockholmia antiqua* p. 11 (cfr. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 62, et not. subjecta (6)). Quorum igitur exemplum, inde descriptum, adjungere placet. [Quum exemplum paullo diligentius descriptum in *Actis Palmsköldianis (N:o XIV Topogr. T. LVIII Finl. Tavastl.* p. 945) conferre nobis licuerit, quasdam inde lectiones adponemus]. „*Albertus* Dei gracia, Sveorum Gothorumque Rex, dile-„ctis sibi in Domino universis et singulis, tam presentibus quam „futuris, *villam Ulfsby* inhabitantibus, pacem graciam et salutem. „Universitatem vestram, una cum omnibus et singulis bonis ve-„stris, mobilibus et immobilibus sub nostram pacem et protectio-„nem suscipimus specialem, dantes et concedentes vobis, ex „consilio et consensu Consiliariorum nostrorum, tenore presen-„tium" [adde: literarum], „liberam facultatem, ut *juri civili dicto* „*Byarkö-Lagh,*" [lege: Biorkio] „seu libro legum per *carissimum* „*in Christo avunculum nostrum,* Dominum *Magnum,* Dei gracia „Svecie et Norvegie Regem, pro utilitate civitatum et villarum „forensium, in regno nostro Svecie nuper edito, de" [edito. De]

Inter *Praefectos* autem *Finlandiae, Hemmingo* sedente Episcopo memorabiles, (praeter *Johannem Christineson,* cujus supremae auctoritati judiciariae a. 1344, quamdiu Rex in Norvegiam profecturus absens esset, *Osterlandia* etiam subji-

„cetero in villa vestra cum omnibus et singulis articulis et clau-„sulis in dicto libro contentis, quibus civitates et ville predicte“ [adde: uberius] „perfruuntur, uti libere valeatis. Unde omni-„bus Advocatis nostris superioribus et inferioribus, eorum offi-„cialibus, ac aliis quibuscunque“ [cujuscunque] „conditionis aut „status existant, sub obtentu gracie nostre districtius inhibemus, „ne vos vel vestrum aliquem, in personis, bonis aut juribus seu „legibus premissis, contra hanc nostram gratiam audeat“ [audeant] „impedire, aut quomodolibet indebite molestare. Datum „apud Castrum Aboense anno Domini Millesimo CCCLX quinto, „feria sexta proxime“ [proxima] „post festum beate Agathe Virgi-„nis, sub secreto nostro presentibus apposito impendenti.“ Quod ex autographo literas hasce se dare *Biörnerus* confirmat, de fide illarum non dubitamus; licet quaedam circa easdem notanda occurrant, hoc loco jam non disputanda. Caeterum urbem eo loco, sensim ut consuevit enatam, jam antea quandam fuisse, ex sequentibus intelligere licet literis. „Universis presentes lite-„ras inspecturis *Andreas Van*“ (nomen ipsum intercidisse videtur, cui more Germanorum haec praepositio erat praemissa? vel num nonnisi nomen *Van* gessit?) „*Civis in Hulsby*, Dyocesis Aboen-„sis, salutem in Domino sempiternam. Recognosco per presen-„tes, me Reverendo in Christo Patri et Domino, Domino *Hem-„mingo,* Dei gracia Episcopo Aboensi, ac ejus successoribus, „bona mea in Forsby in parrochia Kumu, fundum videlicet in-„fra villam, cum agris, pratis ac aliis quibuscunque prope vel „remote positis, que quidam dictus Bowe alias in eadem villa „possederat, rite et legittime dimisisse et ad manus assignasse, „jure perpetuo possidenda, tranferens in eundem Dominum Epi-„scopum et ejus successores plenum proprietatis, juris et pos-„sessionis dominium, dicta bona quomodolibet ad placitum libere „ordinanda“ (ordinandi?), „ablata michi et heredibus meis omni „facultate antedicta bona imposterum impetendi. In quorum „evidenciam Sigilla discretorum virorum, Domini Hermani Curati „in Ulsby, Henrici Paskudagh et Arnichini Öskärae, una cum „proprio presentibus sunt appensa. Datum Ulsby anno Domini „MCCCL quinto, crastino Mathie Apostoli.“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109). Notum est, *cives* illo aevo non facile sese alios quam *urbium incolas* vocasse: ac nomen hominis, Germanici mo-

ciebatur [105]) inprimis referri debet famosus ille *Benedictus Algoti*; quem a. 1353 a Rege *Magno* creatum fuisse *Ducem Hallandiae et Finlandiae* (satis mira provinciarum dissitissimarum conjunctione) constat [106]). Vehementer Fennos tributis oneribusque aliis iniquis imponendis vexasse, MESSENIUM supra jam vidimus querentem; idque fortasse hominis apud Regem gratiosissimi durum imperium, caussam querelis inprimis praebuit ejusdem generis contra Regem ipsum fusis [107])? Duci huic Finlandiam a R. *Erico* a. 1357 fuisse ereptam, nuper commemoravimus; morteque eum non multo post ambitionem suam luisse, notum est [108]).

Nicolaum Thuronis (Bielke) et R. *Erici* et postea R. *Alberti* nomine (a. 1358 et 1364) in Finlandia suprema ornatum fuisse potestate, supra significatum fuit [109]); quem praeterea, non Legiferi tantum hujus terrae obiisse munus mox videbimus, sed etiam (a. 1362) alia in his oris jura tenuisse atque exercuisse, novimus [110]). Cum caeterum de

---

ris, prodere videtur, mercatores aliquos hujus gentis, loco commerciis (ob fluminis insignis viciniam) exercendis idoneo, consedisse. Nec omnino a vero abhorret, testes illos, qui praeter Curatum loci, sigillis suis literas hasce confirmarunt, venditoris fuisse *concives?*

[105]) Vid. HADORPHII Bih. til Rimkrönik. p. 41; cfr. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 6.

[106]) Vid. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 27 et quos adducit testes, quibus addere licet locum *Annalium Sigtunensium* (MS.) plane consentientem: *„1353 Dominus Benedictus Algoti creatus „est Dux Finlandie et Hallandie per Dominum Magnum Regem „Svecie.“*

[107]) Vid. supra p. 256 sq. not. 79; cfr. tamen MESSENIUS *Scond.* T. III p. 13.

[108]) Vid. LAGERBRING l. c. C. 6, §. 32, 33, 34, et 45.

[109]) P. 228 sq. not. 33; p. 260 not. 86 et p. 263 not. 89.

[110]) Testantur hoc non tantum ea quae supra adduximus p. 238 not. 43, sed literae etiam sequentes, quibus Piscaturam Salmonum in amne Helsingensi a Rege antea jam Conventui Padisensi dono concessam, illis denuo, quasi suo jure tradit: „Omnibus presens scriptum cernentibus *Nicolaus Thuresson* Mi„les, Dapifer Regis Svecie, in Domino salutem. Ex quo ma-

vita sua morteque alibi egerimus, ea hoc loco non repetimus [111]).

Reliquos Finlandiae provinciarumque suarum his temporibus Praefectos, quorum aliqua superest memoria, ibidem

„gnifici *Principes et Domini mei*, Domini *Magnus* Dei gracia „Rex Svecie Norvegie et Scanie, et primogenitus suus *Ericus* „eadem gracia Rex Svevorum et Dominus terre Scanie, Abbati „et Conventui Monasterii *Pades*, ordinis Cisterciensis, quandam „piscaturam Salmonum in *Borgha*" (vitiose hoc nomen esse scriptum pro *Helsingaa*, mox videbimus) „contulerant perpetuis „temporibus possidendam et pro suis usibus libere ordinandam, „*eisdem totum ius quod mihi in eadem*" (eandem?) „*competerit di-„mitto*, affirmans firmiter per presentes, quod hujusmodi pisca-„turam pro ipsis nullo unquam tempore de cetero impetere de-„beam vel quomodolibet impedire. Scriptum sub sigillo meo „anno Domini MCCCLXII:o feria 2 proxima ante ascensionem „Domini." *(Registr. Eccles. Ab.* Fol. 88). Quodnam vero jus, vel privatum vel publicum, Regiae contrarium liberalitati, in piscatum hunc ille habere potuerit, cuique his renuntiaverit? nos plane latet. Quum autem salmonum in amni *Borgoënsi* piscatus nullus esset; ne juri Padisensum, ex errore in nomine loci significando commisso, quidquam detrimenti accideret, affinis atque amicus suus *Suno Haquini*, (de quo infra) literis Drotzeti hanc adjecit declarationem:. „Omnibus presens scriptum cernentibus „*Suno Haquonsson*, Advocatus Wiborgensis, salutem in Domino „sempiternam. Tenore presencium coram omnibus nunc prote-„stor, quod Dominus *Nicolaus Thuresson* precepit Clerico suo „quod scriberet in littera sua, cui mea littera nunc affixa est, „piscaturam salmonum *in Helsingha*, ubi scripsit *Borgha*, quod „ipsam Conventui Monasterii Pades omnino dimisit, ex quo Ma-„gnifici Principes Dominus *Magnus* Dei gracia Rex Svecie, Nor-„vegie et Scanie, ac primogenitus suus *Ericus* eadem gracia „condam Rex Svevorum et Dominus terre Scanie, predicto Mo-„nasterio contulerunt, perpetuis temporibus possidendam. Scri-„ptum anno Domini MCCCLXII:o, sexta feria proxima post „exaltacionem sancte crucis." *(Ibid.* Fol. 89). Neutrarum lite-„rarum exaratarum locus, expressus est. Hoc autem satis patet, cum posteriores darentur, *Nicolaum Thuronis* jam e vita discessisse.

[111]) Vid. quae collegimus in Bih. til de af et Sällskap i Åbo utgifne Tidningar, för år 1785, p. 185 sqq.; cfr. p. 103 not.

enumeravimus [112]), quos igitur item hic silentio praeterimus.

Memorabile autem inprimis est, hac demum aetate [accurate loquendo, sub Episcopo jam *Benedicto,* anno nempe 1324 sqq.] *Legiferorum Finlandensium* primam occurrere mentionem; quod munus maximae olim in Patria fuisse dignitatis, nemo ignorat. *Bero, Legifer partium orientalium Finlandiae,* antiquissimus est quem nostra monumenta commemorant [113]). Utrum etiam ante eum aliqui idem munus

---

[112]) L. c. Bihang etc. p. 184 sqq. et 226 sqq.

[113]) In literis judicialibus a. 1324 scriptis (*Regist. Eccles. Ab.* Fol. 101) vocatur *Bero Legifer;* in literis aliis a. 1327 (Ibid. Fol. 145) audit *Biorno Legifer;* in aliis, a. 1332 datis ipse vocat se *Beronem Legiferum partium orientalium Finlandiae* (Ib. Fol. 146); in aliis a. 1345 *Beronem Legiferum Nylandiae* (Vid. supra p. 144): nulla vero alia caussa *Nylandiae* hic solius eum meminisse credimus, quam quod res quam hae literae suae spectarent, ad Nylandos inprimis pertineret? Ultimas illas quas ab eo scriptas habemus superstites, adjungemus, a. 1347 Svetice exaratas; quarum cum duo exempla in *Registro Eccles. Ab.* exstent, non in omnibus simillima, prius (quod Fol. 108 legitur) accurate descriptum ita dabimus, ut posterioris (Fol. 164 reperiundi ac orthographiam fere recentiorem exhibentis) lectiones plerasque variantes interferamus: „Allom thom (them) thetta breff höra „(hörå) ok (eller) see, sändher *Byörn* Lagman äverdelika helse „(helso) met varum (vorum) Herra. Thet see allum (allom) „vitherlikit om 1 ström j Kwmoboa [oc] som hether *Lammas* „mik haffua dömpth ath byggias (byggia) äpther (epter) Konungs „(Konunkx) doma ok (och XII) Synamännä (Synemänne) vithnum (vitner), swa (swo) ath änghen (at inghin) skiptheth „(skipleed) fortakas (fortagis) up äller (eller) nidher ath fara „badhe thär (tär) ok annärstadh (och anderstaadh), thär (ther) „biscopsins landh ligger (frälsth) vatnith mith j annor (aena) „ath byggia som for (förre) var sakth, närvarandhe (närvarende) „badhe (bodhe) ärlikum (ärlegwm) klärkum ok (och) lekmannum (leykmannum), swa ath ingen (inghin) dirwis (dirffuis) til „nokor (noker) forfiske giörä (göra met) kolkum, näthum (näthiom) äller notum (eller nothom), uthan swa som lagh sigia „(sägia) Thetta breff war scriffuath j Abo äpter (epter) vars herre „(herrä) byrdh Thusandhe (M) arum, Trihundrade (CCC) arum,

obierint, nobis ignoti, an vel Uplandiae Legiferorum jurisdictioni haec terra subjacuerit, vel alio modo justitia administrata fuerit, nos omnino latet. Pari autem dignitate qua reliqui Regni Legiferi, initio nostros non eminuisse, mox videbimus. Proxime post *Beronem*, *Matthiae Kogh*, ut harum provinciarum Legiferi, mentionem fieri reperimus; qui tamen, utrum ordinario munere, an vicario tantum, ornatus fuerit? certo definire non valemus [114]). *Nicolaus* autem *Thuronis*, (is quem Praefectum etiam harum terrarum egisse supra vidimus), qui a. 1362 Legifer fuit Finlandiae, majoribus opibus majorique potentia valuit, quam ut omnia sibi suisque successoribus jura non compararet, quibus reliqui gauderent Regni Legiferi: quare occasione eligendi in Regem Sveciae *Haquini* Principis, consensu et Patris sui Regis *Magni*, et Regni Senatorum communi, cum illi, tum successoribus quoque suis, atque incolis adeo Finlandiae in perpetuum, jus tributum fuit (quo hactenus caruerant), caeteris Sveciae Legiferis et civibus ab antiquo usurpatum, Regem eligendi; ita tamen, ut si hiemis vel tempestatum vi prohibitus Legifer, cum electoribus reliquis Finlandensibus, stato

---

„fyretighi (XL) arum ok a siundhe (ok siwendhe) areno, um „sancti Kalixti dagh, undher mith (mit) incigle.“

[114]) Partim *Kogh* vel *Koogh*, partim *Kogger* nomen ejus in *Reg. Eccles. Aboënsis* scribitur. Nob. VON STIERNMAN Höfd. Minne II D. 8 B. I C. (MS.) vocat eum *Matth. Kaggar* til Mofwik, ädel och Wälbyrdog man, samt Underlagman i Österlanden år 1352, quomodo eum sese appellasse ipsum, in sententia judiciali, de piscatura salmonum in Ostrobotnia lata atque perscripta, testatur. In alia sententia judiciali, eodem anno literis exarata, quae in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 119) reperitur, et typis expressa legitur in Åbo nya Tidningar, för år 1789 N. 38 p. 307, similiter vocat se Undilaghman j Östherlandhum. Quamquam igitur et a. 1351 dicatur *Legifer Nylandiae (Reg. Eccles. Ab.* Fol. 134) et a. 1356 *Mathias Kogh Legifer* (Ib. Fol. 131 sq.); verisimile tamen est, eum non nisi *vicarium Legiferi* Finlandensis (Underlagman) fuisse? Ordinarium vero munus quis eo tempore gesserit, nescimus. In ipsas etiam annorum notas ne aliquis error irrepserit, timemus?

constitutoque adesse tempore nequiret, electionis tamen negotium ac solennitas eam ob caussam differri aut in aliud tempus rejici non deberet, sed ordine modoque solito tempestive peragi atque absolvi [115]). Inter caussas, cur Finlandiae incolis insigne hoc jus concederetur, Rex hanc etiam adducit, quod *Parentes sui fidem illorum atque amorem fuissent experti* [116]); literisque Regiis *Hemmingus* quoque Episcopus Aboënsis subscripsit [117]): quibus accuratius examinandis atque expendendis caeterum non immoramur [118]).

---

[115]) Literas hasce primum typis exscriptas dedit Nobil. LAGERBRING, Saml. af åtskilliga Handlingar -- som kunna gifwa ljus i Swänska Historien, I D. p. 193 sqq.: sed quod apographo usus esset non diligentissime scripto, easdem ex *Registro Eccles. Aboënsis* sollicite descriptas inserendas curavimus Novellis Aboënsibus (Tidningar utg. af et Sällskap i Åbo), a. 1784, N:o 20; neque tamen hoc exemplum vitio nullo laborare, putamus. Quum igitur affirmet Nob. PERINGSKIÖLD, *Monum. Upland.* P. I, C. III p. 27, penes se literarum harum Regiarum *autographon* (Kongl. *Original*-Brefwet; in versione latina adjecta *literas* vocat *diplomaticas)* fuisse adhuc asservatum; scire optem, an hodieque illud, et ubi, superstes reperiatur? De re ipsa cfr. Ill. LAGERBRING Sw. Rikes Hist. 3 D. 6 C. 53 §.

[116]) Medhan Österland thet är eth biscopsdöme oc eth lagmanzdöme, oc ware forälbre haffua thet a i trostap oc i kierlek funnet.

[117]) Quod addi debet iis quae supra diximus, (p. 245) de consiliis negotiisque publicis ab Episcopo nostro adjutis. Caeterum observat Nob. LAGERBRING occasione hujus negotii harumque literarum a nostro comprobatarum, qui *die* itaque *S. Sigfridi* (15 Febr.) a. 1362 et libertate utebatur et Upsaliae versabatur, captivitatem ejus (secundam a. 1361 ei contigisse MESSENIUS commentus fuit?) aut nondum locum habuisse, aut quod verisimilius putat, brevem admodum fuisse. Quid nobis videatur, supra significavimus.

[118]) Non modo hoc mirum videri queat, quod literae de tanti momenti negotio, utriusque Regis nomine exaratae ac pari communique Patris et Filii auctoritate confirmatae non fuerint, sed a Rege *Haquino* solo, *consilio* tantum *Patris* (cui Regium tamen imperium nondum abrogatum fuisse reperitur) sui adhibito, non aliter ac de Regni Senatoribus idem affirmatur, datae? verum etiam, quod *Clericis* singulare videtur legibusque patriae

Qui eodem hoc tempore *Legiferi* nomen gessit *Jacobus Korka* (Kurck), non nisi vicarius fuisse *Nicolai Thuronis* videtur [119]); post cujus ambitiosi et potentis viri mortem, *Arvidus Gustavi* [120]) mox ei successisse videtur, cujus exstant literae a. 1366 datae, quibus se *Legiferum Österlandiae* vocat [121]).

---

ignotum jus addi; quos numero non definito, praeter XII illos Electores, e rusticis (praediorum possessoribus) cooptandos, Legifer adducere secum, ad eligendum Regem profecturus, deberet? Tha skal Lagmannen koma met Klerkomen oc tolff mannom aff almoghanom oc Konung döma aff aldz almogens wegna j Österlandh. Nisi scriptoris aliquod vitium in hunc locum irrepsisse, putandum sit? quale in praecedentibus quoque his verbis latere suspiceris: tha är thet wäl mögeliket, at the (Finlandiae incolae) i then heder oc kerlek aff alder bliffna, som annor biscopsdöme ae Lagmansdöme ära j Swerike; etc.?

119) Mentio ejus fit in literis, quibus transactio Episcopi *Hemmingi* cum rusticis quibusdam Kumoënsibus, ab his confirmatur, quibusque (cum aliis nonnullis *viris nobilibus*) hic *Jacobus Korka Legifer, a. 1362, dominica quinquagesima*, subscripsit. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109.

120) *Arvid Göstafson. Arnvidum* vocat VON STIERNMAN l. c. ubi dicit: Arnwid Göstafsson den yngre til Wik (Sparre), år 1371 Riddare, K. Albrechts Swen och Råd 1376, Lagman öfwer Österlanden, war år 1377 tillika Häradshöfdinge i Lagunda. Son af R. R. Göstaf Arnwidsson Sparre til Wik, och Margareta, Sune Jönssons dotter, som i Wapen förde tre Åkerhöns. Margini autem alius adscripsit, eum anno jam 1369, d. 10 Jul., vita decessisse. Quae suo loco relinquimus. Anno 1362. *Arvidum Gustavi* inter reliquos Senatores Regni, literis R. *Haquini*, nuper a nobis commemoratis, de jure Regem eligendi cum Legifero Finlandensi communicato, subscripsisse invenimus. — [*Arvidum Gustavi* a. 1369 decessisse, eo minus dari potest, cum supersint inter Apographa *Broocmanniana* p. 1897 (ex *Monum. R. Bibliothecae Stockh., Fasc. 22 N:o 3)* sententia sua judicialis, lata a. 1375].

121) Jac Arwed Gödstafsson, Lagman j Österlandom. Dat. *in Wirmo a:o D:ni MCCCLXVI, crastino b. Laurencii Martiris. (Registr. Eccles. Ab.* Fol. 131). Ac aliae literae exstant, datae *Abo a:o D:ni MCCCLXVII, in presencia nobilis viri Boecii Joanssons, sabbato proximo post translacionem sancti Henrici*, a *Catillo Olai (Kiätil Olafson)* qui se ejus vocat vicarium, Undi-

Dubitari quidem haud potest, quin et his temporibus, et superioribus etiam, *Judices* quoque *Territoriales* (Häradshöfdingar) Finlandiae habuerit, et horum cujusque Jurisdictioni certa definitaque territoria (Härader) jam fuerint subjecta; sed nulla quae hanc rationem illustrent istius aetatis supersunt cognita nobis monumenta.

Ecclesiae status Fennicae ex iis quae supra attulimus monumentis satis elucescit [122]); quam non modo novis exstruendis templis ornatam pluribusque constituendis per rura ministris roboratam fuisse verisimile est, sed majorem quoque in rebus ad civitatem pertinentibus auctoritatem ac momentum acquisivisse, constat. Novum *Praepositi* munus (cui administrando mox post mortem *Elavi* [123]) admotus

---

lagman Arwidh Gößtaffsons i Finlande (ib. Fol. 108). Hic *Catillus Olai* (quem diu etiam postea eidem praefuisse officio videbimus) D:no von Stiernman vocatur *Ollongren*, l. c.

[122]) Plures jam paroeciae commemorantur suis instructae Curatis: *Pemar* a. 1346, *Pätha (Pöytis)* 1366, *Wirmo* 1352, *Wemo* 1366, *Kumo* 1347, *Effrabominne (Euraåminne)* 1346, *Sastamala* 1351, *Wesilax* 1346, *Nerpis* 1331, etc. Literarum Episc. *Ragvaldi* de fundatione templi in *Liikis* (seu *Ulfsby*), datarum a. 1311, et Episc. *Benedicti* de templo lapideo ibidem exstruendo a. 1332, meminit Fortelius Diss. *de primis initiis Björneburgi* p. 11; nec non literarum Ep. *Hemmingi* de consecratione Coemitterii in Ulfsby a. 1347, et de 40 dierum Indulgentiis Ecclesiae eidem concessis a. 1350. Sed quod postea narrat, p. 15, et testimoniis confirmare nititur, loculum ibidem conservari, cujus inscriptio doceat viros nobiles familiae *Finckianae* in templo Ulfsbyensi anno 1139 fuisse sepultos, adeo absonum est, ut perspicere debuisset, anni notam esse vel vitiose in loculo isto expressam, vel male lectam: annus forte aut 1439, aut 1539, intelligi debet?

[123]) *Praepositum Elavum* anno adhuc 1344 die inventionis S. Crucis (d. 13 Maji) literis subscripsisse *Winandi*, Curati in Kimito, quibus hic praedium suum *Trulshufvud*, paroeciae Tenala, Ecclesiae Aboensi donavit, e *Regist. Eccl. Ab.* Fol. 123 discimus. Ac licet nota anni MCCCCXLV (pro MCCCXLV) erronea sit quae apponitur literis *Pauli Svenonis* Presbyteri, qui coloniam suam *Sudenvainio*, paroeciae Vemo, eidem ecclesiae donavit, dubium tamen non videtur, quin hae a. 1345 (die b. Petri Martiris h. e. 14 Martii?) datae sint, quibus idem subscripsit Praepos

fuisse *Henricus Hermanni* videtur [124]), proximus *Hemmingi* in sede Episcopali successor), constans *Capitulo* decus attulit; *Canonicorum* vero ordini quod hoc tempore accessit augmentum, brevi rursus evanuisse vidimus [125]).

39. Notissimum est, atque a nobis etiam supra monitum, diligenter et sollicite de *Hemmingo* nostro Divorum ordini solenniter adjungendo, a majoribus nostris fuisse actum. Quod etiam plene perfecisse, e MESSENII verbis colligas [126]); sed erravit, caruitque res, ob intervenientes primo turbas in Patria tristissimas, ac secutam deinde felicem sacrorum emendationem, successu optato. Anno ad-

---

Elavus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 106). Anno autem 1355 *Henricum* Praepositi munus jam gessisse, constat (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 102). — Sed in Apographis tamen *Broocmannianis* (Monum. R. Bibliothec. Stockh. Fasc. 18 N:o 4) commemoratur quidam *Herr Hinze Probst i Åbo,* quod nomen *Hennechinum* (vel *Hinzechinum?*) potius quam *Henricum* significare, existimari potest?

[124]) Cfr. supra p. 210, not. MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 16) Henricum a. 1354 factum fuisse Praepositum dicit; quod non est improbabile.

[125]) *Canonias* a. R. *Magno* institutas, ab *Alberto* vero abolitas spectamus, de quibus supra egimus p. 263 sq. A Rege *Magno* quosdam fuisse hic Canonicos constitutos, nec solum *Nicolaum Asceri* (Nils Assarson) a. 1348, vi Privilegii specialis a Papa sibi concessi (LAGERBRING l. c. C. 8, §. 4) Capitulo Aboënsi adjunctum, sed alios quoque nonnullos; eo est verisimilius, quod in Ecclesiam et *Canoniam* Wirmo jus Patronatus ad Regem (ex pacto cum Episcopo facto) pertinuit: cfr. supra p. 228 not. 31. Inter Canonicos hujus temporis Aboënses (a. 1347), *Magistrum* etiam *Conradum* reperimus, tantae famae virum, ut in Universitate Parisiensi *Procurator nationis Anglicae* fuerit et insigni floruerit auctoritate; cfr. LAGERBRING l. c. C. 12, §. 7, et quem excitat, BULÆUS. Parisios igitur etiam ex his longinquis oris, studiorum caussa, homines jam adiisse, videmus.

[126]) *Catalogo Divorum solenniter notatus 1513* (*Scond.* T. IX C. VII); cui concinunt quae habet ibid. T. IV p. 72, T. X p. 23, T. XV p. 95: cfr. *Chron. Episcopor.* C. 12, in vita Hemmingi, ubi annum tamen habet 1514. Caussam erroris sui infra aperiemus; quem vel inspectio Bullae Papalis mox commemorandae eximere illi debuisset.

huc 1417, cum de *Nicolao* Episcopo Lincopensi, *Brynolph* Ep. Scarensi, et *Ingride* Moniali Skenningensi canonizandi Praesules Regni literis supplicibus apud Patres Concil Constantiensis agerent, nostrum inter hujus honoris can ditatos non comparuisse, recte quidem observat Ill. LAGEI BRING [127]); sed eodem ad finem vergente seculo, dignu visum fuisse qui tribus illis superioribus (hominibus divinis adsociaretur, dubio caret [128]). Atque diligentia et studi viri acerrimi *Hemmingi Gadd*, illo tempore Pro-Regis R gnique Svecici apud Romanam Sedem Oratoris, rem fuiss eo perductam, ut Pontifex votis nostratium (a. 1499) annuen ossa horum beatorum *transferri* permitteret, spem plenaria Canonizationis justo ordine secuturae simul ostendens, su perstes ipsa Bulla ejus satis indicat. Non tamen nisi po XV demum, ex quo hanc veniam adepti sunt annos (1514 ossibus *Hemmingi* illum honorem, tanto molimine expetitum impertiri potuisse, vel auctoris nostri testimonium evincit [129]. Quamquam vero, ob repurgationem sacrorum mox inse

---

[127]) L. c. C. 8, §. 16, ipsarum harum literarum auctoritat nixus, quas exhibet Rev. BENZELIUS Append. ad editum a s *Diarium Wazstenense* p. 200 sq.

[128]) Docuit jam Rev. BENZELIUS, Annott. ad VASTOVII *Vit. Aquilon.* p. 62 sq. Ipsam vero Bullam Papae *Alexandri VI*, qua petitioni huic se favorabilem testatur, legendam exhibuit Diss. *de solenni inscrinationis actu B. Episcopi Aboënsis Hemmingi* (Praes. Cel. Prof. *Bilmark* a *Gust. Sivers* a. 1775 hic ed.) P. Pr. §. 11, p. 7 sq.; de qua Bulla cfr. etiam Nob. A CELSE *Apparat. ad Histor. Sveo-Goth.* Sect. I. §. LXXI, p. 209 n. 4. Nihil autem ultra aut hactenus petiisse Proceres Sveciae, aut Papam iis concessisse, inde apparet, nisi ut *ex sepulturis parum decentibus in honorabiliorem locum ecclesiarum ubi* corpora hominum istorum beatorum *sepulta essent transferre* atque solenniter honorare ea liceret: qui quasi primus gradus fuit ad plenam perfectamque Canonizationem, solenni tamen ille etiam pompa adscendendus; ut quae in nostri hac *inscrinatione* observata fuit magnificentia, satis demonstrat.

[129]) Falsus itaque est MESSENIUS (recte observante Nobilissimo A CELSE l. c.) qui T. IV p. 55, a. jam 1498 „Lincopensem „Scarensem et Abogensem Episcopos, bullam nactos Pontificii

cutam lucemque exortam Euangelii, (quae ab his nugis animos hominum avertit), ipsa solennior illa atque splendidior sumtuosiorque Apotheosis, quam instituturus porro (nostrorum impensa!) Papa erat, Hemmingo nostro non contingeret; tamen inter sanctos hic domi habitus cultusque, et a VASTOVIO MESSENIOque horum ordini insertus fuit [130]). Caeterum tantam affert et Bulla Papalis nuper commemorata, et *ordo translationis ossium b. Hemmingi solenniter peragendae*, (cujus formulam vetustam fors nobis conservavit), his rebus lucem, tantumque adjumenti ad ingenium moresque temporis (Pontificiae religionis superstitione fraudibusque fascinati) cognoscendos, ut neutrum monumentum, quam-

„Alexandri VI, residuas corporum exuvias S. Nicolai, S. Brynol-„phi, et S. Hemmingii, qua par esset solennitate, transtulisse „exhumatas," narrat. Ipsa eum Bulla Papae satis refellit. Quod autem sic *translationem* jam fuisse peractam, falso existimavit, illum actum qui a. 1514 celebrabatur, ipsam deinde fuisse apotheosin pleniorem, putasse videtur; ut loca *Scondiae* suae supra indicata fidem faciunt. In *Chronico* autem *Episcoporum*, utrumque actum confudisse (quod mireris!) apparet, ubi scribit: *Sed Hemmingo in catalogum Divorum, anno 1514 per Archiepiscopum, et Episcopos Regni Svecici relato, illius ossa exhumata, et scrinio argenteo commendata.* Caeterum annum factae translationis b. *Hemmingi* eundem quem auctor noster, OLAUS etiam PETRI, *Chron. Svec.* MS. prodit, scribens: Anno Domini 1514 foor Erchebiscop Jacob, Biscop Matz i Strengnes til Åbo, medh några flere, och groffuo aff jordene helge Hemmings been, som ther Biscop hade warit j Konungh Måns Smecks tiidh. Male itaque RHYZELIUS, MESSENII *Scondiae* innixus, non solum a. 1513 habet, sed iter etiam in Finlandiam, hujus negotii perficiendi caussa ex mandato. Papae *Leonis X* susceptum fuisse, comminiscitur; quod ejus commentum recte in Diss. jam laudata *de solenni inscrinationis actu b. Hemmingi* §. II p. 6 sq. reprehenditur.

130) Jesuitae qui *Acta Sanctorum* Antverpiensia collegerunt (observante Nob. WARMHOLTZ, *Biblioth. Hist. Sveo-Goth.* T. IV p. 70; nam nobis conferendi vastissimi operis copia non fuit) nihil de b. Hemmingo sciunt, nisi quod apud VASTOVIUM reperitur: quare ad d. 21 Junii eum praetereunt, promittentes se d. 8 Octob. (die S. Birgittae) illius mentionem facturos; quo loco quid ab iis dicatur, ignoramus, non magna, ut putamus, jactura.

quam typis jam antea vulgatum [131]), in hoc opere nostro ad conservandas illustrandasque reliquias Historiae Fennicae antiquioris comparato, commode desiderari existimemus quare Bullam Pontificis infra in *Sylloge Monumentorum* dabimus, Epistolam autem quae *Translationis b. Hemming ordinem* praescribit, hoc loco inseremus. Manuscripti quod illam exhibet antiqui Historiam, laudata nuper Dissertatio Aboënsis tradit, formam illius indolemque simul accurate describens [132]); auctoremque famigeratissimum illum fuisse Electum Lincopensem *Hemmingum Gadd*, (cujus et ipsum esse autographon quod ad nos pervenit exemplum, veri simile habet, non immerito, ut nobis videtur [133]), recte perhibet [134]). Textum autem ipsum diligenter de novo descri

---

[131]) In Dissert. nuper laudata, ad Apotheosin Episcopi nostri illustrandam ex instituto diligenter adornata; sed quae rarescere, communi talium scriptionum Academicarum fato, jam coepit

[132]) In Templo scil. Cathedrali Aboënsi, circa medium fere praesentis seculi, a Templi Oeconomo Dn. *Davide Deutsch* inventum, et Celeberrimo *Scarin* traditum docet, (per quem ad Rev. quoque *Rhyzelium* ejus notitia pervenit); a quo sene cum illud accepisset Cel. *Bilmark*, typis evulgandum, latina interpretatione accurate explicandum, notisque illustrandum, laudabili consilio industriaque hic curavit. Ipsum porro Manuscriptum charta ordinaria in folio (ut dicitur) tribus paginis significat esse exaratum, vetustate et usu ferme fatiscens, atque ob lituras passim occurrentes lectu difficile; figuram vero literarum et continuas abbreviationes indicare, illud circa initium seculi XVI esse confectum.

[133]) Confirmatur etiam inde, quod huic chartae, in formam Epistolae olim complicatae, haec a tergo eadem qua ipsum scriptum exaratum est, manu inscripta legantur verba: *venerabilibus plurimumque circumspectis viris et Dominis Praeposito, Archidiacono ceterisque Canonicis ecclesie Aboensis, Dominis et maioribus suis observandis.* Quae demonstrare videntur, ipsum esse illud exemplum, quod ab Auctore Aboam missum fuit? Episcopum (*Arvidum Kurck*) eo tempore absentem fuisse, (forte in Svecia Reip. caussa versantem?) apparet.

[134]) Quamvis cognomen auctoris expresse appositum nobis quidem nullibi occurrat; ipsum tamen scriptum attente perlectum,

ptum (ope etiam adhibita virorum in his literis versatissimorum) dabimus; scripturae compendiis plene explicatis, sententiis quantum licuit interpunctis, notulisque paucissimis, ad lectionis veritatem et intellectum definiendum pertinentibus, subjectis. Latinam qui legere interpretationem voluerit, ei Dissertatio saepius laudata abunde satisfaciet.

Ipsa vero Epistola hujusmodi est:

> Verduge Herrer och Fäder. Tesse epterscreffne articlar äre i war helge Ffaders Pawans och Romara gord hallandes, nar sam nogor häliger man, jomfrw eller qwinne ophäffwes och heliig hollas skal. Sa skedde i beati Bonaventura och Leopoldi canonizationibus.

Fforst (skal) mith i kirkion en park aff bräde byggias, sa widh och bredh kyrkion är i mellom pelarna, XXX alna long och IIII alna högt. Ther oppa skal göres eth altar hederliga breth och langt; ther skal höghmessan oppa sighias, och oppa then parkin kommer inghen op, wthen Riichesens Forstandhere, alle i Rodhet äre, och gode män flere, meth alle Bisper och werduge prelater aff Clerkeriidh och ministrantibus. Ther skal ware en porth fore, ath inghin trenger sig in, wthen tilskickadh; mijth pa trappone skal porthen vare, och II godhe män honom war taghe skulle etc.

Item am i hawe ecke skrin ath legge strax the hälgedoma in, tha tager en fyrakantha kystho, eller afflang, och lather henne forgylla, meth malara gwll, och helge biscop Hemmingx wappn oppa alle sider.

---

et cum historia hujus negotii apud Romanam curiam per famosissimum hunc virum acti collatum, dubitare non sinit quin ab eo sit exaratum et transmissum. Videntur ab eo potissimum, quod Romae accuratam harum rerum potuerit sibi cognitionem comparare, consilium atque informationem Aboënses expetiisse; quare etiam ut ipse Aboam veniret, festam solennitatem directurus, eum rogaverant: sed sine Domini sui (Pro-Regis *Stenonis Sture* Junioris cui suam addixerat operam), venia hoc sibi non licere, respondit.

Item är siduänia ath alle sam gaa i process skulu haffue brännandhe waxliws i hand, saa stort som hans stath tilsiger, inthe dog större än til III marka wax, och mäst en mark, II ½ och I ½, sam i sielffue wele göra then hälge herre hedher etc.

Item är och plegsider ath kasta i *grabb* [135]) aff parkin en IIII eller VI. C peninghe liws [136]) for then mene mann, sidhan processio är giord och officium begynnes; am sa skal skee her: thy her är otoluger almoghe och dryxe [137]) etc.

Item oppa huar pelarä eth vappn hälge bisbop H. am eth ark stort, och offwer vapnet eth wax liwss, methan officium säges i the VIII dagha.

Item fran midhvägin, fra hwalffuith, mijt nidh pa pelarna, skulu hengias gröna qwista pa segelgarn, och blomster kranza, och i mellan hvarie II qwista eller kranza eth vappn, hwarth am eth halft ark.

Teslikes pa kirke gordhen och i alle kirkio porta.

Item mijt i kirken skal hengias III stor vappn hwarth am eth ark, myns Herres Riichesens Forstandere pa en sidhen, oc Ärkebispens pa then andra, och hälge biscop H. i mellan; och the skule wara malad pa bodhe sidhar, fästhe i en kranzs, sa huart the wändes, ath vapnen synas.

---

[135]) Ita vocem hanc lectu difficiliorem et correctoris manum expertam, legendam esse, recte censet Cel. NORDIN; *i grabb, hopetals, med grabbnäfve*, collectim, plena manu.

[136]) Hoc est, candelarum multitudinem, quae pretio summam aequaret 4 aut 6 cent. *penningorum* (quorum 24 Oeram, 8 *Örtugam* s. denarium complebant). Sic in *Catalogo Episcoporum Legibus Westrogothicis adjecto*, idem Vir Doctissimus observat, dici in vita Ep. *Oedgrimi* et *Benedicti*, *fem peninga bla* h. e. *frumentum* (bledum) *pretii quinque penningorum*.

[137]) Metuebat forte, ne plebi nostrae contemtum prodere videretur, si candelae eo more sibi jactarentur? Non erat adsueta hujusmodi magnificentiae, qua non multo secus ac frusta canibus, munuscula sibi abjicerentur, de quibus certaret! Ferocior erat, et elatioris animi, quam ut patienter turpem ferret morem, quem postea exterorum imitatio etiam nostris solennitatibus addidit!

Item offuan parken skule vara L, LX eller hundrade lamper meth olio brännandes, om i kwno koma thöm ostad: öwerst en moth en, ther näst II moth II, III moth III, och sa sidhen ä widare och widare.

Item (huru) mong liws i wilen haffua pa parkin, stor och lang, stor til eder.

Item i Rom för huar Cardenal III liws, (II) aff cera communj, och eth huit cera virgjnea: the II bör candatarius, the huitha Cardinalis; och brynna ä methän messen segis.

Item huar Erkebiscop, Biscopa, Protonotarii, II liws, eth hwuit och eth cera communi; tesliges Oratores och alle Herre sändebud, Senator urbis II, de statu communi eth.

Item for mins Herre herberge alt bestrot gatan. Tesliges verduge fäders; och helge Hemingx vappn pa porthen.

Eij skule i forsta ath helge Biscop H. vappn alene skulo malas, wthen hans hälghetz persona, och sa vapnit vndher högre handen, eller huru i tha wilen, män the andre wappn allena.

Item sidan hälgedomana äre meth wirdningh optagne, göres processio fran höga korin kring om kirken först, sa in oppa parkin, och skrinet bärs meth, aff min Herre Richesens Forstandere meth andre the offuerste in pa altaret pa parken, och tha sijwnges *veni creator spiritus* i the processione. Sidhan skrinith stor oppa altaredh, och *veni creator* är wtswngit, wphäffuer then verdugeste Herre och Fader Erchebispen sine werdughe hender och ögon i hijmlen, begynnandes compositis manibus *veni sancte spiritus.* Tha thet är wthe sine collecta, begins strax Letanie, Kirieleijson; och när Hans Nadh kommer til ytherste wärsen i *Te rogamus, audi nos,* skal han ophäffue händerne, och siwnger allene III verser *ut in hoc sancto negotio huius beati patris beati H. nos non contingat errare,* et Chorus respondet *Te rogamus audi nos.*

Item sidhan skall processio göras aff parkin och kring om kirkegordhen, och min Herre Richesens Forstandere bär skrinit, och other in pa parken igen; och saa begynnes officium misse, och methän introitus siwnges, bärs skrinit in

pa höga altarith, eller huar then mene man kan betzst wedherkomma ath offra och kyssa, och göra sin gudlighet Haffue i tha nogre spälemän eller diiskantores som go fore skrinith, ffa i se for eders och Riichesens heder skulo etc.

Item II bröd skule offras om en ½ span, eth forgylt eth silffreradh; II fiärdhinga mödh eller win, en forgylt oc en silffreradh.

Thetta skal offra ordinarius Bispen först eth brödh thet andra astans Episcopus; win fiärdwngen mijn Herre then andre maior prelatus ther näst: och alt thetta ffa the som ministrera; the ffa inthe annedh offer mera. Wil noger lleggia L eller LX gyllena pa altared, aff thöm som brödhit eller fiärdungha bära, ther warder ingen wredher om.

Item om alla andra högtidher och ceremoniis som skee skall, kwnne i eij begrijpa wthen then ware hoos som wisthe the swencker och stycke [138]) ther til hörer, meth löpande eld fran hwaluith och in pa parkin, och aff parkin op til hualffuit, och II leffande dwffor meth huar eld; thet är eth gantz lämpeligit stycke. Som i begäre iach skulle personlighe sielff koma, thet stor til min Herre jach thiäner; om hans Herredöme wille giffua mich loff, gierna giorde eder verdughet then tiänest, för min nampna skul, jack owerdug liknas vid hans nampn, helge Biscop Hemmingh [139]).

Item epter offertorium, skal hollas sermo Latinus, aut oratio, pa parkin, en tho (entho) sidan en som predicar pa kirkegarden aff then helighe Herre och werduge ffader helige Bisp H.

Item när oratio är wthe, ganghe ath actum Archiepiscopus; och som actus begynnes, skal kastas nidh aff hualffuit alt iempt meth (medhan) *sanctus* och *Agnus Dei* siwnges, halff och hell öfflathe och fragmenta som skeras aff öfflathen, och ibland them blomster blad, bla, brwn, grön,

[138]) *Inventiones et artes ingeniosas*, non technas aut fraudes.

[139]) Vel hic locus non obscure docet, auctorem Epistolae *Hemmingum* illum celebrem fuisse, quem diximus.

gol och huit, alt wthen stijlcka, och ther ibland leffandes fogla, smo och store, dwffor, järpa, stiglizor, spirwer och andre smo fyncker, thet far kringh om alt kirkon hiit och tith och waffrar. Ther wil wäl II span blomster til och en III, wthen öfflathin. The wilia och ware vid then mottan, och ther ibland o rodh (?), rwnd och afflang halffue mäst; thy the siwncka snarasth nidh när the äre hele: och off golffuit wid hvar pelare göres parfumj meth rökilse och mirram, sa thet ena möther thet andra mellom hwalffuit och kirke golffuit; är tw holl pa hualluit, och kastas ginom them bodhen.

Item smo bolla aff lin blor, stor som en walnöt, och ther in i ½ nötskal meth poluer kastas nidh meth eldh; thet tyckes bland andra som liwngeldh.

Item wapnen badhe sma och store wilia ware ene V eller VI. C, skal thet räcke alle stads om kringh, bodhe i kirken, kirkegorden, kastas i grab [140]), och alla Herra herberge, och bortgiffuas.

Item officio finito, och messan är wthe och välsignelse är giord, som siwnges aff jomfrw Marie som dagen tha tilsiger, eller annedh etc. Ther näst for torftelig wederlek *D:ne Rex.* Ther näst för fridh och nadhe *Da pacem.* Och yterste for alla kristna siäla och elendhe *Clementissime* etc.

Tha alt thetta är skeet, är bäst ga heem och snacka i skinkkan, hoo hona haffuer, och drijcka goth Finsth ööl: thet bliffuer väl klockan vidh eth for alt är uthe; thij Poffuen begynner pa officium i Rom mellan XII och XIII, och är ey wthe for i mellom XVIII och XIX.

Item forarbeder (forabreder?) meth alle the i stadhen boo, ath alle gatwr äre rene wthen alla dyngio, löffwadhe, meth gräs strödde, mith mellan all hus pa gatwner blomstra kranzsa och hengiande löff qwista, huar som han vil göra sig sielff heder och then hälge Herre, hälge Biscop H. Tolkin högtiid skeer aldrig mer j theres och ware daga som nw leffua, thet är uthen twekan. Ha then helge Herran gör

[140]) Cfr. supra, de hac phrasi, dicta.

heder her i wärden, han hedher wether honom i hijmerike, wthen twekan.

Item wnder mooltiid, skal läsas til bordh then hälga Herrans *Leffwerne och miracula* [141]), for alle tha närstadde äre, och tesligis parfumj ther kosten holladz ower til maal tiidher; och thet skal ware en aff Prelatis ecclesie vestre ad minus Canonicus, och for honom tw brännandhe bloss, methän han läs til bordzs.

Item (huru) mong bloss i wilie haffue for then werdugeste Herre och Fader Erchebispen, meth the andre verdughe Fäder, stor i eder skön.

Item for myn Herre Riichesens Forstandere, och mene Riidderskapet haass (hos) Hans Herredöme sitia, om han komber, är och i eder skön.

Item XII par unge före karla, hvar there en staka i hand om III alna, formolad, som skulle holla hvar i anners stochs ände, och i mellom them gor Sacramentet och skrineth, myn Herre och mene Rodhit, ath ingen trenger in oppa thöm.

[142]) Item verdige Fäder och Herrer, thetta är opkas-

---

[141]) Vel hinc patet (quod facile res ipsa docere potuit) ad hunc actum vitam novi Sancti (*Legendam*) adornatam fuisse, diligenter pro consilii ratione conscriptam; adeoque *miraculorum* etiam suorum indice instructam, de quibus antea Papam quoque fuisse edoctum, Bulla ejus supra commemorata (ipsaque rei natura) confirmat, utpote in canonizationis negotio urgendo necessariis omnino requisitis: qua igitur auctoritate Messenius defendere facile assertum suum potuit, quod supra attulimus (p. 245.) Ipsa autem haec Legenda periit; nec in Breviariis Ecclesiarum nostrarum locum invenire potuit, utpote ante beatificationem *Hemmingi* typis jam vulgatis (recte observante auctore Dissert. saepius laudatae, in toto hoc argumento explicando ex instituto et diligenter versato); ob quam caussam nec in *Missali Aboënsi* (1488 impresso) mentio ejus fit: sed calamo tamen postea adscriptum Calendario ei praemisso, ad XII Kal. Junii (21 Maji, diem mortis suae), legitur: *Hic obiit Hemminghus Episcopus Aboensis.*

[142]) Quae sequuntur verba, atramento alio ac dilutiore aliaque manu adjecta sunt, ipsius ut videtur *Hemmingi Gadd*, qui

tat i en god ackth, ath i ther aff besinna huru then helige högtidh til gå skall. Hon sker i edher tildh, och aldrig mer methän i leffue. Jac weth inghen tingh idher kan mer fattas än lamponar etc. Och i haue icke malara ther j byn, hawer bod til Reffla, eller uth til Stocholm: her är en ganss kostelig Lass Snickare. Thet bestellin meth Borgamestaren Her [143]) Eric Jenson; jac wil gerna göre honom - - - - - - - [144]) etc.

DECIMUS TERTIUS.

D. HENRICUS Hermanni, Praepositus Aboënsis, canonice electus. Obiit in via de curia Romana redeundo, Anno D:ni 1368 *e*) [40].

Notae Editoris.

40. Hic uti brevi admodum tempore Episcopalem tenuit dignitatem; ita pauca sunt quae de illo habeamus dicenda. Neque ubi quandove natus, neque unde oriundus fuerit, scimus. Patri suo nomen *Hermanno* fuisse [1]), auctor noster prodit; atque canonice electum, ex Praepositura ad Episcopatum adscendisse addit. Annis 1355 et 1363 Prae-

antecedentia scribae forte suo dictaverat? Additamentum hoc, et atramenti colore et literarum ductibus, ipsam Epistolae Epigraphen (utanſkriften) quam attulimus, exacte refert.

[143]) Singulare est, huic viro qui nec Clericus esset nec Miles (Riddare), *Domini* appellationem tribui?

[144]) Duo verba ultima fere evanuerunt, ita ut lectu sint difficillima. Sensus autem manifesto indicat, voluisse auctorem significare, *suum illi* (Consuli *Erico*) *consilium atque operam non defuturam.*

e) Fragm. Palmsk. addit: *in summo choro ad sinistrum latus juxta S. Hemmingum sepelitur a:o MCCCLXVIII.*

[1]) In uno tamen Codice scriptum invenimus *Hertmanni*; quae lectio si vera esset, suspicandi alicui subministrare caussam posset, forte eundem esse *Henricum Hartmanni*, quem circa a. 1340 *Rectorem* fuisse *Ecclesiae Säxmäki* vidimus, benivolentiaeque Pontificiae haud contemnenda percepisse documenta? Cfr. supra p. 252 sq.

positum fuisse, *Registrum* quoque *Eccles. Aboënsis* docet[2]). Avenionem, pro confirmatione et consecratione obtinenda profectum, indeque, re bene peracta, redeuntem in itinere fuisse mortuum, *Fragmenti* etiam *Palmsköldiani* auctoritate confirmatur; ubi additur, *in summo choro* (Templi Aboënsis) *ad sinistrum latus juxta sanctum Hemmingum* fuisse *sepultum*, unde patet corpus ejus exanime domum in Fenniam esse adductum[3]). Bullarum Papalium, in favorem sui suaeque Ecclesiae, huic Episcopo datarum binarum supersunt exempla[4]);

---

[2]) Fol. 102 et 171. In *Fragm. Palmsköldiano* vocatur *Cardinalis Aboensis;* sive hoc sphalma habendum sit, sive auctori vocabulum idem ac *Praepositi* illud significare, fuerit visum?

[3]) Unde motum RHYZELIO hac de re dubium (*Episcoposc.* P. I p. 332) evanescit.

[4]) Altera quae Episcopum, Capitulum, atque Ecclesiam Fennicam singulari Pontificis tutela atque protectione munit, hujusmodi tenoris est: „*Urbanus* Episcopus, servus servorum Dei, „venerabili fratri *Henrico* Episcopo et dilectis filiis Capitulo Abo„ensi, salutem et Apostolicam benediccionem. Cum a nobis pe„titur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam „ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad „debitum perducatur effectum. Eapropter, frater Episcope, et „dilecti in Christo filii Capitulum Aboense, vestris iustis suppli„cacionibus grato concurrentes assensu, personas et ecclesiam „vestras, cum omnibus bonis, que in presenciarum racionabiliter „possidetis, et in futurum iustis modis, prestante Domino, po„teritis adipisci, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus, „specialiter autem decimas, prata, pascua, nemora, possessiones „et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, „vobis et per vos acclesie vestre auctoritate Apostolica confir„mamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo „omnino hominum liceat hanc paginam nostre proteccionis et con„firmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis „autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis „Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit „incursurum". *Datum Avinione XI kal. Novembris, Pontificatus nostri anno quarto* [h. e. d. 24 Oct. a. 1366]. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 49). Altera Episcopo potestatem largitur beneficia etiam reservata et ad Papalis sedis dispositionem revoluta, pro suo judicio conferendi; sollicite tamen adjectis cautionibus, quibus jura Pontificis praetensa, salva manerent atque illibata. Talis autem

ob anni quoque notam, quo exaratae sunt adjectam, memo-

---

est: „*Urbanus* Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri „*Henrico*, Episcopo Aboensi salutem et Apostolicam benediccio-„nem. Tuis exigentibus meritis, (te) paterna benevolentia prose-„quentes, illam tibi graciam libenter impendimus, per quam te „possis aliis reddere graciosum ac beneficiis ecclesiasticis utiliter „providere. Cum itaque, sicut accepimus, *in* tuis *civitate ac* „*dyocesi Aboensi nonnulla beneficia ecclesiastica cum cura et sine* „*cura vacent ad presens, quorum aliqua sunt disposicioni sedis* „*Apostolice reservata, alia vero tanto tempore vacaverunt, quod* „*eorum collacio*, secundum Lateranensis statuta Concilii, *ad ean-*„*dem sedem devoluta existant*, pro quibus impetrandis Clerici „*illarum parcium*, que ut asseritur, *per octoginta dietas distant* „*a civitate Avinionensi*, ubi nunc cum Romana Curia residemus, „*propter distanciam huiusmodi et discrimina viarum et tenuitatem* „*fructuum beneficiorum ipsorum, ad curiam ipsam accedere non* „*curant:* Nos volentes eandem personam tuam honorare, et per „honorem tibi exhibitum aliis et beneficiis huiusmodi provideri, „tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, fraternitati tuae con-„ferendi *hac vice auctoritate nostra* dicta beneficia, *dummodo cu-*„*juslibet eorum fructus, redditus et proventus septem marcharum* „*argenti*, secundum communem estimacionem, *valorem* animum“ (*an minimum?*) „*non excedant*, singula videlicet eorum, cum om-„nibus iuribus et pertinenciis suis, singulis personis ydoneis, „quas ad hoc duxeris eligendas, et eis de illis eciam providendi, „ac inducendi per te vel alium seu alios, personas easdem, vel „procuratores suos earum nomine, in corporalem possessionem „beneficiorum et iurium et pertinenciarum predictorum, ac defen-„dendi inductas, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab iis-„dem, ac faciendi personas easdem vel earum procuratores pro „eis in ecclesiis, in quibus forsan beneficia ipsa consistunt, ad „illa ut est moris adiungi, eisque de dictorum beneficiorum fru-„ctibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus univer-„sis integre responderi, contradictores auctoritate nostra, appella-„cione postposita, compescendo; non obstantibus quibuscunque „statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi „beneficia forsan fuerint contrariis iuramento, confirmacione Apo-„stolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super „promisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis „ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis „vel legatorum ejus literas impetrarint, eciam si per eas ad in-„hibicionem, reservacionem et decretum, vel alios“ (alias) „quo-„modolibet sit processum; quibus omnibus dictas personas in

rabilia [5]). Sive caeterum de hoc, sive de proximo successo

„assequcione beneficiorum huiusmodi volumus anteferri, sed nu
„lum per hoc eis quoad assecucionem aliorum beneficiorum pr
„iudicium generari; aut si successoribus tuis Episcopis Aboens
„bus, ac dilectis filiis Capitulis earundem ecclesiarum, vel qu
„busvis aliis, communiter vel divisim, a dicta sede indultu
„existat, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minim
„teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi ve
„excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis be
„neficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, provisionem, pre
„sentacionem seu quàmvis aliam disposicionem, coniunctim ve
„separatim spectantibus, nullj valeat provideri per litteras apo
„stolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver
„bum de indulto huiusmodi mencionem, et qualibet alia dict
„sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris exi
„stat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter no
„insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri
„et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteri
„mencio specialis; aut si dicte persone presentes non fuerint a
„protestandum" (prestandum) „de observandis statutis et consve
„tudinibus earundem ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmod
„forsan fuerint, solita iuramenta, dummodo in absencia sua pe
„procuratores eorum, et cum ad ecclesias ipsas accesserint, cor
„poraliter illa prestent, plenam et liberam concedimus, auctor
„tate Apostolica, tenore presencium facultatem; ac insuper irri
„tum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam, qua
„vis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit in posterum
„attemptari. Datum Auinioni, XI Kal. Novembris. Pontificatu
„nostri anno quarto". (Ibid.) Nemo hic et calliditatis, et impu
dentis quod sibi hoc tempore Pontifices arrogabant dominationi
insigne specimen non cernit! — [Utraque Bulla Nob. A CELSE fu
incognita; cfr. eundem l. c. p. 130 sq.]

[5]) Cfr. supra p. 246 not. 67. Fieri quidem potuisse han
negamus, si in exemplis Bullarum, non totum expressum fu
nomen Episcopi, sed prima tantum litera, H. (qualia exempla i
monumentis horum temporum saepe reperta sunt), ut aliquis *Hen
ricum* pro *Hemmingo* legeret atque textui sui apographi inferret
sed Bullae ipsae potius ad novum Episcopum, Avenione prae
sentem, quam ad senem *Hemmingum,* directas sese fuisse, signi
ficare videntur. Adeoque mortuus a. jam 1365, aut initio saltim
a. 1366, *Hemmingus* fuerit, necesse est. Neque verisimile vide
tur, *Henricum* Avenione per biennium vixisse; quare errorem i
anni nota, quo mortuus esse dicitur, inesse, suspicari licet; a

suo *Johanne II,* minus favorabile Sanctae *Birgittae* judicium sit explicandum [6]); nos omnino fugit.

DECIMUS QUARTUS.

D. JOHANNES Petri *f*), qui fuit Rector Universitatis Parisiensis [41]. Excommunicavit Sunonem *g*) Haquini, Capitaneum arcis Wiburgensis, qui in Nylandia interfectus fuit [42]. Hic obiit Anno D:ni 1370, et sepultus est sub lapide aeneo in Ecclesia Cathedrali *h*). Hic sepulcrum S. Henrici in Nousis condecoravit [43].

Notae Editoris.

41. Hunc gente *Svecum* fuisse, ex *Fragmento Palmsköldiano* discimus; quod idem laudati a nobis supra [1]) fratris *Thorneri Andreae* testimonium plenius etiam confirmat, a quo vocatur *Magister Johannes Petri, nacione Arosiensis in Svecia.* Quod et RHYZELIO innotuit [2]); qui praeterea *veteri familia nobili* oriundum fuisse addit, *Stub* vel *Stubbe* cognominata, (cujus nobis insignia etiam gentilitia diligenter describit); non alio puto fundamento nixus, quam manifesto *errato typographico* vel *sphalmate* scriptorio, in VASTOVII textu occurrente: quem eo loco corruptum esse, Rev. BENZELIUS recte jam monuerat [3]).

---

pro anno 1368 legendum esse 1366? Eundem tamen annum (MCCCLXVIII) *Fragm.* etiam *Palmsköldianum* habet.

[6]) *Revelat.* L. IV C. 130. Locum afferre longiorem, vel ideo nolumus, quod auctoritati suae obscurisque nugis, minus tamen ponderis tribuimus.

f) Fragm. Palmsk. addit. *Svecus.* *g*) A. *Simonem,* vitiose. *h*) A. *Aboënsi;* Fragm. Palmsk. addit: *ad dexteram S. Hemmingh sepelitur.*

[1]) P. 262, not.

[2]) Vid. *Episcoposc.* P. II p. 332.

[3]) Ad VASTOVII *Vit. Aquil.* Vit. S. *Henrici* fin. p. 65; cfr. etiam SCARIN Diss. *de S. Henrico* P. II p. 12 et 14.

Rectorem fuisse *Universitatis Parisiensis*, post nostrum Auctorem certatim omnes produnt, ac MESSENIUS inprimi celebrat [4]): quam laudem licet Episcopo nostro neque no ereptam velimus, nec fieri non potuisse putemus, ut hono hic ei aliquando obtigerit; silere tamen nequimus, vere nos, ne non recte intellectis veterum testimoniis forsan de beatur? In *Fragmento* enim *Palmsköldiano* legitur: *Parisiis* (Parisiis) *diu rexit*. *Rectorem* vero *Universitatis diu* fuisse qui Magistratus eo tempore non nisi *trimestris* ibi fuit [5]) verisimile vix habeas. Sed *regere* dicebantur (consuetudine illius aevi) Magistri, quicunque docendi munere publico fungebantur; unde *Magistri regentes*, quatenus a reliquis Magistris artium distinguebantur, magna prae his in illa universitate florebant dignitate, auctoritate ac juribus: qui a Natione quique sua constituebantur, cui pro *regentia* et *Scholis* (h e. docendi venia obtinenda) supplicari moris fuit [6]). Ad hunc igitur docentium ordinem *diu* pertinuisse nostrum, qu Parisiis et studia literarum coluerat, et *Magistri* honore deco ratus fuerat, valde videtur verisimile [7]); unde facile fama deinde, modo quo diximus, enasci potuit de *Rectoris* munere ab eo ibidem administrato? sed nihil tamen definire volumus

42. Caussam viri hujus potentis et adfinitate illustris simarum familiarum florentis, excommunicati, plane nesci

---

4) *Chron. Episcopor.* C. 12, in vita nostri scribit: „Tant „fuit doctrinae excellentia, ut in celeberrima Parisiorum Acade„mia, ad obeundum Rectoris Magnifici munus sit dignissimu „judicatus“.

5) Cfr. CREVIER *Hist. de l'Université de Paris*, T. II p. 17 sq

6) Vid. CREVIER l. c. T. IV p. 421.

7) De literarum studio a nostris etiam in celeberrima illi olim Universitate diligenter cultis, cfr. LAGERBRING l. c. III D XI C. p. 843, et XII C. p. 854 sqq. Pertinebant sc. nostri ad *Nationem* illam quae primum dicebatur *Anglica*, sed postea, mutato ob odium atque inimicitias Francogallos inter aque Anglos ortas acerbissimas, nomine, *Alemannica* (vel Germanica) inter a 1376 et 1436 audire coepit. Cfr. CREVIER l. c. T. IV p. 78 sq. De instituto Svecico ibidem in studiosorum gratiam, ex his partibus confluentium, condito, infra quaedam addendi dabitur opportunitas.

mus; uti neque caedis suae vel caussam vel auctorem novimus. De homine ipso infra quaedam adducentur: quem excommunicationis hac calamitate ante mortem suam liberatum tamen esse, inde colligimus, quod in Templo Cathedrali Aboënsi una cum filio suo sepulturam invenisse, reperiamus; in quam Ecclesiam et ipse et relicta vidua affinesque sui eximiae ediderunt liberalitatis specimina [8]). Cum quae supra de ablatis ab eo et affine suo *Nicolao Thuronis* (R. *Alberti* nomine) praediis, Ecclesiae Cathedrali a R. *Magno* donatis, demonstrata sunt [9]), in memoriam revocamus; non improbabilis oriatur suspicio, hanc forsitan caussam fuisse vibrati in eum ab Episcopo nostro fulminis ecclesiastici? quam deinde culpam ut redimeret, gratiamque Ecclesiae re-

[8]) Quod sequentes literae confirmant: „Alla the som thetta „breff höra eller see, helsom wi *Sigridh* Bendix dotter oc *Jo*„*wan Gierikxson* äverdelika met Gudhi. Forthanskuldh ärliken „man *Suni Hakonsson, Gud hans siäl haffui, gaff til Abo Dom*„*kirkio* fore sinna siäl, sinne hustru ok barna, j sino liuandis „liffwe, II. C marker peninga, hundratha marker peninga *for* „*thera lagherstadh*, oc hundratha marker til siela rykth for thera „siäl, som göras skal *i them korenom ther han ok hans son nw* „*innan liggia*; for hwilka CC marker peninga wi gaffwm Dom„kirkione eth godz som heter Böle, j Borga sokn, annan vagin „aana, *wither Borga liggiandhe*, halff Domkirkione ok halff kläre„kenom som siälarykthena skal uppehaldha j then sama korenom. „Ffore then skuldh afthendom wi os oc varum arwum thet sama „godz, met allom thes tillagom, j watto ok thorro, närby ok ferre, „engo unda thakno, ok tilwendom thet Domkirkione j Abo ok „them sama klärikenom til ewerdhelika ägo: ok bidhiom wi Lagh„mannin innan Österlandom, eller then som hans doom haffwer, „thäth han faste Domkirkione thet sama godz, epthee Landzla„gum, a wara vegna. Til thes större withne ok mere wisordh, „tha hengiom wi warth incigle fore thetta breff. Scriptum Watz„stenom anno Domini MCCCLXXXIII, ipso die invencionis beati „Steffani prothomartiris.“ Ex quibus simul patet literis, ante a. 1383 *Sunonem Haquini* jam fuisse mortuum. Nec a veritate forte abludat, ejusdem peccati ob quod *Suno* censuram incurrit ecclesiasticam, eluendi caussa, culpae suae participem *Nicolaum Thuronis* liberalitatis in Ecclesiam Aboënsem non minus egregium dedisse documentum; de quo mox.

[9]) P. 263 not. (89).

cuperaret, privata largitione publicae severitatis odium l
nire necesse habuerit? Sed nihil affirmamus.

43. Exstruxisse sepulchrum, seu verius *Cenotaphiu* [10]) ejus videtur, idem quod in templo Nousisensi adhuc v situr. Sine dubio aliquod jam antea ibi ostendebatur co ditorium, in quo reposita ossa Sancti viri servarentur, a tequam Aboam (in praecipuum novi Templi Cathedralis o namentum) veneranda transferrentur; sed illud, ut (pro s periorum temporum paupertate) minus speciosum, nostru *condecorasse,* h. e. diligentius aedificandum atque ornandu curasse, verisimile est. Neque hanc tamen Auctoris nost narrationem (quae auctoritate etiam Fragmenti *Palmskö diani* confirmatur) Messenius eo trahere debuit, ut *lamina* quoque *aeneam,* qua hodie tectum istud monumentum con spicitur, Episcopi nostri curae atque liberalitati, praeter ve terum fidem affirmaret [11]); quam potius ab Episcopo demu *Magno Olai Tavast* additam (aut saltim caelatura ornatam fuisse, ex insignibus gentilitiis veteris familiae Tavastiana eidem insculptis, Cel. Scarin haud immerito colligit [12]).

Non cessisse antecessori in munere, b. *Hemmingo,* Ep scopum nostrum in praediis aliisque bonis Ecclesiae sua comparandis, asserit Rhyzelius [13]); qui alia quoque magn fice in laudem ejus, more suo, cumulat, monumentis nostr fere silentibus [14]). Parum tamen putes verisimile, brevi Ep

---

[10]) Longe antea reliquias suas Aboam jam fuisse transl tas supra disputavimus (p. 111 sqq.).

[11]) *Scond. Illustr.* T. III p. 26 (ubi opus hoc perfectu ad a. 1371 refert) & T. X p. 17, ad a. 1369.

[12]) Diss. cit. *de S. Henrico* P. II, Aphor. X, not. (c), p 14; cum quo loco cfr. quae de insignibus vetustis gentis *Tava stianae,* ac nominatim Episcopi *Magni*, habet *Jon. Bång, Ta wastiska Slächtens Attaretal*, Lit. A. Caelaturam vero lamina aeneae qua Sepulchrum b. *Henrici* in Nousis tegitur, specta dam praebent cum Peringsköld *Monum. Ulleraker.* p. 128, tu Diss. *de S. Henrico* P. I (eadem tabula aenea excusam).

[13]) *Episcoposc.* L. VII p. 333.

[14]) Nonnisi paucorum (brevi hoc temporis intervallo) Eccle siae Cathedrali acquisitorum fundorum, in Registro ejusd. Eccle

scopatus sui tempore eximiam *Hemmingi* diligentiam et liberalitatem aequare potuisse.

Chorum porro Templi Cathedralis praecipuum Eundem dilatasse, SPEGELII vestigia premens [15]), l. c. idem narrat,

siae, saepe a nobis laudato, exstat memoria. Ubi *Praebendas S. Sigfridi & S. Catharinae*, mox commemorandas, praeterimus, nullae fere habentur literae huc pertinentes, nisi sequens Testamentum: „Universis presentes litteras inspecturis *Henricus Vi*„*nandi*, Canonicus Aboensis, salutem in Domino sempiternam. „Noverint universi, quod ego villam quandam dictam Tavestarma" (Tavastrona?) „parrochia Kymitto, coloniam unam in villa Vah„lema prope litus in parochia Virilax sitam, ac Eskilli Luncga„son" (deesse aliquid videtur!) „parrochia Pargasa sita, per me de „bonis a Domino michi concessis, per industriam propriam, vel „de patrimonio crucifixi, seu alias qualitercunque per me seu per „honorabilem virum Dominum *Vinandum*, fratrem meum, Cano„nicum Aboensem, acquisita, libere et sponte confero et assigno „Ecclesie Aboensi perpetuis temporibus possidenda; transferens „omne jus, dominium et proprietatem, per litteras, instrumenta, „scotaciones, seu aliter qualitercunque in me pertinencia, in „ipsam ecclesiam Aboensem, omni juri, dominio et proprietati in „ipsis bonis renuncians, ac alias donaciones ac ordinaciones de „ipsis bonis prius factas, tanquam minus licitas, denuncio fore „irritas, inutiles et inanes: dans venerabili in Christo patri ac „Domino meo, reverendo Domino *Johanni* Dei" [gracia] „Episcopo „Aboensi qui nunc est, et ejus successoribus, ac Capitulo Abo„ensi, auctoritatem plenariam predicta predia vendendi, permu„tandi, alienandi, seu aliter de predictis prediis disponendi, pro „ipsius vel ipsorum libito voluntatis. In quam" (quarum?) „evi„denciam firmiorem sigilla venerabilis patris Domini *Johannis*, „Dei gracia Episcopi supradicti, et Capituli Aboensis, Domino„rum *Johannis* Prepositi, *Petri* et *Johannis* concanonicorum meo„rum, in quorum presencia hec acta sunt, me ipso instante et „humiliter postulante, una cum sigillo meo presentibus sunt ap„pensa. Actum et datum apud Ecclesiam *Ægraepae* anno Do„mini MCCCLXX, feria secunda proxima post festum purifica„cionis b. Marie virginis gloriose". (*Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 185 sq.) Docere hae litterae videntur, Episcopum nostrum initio anni commemorati (1370, ejusdem quo obiit) Ecclesias Carelicas visitasse, Archipraeposito *Johanne* (Westphal, qui mox ei successit?) eum comitante. Cfr. infra not. (21).

15) Sw. Kyrkohist. 2:dra Del, XII B. I C. p. 391.

qua fide, nescimus; ejusdemque secutus SPEGELII auctoritatem addit, nostrum in Ecclesia sua Cathedrali *binas*, in honorem S. Catharinae fundasse *Praebendas*, *Ligna et Sal dictas*, sufficienti assignato praebendatis alimento, ex certis reditibus annuatim percipiendo. Quem locum, fateor, mirum admodum mihi portentosumque videri. *Praebendam atque Chorum S. Catharinae, Johannem III (Westphal)* nostri successorem suis sumtibus instituisse ac instruxisse, JUUSTENUS diserte tradit (de qua re suo loco pluribus disputabimus); quamquam rem sedente *Johanni II (Petri)* jam inchoatam fuisse credas [16]): eaque praebenda cum S. *Catharinae* esset ac vocaretur, non intelligo quomodo prodigioso nomine *Ligna et Sal* appellari simul posset. An in literas aliquas SPEGELIUS inciderat, quibus ad sal et ligna coëmenda Praebendatis certi quidam assignabantur reditus? Rem definire nequeo.

Caeterum alia quoque Praebenda et Altari, memoriae S. Sigfridi consecrato, hoc circiter tempore Ecclesiam Aboensem auctam fuisse, constat [17]); vi Testamenti, ut videtur,

---

[16]) Nisi anni nota sequentibus litteris adposita fallat, altare et praebenda S. *Catharinae* a. jam 1370 exstitit: „Omnibus presens scriptum cernentibus Hennikinus Närffue, civis Aboensis, „salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod ego „et Lucia uxor mea curiam in qua nunc sedemus, sitam circa „Ecclesiam Kathedralem, videlicet ad australem partem ecclesie, „cum fundo dicto Kaalgordh, in honorem Dei et salutem ani„marum nostrarum damus *altari beate Catharine* in ecclesia Abo„ensi, tali condicione, quod temporibus vite nostre nostre cedat „possessioni, et post mortem nostram cedat altari supradicto; „prebendatus vero ibidem nos, sicut *ceteros qui eidem altari* „*elemosinas dederunt*, in oracionibus suis habeat commendatos. „In cuius testimonium sigillum meum una cum sigillo discreti „viri *Finke*, cujus consensu hec acta sunt, presentibus est appen„sum. Scriptum Abo, anno etc. MCCCLXX fferia sexta post „octavas Ascensionis". (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 171).

[17]) Olim uno tantum altari fuit ornata, quod *altare beatae Virginis (Sanctae Mariae)* et *Altare Parrochiale* (Wårfru Altare et Sokna Altare) vocabatur; cui praefuit *Curatus Aboënsis*, qui et Scholam hic conditam primitus rexisse videtur (cfr. supra p.

a famoso illo Drotzeto atque Legifero *Nicolao Thuronis*, supra a nobis commemorato [18]), *pro salute animae suae* facti, cujus exsecutionem cum *Erico Caroli (Stenoni Benedicti)* et *Sunoni Haquini* (cognatis et affinibus suis) demandasset, hi ultimis quidem jam Ep. *Hemmingi* annis de consilio suo perficiendo laborasse reperiuntur, sed non nisi post quinquennium ad exitum plene perducere valuisse, suspiceris? [19]). Quod

---

236 sq. et p. 215 sq. not (17). Circa a. 1355 *Altare b. Georgii* jam accessisse vidimus (supra p. 236, not. (41)). Institutionem Praebendae *S. Sigfridi*, illis non multo post adjectae, sequentes illustrant literae: „Allom mannom som thetta breff hörä „eller see, helser *Erik Karlsson* Riddere och *Suno Hokensson* „everdelige met helsä Jesu Christi. Thet vari allom mannom „vitherlegit, at vi haffuom giffuidh undher enä prebendä i sancte „Henrikx Kirkiä j Abo eth gotz som heter *Loppelä*, meth allum „tillaghum som the gotz tilhörä, iblandh anner the gotz som wi „haffwm ther til giffuith: Ffor then skuldh bindhä wii allom them „som byggyä och boo i them fornempdom Loppälom, ath the „hedherlikom manne Herrae *Esbiornä Paedhersson* redho görin „aff allä the thet skullä kan, met allä lydnä oc tiänisth, swa „som the eghan rettom eghandha ok husbondhä at göra, ok ängom androm. In cujus rei testimonium sigilla nostra presen„tibus sunt appensa. Scriptum anno Domini MCCCLX quinto". (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 168). Nec non sequentes: „Omnibus „presens scriptum cernentibus *Steno Benedicti* Miles, et *Suno* „*Haconsson*, Advocatus Wiburgensis, salutem in Domino sempi„ternam. Noverint universi, quod nos Dominum *Esbernum Petri*, „latorem presencium, ad prebendam in ecclesia cathedrali in A„bo, partim in eficaciam et per amplius infectuendam" (locus affectus!), „*pro anima Domini Nicolay Thwresson*, Militis bone „memorie, *tamquam in ipsam jus patronatus habentes*, omnia et „singula eidem prebende attinencia pro usibus suis libere re„gnaturum, tenore presencium presentamus. Idcirco Dominum „Episcopum Aboensem totumque Capitulum ibidem instancius „deprecamur, quatenus predictum Dominum Esbernum, amore „Dei preciumque nostrarum intuitu, favorabiliter et honorifice „colligant, humaniter pertractantes. In cuius rei testimonium „sigilla nostra presentibus sunt appensa. Scriptum in Abo, anno „Domini MCCCLXVIII, in vigilia b. Johannis baptiste". (Ib.).

[18]) Cfr supra p. 274 sq., et citata ibidem loca.

[19]) Praeter allatas nuper (not. 17) literas, sequentes, ab Ep. *Johanne (III Westphal)* datae, rem confirmare videntur:

institutum, ejusdem familiae liberalitatem postea etiam expertum fuit [20]).

„Universis presentes litteras inspecturis *Johannes*, miseracione „Divina Episcopus Aboensis, salutem et veritati testimonium per„hibere. Per presentes publice protestamur, nos *olim*, *cum ad„huc in gradu canonicatus essemus constituti*, interfuisse, vidisse „et audisse, quod et quando circumspecti viri, Dominus *Ericus „Karlsson* videlicet et *Suno Haquonsson*, *veri et legitimi exsecu„tores testamenti Domini Nicolai Thwrsson* Militis, presentabant „Dominum *Esbernum Petri* coram venerabili in Christo Patri Do„mino *Hämingo*, predecessore nostro, *ad altare Sancti Sigfridi*, „nec non ad omnia bona et predia ipsi altari deputata et donata, „predium *Loppala* videlicet *in Bärnä*, *Anungis circa Abo*, et que„dam bona *in Resum* dicta *Aru:* ad quorum Domini Erici Mili„tis et Sunonis presentacionem, predictus reverendus in Christo „pater, Dominus Hämingus, ad hoc rogatus specialiter, supra„dicto Domino Esberno, sic rite et legittime presentato, idem „altare sancti Sigfridi in ecclesia Aboensi, cum bonis supradictis, „canonice conferebat: quam quidem collacionem, sic rite et ca„nonice factam, auctoritate ordinaria per presentes approbamus. „Datum apud ecclesiam Bärnä anno Domini MCCCLXX primo, „ipso die beati Thome Apostoli, sub sigillo nostro presentibus „impendenti". (Ibid.) Dubium aliquod aut impedimentum intervenisse, hae literae indicare videntur?

[20]) Testantur literae sequentes: „Omnibus presens scri„ptum cernentibus *Steno Stensson* Miles salutem in Domino sem„piternam. Noverint universi: tam posteri quam presentes, me „bona mea patrimonialia in *Munkkänes* sita in Karelia parochia „Verelax, cum omnibus et singulis eorundem bonorum adiacen„ciis, videlicet domibus, agris, pratis, silvis, piscariis, molendinis „vel molendinarum locis, infra sepes et extra, in siccis et humi„dis, nullis penitus exceptis, *ad altare sancti Sigfridi* in eccle„sia Aboensi, pro anima patris mei, Domini Stenonis Thwrsson, „bone memorie, veraciter contulisse, alienando michi et heredibus „meis et appropriando eidem altari et vicario pronunc ibidem „manenti, vel ei qui pro ipso in eadem praebenda fuerit, in per„petuum possidenda. Insuper ego idem Steno Miles do et con„cedo predicto vicario et successoribus suis plenam auctoritatem, „bona predicta vicinius (?) altari prescripto, cum consensu et con„silio Domini Episcopi ejusdem ecclesie Aboensis et Capituli sui, „ad commodum ejusdem vicarii et successorum suorum raciona„biliter permutandi. In cuius rei testimonium sigilla nobilium „virorum Dominorum *Benedicti Philippusson* et *Stenonis Benedicti*,

Monumenta illa pauca quae supersunt, curam jurium sedis suae tuendorum Episcopum nostrum haud neglexisse, ostendunt. Sic et literas R. *Alberti*, quibus tributum Episcopo pendendum, simul cum tributo Regio solvendum incolis Finlandiae superioris injunxit (supra a nobis allatas, p. 229), accurate observandas severe inculcasse reperitur [21]), et de privilegiis Ecclesiae suae cum Regia [22])

„Militum, una cum proprio, peto presentibus apponenda. Scri„ptum Thelghis anno Domini MCCCLXXX septimo, 3 feria infra „octavas corporis Christi". (Ibid.)

[21]) Post Edictum Regium verbotenus repetitum, gravem hanc admonitionem et comminationem addit: „Cum igitur pre„decessores nostri tali privilegio a tanto tempore usi sunt, quod „ejus memoria in contrarium non existit, nichilominus quidam „voluntatem pro lege habentes, tali Privilegio in derogacionem „regie majestatis illudentes, ipsum acceptare renuunt et con„tempnunt, Deum eciam et ecclesiam contempnentes; idcirco nos „*Johannes* Dei gracia Episcopus Aboensis statuimus et ordina„mus predictum privilegium per parrochianos *in Savilax, sicut* „*per Tavastos et Satagundos,* de cetero observandum; adicientes, „quatenus si infra quindenam a colleccione tributi regii compu„tandam nobis non satisfecerint de tributo nostro, *reos esse de-* „*cernimus in tribus marcis,* nullatenus admittendos ad sacre eu„charistie sacramentum donec tam de tributo quam de emenda „pro sua contumacia satisfecerint, ut tenentur. Actum et datum „Wiborg anno Domini MCCCLXX, die beate Scolastice virginis. „In quorum evidenciam sigillum nostrum presentibus est appen„sum." (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 6.) Cfr. A CELSE *Appar. ad Hist. Sveo-Goth.* p. 117, et quae supra disputavimus p. 253 not. (74) et p. 299 not. 14 fin.

[22]) Documento hae sunt litterae: „Omnibus presens scri„ptum cernentibus *Albertus* Dei gracia Sveorum Gotorumque „Rex ac Dominus terre Scanie, salutem in Domino sempiternam. „Tenore presencium protestamur, quod nos ad instanciam vene„rabilis in Christo patris Domini *Johannis* Dei gracia Episcopi „Aboensis, ex consilio et consensu consiliariorum nostrorum, „omnes et singulas libertates, gracias et privilegia per nos vel *pro-* „*genitores nostros* Episcopo Aboensi et ecclesie sue super bonis „et familiaribus suis seu officialibus in rure constitutis, alias in„dultas vel concessas seu indulta vel concessa, quoad omnes et „singulos eorum articulos ratificamus ac eciam tenore presencium „confirmamus: volentes predictos Episcopum et ecclesiam eisdem

tum Pontificia [23]) auctoritate solenniter confirmandis sol licitum fuisse constat: neque uno praeterea Papalis favo ris documento ipse ornatus fuit [24]). Archiepiscopi etia

„libere perfrui et gaudere. Prohibemus itaque omnibus Advoc „tis nostris et officialibus ac aliis quibuscunque, ne quis pred „ctos Episcopum et ecclesiam, contra hanc nostram confirmaci „nem et graciam, quomodolibet impediat vel molestet, prout i „dignacionem nostram regiam duxerit evitandam. Datum Stoc „holmis anno Domini MCCC sexagesimo nono quarta die Juni „nostro sub Secreto." (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 24).

[23]) Exstat in *Registro Eccles. Aboënsis* saepissime lauda (Fol. 50), Bulla Papae *Urbani V*, data *Janue VI Ydus Marci Pontificatus* sui *anno octavo* (1370, licet vetus exscriptor annu apposuerit 1369), qua Episcopo nostro Ecclesiaeque suae co cessa privilegia aliasque indulgentias ac immunitates singul liberaliter confirmat. Bulla haec Nobilissimo A CELSE non i notuit.

[24]) Pertinent huc Bullae binae ejusdem Pontificis (*Urba V*), in *Reg. Eccles. Aboënsis* (Fol. 50) itidem reperiundae (D: A CELSE utraque ignota); quarum altera, data *Avinione XVI Kal. Novembris Pontificatus* sui *anno quarto* (1366)?, Episcop nostro, (ex singulari gratia petitioni ejus annuendo) permitti *ut missam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem cum qualitas negociorum pro tempore ingruenciam id exegeri liceat* ei *celebrare, aut per proprium aut alium sacerdotem yd neum facere celebrari. - - - proviso quod parce hujusmodi conce sione utatur; quia cum in altaris officio ymmoletur Dominus n ster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, co gruit hoc non in noctis fieri tenebris, sed in luce.* Altera bull eidem potestatem tribuit habendi *altare portatile cum debita re verencia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus e honestis possit celebrare, aut per proprium aut alium sacerdote ydoneum, missam et alia Divina officia, sine juris alieni prej dicio, in sua presencia facere celebrari.* Data haec legitur iti dem *Avinione, XVI Kal. Novembris, Pontificatus anno octav* Vitium esse ab exscriptore in anno prioris Bullae commissu (alioquin enim ad *Henricum*, Episcopi nostri antecessorem sp ctaret), et ibi quoque legendum *octavo* per *quarto* (a. 1370 pr a. 1366) videtur; redierat namque jam Avenionem Papa mens Septembri a., 1370. Idem vetus descriptor significat, annu adponens 1369: uno enim anno serius plerumque annos Ponti cum computat.

Upsalensis *(Birgeri)*, hanc Dioecesin, pro Metropolitana sua auctoritate a. 1369 visitantis [25]), praesentia ad commoda juraque Ecclesiae et Sedis suae munienda uti haud neglexit, comparato sibi edicto faventissimo [26]), quod ob-

---

[25]) Hujusmodi visitationis Archiepiscopalis ad has oras susceptae exemplum aliud supra exhibuimus, p. 190 sq. (cfr. p. 166, not. 17) subjectaeque notae 13 et 14.

[26]) Habetur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 3, hujusmodi: „Universis presentes litteras inspecturis *Birgerus* Divina permisione" (al. rectius *miseracione)* „Archiepiscopus Upsalensis salutem in „Domino sempiternam. Noverint universi, quod *agentibus nobis* „*officium visitacionis* anno ab incarnacione Domini MCCCLX „nono *apud ecclesiam Aboensem*, inter alia iura, statuta et con„suetudines ipsius patrie invenimus et veraciter didiscimus" (didicimus) „unam consuetudinem inter clerum et populum a tanto „tempore concorditer observatam, quod ipsius memoria in con„trarium non existit: videlicet *quod collectoribus decimarum pre*„*dialium tam ex parte Episcopi quam Ecclesie et Sacerdotis, tem*„*pore colleccionis ipsarum decimarum, expense necessarie cum* „*pabulo quinque equorum consveverint a dantibus decimas mi*„*nistrari;* ita quod tot parrochiani ministrant ipsis collectoribus „expensas unius prandii, pro quot ipsi collectores sufficiunt" (al. exemplum *sufficerent)* „a mane usque ad prandium decimas men„surare, et statim prandio facto inde recedentes apud alios de„cimas colligant et mensurent" (al. colligerent et mensurarent) „que ipsis de cena in expensis necessariis providebunt" (al. providerent). „Ceterum loco oblacionum et Mathbyrdh convencio„nem inter ipsos clericos et laycos hucusque servatam, scilicet „unam karp siliginis cumulatam, ac alias decimas piscium, ani„malium, pellium, lini, canapis, humuli ac aliorum quorumcunque „persolvant fideliter ac devote: volentes et mandantes firmiter „et districte tam clericis quam laycis dyocesis Aboensis, quate„nus consuetudines predictas, a nobis tamquam racionabiles et „prescriptas approbatas, de cetero inviolabiliter observent ex „parte utriusque, ne si altera vel utraque pars in contrarium „venerit, Divinam super se senciant ulcionem, cum pena con„digna eidem tamquam transgressori huiusmodi consuetudinis seu „statuti per nos approbati merito infligenda. In quorum evi„denciam firmiorem sigillum nostrum presentibus est appensum. „Actum et datum anno et loco supradictis, VIII die mensis „Octobris".

servandum diligenter mox inculcasse reperimus [27]).

Consilium fundandi Aboae Coenobii Virginum p tribuit nostro RHYZELIUS (l. c.), VASTOVII sine dubio in ctus auctoritate, qui in *Notitia Monasteriorum quae olim Svecia ac Gothia floruere* (*Viti* suae *Aquilon.* adjecta, p.

In alio exemplo ejusdem Statuti (l. c. Fol. 4 reperiun a verbis usque *qui ipsis de cena in expensis necessariis prov bunt*, non levi varietate, hoc modo legitur: „Volentes igitur „nostras litteras hujusmodi consuetudinem tamquam racionabi „confirmare, ut omnis dissencionis materia in posterum exclu „tur, volumus et mandamus tam clericis quam laycis firmite „districte, quatenus hujusmodi consuetudinem racionabilem „prescriptam a nobis approbatam inviolabiliter studeant de cet „observare, ac alia pacta seu convenciones inter ipsos cleri „et laycos huc usque servatas", (*al.* servata vel servatas) „scili „loco oblacionum et Mathbyrdh unam karpam siliginis cum „tam in jure Finnonico et decem marcas butiri in jure Sueci „ac quicktyondh seu alias decimas piscium, animalium, pelli „lini, canapis ac aliorum quorumcunque; nec non introduccio „nubencium, et post partum, et funeralia consueta solvant fi „liter et devote: ac eciam ipsi clerici huiusmodi consuetis c „vencionibus sint contenti, ne si altera pars vel utraque in c „trarium venerit" etc. (plane ut in altero exemplo). An ad a provincias aliter adornatum hujus statuti exemplum mittend Archiepiscopus curavit? vel an prioris exempli exscriptor qu dam omisit, et variavit?

[27]) Habetur ejus edictum *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 165: „ „*hannes* Dei gracia Episcopus Aboensis, omnibus et singulis „*tagundiam* inhabitantibus salutem in Domino sempiternam. C „venerabilis in Christo pater Dominus *Birgerus*, Divina mise „cione Archiepiscopus Upsalensis, visitaciones officium perage „apud ecclesiam Aboensem, quidam de communitate propos „runt, quod ipsa communitas gravata esset in expensis deci „rum collectoribus faciendis, unde ne aliqua dissensionis mate „de talibus expensis et aliis obvencionibus in posterum facies „de cetero oriretur, predictus venerabilis pater *in placito gener* „duxit sic per suas patentes litteras faciendum" (sanciendam Quibus praemissis, ipsum Edictum Archiepiscopi, quale nu dedimus, (posterioris nempe illud exempli), verbotenus affert, deinde hoc modo pergit: „Quare volumus et mandamus, vo „auctoritate ordinaria districcius iniungentes, quatenus hujusm

Edit. Colon.) ejusdem meminit [28]). Nobis ejus rei confirmandae nulla alia suppetunt argumenta [29]); de qua igitur nec addere quicquam valemus.

Quod a. 1370 nostrum obiisse JUUSTENUS dicit, recte sese omnino habet, aliisque etiam testimoniis confirmatur. Cum igitur SPEGELIUS (l. c.) annum mortis suae edit 1374, manifestum errorem committit, inde ortum, quod Episcopum nostrum *(Johannem II, Petri)* cum successore suo *(Johanne III, Westphal)* confundit [30]), duci etiam suo MESSENIO aperte repugnans [31]).

„consuetudines et statuta, ab antiquo et nunc per venerabilem „in Christo patrem ac Dominum, Dominum Birgerum predictum, „Archiepiscopum Upsalensem, approbatas et approbata, observare „velitis illesas et illesa, si censuram ecclesiasticam volueritis evi„tare, per nos vobis auctoritate ordinaria infligendam, una cum „penis quas idem Dominus Birgerus, Dei gracia Archiepiscopus „Upsalensis, non servantibus approbacionem consuetudinis pre„dicte per ipsum merito duxit imponendas. Actum et datum die „beati Clementis" (23 Nov.) „nostro sub secreto, anno Domini „millesimo trecentesimo sexagesimo nono."

28) *Abogiae Virginum Coenobium anno Christi 1370 fundatum a Joanne Episcopo Aboense.* Quod ad successorem suum *Johannem III (Westphal)* trahere, qui exeunte demum anno ad Episcopalem evectus fuit dignitatem, res ipsa prohibet.

29) Dicit quidem RHYZELIUS *(Monasteriol. Sviogoth.* L. VIII C. I p. 291): Thetta (Coenobium Virginum Aboënse) berettas i **gambla Handlingar** (at) Biskopen Johannes Petri Arosiensis hafwer på sit sidsta lefnads år 1370 anlagt och therunder gifwit anseenliga rentor til Klostrets behof och Nunnornes underhåll; sed neque ipse, quaenam illa sint monumenta docet (pro more suo pessimo), nec ulla ad nostram pervenerunt hactenus notitiam, qui paucissima omnino vestigia hujus Coenobii indagare valuimus. Utrum Coenobium *S. Annae* idem appellatum fuerit, quod simul RHYZELIUS affirmat, infra disputandi locum habebimus.

30) Quare et Edictum de portione cibaria (Matskott) a rusticis Nylandiae clero conferenda, ab eo promulgatum fuisse dicit, et in *Nyttegård* eum a. 1374 decessisse; quod idem mox de successore suo, totidem verbis miraque oscitantia repetit.

31) *Chron. Episcopor.* C. XII, n. XIV et XV. Cfr. *Scond.* T. X p. 17.

DECIMUS QUINTUS.

D. JOHANNES, cognomine *i) Vestfal k)*. natione Aboënsis, qui Chorum et Praebendam S. Catharinae in Ecclesia Cathedrali fundavit. Hic obiit in Nijtygård *l)* Anno D:ni 1374 [44], et sepultus jacet in choro S. Catharinae. Hujus tempore Castrum Raseborgh exstruitur per Boo Jonsson [45].

Notae Editoris.

Aboae natum fuisse, unanimi consensu vetera produnt monumenta. Unde a veritate non abhorret, familia oriundum fuisse his temporibus non obscura, quae idem cognomen gessit, et Aboae et Stockholmiae sedem fortunarum suarum nacta [1]), e *Westphalia* fortassis olim advena?

Canonicum antea fuisse Aboënsem, indubiis constat

---

i) A. *cognomento. k)* A. *Westphal.* Fragm. Palmsk. *Johannes Westfalus, Aboënsem praebendam S. Katharinae fundavit. l)* Vel *Niitlu-kartano*, (Villa Paroeciae *Lemo*). M. Nyttegårdh, A. *Novogrodiae;* sed Fragm. Palmsk. *Nytykartano.*

[1]) Anno 1373 *Lafrindz Ylteannen aff Thövesalum*, praedium suum in Hirwisalo vendidit *Laurentio Westfall, civi Aboënsi (Lafrindze Westfall, byamanne i Abo): Registr. Eccles. Ab.* Fol. 96. Anno 1376 litteras venditionis, quibus praedia quaedam in Finlandia *Petro Alenninghe* (civi et postea Senatori urbis Stockholmiensis) acquirebantur, sigillis suis Stockholmiae munierunt honesti viri *(hedherlika män) Lambrik Westfal* et *Hannus Mintare, Consules* urbis Stockholmiensis. Anno 1383 similibus litteris, alia praedia in eundem *Petrum Alenninghe* transferentibus, sigilla sua appendisse reperiuntur honesti viri *(ärligha män) Wilkin Stänkill* et *Lambrecht Westfaall*, itidem *Consules* Stockholmienses *(Borgmestare j Stockholm): Registr. Eccles. Ab.* Fol. 180. Anno porro 1415 litteris, quibus praedium quoddam in paroecia Wirmo Ecclesiae Cathedrali donatur, sigilla sua appendebant honesti viri *(erligha män) Domini(?) Jöniss Deues et Jöniss Westphal, Borgmest. i Stockholm:* Ib. Fol. 220.

testimoniis [2]). Dignitate vero *Archipraepositi* an auctus fuerit, non aeque certum est [3]).

Chorum et Praebendam S. Catharinae in Ecclesia Cathedrali fundasse cum Auctori nostro dicitur; ita fortassis intelligi hoc debet, ut sua liberalitate hoc institutum inprimis auxerit, ornaverit et ditaverit, adeoque vere instauraverit? [4]).

Anno 1370 exeunte sedi Episcopali fuisse admotum, vel litterae docere possunt commendatitiae ad Regem *Albertum* datae, quibus novum Episcopum munivit Papa *Gregorius XI*, quarumque exemplum nobiscum, pro solito in nos favore, benigne communicavit Generosiss. FREDENHEIM, ex Archivo Pontif. Romani sibi missum: quas, cum breves sint, (atque Nobiliss. A CELSE fuerint ignotae), subjungimus [5]). Nec multo post alio auctus, ab eodem Pontifice, fuit Papalis favoris documento, confirmationem nactus (an-

---

[2]) Cfr. Litteras ipsius supra allatas p. 301 sq. not. (19); praeter alias, annis 1359 et 1363 datas, in quibus vocatur vel *Herre Hans Westfaal*, vel *Herre Hannus Westfaalsson, Canick i Abo* Fol. 171.

[3]) Cfr. Litt. supra allatas p. 298 sq. not. (14).

[4]) Cfr. supra dicta p. 300, not. (16). Plurima autem praedia Episcopum nostrum huic Praebendae donasse, fidem faciunt litterae quibus ipse emisse docetur magnam eorum partem quae ad illam deinde pertinuisse reperiuntur. Cfr. *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 171, 172 et 173; nec non Fol. 195—198.

[5]) „*Gregorius etc.* Carissimo in Christo Filio - - - (*Alberto*) „Regi Svetie illustri salutem etc. *Cum dudum felicis recorda-* „*tionis Urbanus* P. P. V. predecessor noster, de persona vene- „rabilis Fratris nostri *Joannis*, Episcopi Aboensis, Ecclesie tunc „Pastore carenti, de fratrum suorum, de quorum numero tunc „eramus, consilio, duxerit auctoritate Apostolica providendum, „preficiendo eum eidem in Episcopum et Pastorem: Nos ipsum „*Joannem* Episcopum, suis exigentibus multiplicium virtutum me- „ritis, paterna benivolentia prosequentes, ac cupientes quod di- „cta Ecclesia Aboensis sub ipsius *Joannis* Episcopi regimine in „spiritualibus et temporalibus felicia suscipiat incrementa, sere- „nitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem „Episcopum et dictam Aboensem Ecclesiam sue cure commissam, „habens, pro divina et Apostolice sedis ac nostra reverentia, „propensius commendatos, sic ipsos tui benigni favoris auxilio

tecessoris sui exemplo) omnium privilegiorum Ecclesiae atque Sedi suae concessorum amplissimam [6]).

Reliquis altaribus quibus jam ornabatur Templum Cathedrale, ejus tempore accessisse etiam altare (cum Praebenda) S. *Bartholomaei*, vetera produnt monumenta [7]); cujus reditus (ut infra docebitur) sedente *Berone*, proximo Episcopi nostri successore, liberalitate *Henrici* Archiepiscopi Upsalensis insigne acceperunt augmentum.

Occurrunt porro in *Registro Ecclesiae Aboënsis*, saepe a nobis laudato, Bullae binae, nomen *Gregorii* Pontificis praeferentes; quem alium esse non posse nisi *XI*, nostro

---

„prosequaris, quod idem Joannes Episcopus, tuo fultus auxilio, „in ipsius ecclesie regimine valeat Deo propitio, prosperari, tu„que proinde felicitatis eterne premia consequaris, ac nos etiam „celsitudinem regiam condignis possimus in Domino laudibus me„rito commendare. Datum Avinion. Kal. Aprilis, anno primo." *Ex Registro Litterarum Apostolicarum in Indice Gregorii P. P. XI, anno primo p. 124, in Archivo Pontif. Rom.* inveniri, adjecta annotatio testatur. (Cfr. supra p. 83). Ad R. *Albertum* (d. 1 Apr. 1371) datas esse, res ipsa docet. Pontificem *Urbanum V* a. 1370, die 19 Dec. obiisse, ac *Gregorium XI* die 29 Dec. ejusdem anni ei successisse, constat.

6) Bulla Papae *Gregorii XI, dat. Rome apud Sanctum Petrum VI Yduum Aprilis. Pontificatus* sui *anno Septimo* (d. 18 Apr. 1377); *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 46; A CELSE l. c. p. 136, n. 24; cfr. ibid. p. 66 n. 22.

7) Supersunt literae ipsae fundationis ab Episcopo nostro datae, quas, quoniam ansam etiam facti hujus instituti exhibent, adponendas duximus, hujus formae: „Nos *Johannes,* miseracione „Divina Episcopus Aboensis et Capitulum ibidem, notum facimus „omnibus et singulis quorum interest seu interesse poterit in fu„turum, quod propter homicidium quoddam per *Johannem Köl„närä,* civem Aboensem, in *Johannem* cognominatum quondam „*Lodeviks kumpan,* suadente dyabolo perpetratum *inimicicie ca„pitales inter consanguineos ipsius Johannis occisi* et Dominum" (leg. *dictum*) „*Johannem Kölnärä multis temporibus perdurabant*„que tandem intercedentibus bonis hominibus pacis unitatem ze„lantibus, summo mediatore cooperante sopite fuerant in hunc „modum, quod predictus *Johannes Kölnerä* unum altare cum sin„gulis ornamentis sibi debitis constitueret in ecclesia cathedrali „in quo due misse in honorem Dei et animarum defunctorum

faventissimum, res multae arguunt [8]), licet a. 1233 utrique adscriptus reperiatur, adeoque a veteri descriptore ad *Gregorium IX* referantur [9]). Bulla utraque *Strengnesensi et Revaliensi Episcopis ac Abbati Monasterii in Padhes* missa esse legitur: altera de bonis Capituli Aboënsis, altera de bonis ad mensam Episcopalem pertinentibus, diligenter defendendis, iisque quae abalienata erant recuperandis, agit; eodem utraque die (*V* scil. *Kal. Aprilis, Pontificatus anno septimo* (28 Martii 1377) scripta perhibetur. Quas igitur, si omnino genuinae putandae sunt, nostri tempore Episcopi scriptas esse oportet. Fatemur autem, videri nobis suspiciosum,

„salutem singulis celebrarentur ebdomadis perpetuo duraturae: „quod sponte subiens, quamvis satis onerosum, duas colonias, qua„rum una sita est prope castrum Aboense, dicta *Ascasac*, et al„tera in Lundis“ (in margine additur *Brennikk* h. e. *Brennikkylä*) „obtulit ipsi altari in perpetuum subiciendas, ut ex fructibus inde „provenientibus possent petita superius omnia consummari. Sed „quia consanguineis antedictis Johannis antedicti defuncti vide„batur hoc posse futuris temporibus evacuari propter pericula „casualia, Ecclesia cathedralis ipsas colonias acceptavit tali con„dicione, ut yconomus eiusdem ecclesie qui pronunc est aut pro „tempore fuerit, ipsum altare cum suis ornamentis fundat et con„struat, et sic deinceps sacerdoti missas in ipso celebranti et „curam ipsius gerenti, sicut expressum est supra, *X mark aut* „*1½ marcas puri argenti* annuatim exponat, et cum hoc quali„bet die qua sepedictus Johannes defunctus de medio sublatus „fuit, scilicet in profesto purificacionis beate virginis Marie, ½ „mark exsolvat pro missis in commemoracione ipsius distribuenda „Curato altaris beate virginis gloriose. Datum Abo anno Domini „MCCCLXXVIII, die beati Olaui martiris, nostris sub sigillis et „civitatis Aboensis.“ *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 242.

[8]) Mentionem Papa facit *felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII Predecessoris sui* (a. 1303 mortui); de *Praeposito* Aboënsi loquitur (quod munus a. demum 1340 institutum fuit). Si anno VII *Gregorii IX* Bulla fuisset scripta, (a. 1233, tempore *Thomae* Episcopi), neque *Capituli Aboënsis* Papa meminisse potuisset, neque Capitulum queri de occupatis et ecclesiae suae ablatis *Castris, Villis* etc.

[9]) Cfr. Nobiliss. A CELSE l. c. p. 66, n. 22. Ex nostro sine dubio *Registro (Eccles. Aboënsis)* suum ÖRNHJÄLMIUS apographon habuit?

quod vivente Episcopo, nulla ipsius, sed *Praepositi* tan atque *Capituli* mentio fiat, quodque querelas ad Papam tulisse dicantur de bonis multis Ecclesiae suae et mei Episcopali subductis; qualibus peccatis vix credas apud locum fuisse, ubi et Episcopos diligentissimam commodo suorum augendorum gessisse curam reperimus, et pau tatem Ecclesiae suae (prae reliquis patriae) hanc cu illis necessariam hactenus reddidisse? Nisi hasce litt encyclicas fuisse, existimare debemus, atque ad abusus jusmodi (ut Hierarchis videbatur), in australioribus Eur partibus non raros, prohibendos proxime quidem comp tas atque promulgatas, sed per omnes tamen regiones rarchiae Papali subjectas, summo rei momento hanc pr dentiam exigente, simul missas; quod et *Ducum, Mar num, Comitum, Baronum* inter Ecclesiae spoliatores inj mentio, prodere videtur? Obliviscendum vero non est, pam eundem, quod nuper significavimus, paucos post (d. 18 April. 1377) ad Episcopum nostrum nominatim ventissimas scripsisse literas. Sed in hanc rem diligen inquirendi otio nunc quidem caremus, aliorum industria linquentes: quare literarum ipsarum exemplum subjicimus

---

[10]) „*Gregorius* Episcopus, servus servorum Dei, Vener „bus fratribus *Strengineusi* et *Revaliensi* Episcopis, ac di „filio Abbati Monasterii in *Padhes* Revaliensis Dyocesis, sal „et Apostolicam benediccionem. Militanti ecclesie, licet imm „disponente Domino presidentes, circa curam ecclesiarum et „nasteriorum omnium solercia reddimur indefessa soliciti, ut „debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, et „fectibus, Divina cooperante clemencia, salubriter intend „Sane dilectorum filiorum *Prepositi et Capituli Ecclesie Abo* „*conquestione percepimus,* quod nonnulli *Archiepiscopi, Epi* „*aliique ecclesiarum Prelati* et clerici ac ecclesiastice per „tam religiose quam seculares, nec non *Duces, Marchiones,* „*mites, Barones,* Nobiles, Milites et laici, Communia civitatum „versitates opidorum, castrorum, terrarum, villarum et ali „locorum, et alie singulares persone civitatum et dyocesiu „aliarum parcium divisarum, *occuparunt et occupari fecerun* „*stra,* villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iu „iurisdicciones, nec non fructus, redditus et proventus eiu

Quum ab una parte *Helsingia* (totam olim *Norrlandiam* hodiernam complexa) Dioecesi esset Upsaliensi addita,

---

„ecclesie, et nonnulla alia bona, mobilia et immobilia, spiritua-„lia et temporalia, ad Prepositum et Capitulum predictos spe-„ctancia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus „prestant auxilium, consilium vel favorem. Nonnulli eciam Civi-„tatum ac Diocesium et parcium predictarum, qui nomen Domini „in vacuum recipere non formidant, eisdem Preposito et Capi-„tulo super predictis Castris, villis et locis aliis, terris, domibus, „possessionibus, iuribus et iurisdiccionibus, fructibus, censibus, „redditibus et proventibus eorundem et quibuscunque aliis bonis, „mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, et aliis „rebus ad eosdem Prepositum et Capitulum spectantibus, multi-„plices molestias ac iniurias inferunt et iacturas. Quare dicti „Prepositus et Capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut cum „eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Aposto-„licam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna „diligencia curemus. Nos igitur adversus occupatores, detento-„res, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, illo „volentes eisdem Preposito et Capitulo remedio subvenire, per „quod ipsorum compescatur temeritas, ac aliis aditus committendi „similia precludatur; Discrecioni vestre per Apostolica scripta „mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos „vel alium seu alios, eciam si sint extra loca in quibus depu-„tati estis conservatores et iudices, prefatis Preposito et Capi-„tulo efficacis defencionis presidio assistentes, non permittatis eos-„dem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad eosdem „Prepositum et Capitulum spectantibus, ab eisdem vel quibusvis „aliis indebite molestari, vel eis gravamina seu dampna vel iniurias „irrogari: facturi dictis Preposito et Capitulo, cum ab eis vel „procuratoribus suis vel eorum aliquo fueritis requisiti, de pre-„dictis et aliis personis quibuslibet, super restitucione huiusmodi „castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurium et „iurisdiccionum ac bonorum mobilium et immobilium, reddituum „et proventuum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de „quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis, presentibus et fu-„turis, ab illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem, sum-„marie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero „prout qualitas exigerit, iusticie complementum, occupatores seu „detentores, molestatores seu presumptores et iniuriatores huius-„modi, nec non contradictores quoslibet et rebelles cuiuscunque „dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis extiterint, quan-

ab altera vero Episcopi Aboënses Finlandiam omnem sua vindicarent ditioni; fieri non potuit, quin de limitibus int

---

„docunque et quocienscunque expedierit, auctoritate nostra, p
„censuram ecclesiasticam, appellacione postposita compescend
„invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: nc
„obstantibus tam *felicis recordacionis Bonifacii Pape VIII, pr*
„*decessoris nostri*, in quibus cavetur ne aliquis extra suam civ
„tatem et dyocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ult
„unam dietam a fine sue dyocesis, ad iudicium vocetur, seu nc
„iudices et conservatores a sede deputati predicta, extra civitate
„et dyocesin, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque proc
„dere, sive alii vel aliis vices suas committere, vel aliquos ult
„unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumat, dun
„modo ultra duas dietas auctoritate presencium aliquis non tr
„hatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et viole
„ciis et aliis que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, i
„secus egerint, et in id procurantes adiectis, Conservatores s
„nullatenus intromittant; quam aliis quibuscunque constitucion
„bus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de it
„dicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra ce
„tum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, qu
„nostre possent in hac parte iurisdiccioni aut potestati eiusqu
„libero exercicio quomodolibet obviare; seu si aliquibus comm
„niter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod excommun
„cari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca a
„iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non fac
„entes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indul
„huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus pr
„priis mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia gen
„rali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam prese
„tibus non expressam vel totaliter non insertam nostre iurisdi
„cionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri,
„de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda s
„in nostris litteris mencio specialis. Ceterum volumus, et ap
„stolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum proseq
„valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem in
„choans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodq
„a dato presencium sit vobis et unicuique vestrum, in premiss
„omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, ac p
„predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vob
„cepta fuissent, et iurisdiccio nostra et cuiuslibet nostrum i
„predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum aliu

utramque dioecesim controversia aliquando nasceretur; dijudicatu eo difficilior, quod nec regionum illarum fines, nec incolarum sedes, constantes olim fuissent. Fenni, orientale sinus Botnici litus boream versus sensim persequentes, ultimum ejus recessum tandem superaverant, atque circa Torneam, nemine prohibente, jam consederant: quorum omnium convertendorum et spirituali suo imperio subjiciendorum potestas atque officium cum Aboënsi esset Episcopo demandatum, hic pastoralem suam ditionem aeque propemodum late sensim extenderat, ac gregis sui habitacula porrigerentur. Ubi vero neglectae olim solitudines, hominum frequentia celebrari coepissent, in magnis hujus tractus fluviis piscatum uberrimum exercentium; attentionem Hierarcharum atque in finibus ditionum suarum curatius constituendis diligentiam, haec res statim excitavit. Unde incolis paroeciarum *Kemi* et *Salo* [quarum *illam* paroecias hodiernas *Kemi* (indeque nuper separatas *Kemi-träsk* atque *Rowaniemi*) *Ijo* et *Pudasjärvi*; *hanc* autem paroecias hodiernas *Paldamo* (ac inde nuper distractam *Hyrynsalmi*) *Sotkamo*, *Ulo* (indeque divulsam nuper *Muhos*), *Limingo*, *Carlö*, *Siikajoki*, *Pyhäjoki* et *Kalajoki*, eo tempore comprehendisse, non improbabiliter colligit Mathesius Diss. de *Ostrobotnia* p. 29 et 55] cum Curatos seu sacerdotes initio jam seculi XIV:i ab Episcopo Aboënsi constitutos, tum illarum incolis a Rege *Magno Erici* significatum atque injunctum fuisse, reperimus, (communi Regis atque Episcopi Aboënsis nomine), ut istis suis Pastoribus tributa ecclesiastica solverent [11]): ac ubi

———

„perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super con„servatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante, „presentibus post decennium minime valituris. Datum Rome „apud Sanctum Petrum, V Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno „septimo". *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 47. Alia autem illa Bulla Pontificis, *super alienacione Castrorum etc. sub mensa Episcopi Aboensis*, ejusdem plane, mutatis mutandis, est tenoris, legenda ibid. Fol. 48. Opem criticam neutri adhibuimus; operae pretium non putantes.

[11]) Cfr. supra p. 186 sq. et not. (10), locaque ibi indicata. It. p. 219, et not. (20).

ultimas partes suae quisque Dioeceseos non multo post vi tantes *Hemmingi,* alter Archiepiscopus Upsaliensis, (qui 1342 confirmatus, a. autem 1351 mortuus fuit,) alter E scopus Aboënsis, obviam facti essent, amice inter eos de nibus ditionum suarum convenit, quos ita fere ut hodieq habentur, definivisse videntur [12]). Postquam vero *Birger*

[12]) Vid. supra p. 244 sq. Edixerunt quidem testes in fa rem caussae Upsaliensis, alter (*Nicolaus Pœtarson* de Utnäs) „ „personaliter audivisse, quod felicis recordationis Dominus H „mingus, olim Episcopus Aboensis, confessus fuit et veraci „recognovit coram venerabili patre Domino Haemingo Dei g „tia quondam Upsalensi Archiepiscopo, bonae memoriae, *om „quaecunque de suo officio aliquando exercuerat et impenderat* „**Norrabutn,** *sive confirmando, sive cimiteria benedicendo,* „*fecisse in servitium Upsalensis Ecclesiae, et ipsius Domini A „chiepiscopi relevamen*"; alter (*Joan Langer*) „*quod* idem D „minus *Haemingus Archiepiscopus* protunc *baptizavit in Tor „circa viginti personas,* tam de Lapponibus quam *etiam de K „relis habitantibus in Uloaa, Kim et Sim*". Sed quod ad pri rem illum testem attinet, nimis late concessionem Episcopi Ab ënsis interpretatus esse, aut minus accurate memoria tenuis videtur. De *tractu* videlicet tantum *Tornoënsi* locutum fuis Episcopum, verisimile est, (de quo nunquam Aboënses cont versiam Upsaliensibus moverunt,) non juri suo in totam *Ost botniam Borealem* (Norrabutn) renuntiasse, quo nomine paroe etiam *Salo* comprehendebatur, in quam jus sibi Upsaliensis nu quam arrogaverunt. Quam nostram interpretationem illustrat terius testis assertio, dicentis, „se audivisse dictum Domin „Haemingum Episcopum Aboensem manifeste fateri coram eode „Domino Archiepiscopo, *se confirmasse et cimiterium in Tor „benedixisse, nomine et ex parte ejusdem Domini Archiepisco „et ipsius Upsalensis Ecclesiae, et non suo nomine vel Eccles „Aboensis, super quo literas suas patentes Domino Archiepisco „tunc concessit* praefatus Episcopus Aboensis". Patet conce sionem et literas Episcopi non nisi *Tornoënsem* spectasse paro ciam; quibus literis si *Kemiensem* quoque et *Ijoensem* paroeci Upsaliensibus concessisset, has literas, rem mox confecturas, hau neglexissent in medium proferre, lite post vicennium renovat Quod autem Archiepiscopus, in *Torni* (ultra cujus paroeciae fin eum progressum non fuisse aperte significatur) baptizavit Fenno quoque nonnullos in *Ulo, Simo* et *Kemi* habitantes, qui ad illu hunc in finem, accesserant; id non magis probat illum haec etia

Gregorii Upsaliensi admotus sedi fuisset, hac pactione non contentus, litem Aboënsi acrem intendit, atque ad fluvium usque Uloënsem, suam extendere ditionem voluit; argumentum praetexens, quod ad eum usque fluvium Helsingiae fines porrecti olim fuissent. Quod demonstraturus, cum ad testes aliquot provocavit, Helsingiae incolas, quos juratos a Notario Publico solenniter curavit examinandos, (qui veteres illos Helsingiae limites, non traditione tantum majorum constanti, sed legum quoque Helsingicarum antiquarum auctoritate [13]) confirmari, edixerunt,) tum literas quoque

---

loca suae Dioecesi vindicasse, quam Antistitis Aboënsis peracti Tornoae actus Episcopales ostendunt eum hanc paroeciam ad suam retulisse Dioecesin. Post discessum nempe Aboënsis, (qui sibi, Tornoam versus tendenti, obviam progressus fuerat,) Archiepiscopus Fennis quibusdam suae provinciae vicinis, qui ad nomen Christo dandum inducti interim fuerant, hoc officium praestitit. Nec verisimile est, si *Hemmingus* terram inter fluvios Tornoënsem et Uloënsem sitam Upsaliensi concessit Archiepiscopo, successores tamen suos, illius suffraganeos, hanc mox suae sedi vindicare ausos fuisse?

[13]) Nunc quidem, in typis edito harum legum exemplo. nihil tale. offendimus; sed Instrumentum a Notario Publico, curante Archiepiscopo, a. 1374 exaratum, quod exhibet RUDBECKIUS, *Atlanticae* T. III p. 445 sq. (ex Ecclesiis Helsingiae *Ballenäs* et *Narvala*, ut male legit, pro *Baaldanäs* sive *Båldnäs* et *Norr-ala*, sibi missis) testatur, olim *in principio paragraphi ultimi in rubrica quae dicitur* **Tingmåla Balker,** hujusmodi verba exstitisse: **Swa skiptis landom twäggia Konunga mällan, att Swerikis oc Norikis birias i Ula träsk, oc ledher äptir isina femptan wikna langan.** Ita legi verba debent, quae corruptius adfert RUDBECKIUS, aut parum accuratum ipsarum literarum exemplum (ut quaedam etiam alia earum loca produnt) nactus, aut parum diligenter illas legens (cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerakerens.* p. 150); inprimis absurde suum *Yhmä* vel *Ymä*, dorsumque montis *Ymai*, hic intrusit, pro quo PERINGSKÖLD loco c. et alio mox commemorando (*Monum. Upland.* T. I p. 4) habet *Isma*, verbum illud quoque absonum et inane. *Registrum* vero *Aboënse* clare exhibet **epter isina,** *secundum glaciem; amnem* scilicet *glacie constrictum metiendo*, quo tempore distantiam Lacus *Ulo* (*Ulo-Träsk*) ab ostio fluminis, commodissime, super glaciem progrediendo, dimetari licet, intervallum istud

Kanuti Joansson, Dapiferi, a. 1328 datas, et Diplomate Re gis *Magni* a. 1339 confirmatas [14]), pro sua assertione tuend attulit; eo successu, ut R. *Alberti* diplomate, caussa tandem (a. 1377) suum in favorem judicaretur [15]). Sed neque in terim Episcopus Aboënsis suae caussae defuit; qui non modo testimoniis ille etiam, juris atque possessionis sua vetustatem usumque diuturnum ac non interruptum confir mantibus [16]), sese munivit, sed etiam assensum atque ap

---

15 milliaria aequare asseritur, idque vere: wika autem, cum d maritimo itinere sermo est, milliare spatium denotare, docet IHRE Glossar. Sviogoth. in hac voce. Verbis autem legis adductis no adversatur, quod in alio Instrumento, ab eodem Notario Public confecto, testis edicit: „verba ista *sensualiter* scripta esse e „contineri in Libro legum terrae Helsingoniae: Swa äru Hel„singia Raa som byrias i Ulo thräski etc". Nempe Leges ista scriptas fuisse apparet, cum Helsingia ad Regnum Norvegia adhuc pertineret (cfr. STURLESON *Hist. Reg. Norvegicor.*, Ed *Peringsköld.* T. I p. 95, 139, 636, s. *Harald Harfag.* Saga C 20, *Håkan Godes Sag.* C. 14, et *Olof Haraldssons Saga* C. 147) deinde vero verba ista in juniores etiam codices, ex vetustissimi descriptos propagata, diu superstitia mansisse: quare eo loc fines Norvegiae et Helsingiae idem significare, putandum est. In strumentum, quo testium assertiones ab Archiepiscopo excitato rum, continentur, quoniam a PERINGSKÖLDIO l. c. (*Monum. Upland* T. I p. 3 sqq.) satis accurate editum est, hic non adponimus; sed annotationem tamen exhibere placet in *Registro Eccles. Ab.* (ub Fol. 13 descriptum habetur) eidem adscriptam, quae talis est *Sed testes pro magna parte suspecti habentur. Sed prescripcion hujusmodi instrumentum infirmatur.*

[14]) Literae *Kanuti Joansson* leguntur apud PERINGSKÖL DIUM l. c. (*Monum. Upland.* T. I) p. 5 sq. Sed Literae R. *Magn* confirmatoriae (quamvis eas etiam se adducturum p. 3 pollicitu esse videatur) non comparent: utrarumque tamen meminit in sui literis Rex *Albertus.*

[15]) Exhibetur a PERINGSKÖLDIO l. c. (*Monum. Upland.* T I) p. 6 sq. Cfr. de hac lite etiam LAGERBRING Sw. Rikes Hist 3 D. C. XI §. 8, p. 831.

[16]) Primum duplex *Communitatis Satagundiae*; utriusque exemplum in *Registro Eccles. Ab.* servatur, uno eodemque di dati. Alterum litem hanc in universum spectat, (Fol. 12 ibidem obveniens), hujusmodi: „Universis presentes litteras inspectur

probationem nactus est viri Rege ipso temporibus illis haud paullo potentioris, famosi nempe illius Drotzeti *Bo Jonsson:*

„tota *Communitas terre Satagundie* salutem in Domino sempiter„nam. Noverint universi, quod nos anno Domini MCCCLXX „quarto, XVI die mensis Julii, apud ecclesiam *Kumo* generaliter „congregati, et ibidem per venerabilem Patrem in Christo, Do„minum *Johannem*, Divina miseracione Episcopum Aboensem, „requisiti super limitibus inter Archiepiscopatum Upsalensem et „Episcopatum Aboensem in *Norrabuthn* ab antiquo servatis et „in futurum observandis, notum facimus et probare volumus iura„mentis nostris, cum et quociens requisiti super hoc fuerimus, „quod limites in Norrabothn in modum qui sequitur sunt servati: „videlicet quod *Kakama* attinet Archiepiscopatui Upsalensi, et „*Kiemattutz* Episcopatui Aboensi, et subsequenter *Ijoki*, *Ulajoki*, „*Sikajoki* et *Patsjoki*, et predicti limites inter Archiepiscopatum „Upsalensem predictum et Episcopatum Aboensem sunt servati, „quod de contrario hominum memoria non existit, prout non so„lum habemus per experienciam, verum eciam de hiis fidem re„cepimus per legittima parentum nostrorum documenta. In quo„rum omnium evidenciam, sigillum Communitatis nostre presen„tibus est appensum. Datum et actum die, anno et loco supra„dictis, presentibus clericis et laicis fide dignis". Quid *Kiemattutz*, in his literis obveniens, sit, nescimus: suspicamur vocem esse corruptam, atque legi fortassis debere *Kemi-träsk?* qui lacus, cum ad ditionem Episcopi Aboënsis indubie pertineret, fluvium quoque inde delapsum aeque certo ad hanc esse referendam colligunt, ac lacus *Kakama*. cum amne inde fluente (*Kakamajoki*), in Archiepiscopi Upsaliensis Dioecesi situs sit? Vel num sub corrupta voce *Kiemattutz*, *Kemijoki* (Kemiensis fluvius) delitescit? Caeterum significare enumeratorum fluviorum hic constitutus ordo videtur, *Patsjoki* amnem esse Saloënsem qui *Pattijoki* hodie audit? Alterum ejusdem Communitatis datum Episcopo testimonium, Capellas (hodiernas Paroecias) *Kemi* et *Ijo* speciatim spectans, in *Registro Ab.* Fol. 45 legendum (quod in Diss. *de Ostrobotnia* p. 36 publici juris jam fecit MATHESIUS, et NETTELBLADT Schwed. Bibl. 3 St. p. 233) tale habetur: „Universis presentes litteras „inspecturis omnes et singuli terram *Satagundie* inhabitantes, „salutem in Domino. Noveritis, quod nos anno Domini MCCCLXX „quarto, XVI die mensis Julii, apud ecclesiam *Kumo* in publico „placito congregati, requisiti fuimus per reverendum in Christo „patrem, Dominum *Johannem*, Divina miseracione Episcopum „Aboensem, super capellis *Kem* et *Joki*" (h. e. *Kemi* et *Ijoki*), „videlicet an dicte capelle infra limites Aboensis dyocesis in

ad quem, in Finlandia tum versantem, cum Archiepiscopus (cui vehementer haec res curae cordique fuisse videtur)

„Norrabothn sese contingentes site existerent et fundate. Nos vero „huiusmodi inquisicione iuxta consciencias nostras satisfacere cupi-„entes, ostendimus, sicut et iuramentis nostris probare volumus „requisiti, quod dicte capelle *Kem* et *Joky* cum villis et annexis, „infra limites certos Aboensis Dyocesis sunt constructe, et *tanto* „*tempore subjecte erant regimini ecclesie Aboensis, quod de con-„trario hominum memoria non existit, sic quod ipsa ecclesia Abo-„ensis in prefatis capellis libera et pacifica possessione funge-„batur usque modo.* De et super quibus omnibus premissis non „solum nos per experienciam, verum eciam per legitima propa-„trum nostrorum documenta recepimus plenam fidem. Datum sub „sigillo Communitatis nostre supradicte, anno die et loco supra-„scriptis, presentibus clericis et laycis fide dignis". Communitatis *Satacundiae* testimonium cur Episcopus in hac lite expetierit, haec inprimis fuisse caussa videtur, quod hujus regionis incolae, Ostrobotniae (olim fere desertae et non nisi feris Lapponibus peragratae) viciniores, piscatum in fluviis ejus uberem ac in silvis venatum exercentes (ut alia etiam vetustiora confirmant monumenta), et notitiam hujus regionis rerumque ejus habere diligentiorem censeri deberent, et oram ejus maritimam, in fluviorum maxime vicinia, partim sibi vindicassent, praediisque suis annexuissent.

Tertium, quod pro caussa sua defendenda Episcopus attulit testimonium, *Civitatis* fuit *Aboënsis* (cujus cives mercatum in illis terrae partibus exercuisse, indeque conditionem earum rescire potuisse, videntur), hujus formae: „Allom mannom thetta Breff see „eller höra, helsom wy Borgmestara oc radzmän i Abo äverde-„lica met varom Herre. Fore then skuld, at millan hederlika „Herra Archebiscopenom aff Upsalom, oc Biscopenom i Abo är „kommen en osämia um tw Capellä, *Kem* oc *Joki*, huilko Bi-„scopsdöme the skulu heldre tilhöra, oc nu medhan oss är ath-„sporth hwadh vi ther aff vithum: thy viliom vi ey thet löna „som oss är ther um kunnoct. Fore hwanskuldh kännompa wy „met vare öpne breffue, at the for:de Kapellä, *Kem* oc *Joki* „haffua under Abo Dom-Kirkie aff aldher lighad, swa at engen „finz then met oss som annat minnis: oc thetta troom wy sannth „at vara, for thy at vi haffuom aldrigh annat sporth. Scriptum „Abo Anno Dom. MCCCLXX quinto, XI die Maji, sub sigillo „Civitatis nostre in testimonium premissorum". *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 45.

caussae suae commendandae gratia scripsisset, parum favorabile tulit responsum [17]); e quo discimus, eum his locis diligenter in rem inquisivisse. Qua fortassis occasione, illa partim collecta editaque putes testimonia, quae in suae caussae praesidium Episcopus noster adhibuit, quaeque hinc in *Registro Ecclesiae Aboënsis* conservata hodieque legi possunt. Exitum autem haec lis talem habuit, ut Episcopus Aboënsis suique deinceps successores, in possessione perpetua ac tranquilla juris haetenus usurpati, manerent [18]).

---

17) Memorabiles has Drotzeti literas, incognitas hactenus rerum nostrarum scriptoribus (quaeque non parum pertinent ad dubium solvendum: cur auctoritas Regis, certam Archiepiscopo victoriam tribuentis, effectu tamen prorsus caruerit?) primus in lucem nuper edidit Reverendiss. et Eminentiss. Archiepiscopus von Troil, in Collectionis egregiae, cui titulum fecit Skrifter och Handlingar til uplysning i Swenska Kyrko- och Reformations Historien, Parte II p. 351 sqq. Initium literarum hujusmodi est: „Obsequiosa in Domino salute premissa. Witin thät käre Herre „Ärkebiskop, at jac hafwer talat och sport Biskopin af Finlande, „klerka ok lekmän med honum, um the twa kirker J talin uppa, „hwilka alle män sighia at Ärkebiskop Hämmingr ok Biskop Häm„ming af Abo the hafthe fik swa forlikat um them i thera lif„dagha med storom“ (an swam?) „skälom, at the skulde ligia i Abo „Biskopsdöme; ther latir ok thenne Biskopin Jdhr umbidhia at J „ekte thet fore honum qwälia älla hindra, som hans forfädhr fore „honum radhit hafwa. Ok sändir jak idhir ena Utscript af Landa„māromen i hwath mato the werdho tha stadgath, som mik är be„wist“. etc. Descriptio autem haec finium talis ipsi Epistolae adjuncta reperitur: „Limites inter Archiepiscopatum Upsalensem „et Episcopatum Aboensem. *Kakama* attinet terre Haelsingie, „et Lem“ (leg. *Kem*, h. e. *Kemi*) „attinet Episcopatui Aboensi, et „subsequenter - - - *ki*,“ (supple *Ijoki*) „*Ulajoki*, *Sikajoki* et *Patajoki*; „*isti limites servati fuerant a centum annis et ultra*, juxta asser„tionem *seniorum habitantium in Norrabotn*, *Ulfsby*, *Kumo et Bir„kala*, quod suis juramentis probare sunt parati. Thätta berette „mik biskopin, klärkan med honum, ok gode gamble lekmän, som „med hafthe warit, tha thäße sämpian giordhis“. Facile patet, quam accurate haec cum iis quae in testimonio *Communitatis Satacundiae*, nuper allato, dicuntur, consentiant.

18) Inter monumenta quae hanc litem attingunt, sequentes etiam literae in *Registro Eccles. Ab.* occurrunt; quas licet jam

Aliam quoque litem, minus quidem illam difficilem, se

attulerit MATHESIUS, Diss. *de Ostrobotnia* p. 77 sq., exscribe tamen placet, quia ad conditionem rerum, hoc tempore, in Ostr botnia illustrandam apprime pertinent, nonnullisque porro m nendis opportunitatem praebent. „*Johannes* Divina miseracio „Episcopus Aboensis Reverendis viris Dominis *Preposito* ceteri „que ecclesiarum Curatis per Norrabuthn constitutis, sinceram „Domino caritatem et mandatis nostris salubribus salubriter ob „dire. Quia quidem“ (quidam?) „Dominus *Andreas Dacus*, Cle „cus nostre Aboensis Dyocesis, in via honestatis et prudenc „non recte progrediens, sed cum inpiis in circuitu ambulans a „mala convertit pedes suos, qui inicio sapiencie (?) timore D „postposito, nostram presenciam tamquam filius perdicionis m „nime reverens, dampnande fornicacionis crimen commisit, in qu „quidem crimine detestabili solus cum sola, eo tempore quo co „juges Deum timentes a licitis eciam contactibus abstinere solen „a nostris familiaribus est repertus; nec ipse penitencia ducta „ad petendam veniam animum“ [non] „convertit, ymo more Cay „facta sua dissimulans et tanquam stultus spernens disciplina „patris“ (*Mathesius* habet *prioris?)* „sui, ad remota fugam dedi „Sed nec istis idem Dominus Andreas contentus maliciis, ym „peccata peccatis accumulans, et in profundum malorum descen „dens, se de *Kapellis Kem et Joky*, nostre iurisdictioni subiecti „*absque nostro mandato temere intromisit,* petendo“ [et] „*sacrileg* „*spoliando ea que nobis et Curato in Pedersöre ibidem debenta* „*annis singulis loco Decimarum.* Nos contra tam nepharium inobe „diencie filium, sacrilegum, fornicatorem notorium, sueque saluti „immemorem, ecclesiastice ulcionis gladium volentes acuere, ne „delicta sua aliis occasionem delinquendi prebeant impunita, pre „dictum Dominum Andream Dacum, canonica monicione premissa, „si in termino sibi per priores litteras nostras assignato non „comparuerit, excommunicacionis sentencia innodamus, in hiis „scriptis precipientes districte vobis et vestrum cuilibet, quatenus „predictum Dominum Andream, quem coram nobis citari fecimus, „singulis diebus Dominicis et festivis, in ecclesiis vestris, cum „et quociens populus ad Divina convenerit, *postquam vobis de* „*ipsius contumacia per litteras Domini Curati in Paetersöra ex-* „*presse constiterit,* excommunicatum publice nuncietis, donec ipse „Dominus Andreas, errores suos cum debita satisfaccione humi- „liter recognoscens, ab hac nostra sentencia absolucionis benefi- „cium meruerit obtinere. Datum apud ecclesiam nostram Abo- „ensem Anno Domini MCCCLXX quarto, feria 2:da post Olavi, „nostro sub sigillo“. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 45. *Andreas* hic

diu tamen actam atque subinde restauratam, inter clerum

Dacus (h. e. pro more loquendi illius temporis, *Danus* natione?) utrum in privatum suum usum, reditus qui ex Kemi et Ijo ad Episcopum Aboënsem et Curatum in Pedersöre pertinerent, intervertere ausus fuerit, an vindictae actus cupidine dictas Capellas ditioni subjicere Sedis Upsaliensis tentaverit, dubium videri queat; primum, quod literae hae excommunicationis in *Registro Eccles. Aboënsis* inter documenta comparent quae famosam illam litem tangunt; deinde quod epigraphen hujusmodi ostentent: „Hic „excommunicatur Dominus Andreas Dacus, *qui Kem et Joki alie-„nare nitebatur*". Quae verba vix de homine adhiberi potuisse credas, qui modo illegitimo ipse reditus Episcopales invasisset? Porro, quod ex his literis colligit l. c. Mathesius, *Curatum in Pedersöre Praepositi* simul in Ostrobotnia munus gessisse, verisimile omnino videtur, quia *Praepositum* aliquem his Ecclesiis jam praefuisse, ipsa literarum inscriptio docet, nec facile credas Curatum in Pedersöre alio nomine reditus aliquos ex *Ijo* et *Kemi*, interjacente paroecia *Salo* a suae Ecclesiae finibus discretis, percepisse. Seculo etiam serius (a. 1478) *Magnum*, Curatum Ecclesiae Pedersöre, simili in reliquas Ecclesias Ostrobotnicas auctoritate polluisse, ex literis Episcopi *Conradi* (*Bitz*) discimus: Vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, 1785, Bihang p. 74.

Caeterum diligentiam Episcopi nostri in jure suo super Capellas *Kemi* et *Ijo* vindicando, inconsultam haud fuisse, ex reditibus concludere licet non contemnendis, quos ex piscatura, inprimis Salmonum, in his fluviis, mensa Episcopalis habuit. Serioris quidem aetatis est, sed ad hanc rem illustrandam non minus, quam ad reditus Curatorum atque conditionem terrae in Ostrobotnia, circa finem seculi XV cognoscendam utilis, sequens annotatio, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 60 reperiunda, literisque Episcopi *Conradi* nuper commemoratis adjuncta: „*Redditus et „Obvenciones Curati in Kym.* Primo habeat prata de C plaustris „feni sub mensa Curati. *Numerus mascotancium: Centum qua-„draginta matskotantes.* Quilibet matskotancium habet annuatim „exhibere Curato infra scriptas obvenciones. Primo pro manso „presbiterali, dicto vulgariter *Maanpoli*, exhibebit quilibet *duas „pelles albas, vel unum pondus luciorum siccorum, vel quatuor „artones.* Item quilibet matskotancium dabit *plaustrum feni*, vel „eius valorem iuxta id quod solet emi et vendi circa festum „purificacionis Marie, *vel saltem mediam marcam.* Item quilibet „matskotancium dabit dimidium pondus butiri pro matskot, et „marcam butiri pro qualibet vacca, *vel saltem pro qualibet marca „butiri 4 denarios.* Item quilibet exhibebit eciam *decimas bla-*

et populum Nylandiae [19]), de *portione Cleri cibaria* (matſtott Episcopum nostrum compescuisse reperimus. Rei per s minus commemorabili celebritatem quandam peperit, quo literas Episcopi hanc litem dirimentes (in quarum vetustui exemplar, in membrana scriptum, forte autographon? se ir cidisse significat) luci publicae, initio hujus seculi (a. 1705 in Epistola Hamburgo ad Johannem Peringsköldium miss typisque ibidem (plagula I in forma 4:ta) impressa, in pu blicam lucem (una cum R. *Birgeri* illis ad *Nicolaum An*

„*dorum,* que dividi consveverunt in partes equales inter eccle „siam et Curatum. Item ex quolibet arcu exhibentur due pelle „ad usum ecclesie et Curati. Item decime pellium deben „distribui inter ecclesiam et Curatum. Item pro benediccion „nubencium due ore consueverunt exhiberi Curato. Pro introduc „cione mulierum post partum una ora. Item *Mercenarii* in Pa „scha solvere tenentur *3 pelles arcuales* dictas boaskin" (Boga ſkin) „*vel unam oram; mercenarie* vero *duas pelles, vel duos or* „*tugos.* Item pro *mortuariis* adultorum V oras; pro infantibu „ora consvevit exhiberi Curato. Item omnes alie decime solven „tur, *demptis decimis Salmonum et luciorum siccorum, que reser* „*vate sunt mense Episcopali. Item medietas piscium vernalium* „*et autumpnalium ex decimis cedat mense Episcopi,* et alteri „medietas mense Curati". *Mascotantes* esse familias quae exhi bere debebant sacerdoti portionem cibariam, dictam *matskot,* pe se patet; ac *Mansum* presbiterale esse domicilium cum agro, a parochianis sacerdoti praestandum (Präſtegård), quod in illi partibus *maanpuoli* vocabatur. *Pelles albae* sine dubio eran *Ermineae. Pondus* (et pund) 20 libras notat. *Artones* quid sint nescio; *Artona* in *Glossario Cangiano* dicitur *panem* significare sed non videtur huc pertinere: quid si *Ortones* legendum, ve adeo *ortugos?* [*Artones* est scriptura corrupta pro *Ortones.* Cae terum *Matskott* (res ad cibum aptae) pendebatur Sacerdotibu tantum rure; in urbibus contra accipiebant *Silfskott* (numeratam pecuniam): cfr. NETTELBLADT Schwed. Bibl. 2 St. p. 197.] *De narii* esse videntur *Penningi,* quorum 24 *Oram,* 8 *ortugum* com plent. *Bladum* (vel *bledum,* Gallice *bled) frumentum* denotat *Mercenarii,* qui Svet. Drängar, *Mercenariae* quae Pigor audiunt *Mortuaria* Svet. Likſtol. Cfr. quae supra de *Nylandorum* simi libus expensis attulimus p. 220 sqq. not. 21.

[19]) Cfr. quae supra diximus p. 144 not. 4, et p. 22(sqq. not. 21.

dersson datis, quarum supra meminimus, p. 168) emisit RICHARDUS VON DER HARDT, (Westphalus, Auctionator Librorum Reg. et Upsalensis); easdemque Episcopi nostri literas mox *Auctario* suo *Diplomatum Veterum,* quo LINDENBROGII *Scriptores Rer. Germanicarum Septentrionalium,* a se denuo editos, ornavit Jo. ALB. FABRICIUS (Hamb. 1706 Fol.), p. 187 inseruit: ac tandem Tomo IV *Historiae* suae *Regni Sviogothici* (p. 600 sq.) adjecit Ill. LAGERBRING. Comparent etiam in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 11; quare, licet integras denuo exhibere necesse haud ducamus, errores quosdam, ab editoribus commissos, nostri ope hujus exempli infra emendabimus [20]).

[20]) Male RHYZELIUS (*Episcoposc.* p. 333) has literas *Johanni II (Petri)* tribuit, a SPEGELIO putamus deceptus; cfr. supra p. 307, not. 30. Ipsas literas, quod eas nuper attulit (l. c.) LAGERBRING, non adjungimus; observationes quasdam circa eas fecisse contenti. Primum igitur ex *Registro Eccles. Ab.* (ubi Fol. XI exemplum harum literarum habetur) lectiones quasdam variantes excerpemus. *Per terram Nylandiae,* Codex Aboënsis *provinciam Nylandie.* Pro *Karum* (quod in *Kram* mutari et *Katharinam* legi absurde voluit FABRICIUS, l. c., addita ratione aeque falsa, *cui* n. Katharinae, *templum cathedrale sacrum*, cum contextus eum docere debuisset, in Nylandia, non ad templum cathedrale, clerum et populum ejus provinciae fuisse convocatum) Cod. Ab. recte *Kariis*, paroeciam sc. Nylandiae *Karis,* in monumentis antiquis *Kariis* (Fennice *Karja)* semper fere vocatam. *Hennichinus Dyme*, Cod. Ab. utroque loco *Dume;* hominem nisi ex hoc loco non cognoscimus. [Nota vero est *Margareta Duma,* vidua famosi illius Drotzeti *Bo Jonsson:* vid. LAGERBRING l. c. 3 D. p. 698]. Pro *Maskaut* Cod. Ab. ubique *Maskuth. Conscienciose* Cod. Ab. *graciose. Quocunque nomine accusentur*, Cod. Ab. *censeantur. Pisce qui capitio,* Cod. Ab. *capitur;* quo modo legi debere recte vidit LAGERBRING. Pro *fora* (quod temere intrusit FABRICIUS, et legi *loco,* insulse admodum, voluit, cum tamen VON DER HARDT recte edidisset *foca,* h. e. *phoca*) Cod. Ab. *foca. Speriolis* Cod. Ab. *esperiolis,* quomodo etiam edidit VON DER HARDT. *Solidos suenos, oram suenam*, *denarios suenos*, Cod. Ab. recte scribit *suevos, suevam* (h. e. *Svecicos, Svecicam)* pro more illius temporis vulgari. *Pro tunc exactorum regii,* Cod. Ab. *prout exactoris regii;* fortassis *protunc exactoris regii aut exa-*

Non parum, hoc tempore, Ecclesiam etiam Svecicam auctoritati caeterum aliarum facile cedere solitam, schism

---

ctor. regior.? Apposito (*apposita* apud FABRICIUM error est t pographicus) *tamen sigillo terrae quarto die post. Data ap ecclesiam Tenalee* etc. Cod. Ab. *quarto die post datam ap ecclesiam Tenalie.* Forte *post datum,* vel datam (scil. *litter* h. e. *datas litteras*). *Tenalie* pro *Tenaliae*, more vulgari. Qu deinde Notulas VON DER HARDTII attinet, absurde admodum *Sag nam* explicat (e DU FRESNIO) *navigii piscatorii genus* etc. praet solennem vocis significationem, a qua ne recederet, vel context impedire eum debuisset: legitur enim, *de sagenis singulis, cauda dictam Kalff habentibus;* quae pars quaedam est retis piscatorii e dem hodieque nomine apud nostros insignita, quam in *navig piscatorio* quomodo invenire potuerit, intellectu difficile est. Ea dem tamen explicationem insulsam repetit FABRICIUS. De *Esp riolis* quod dicam, non habeo: utrum *Sparverii* (Sperber) int ligantur, an *passeres* (Sperlinge), dubitat FABRICIUS; LAGERBRI GIO posterior significatio placet. Mihi nec tantam vim *passer* a nostris fuisse capi solitam constat, ut ex iis decimas sol sacerdotum magnopere interesset, nec hanc explicationem conte tus suggerere videtur, habens: „decimae solvantur integrales „*esperiolis, avibus, aliisque bestiis silvestribus*". *Aves* videntur *esperiolis* distingui? Sed nihil affirmo. Vocem *Husquina* (Hu qwinna) *matrem familias* exponit FABRICIUS; male quidem (m recte monet LAGERBRING, respondere nostro Inhyses-Hustru, ade que denotare mulierem agro carentem, sed sui tamen juris, que manuario opere ac mercenario, victum sibi parantem, si caeterum in aliena domo sive in suo tuguriolo habitet), sed n tam inepte ac VON DER HARDT, qui *parochianum* significa disputat. *Campanarium* esse nostrum Klockare, dubio caret. M lamän qui essent, ipse contextus satis ostendit; nempe inquili sive *Cotarii* (verbis utor viri doctissimi) *qui in tuguriolis propr vel alienis habitant, atque raro agrum conserunt, sed magis ope manuum victitant, eaque ratione famulatum aliis exhibent* (PC GIESSER *de statu Servor*. L. I, C. IV, §. 69); nostris hodie T pare och Backstuguhjon, minime autem, ut putat Nobil. LAG BRING, sive Landköpmän sive Krögare: neque appellatio ipsa lam habet cognationem cum Fennico *malja, patera* (Skål), idem suspicatur, sed aperte composita est ex voce Germanica Islandica *mal, male* vel *mala,* (pensio, vectigal, stipendium), *man*, vir (cfr. DU CANGE *Glossar.* voc. *mal* et *maalmen*, IH *Glossar. Svïog.* voc. *måla*. T. II p. 156 sq.), adeoque signifi

illud famosum sollicitam habuit, quod inter Anti-Papas *Urbanum VI* et *Clementem VII* exortum, letale fere vulnus dominationi Pontificiae inflixit. Notum est, septentrionem nostrum partes *Urbani* amplexum fuisse [21]); cujus Bullam, datam *Romae apud Sanctam Mariam trans Tyberim, VIII Id. Novembris, Pontificatus anno primo,* qua adversarium suum ejusque asseclas condemnat et excommunicat, a Papa ad se missam, *Birgerus* Archiepiscopus Upsalensis ad Episcopum nostrum (ut et, sine dubio, ad alios Episcopos Sveciae, Suffraganeos suos) transmisit, diligens ei obsequium, (literis datis apud *manerium* suum *Arnö, a:o D:ni* 1379, *in crastino beati Martini Episcopi,* quibus Bullam Papalem inseruit) graviter injungens [22]). Exemplum legitur in *Registro*

---

hominem qui certa sibi pacta mercede vel stipendio, certam alicui addixit operam, unde *milites mercenarios* dici *mala män* observat IHRE l. c. (cfr. tamen etiam DU CANGE l. c. et POTGIESSER l. c. §. 70). Nec parum ad rem illustrandam facit locus *Upl. L. Kirk. B. c. 9.* Fatöft folf fallum wir Husfätis folf, Malefarla, Legbuhjon of Staffarla. [Cfr. etiam *Statuta Prov. Upsal.* apud Ill. NETTELBLADT Schwed. Bibl. 2 St. p. 197 et 199]. Quod tandem pecuniam attinet, in literis Episcopi commemoratam, recte definire videtur Nobil. LAGERBRING, *solidum* significare nostrum **örtug,** *(1/3 Orae),* et *denarium* **Penning,** *(1/8 Ortugi);* quam eandem significationem vox *Denarii* in annotatione quoque habet *de reditibus Curati Kemiensis* supra (not. 18) allata). *Ora* igitur non 16, ut post DU FRESNIUM asserunt VON DER HARDT et FABRICIUS, in notis suis, sed 24 valuit hujusmodi *Denarios.*

21) Cfr. LAGERBRING Swea Rikes Hist. 3 Del. C. XI §. 1, p. 813.

22) Initium tale est: „*Birgerus* Divina miseracione Archie„piscopus Upsalensis, venerabili in Christo fratri nostro, Domino „*Johanni* eadem miseracione Episcopo Aboensi, salutem in Do„mino *et mandatis nostris, ymo vero Apostolicis,* firmiter obedire. „Litteram sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini „*Urbani,* digna Dei providencia Pape sexti, sub vera bulla plum„bea et filo canapis, more Romane curie bullatam, presentatam „nobis per venerabilem fratrem nostrum, Dominum Hartlevum, „Divina miseracione Episcopum Arosiensem, tercia die mensis „Novembris, in manerio nostro Arnö, cum ea qua decuit reve-

Eccles. Ab. Fol. 51 sqq. [23]): ubi etiam obveniunt, cum litera nomine VI Cardinalium a Papa eodem Luceriae (s. Nuce riae) a. 1385 in vincula conjectorum ac deinde Genuae cru deliter necatorum [24]) scriptae, quibus crimen suum agnoscun et deprecantur (Fol. 62 sq.), tum aliae literae encyclicae a *Carolo* (*de Duracio*) Rege Neapolitanorum ad Romana Ecclesiae Cardinales missae, quibus commemoratorum V Cardinalium innocentiam tuetur, saevitiam Pontificis exagi

---

„rencia nos noveritis recepisse, de verbo ad verbum tenorem qu „sequitur continentem: *Urbanus* Episcopus, servus servorum Dei „venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Upsalensi ejusque suffraga „neis, salutem et Apostolicam benediccionem. Nuper cum vine „Domini Sabbaoth, sancta videlicet Romana ecclesia, circa ven „trem suum doleret, et amaricatis ulceribus gravia emittere su „spiria cogeretur, ex eo quia filios uteri sui, quos enutriverat e „de infimis erigens ad culmina dignitatum extulerat, etc.“ Fini hujusmodi est: „Verum quia presentes littere nequirent forsan „propter viarum discrimina vel alias, Vestrum singulis commod „presentari, volumus quod per te, frater Archiepiscope, vobi „suffraganeis et aliis Prelatis civitatis et dyocesis Upsalensis, e „per vos Suffraganeos vestris subditis, dictarum litterarum trans „sumptum, transmittentis sigillo sigillatum, transmittatur, cui ac „hiberi volumus, velud originalibus, plenam fidem. Datum etc. Quibus porro Archiepiscopus hanc adjunxit commonitionem: „No „igitur volentes mandatum Apostolicum, secundum traditam nobi „formam, execucioni debite demandare, vestre Fraternitati pre „sens transsumptum, nostro autentico sigillo munitum, dirigimu „vosque requirimus et monemus, ac vobis in virtute sancte obe „diencie, et sub penis in originali contentis, auctoritate ordinari „ymo verius apostolica nobis in hac parte facta, districte prec „piendo mandamus, quatenus huiusmodi mandatum Apostolicum „juxta formam in ipso originali contentam, exequamini cum effectu „nil de contingentibus omissuri. Datum etc.“

[23]) Nullam facit hujus Bullae mentionem A CELSE; quan recensendam duximus.

[24]) *Johannis* Corsiensis, Tit. S. Sabinae, *Adami* de Anglii Tit. S. Ceciliae, *Ludovici* Venetiani, Tit. S. Marci, *Bartholomaei* Januensis, Tit. S. Laurentii, *Marini* Tarentini, Tit. S. Poten tianae, Cardinalium Presbyterorum, et *Gentilis* de Sangro, Ti S. Adriani, Card. Diaconi. Vid. ALPH. CIACONII *Vit. Pontific Romanor.* (ab *Augustin. Oldoino* recogn.) T. II p. 620 et 638—644

tat, reliquosque Purpuratos Neapolim convocat, de republica et ecclesia ab ejus crudelitate liberanda secum consulturos (Fol. 63 sq.). Utrasque literas ad a. 1385 pertinere, apparet. Sed posteriorum fidem nostris sublestam visam fuisse, praemissa iis in Aboënsi exemplo inscriptio docet, hujus formulae: *In causa Cardinalium per Urbanum Papam sextum injuste punitorum.* (*Littera superior docet eos juste punitos*). Spectantur scil. hac epicrisi literae nuper commemoratae, Cardinalium infelicium nomine scriptae.

Diligentem felicemque Ecclesiae suae curam, pro more temporis, Episcopum nostrum gessisse, ex iis quae supra attulimus, intelligi satis potest: cujus Ecclesiae opes variis interim auctibus crevisse, reperimus [25]).

---

[25]) *Detmarum* Canonicum a. 1373, (cum consensu Capituli sui), ut virum notae probitatis, a reddenda pro duobus annis proxime praeterlapsis ratione redituum, quos ut Oeconomus Ecclesiae Cathedralis administraverat, hac conditione liberavit (simulque ei indulsit ut praedium (Ecclesiae) *Takalax*, donec viverat, possideret), ut post mortem suam praedium suum *Nujala* Ecclesiae Cathedrali cederet (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 107.) Anno 1376 *Johannes Kalenska* (vel Kalanska) praedium suum in *Kurittula*, quod antea sibi acquisiverat ab ecclesia Cathedrali, permutatione facta, pro parte insulae Arfwesala (l. Æffrasala) eidem ecclesiae concessit. De praedio *Böle*, pro anima *Sunonis Haquini* Ecclesiae data, vid. supra p. 297 not. (8). Literas vero Episcopi nostri, quibus donationem, qua praedium *Taimo* mensae Praepositi Aboënsis accessit, confirmavit, subjungemus: „Universis et singulis presentes litteras inspecturis *Johannes* miseracione „Divina Episcopus Aboensis et Capitulum ejusdem Aboensis ec„clesiae salutem in Domino. Universitati vestre presencium tenore „notum facimus, quod Martinus Martini de Taymos, et uxor „ejus Margareta filia Ycalempa Kyrpoleina“ (voces corruptae!) „in presencia nostri constituti, curiam quandam dictam *Taymos*, „cum omnibus iuribus et pertinenciis, accessibus, regressibus et „usibus eiusdem, et omnia alia bona sua, tam mobilia quam „immobilia, ad honorem Dei et beate Marie matris eius et sancti „Henrici, propria et spontanea ac bona sua voluntate inter vivos „dederunt, transtulerunt et irrevocabiliter concesserunt *mense* „*Prepositi* Aboensis, transferentes in honorabilem virum *Vinandum*, Prepositum Aboensem, et successores ipsius, ius dominii

44. De *anno et loco*, quo Episcopus noster obiit, inte auctores haud convenit. Anno quidem 1374 fuisse mortuum

„actionem (?) et proprietatem, quecunque competencia et que com „petere poterant in curia, iuribus et pertinenciis, accessibus, re „gressibus et usibus ac bonis memoratis, a se ac suis heredibus „illa penitus abdicantes et excludentes, ita quod deinceps dictu „Vinandus, Prepositus Aboensis, et successores ipsius possent de „eis tanquam de aliis bonis Prepositure Aboensis libere dispo „nere et efficaciter ordinare: tali tamen convencione, ut Prepo „situs Aboensis, quicunque pro tempore esset, ipsi Martino et „uxori ejus Margarethe supradictis, quam diu viverent, victum et „amictum et omnia eis necessaria, sufficienter et benivole, in ci„vitate Aboensi ministraret, et ibidem in curia Prepositi stupam „quandam et hospitium pro commodo et usu eorum singulari „ipsis specialiter ordinaret. Hanc donacionem, translacionem „concessionem et cetera superius expressa, dictus Vinandus Pre„positus Aboensis, cum benivolo et omnimodo suo atque nostro „unanimi consensu, nomine sui et successorum suorum et Pre„positure Aboensis, acceptavit, et se suosque successores, nomine „Prepositure eiusdem, ad dictum Martinum et uxorem eius, quam „diu viverent, in omnibus suis necessariis et indigenciis, prout „superius est expressum, sustentandos, cum nostra eciam omni „modo et unanimi consensu, firmitate debita obligavit et astrin„xit. Nos eciam Johannes Episcopus antedictus, dictam donacio„nem, translacionem et concessionem, per Martinum et ejus uxo„rem, et acceptacionem, obligacionem et astriccionem per Vinan„dum sepedictos factas, auctoritate ordinaria, et unanimi tocius „Capituli nostri consensu confirmamus et perpetua stabilimus „firmitate. Acta fuerunt hec in civitate Aboensi Anno Domini „MCCCLXXIX:o, nona die mensis Decembris. In quorum eviden„ciam Sigillum nostrum, et prepositi, nec non Capituli supradicto„rum, presentibus sunt appensa." *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 26.

Meritis Episcopi nostri in Ecclesiam suam addit RHYZELIUS (in vita ejus), quod opera antecessoris sui, Choro Templi Cathedralis aedificando et curia Episcopali reficienda atque ornanda perfecerit (Hans första och största flit war at fullborda hwad hans företrädare hade begynt med S. Catharinae *Praebender*, Domkyrkions chor och Biskopsgårdens förbättrande). Ex SPEGELIO (in vita nostri) sine dubio hausit, qui unde sumserit quod de Curia Episcopali narrat, nescio; de *choro* autem *Templi* generaliter pronunciat atque ambigue, MESSENIUM oscitanter interpretando, quod hic non nisi de *choro S. Catharinae* (*Chron. Episc.* in vita nostri) asserit, ab Episcopo nostro fundato, in cujus quoque ho

JUUSTENUS docet; nisi vitio textum laborare (quod mihi quidem verisimile videtur) existimemus, pro MCCCLXXXIV scilicet, MCCCLXXIV irrepsisse? Dubio autem caret, invictisque argumentis demonstratur, Episcopum *Johannem* ante a. 1384 non decessisse; quem itaque annum MESSENIUS recte jam restituit [26]). *Fragmentum Palmsköldianum* et Episcopum nostrum *anno Domini MCCCLXXXIIII obiisse,* et successorem suum *Beronem a. MCCCLXXXV:o consecratum* fuisse, expresse testatur; quod idem Bulla confirmat Papae *Urbani VI*, in Bullariis nostris servata, data *Januae VIII Id. Novemb. Pontificatus a:o VIII* (6 Nov. 1385), qua electionem Beronis confirmat [27]). Habemus praeterea, non modo litteras Papae *Gregorii XI* ad Episcopum *Johannem* a. 1377 die 18 Aprilis datas (vid. supra p. 310 not. 6), et Archiepiscopi *Birgeri* ad eundem, datas a. 1379 die 10 Nov. (vid. supra p. 327); sed ipsius etiam Episcopi nostri literas, anno eodem, die 9 Dec. editas (supra p. 329 not. 25), ac literas quinque judiciales, a *Catillo Olai (Kaettil Olafsson)* Legifero vicario (Undilagman) Finlandensi a. 1380 exaratas, quibus emtiones praediorum ab Episcopo factas, hocque ipso praesente a venditoribus publice ratihabitas, confirmat [28]).

Locum vero quo animam efflavit, cum JUUSTENUS, veterum fidem secutus, edidisset *Niitygård*, (situ ejus, utpote coaevis atque conterraneis suis notissimo, diligentius non definito), MESSENIUS primum [29]), ac post eum alii, *Novo-*

---

norem *unam* tantum (non plures) instituisse *Praebendam*, scimus; cfr. supra p. 300, not. (16), et p. 309 not. (4).

[26]) *Scond.* T. X p. 17, et *Chron. Rhythm. Finl.* p. 33. Usum fuisse auxilio monumentorum veterum, apparet. In *Chronico Episcoporum*, annum 1374 posuerat, (vitioso ille etiam, ut videtur, exemplo *Chronici Juusteniani* deceptus; qui itaque apud SPEGELIUM quoque occurrit). RHYZELIUS recte habet a. 1384.

[27]) Apud. Nobil. A CELSE recensita, l. c. p. 146, n. 43.

[28]) Miror itaque cur LAGERBRINGIO erroneus iste annus (1374) verior fuerit visus, ac *Bulla* etiam Papae *Urbani VI* (quae nihil omnino huc facit) *cruciata* contra Ruthenos, confirmari? Sw. R. Hist. 3 D. C. XI, § 1, not. (2) p. 815.

[29]) In *Chron. Episcoporum, Chronico Finl. Rhythmico*, et

gardiam indigitari, celeberrimam Russiae urbem, suspicati caussam etiam itineris tam longinqui atque molesti idoneam nostro invenerunt, legationis illi munus honorificum, turbarum inter Svecos atque Russos exortarum componendarum caussa susceptum, demandantes [30]). Molestum vero est, quod illud *Nütygård* (*Nüttugård,* sive nomine, ut *Fragmentum Palmsköldianum* habet, ad Fennicae linguae indolem accuratius expresso, *Nytykartano*, h. e. *Nütty-* vel *Nüttukartano*, nonnisi villa fuerit paroeciae *Lemo,* eodem hodieque noti nomine, (jam praedium equestre, Rusthåld), 3 circiter milliarium spatio ab urbe Aboënsi disjuncta; quam villam ad Episcopum nostrum aut aliquem cognatum suum pertinuisse existimes [31])? Mirum itaque non est, si iter ejus Russicum

---

Scond. T. X. l. l. c. c. sine haesitatione, Novogardiae spiritum exhalasse scribit; addens tamen, ne aperte *Juusteno* contradicat domi in *choro S. Catharinae*, a se exstructo, sepultum fuisse Spegelius, dubitanter, habet: „**Nyttegård** (*al. Novogrod*).“ Reliqui non dubitant, praeter Nobil. Lagerbring; qui cum in textu Novogordiam ille quoque posuisset, in nota haesitat, ac verbis *Juusteni,* quemadmodum a *Nettelbladio* exhibentur, adductis, addit: Detta Nytegård **måtte förmodeligen antingen wara Nowogrod eller Nöteborg.** l. c. p. 814 sq. et not. (2).

[30]) Messenius *Scond.* T. X p. 17: *Legatum agens Regis Alberti Novogardiae, ibi vitam finivit;* cfr. *Chron. Rhythm. Finl.* l. c. Nettelbladt (Schwed. Biblioth.) I St. p. 7, not. (31) ad verba Auctoris nostri monet: *Novogorodiam intelligit, ubi tum in legatione constitutus erat.* Rhyzelius l. c. adhuc diligentius et ornatius: Af K. Albrecht blef han, **jemte en annan förnem Herre** (cujus tamen nomen edere ei non placuit), **sänd till den Ryske Förften** i Nowogrod; **ther han sjuknade** och dödde år 1384. **Tädan blef hans lik hemfördt** och begrafwet **i thet af honom fullbordade Domkyrkians Chor.** Nobil. Lagerbring (l. c. p. 814) alius etiam meminit hypotheseos, faceto suo scribens more: - - - **Johan Westphal** dödde ock i Nowogrod = = antingen såsom Minister ifrån Swerige **eller såsom fånge,** åtminstone är ingen liknelse til, at han gjordt resan för ro skul. Posthac, credo,

- - Haec certamina tanta,
Pulveris exigui jactu compressa, quiescent!

[31]) In VI viris nobilibus, quibus a. 1423 inspectio judicialis demandata fuit finium inter praedium *Skarpakulla* (ad Prae-

omnia monumenta antiquiora, tam nostra quam Russica [32]), prorsus ignorant.

45. Potentem hunc famosumque virum, Regni Senatorem atque Dapiferum, in Finlandia quoque magnas possedisse opes, sive verius, Finlandiae fuisse totius Dominum, notum est [33]): quare rebus Fennicis curam intendisse, quod infra etiam docebitur, mirum videri nequit. Arcem *Raseborg* (cujus, prope villam Regiam, Kungsgården, ejusdem nominis, in Paroecia Nylandiae *Karis*, adhuc rudera conspiciuntur) ab hoc viro, *Johanne* nostro sedente Episcopo, (inter a. 1370 et 1384) fuisse exstructam, quod Auctor tradit, *Fragmenti* etiam *Palmsköldiani* confirmat auctoritas, ubi similiter legitur: *Hujus* (Ep. *Johannis III) tempore Raseborgh per Boo Joansson construitur.* De prima Arcis aedificatione utrumque loqui, apertum est. Repugnat vero RHYZELIUS, qui in *Sviogothia* sua *munita*, p. 152 (nullo, pro more suo, teste vel argumento allato,) dicit: **Om thes ålder kan man icke wara wiss.** Then i riket myndige **Bo Jonßou** säges fuller hafwa byggt thetta Slott; **men thet lärer dock warit äldre,** och blefwit af honom förbettradt eller utu lägerwall uprettadt, under Konung **Magni Smeks** til fall lutande regemente. **År 1364** blef thet af Konung **Albrechts** folk belägradt och intaget. Quae, undecunque hausta [34]), idoneo destitui fundamento, ut veterum fidei contraria, putamus.

---

positum Ab. pertinens) et urbem Aboënsem controversorum, comparet etiam *Jonis aff Neithokartane* (leg. *Niittukartano?). Registr. Eccles. Ab.* Fol. 260; ubi alio etiam loco (Fol. 261) occurrit (idem?) *Johannes de Niittukartara* (leg. *Niittukartano).*

[32]) Cfr. LAGERBRING l. c.

[33]) Vid. LAGERBRING Sw. R. Hist. 3 D. C. 9, §. 1, p. 664, et inprimis testimonium *Annalium Wisbyensium,* qui habent: „1386 obiit *Boecius Jonsson* Dapifer Regni Sveciae, Vir strenuus „et multum liberalis, *qui* quasi totum regnum et *totam Finlan-* „*diam sub manu sua tenebat.*"

[34]) *Anonymi* (nescio cujus) *ad b. m. Mag. Pauli Justenii, Episc. Aboëns. Chronicon de Episcopis Aboëns. Hypomnemata,* MSS. (levissimi pretii) consulisse et secutum haud raro fuisse, reperimus; quare inde, hoc etiam loco, sapuisse suspiceris? Ita

Decimus Sextus.

D. BERO *Georgii Balk m)*, oriundus in Vemo *n)*, qui prius *o)* praelaturam Archidiaconatus *p)* in Ecclesia Aboënsi *q)* fundavit, et cœnobium virginum Vestalium construxit in Corois [46]. Hujus tempore passa est Ecclesia Aboënsis maxima damna, tam de piratis [47] quam Ruthenis [48]. Obiit autem in Cuusto *r)* Anno D:ni **1412**, circa ferias Apostolorum Petri et Pauli, et sepultus jacet sub pulpito in choro Aboënsi. Hujus tempore missa Aurorae per Reginam Margaretam, cum parœcia Pijcke *s)*, fundata est [49].

Notae Editoris.

Pater suus utrum *Georgii* an *Gregorii* nomen gesserit? dubium videri potest. Prius nostri habent Codices: *Beronem Gregorii* appellat Messenius (*Chron. Episc.* in ejus vita) et Rhyzelius (in Episc. nostri vita) affirmat in monumentis Svetice scriptis (quae tamen ubi et qualia sint, non docet) vocari **Bror Björn Gregersson.** Falso Messenius (in *Scond.* T. X p. 17 et *Chron. Rhythm. Finl.* p. 33) Episcopi

---

autem ad vitam Episcopi nostri, ille (fontes suos raro indicans) Sub hoc Episcopo *instauravit et ampliavit Pro-Rex Sveciae* (? *Boetius Jonae* (?) arcem Nylandiae Raseborg, *ante plusculos annos a se fundatam, sed anno 1367 jussu Alberti Regis occupatam et destructam.* Quid, si hujus narrationis nullum aliud fundamentum est, quam quod auctor arcem *Kumoënsem,* a. 1367 R. *Alberti* jussu demolitam (cfr. supra p. 258, not. 83) cum *Raseburgensi* turpiter confudit? Mihi certe nulla de Raseburgensi illa ab asseclis *Alberti* occupata, atque eo jubente postea diruta mentio apud veteres facta, succurrit.

m) N. male *Balt.* *n)* Fragm. Palmsk. addit: *MCCCLXXXV:o Romae consecratur.* *o)* An *primus?* *p)* A. *et Archidiaconatum.* *q)* A. *Cathedrali.* *r)* A. *Christo.* *s)* A. constanter Pijckis, ut hodie fere dicitur. N. ubique Lycke, vitiose.

nostro nomen *Birgeri* tribuit, omnibus repugnantibus monumentis antiquis.

Nomen familiae suae, in his oris olim non obscurae [1]), fuisse *Balk,* non *Balt* (ut vitiose scribitur apud Dn. NETTELBLADT [2]), extra controversiam est.

Monachum fuisse *Dominicanum,* et *Priorem* in *Coenobio* hujus Ordinis *Aboënsi,* antequam sedi admoveretur Episcopali, RHYZELIUS narrat; unde, aut qua fide? nescimus.

---

[1]) Anno 1408 (an 1448?) *Andreas Balk,* armiger, (quem nepotem fuisse Episcopi nostri a fratre credas?), praedium suum paternum *Paerke* (Pärkiö), in paroecia *Wemo* situm, vendidit D:no *Arvido Claudii (Nicolai?),* ut literae testantur venditionis, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 225 servatae, quarum hujusmodi est initium: „For allom them thetta breff koma kan, kennis jak *An-„ders Balk a vapn,* at jak met mine barna ok arffuingie sam-„tykkio ok godwilia haffuer solt ok uplatit verdughen man, Herr „Arwidh Clauusson Riddare, mith rette fädernes gotz, som kal-„las Pärke, *liggiande i Wemo sokn,* fore hundrade ok fäm mar-„ker Svenska peningiar etc." In quibus literis filii sui *Olai Balk* inter earum sigillatores meminit. *Andreas Balk* anno etiam 1447 inter delectos ex ordine Nobilium 6 viros comparet, qui Episcopo Aboënsi et rusticis quibusdam paroeciae Pyttis, de piscatura in fluvio Kymene *ad Abborforss* litigantibus, judices dati sunt. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 149; cfr. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo a. 1785, Bih. p. 66 sq. Ejus forte frater fuit *Byörn Balker,* qui inter 6 viros nobiles a. 1417 occurrit, quibus officium, fines inter pratum Ecclesiae Cathedralis et rusticos in *Takalax,* paroeciae *Wemo,* judiciali auctoritate inspiciendi, demandatum fuit: *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 111. *Olaus Balk* nuper commemoratus, annis 1464, 1472 et 1474 inter judices ex Ordine Nobilium commemoratur: *ibid.* Fol. 125, 138, 232, 214. Idem (cum duobus aliis viris nobilibus) arbiter fuit a. 1472 in controversia, inter Dn. *Haquinum Andreae,* Canonicum Aboënsem ab una, atque *Tordonem Karpelaynen* et *Magnum Balk* ab altera parte, exorta, amice componenda: *ibid.* Fol. 195. Praedium nobile (Säteri) *Balkis* in paroecia *Wemo* (unde Episcopum nostrum genus duxisse constat), familiae hujus adhuc nomen ostentat; in cujus vicinia nuper commemoratum *Perkiö* etiam obvenit.

[2]) L. c. MESSENIUS, SPEGEL, RHYZELIUS, nomen Episcopi recte scribunt; exemplo Nettelbladiano nimis fisus fuit Nob. LAGERBRING l. c. p. 843.

Bullae Papalis, ab *Urbano VI* datae, qua electio *B ronis* confirmatur, supra p. 331 meminimus; quam consu lendi ipsam, (de meritis ac statione Episcopi nostri proxim praecedente fortassis nos edocturam), hactenus nobis facu tas non contigit. Beneficio tamen D:ni A CELSE, eandem recensentis, novimus, *Papam* simul significare, sese *vacan huic cathedrae a morte Johannis* (mature sine dubio sibi nu ciata) *ipsum providere antea cogitasse:* quod unicum nob quidem innotuit paternae hujusmodi curae, a Sede Aposto lica de remota hac Dioecesi susceptae exemplum. *Berone* ipsum Romam petiisse, favorem Pontificis sibi conciliaturum ex literis Capituli Aboënsis discimus, quibus praedium *He nis* (Paroeciae *Rimito*) se *Johanni Petri (Jönissae Pedher son)* Curato in *Sagu* et Canonico Aboënsi, vendidisse, t stantur, ut pecuniam necessariam itineri huic insumendam comparare illi possent [3]). Docent eaedem hae literae, cu *Beronem* nostrum *Magistri* honorem sibi acquisivisse, ade que Academiarum in terris exteris celebrium aliquam (*Pa siensem* vel *Pragensem?*) olim adiisse, tum pecunia gaza Ecclesiae Aboënsis iis temporibus haud abundasse.

Curam Ecclesiae suae administrandae diligentem a que utilem Episcopum nostrum impendisse (qua eum laud solita liberalitate, ornat RHYZELIUS), facile damus: nequ successum studio suo defuisse, varia testantur increment atque ornamenta, quibus opes Ecclesiae Cathedralis, splen doremque externum cultus Divini, hoc tempore aucta fuisse

---

[3]) Ex *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 100) descriptas typisque expressas legere licet in Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, 1785 Bih. p. 76 sq. Inprimis haec verba ad rem nostram pertinent „Nu then thyma Gudh kalladhe then fornämpde byscopp Han „nusa aff thenna världh, *trängde oss aa kyrkionne vägnä thetti* „*sama godz* Heyniss *sälia och til rädha päningä at vända, va-* „*rom Electo Mästare Byorne til thärning ok forhedhelse til Pavans* „*gaardh:* ok kännomps oss haffua opburidh fullelika äpther va „rom vilia aff thenne fornempde Herre Jönisse j Saw *atthatighi* „*mark ok hundradhe, Swenska päninghä*, a kyrkionne vägnä j „Abo, till thes sama Mästhers Byorns vars Electi thärningh: etc."

reperimus. Sic *praedia* non pauca *S. Henrico* vel dono data, vel numerata pecunia emta [4]); *Altaria* partim nova (cum suis Praebendis) instituta, partim reditibus uberioribus di-

---

[4]) Praedium *Kandala* (Paroeciae *Wåno*), *pro anima* famosi illius Dapiferi *Bo Jonsson*, Ecclesiae Cathedrali a. 1390 dedit *Magnus Kasi* (vel *Kaasa*, utroque enim modo scribitur) Advocatus Tavastiae (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 150). Praedia *Homblesta* et *Helgesta* (in Uplandia) eidem largitus est a. 1397, D:nus *Carolus Ulphonis in Tofta (Sparre)*, vir ille quoque his temporibus illustris; in cujus donationis fidem has literas servat *Registrum Eccles. Aboënsis* (Fol. 161 et 162): „Alla them thetta „breff höra eller see, helsar jak *Karl Wlffs aff Topthum*, Rid-„dare, Lagman j Wpland, kerligha met Gudi. Kennis iak met „tesso mino opna närvarande breffue, ath iak met godum wilia, „kärlik oc beradhno modhe haffuer unth, giffuit oc oplatit, j „Gudz hedhir oc s:ti Henrix *Domkirkionne j Abo oc henne for-„manne* thessin myn godz, som är tolff örelandh jord liggiandhe „j Homblesta j Gränistha sokn, oc 1 markland jord j Helgestha „j Hagha sokn, met allom tillaghum, när by oc färre, j vathno „ok thorro, engo undhantagno, oc affhender jak mik oc minom „arfuom thessin forscriffna godz oc tileghar them *j mino rätto „Testamenth* for:da Domkirkionne j Abo och henne formanne til „äverdeligha ägho: swa at jak älla mina arfua sculom aldre „nokra makt haffua the ford:a godz j nokrä handa motto hin-„dra älla quälia, älla for nokrahanda saka skuld oterkalla. Til „thess mera visso oc stadfästilse, later jak mith incighle viter-„ligha här for hänghia, oc bider jak ärligha oc velborna män, „som Herre *Eringisl Niclison* oc Herre *Tord Bonde Rörixson*, „Riddara, at the syn incighle henge til vitnisbyrd for thetta breff „met mina egno. Datum et actum Köpung Anno Domini MCCCXC „septimo, Dominica prima XL:e." De auctore ipso harum literarum (sive hujus Testamenti) cfr. LAGERBRING Sw. R. H. 3 D. C. 10, §. 10, p. 797 sq. Porro praedium *Lilla Hepojoki* (Paroeciae *Lundo*) Ecclesia Cathedralis accepit a *Stigulfo Ragwaldi* (viro in his oris non obscuro, quem a. 1417 vixisse adhuc reperimus, ac patrem fuisse *Ragwaldi* illius *Stigulfi*, (Ragwald Stigulfssons), Armigeri, qui medio seculi XV Judex fuit territorii Pikisensis), *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 124. Alia exempla tacemus. Emisse etiam eandem Ecclesiam his temporibus praedia quaedam reperimus: sic *Paulus Karpaynen* (leg. *Karpalaynen*) vendidit ei a. 1400 praedium suum *Pyhä* (Paroeciae *Haliko*). *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 131. Etc.

[illegible]

„[illegible] Kunde vi af [illegible]
„[illegible] vi then makt ok [illegible]
„[illegible] Herre ok Fader, Biscop Biörn af Fin[illegible]
„Capitulum thär samma stadz, at the thet for[illegible]
„[illegible] awa styra ok forwa[illegible], som han ok thet C[illegible]
„vill ther for Gudi varin bekende ok vara siell gangh[illegible]
„utan samadhan vi liffwm alle, eth vart epter annath.
„[illegible] wi thy siälff styra ok radha, epter thy för är sa[illegible]
„thu mera viss ok vithnisbyrdh, ath alla thenne for[illegible]

„obrotlika, stadogh ok fasth bliffua, tha haffuom vi bidhit heder-„likom man" (män?), „som är Herre Jönis aff Pargasom ok Herre „Jönis aff Sawo, ath the hawa" (lata?) „medth varom Insiglom „syna Incigle hengiä fore thetta breff. Actum et datum Stok-„holm, Anno D:ni M:o trecentesimo octogesimo sexto, in die beati „Michaelis Archangeli." *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 179. Quam suam liberalitatem, cum Episcopus et Capitulum Aboënse probassent, institutamque a se Praebendam confirmassent, novis literis (a. 1400) eandem repetiit, et huic instituto stabilitatem dare studuit, conditione simul (celebraudi scil. sacri perpetui) sub qua illud fecisset, distinctius explicata. Quare has etiam institutoris adjungere literas solennes placet: „Alle the thetta breff höra „eller see, helsar jak, *Paetar Alenninghe,* Radman j Stokholm, „och myn käre hustru *Christen Pädersdotter,* äuerdelika meth „Gudh. Thet skal allom viterligit vara, swa them epterkoman-„dom som them nw ära, at vi badin meth beradno modhe oc „godho samtykko, radhe aff thy som Gudh oss länth haffuer, „tha haffuum vij giffuit Gudi tiill heders, Jomffru sancte Marie „ok allom helgom till loff och äro, och allom crisnom siälom tiill „reo ok nadhe, fore beggias vare foräldra ok for vaara och vaara „epterkommandhe siäla rökt och gangn skuldh, vndher *then pre-„bendanne, som andelig fader oc werdogh biscop Biörn, Biscop „aff Finlandom, meth sins Capituli radhe ffunderat och stadfest „haffuer, under sancti Henricx ok Sancti Ericx Koor j Abo Dom-„kirkio*, j alle fullhomlike motto, alla ledis som här äpther sigx: „Fförst aldra giffuom wi oc unnom under for:de sancte Henricx oc „sancte Ericx Koor i Abo Domkirkio, i Alandha siäx stengher jordh „i enom by som hether Holtha i Sundha Sokn; fframdelis i thenne „sama sokn i Langhö, ok ligger vider vatna skipthet, tw delen „aff önen; item i Finlande 1 öö hether Warthasaar, tw dela aff „önen, item när önen som hether Wartesaar, liggher 1 näs som „hether Dyärwenäs; item twert ouer sundedh aff Wartasaar lig-„gher eth torp, jach ghisse tridinghen aff thet torpet som jak „ägher; item i andra sokn, som heter Theuesala, i enom by, som" [heter] „Gunnars by, i then bynom haffuer jak en landboo, som „almoghanum ther väl witerligt är: Item giffuòm vi ok unnom „sancte Henricx ok Ericx Koor i Abo Domkirkio ena ghatebodh, „som ligger i Stokholme sudher korntorgh i ordhnom twers ouer „Arande" (Arendt?) „Fläminghes. Thenne for:de jordh giffuom wi „for:da prebendenne i Abo Domkirkio, met allom thes tiillaghum, „när by oc fiärre, i engho vatno eller torro undhan tagno. „Fframdeles skall for:da Domkirkio i Abo lata segiä aff for:de „Prebendenne i sancti Henricx et sancti Ericx Koor i wikona „twa messor: ena for allom crisnom siälom, och the andra aff

„sancte Eric, swa·länghe Domkirkian staar, utan alla forsyman. „Tessa gifft, hwaria thera um sik vidher nampn, stadfestom „them Gudi oc sancte Henricx oc sancte Ericx met thesso vare „opne breffue, swa som här for scriffuat staar, oc affhendhom „thet oss, waarom arffuom oc eptherkommandhom, met allan „räth, och tilleghnom thet undher the forscripne sancte Henricx „oc sancte Ericx prebendenne, allaledis som här forscriffuat staar, „tiill eno äverdeligho ägho. Kan thet oc swa handha, som Gudh „forbiudhe, taa vare thet äpter Gudz viliä, at var Herre Konunghen „meth sins rikesins radhe vildhe thet ey städiä kirkion eller klär„kom nokro rentho haffua i Stokholme, ütan swa som Stadzins „retther wthuiisar; tha skall thenne for:de gatubodhen s:te Henricx „oc s:te Ericx prebende i Abo Domkirkio vara retthä oc fulle panth, „tiil thes dagh, at then gathabodhen wardhä saldh, oc landzgodz „vardha thermeth köpt, ath prebendene rentha ther innan ey „minskas. Til thes breffs mera och högre withnisbyrdh och skäl „alla thessa scriffna tingha, tha säthiom vi" [Pedher] „*Alenninge* „och hustru *Cristin Pedersdotter* vaara Incigle viterliga at hen„gia for thetta breff. Scriptum och datum Stokholmis anno Do„mini MCD dominica ante diem nativitatis beate virginis glo„riose." *Regist. Eccl. Ab.* Fol. 179. Ex aliis literis, triennio post datis, *Michaëli Järleri* (an Praebendato a se constituto?), quousque hic viveret, omnium suorum praediorum in Alandia et Finlandia sitorum, usum fructum concessisse, discimus; quas, quia breves sunt, reliquis adjungimus: „Alle the godha men thetta „breff höra eller see, helsar jach Peder Alenninge ävärdelica „meth Gudi. Kennis jach meth mino opno närvarande breffue, „mik haffua giffuid beskedelicom manne *Herra Matthisse Järls„son*, fulla makt tiil at göra ok lata, utkräffuia ok upbära aff „allom minom gaardhom ok godzom jac i Alandz skäriom oc „Fynlandz skäriom haffuer, min rettha gäldh och alla skuldh, „licerwis som mik siälffuom, ok särdelis om VII alna jordh som „liggiä i Juremaa i Sundha sokn, som Östhen Bidzason mik tiil „pantha satthä fore mina fulla päningha, som fore II hesta fore „IX marcher, ok for XXI marcher som han upbar aff minom „gaardhum i Warthesara ok Gunnareby, oc thessen panth haffuir „hafft meth retthe offuervälde ok offuermakt i marg aar. *Item „kännis jac mik haffua giffuid all min godz ok myna gaardha, „them jach haffuer hafft i Alandhe ok i Alandz skäriom ok i Fin„skäriom, swa som min ok mynne hustru Cersthene breff ludha „ok uthuisa, thessom for:nä Herrä Matthisse, honum tiill ävär„delica ägho, swa lenghiä han liffuer, undhan mik ok mynom „arffuom, ok epter for:nä Här Matthises dödh, Gudj ok undher „sancti Henrikx Domkirkio i Abo, sancti Härre Erikx tiill loff*

„*ok äro*, ffor myna ok mina foräldra siäla ganghn. Tesse bref-„fue tiil mera visso ok vithnisbyrdh, hengher jach mith jncigle „under thetta breff. Scriptum Stokholmis Anno D:ni MCD ter-„cio, ipso die Penthecostes.“ Ibid. Fol. 181. An alia fortassis haec praedia erant, quam quae altari S. Henrici et Erici superioribus literis jam donaverat, cumuli instar illis olim accessura? De Taberna illa Mercatoria sua (Gatubod) Stockholmensi, quam in allatis nuper literis fundationis, idem *Petrus Älänning* Praebendae a se conditae assignavit, (cum loco s. area ubi illa exstructa erat, Tomten) lis deinde post mortem suam inter Ecclesiam Aboënsem atque Senatum urbicum Stokholmensem orta fuit; quam judicio solenni, jussu nomineque Regis, a. 1441 in favorem Aboënsium tandem fuisse diremtam, ex literis discimus judicialibus *Benedicti Johannis* (Bengt Jonsson) in hac caussa datis, ac in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 154 sq. reperiundis, quae typis expressae legi possunt in Diss. Acad. *Dotationes Altaribus templi cathedralis Aboënsis quondam factas exhibentis* (anno 1782 hic Aboae, Praeside Cel. Prof. BILMARK editae) P. Pr. §. 3, p. 11: ubi tamen ordo judicum hoc modo constitui debet: “Biscop *Ni-„clis* i Linköpungh, Biscop *Swen* i Scara, oc Biscop *Thomas* i „Strengnis, Herr *Nicles Jonsson* etc.“ Pro hac area, (permutata aut vendita) altari S. Henrici et Erici postea cessit Curia (domus) quaedam Aboae, in vico Tavastiae sita, (quae nominata hinc fuit *Curia S. Erici*, ac *residentiae Praebendati* assignata) quamque pretio CL marcarum a Coenobio Praedicatorum Aboënsi emtam fuisse, sequentibus literis testatur Episc. *Conradus* (Bitz): “Wy *Kort* met Gudz nadh biscop i Abo oc Capitulum „ther sama stadz, görom witherligit, at the boda oc tompta „*rentha* som sancte Erichs altare här j vor Domkirkio hade i „Stokholm, *som var ved fäm march*, haffuom vy sua skipt och „umventh, at sancte Ericx altare skal nw beholla här i Abo fore „sama rentane Kelis“ (leg. *Kayris* ut ex anteced. liquet) „Anders „gord, lighiandes upa Tawaste gathunne, huilken gordh wi finge „aff Abo Closter nw fore XXX aar, swa at wi therfore goffuom „*halfft annat hundradhe marc i kalch oc j andra värdöra:* Thy „tileghnom vi ford:e sancte Ericx Altare förrörde gord tiil ewigh „tiidh. Til mere visso oc vitnisbyrdh lathom vj hengia vort „Secret for thetta breff. Datum Abo anno D:ni MCDLXXX sexto, „prima die mensis Marcii.“ *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 182; cfr. annot. adjecta literis *Benedicti Johannis* nuper commemoratis, ib. Fol. 155.

Opulentum hunc mercatorem, (qui a. 1376 tantum *civis* Stockholmensis vocatur, Byaman, sed a. jam 1377 audit Radman, *Senator urbis) Alandum* natione fuisse, vel cognomen suum demonstrat. Divitiis floruisse, atque fide hominum sui temporis

praecipua, plura confirmant documenta. Sic negotia potentis illius Drotzeti *Bo Jonsson* gessisse in Alandia, docet Nobil. LAGERBRING l. c. C. 9, § 1, p. 664, et not. 5. Cum mercatoribus Belgicis commercia exercuisse, ex literis patet quarum meminit Nobil. A CELSE l. c. p. 145 n. 38 (qui eum vocat *Consulem* Stockholmiensem?), a. 1382 datis quibus pecuniam Camerae Apostolicae in Svecia collectam (1620 marc. denarior. Mon. Svec.) Johanni Krewel et Johanni Bloma Brugas in Flandria se transmissurum spondet, (1080 nempe Florenos Ungaricos et Lubicenses, scilicet medietatem de utrisque, boni auri et legalis ponderis). [In *Literis Capituli Lincopensis,* datis a. 1382 d. 10 Aug. (quas exhibet Ill. NETTELBLADT Schwed. Bibl. 3 St. p. 234 sqq.) bis expresse vocatur *Consul Stockholmensis:* qua igitur dignitate quin ornatus fuerit, dubium esse non videtur.] Et de viri hujus divitiis, et singulari pietate, dona etiam testantur liberalia, quae Upsaliensi quoque Ecclesiae (eodem tempore quo Aboënsi) dedisse, docet PERINGSKÖLDIUS, *Monum. Ullerakerens.* p. 32, ubi legimus: „*S. Henrici* Chor i Upsala Domkyrkia, war „med en praebenda funderat af Rådmannen i Stockholm Påder „Alänninge och thess Husfru *Christin* Pådersdotter, hwilke gåfwo „thär til Penningar, Gatubodar och ränta af et Stenhus, som Te„staments brefwet förmäler, Dat. Stockholm år 1400, Dominica „proxima ante festum nativitatis beatae Mariae virginis. År „1387 in crastino beati Erici Regis, hafwer Erchiebiskop Henrik „och Capitulum Upsalense uthgifwit sit bref och tilstånd angående „en Praebend som Peder Alenning warande Borgare i Stockholm funderat hade i Upsala Domkyrkia, til Gudz ähra, Jungfru „Mariae och S. Olof til heder och åminnelse". Eundem fuisse ad Senatum Regni, Telgis a. 1389 congregatum, legatum ex parte civium Stockholmensium, gentis Svecicae, missum, una cum tribus aliis civibus praecipuis, nationis Germanicae, constat; ut de turbis inter cives metropoleos, nationis utriusque, ortis componendis, coram Senatu, disceptarent: unde cum collegae sui, pacis consilia respuentes, clam essent reversi, nosterque igitur, re infecta redire ille etiam cogeretur, ab iisdem collegis suis in itinere insidiis noctu perfide appetitus atque captus fuit, et in arce porro Stockholmiensi duro clausus carcere. Evasisse tamen, nescio qua fortuna, immanem illam caedem barbaramque reperitur crudelitatem, in quam furor Teutonum tandem erupit. Cfr. de impio hoc consilio factoque, et indigna nostri calamitate, LAGERBRING l. c. C. 9, § 17, p. 719 sqq. et narratio vetus, quam sequitur, apud BENZELIUM *Monum. Vet. Eccles. Sveogoth.* p. 62 sqq. Dignitate atque auctoritate inter cives suos nostrum eminuisse, haec omnia luculenter ostendunt. *Lambertum* autem illum *Vest-*

val (Westphal), Consulem quondam Stockholmiensem, qui unus legatorum fuit Telgas missorum, quique nefarie adeo et perfide se gessit, Germanum fuisse, ex eadem hac historia discimus; quem nostrum antea inter amicos suos numerasse, (quo illi turpior improbitatis macula inuritur!), supra annotata docent, p. 308 not. 1.

Praebendae porro *S. Bartholomaei*, tempore Ep. *Johannis Westphal* conditae (cfr. supra p. 310 sq., ubi quae not. 7 adferuntur literae de donatione *Johannis Kölnare*, in laudata nuper Dissert. de *Dotationibus Altar.* etc. p. 3 sqq. typis jam expressae reperiuntur; quod nobis illas l. c. repetentibus, non succurrebat) *Berone* nostro sedente Episcopo insigne redituum incrementum accessit. Liberalitate nempe *Henrici* Archiepiscopi Upsalensis, matrisque suae, hic Aboae degentis, praedium *Salviala* (paroeciae *Pikis)* et curia (domus) quaedam urbana Aboënsis, huic altari ac praebendae data sunt. De Archiepiscopi hujus patria ac genere cum quaedam in Novellis Aboënsibus (Åbo Tidningar) anni proxime praeterlapsi moneremus (a. 1791, N:o 19); de benigno suo in Ecclesiam Fennicam animo simul commemoravimus: unde constat, consilium ei fuisse, novum *altare ac praebendam S. Erici* in Ecclesia Cathedrali Aboënsi instituendi, (ante factum, putamus, a *Petro Ålänning*, ac publice confirmatum, simile institutum?); eique rei perficiendae *pecuniam* destinasse *quam Episcopus. Canonicus Ab. Johannes Anundi, pluresque Equites et armigeri Finlandenses, sibi adhuc, nomine Reginae Margaretae, debebant*, pro qua pecunia praedia emi voluit, ex quorum proventibus sufficientes ad hanc praebendam sustinendam reditus haberi possent. Effectu autem illud consilium, ex singulari hac caussa caruit, quod tot praedia libera (frälst gods) quot necessaria viderentur, venalia in Finlandia non essent. Contentus igitur fuit, donationem fundi ac domus nuper commemoratorum a matre sua factam, ratihabuisse: de qua cum graves porro lites a praetensis suis haeredibus, (a parte matris), Ecclesiae esset Cathedrali mota, verorum haec liberalitate haeredum, jus tamen suum obtinuit. Quarum omnium rerum confirmandarum gratia, sequentes literas, e *Registro Eccles. Ab.* descriptas, dabimus:
„For allom thöm thetta breff höra eller see, kennoms wi *Anders*
„*Dolle*, Radman i Abo, *Bränneke Hannesson* ok *Henrik Dolle*,
„Borgara ther sama stadz, openbarlika met thesso vaaro när-
„varande opno breue, ath äpter thet *var fränkia*, hustru *Cristin*
„*Vapperska*, met vordhelix faders Herre *Henrik*, fordom Ärche-
„biscop i Upsala, sins sons ja ok godhuilia, gaff alth sith gotz
„i Salviala i Pike sokn liggiande, ok sin gardh i Abo, i Gudz
„heder, for sina ok sinna foräldra siäla, undi sancti Bartholomei
„altare i Abo Domkirkio til ävinnelika ägo, ok fornemdhe vor-

„dheliken fader, Ärchebiscop Henric, som stadhfeste the giffl
„antwardhe for:de gotz ok gaardh Herre Odwidhe aff sanc
„Bartholomei altare vegna, som tha haffde sama altare, ok ha
„haffde thet gotzit ok gaardhen i Abo siäx aar i vário, mädha
„sama erchebiscop Henric liffde, ok V aar epter hans dödh
„ok ey thy sidher, utväldhade *Laurens Roware* fornempda got
„i Salviala undan sancti Bartholomei altare, uthan lagh ok rätt
„aff sinne hustru vegna, som ey komber til arffs epter ford:e hu
„stru Cristin eller henne son, som skälliga beuist är uppa Lag
„mantz tingh; ok ford:e Larens besath thet gotz i margh aa
„met väldh, the" (til) „thäs ath vi som nästa rätta ärvingia ärm
„ford:a vordelix faders Herre Henric, fordhom Ärchiebiscop
„Upsala, som vi bevisth haffvum for Radhit i Abo ok ther
„breff uthwiser, kärdhom til ford:a *Larens Roffware* um väldh
„ok vunnom aff honum thet gotzit i Salviala met rättha, som
„Lagamanzens Doombreff vel uthuiser: Ty fulbordhom vi o
„stadfestum met alla vara samärvingiä ja ok godvilia the sam
„gifth um Salviala gotz ok then gaardhen i Abo, i swa matt
„ath thet opta nempda gotzit Salviala ok gardhen i Abo scul
„aather kallika" (leg. *aatherkallade?)* „bliffua undher s:ti Bartho
„lomei altare til ävinnelica altare" (leg. *ägho?*). „Ok vare th
„swa, ath nagar aff ford:a hustru Cristina äller Ärchebisps Hen
„ric vinom eller frändhom vildhe the sama gifth hindra elle
„quälia i nagra matto, tha viliom vi vara oforsumadhe i all
„matto um vaan räth. Til huilka alla forscriffna stykke men
„visso ok stadfestilse hengiom vi varth jncigle for thetta bref
„som scriffwith är i Abo areno epter Gudz byrdh MCDXXVIII
„feria tercia infra octavas ascensionis Domini." Fol. 242. Quibus
lucem majorem addit testimonium hoc *Beronis Andreae*, Prae
positi Strengnesensis et Canonici Upsalensis· „Ffor allom man
„nom ok hvarium enom som thetta breff sea ok höra, alla" (leg
älla?) „thet ärendet rörir, älla varda kan, kännis jak *Biorn*
„*Andrisson*, Domproaster i Strengenes ok kanukker i Upsalum
„en tho ath ouerdogher, ok betyghar i thesso opno breffue, met
„tro oc rätto saunindh, ath jak flerom synnom hördhe ok undher
„staadh aff värdoghom fader, minum kära Herrä. Ärchiebiscop
„*Henrik* i Upsalum, Gud hans siäl haffui, ath han aff syns egne
„ok afflinga gozze, Gudhi til heder ok herra sancta Erik Ko
„nungh, for sina ok for sinna foreldra siäl, *huxadhe ok for*
„*tenkthe ath göra ok latha stadfesta i Abo Domkirkio et ingeldh*
„*ok äverdelik aminnelse,* ok var jak ther när ok omstadder et
„sin i Stokholme, met mangom androm godhom mannom, lär
„dhom ok lekthom, tha fornemde Ärchiebiscop Henrik anthvar
„dadhe ok opleth til fornemdha ingeldhit, i värdux faders ok

„herra, Biscop *Biorns* aff Abo hender ok vário, gardha ok et „goz, som hanom varo ,rätlika tilfallin epter sina modher hustru „*Cristina Wapperska* i Östherlandom, ok befelte aluarlika ok „gaff fullo makth i besta matto han met rätt göra mattho, for-„nemde biscope Biorne ok Capitulo i Abo ok enkannelika he-„derlikom manne, herra *Jonis Anundsson*, Canokke samastadz „huilkin tha när var, *ath meth ok aff the peninga summo, som* „*the ok andre flere gode män, riddare ok suena, j Österlandhom* „*honom en tha aff högborna förstinna, Drotning Margaretha,* „*vegna skyldoghe waro, goz ok swa myclo ränto ok ingeldh köpa* „*skulde ok opantvarda, ath thet for:da ingeldh ok aminnelse aver-*„*dhelika besta oc stadugh matte bliffua*, ok a sama dagh ok „stadh gaff forscripne min herre, Ärchiebiscop Henrik sina rösth „ok fullan räth til at fa sama ingeldhit herra Ödwidhe Thor-„vastason, ok presenteradhe biskop Biorne ath, sua som en rät-„ther patronus. All ford:e stykke äru swa skedh i sannindh, „thet thyger jak Biorn for:de, ok tagher thet oppa mine siäl „ath swa är skedh, ok til vithnisbyrdh trökker jak mith incigle „uthan a ryghen tessó breffue, huilkit jak scriua leeth ok utgaff „arom epther Gudhs byrdh Thusandha CCCC a trätonde arena, „a sancte Erikx apton, crafdher ok enkannelika bidhin til tyga ok „vitnisbördh alla forscripna.“ Ib. et Fol. sequ. Praeteritis deinde aliis testimoniis, ex annotatione longiore hanc attingente controversiam, verba sequentia transscribemus: „Nota, um sancti Bar-„tholomei altars ärende som *Henric Styff* uppa talar, är sva be-„lagath: Wärdelighen Faders met Gud, Herre Henric, ffordhom „Ärchiebiscop i Upsala, haffde tenkth stikta sancte Ericx pre-„bendam i Abo Domkirkio, ok hans moder, hustru Cristin Wap-„parska, ville lägia under sama prebendam sin gaardh i Abo „ok sith landhgodz Salviala i Pike sokn met. *Mädhan Ärchie-*„*biscopen sik*“ (leg. *fik) „ey so mykit ffrälgth*“ (leg. *frälsth) „godz* „*falth i Finlandh, ath han kunde sancte Ericx prebendam stigta,* „tha varth modrene ok sonenom swo til raadha, ath hon met „sin sons samtykkio gaffuo ok lagdo then gaardhen i Abo och „Salviala godz for:de under sancti Bartholomei altar, *som thera* „*frände stiktat haffdhe*, ok Ärchiebiscopen antwardade for:de „gaardh ok godz etc. - - - - I swa motto haffde altarith sidhan „gaardhen ok gotzeth oqualth ok ohindrath“ (sc. post iteratam Andreae Dolle etc. donationem) „i X aar, til thes *Henric Styff* „*ok Olaff Roffwarc* komo uppa Landz rätthen i Abo ffor *Han-*„*nus Cröplin* ok baadha Lagmännena ok alla Häredzhöffdinghe, „ok kärde um thet arffuith uppa Lagmans doom: ok the ransa-„kade ärendhit, ok funno ärendhit ey annars en som Lagman-„nen haffde ransakath ok dömpth; ok then som Konungx doom

ctus [6]); Capituli dignitas novo *Archidiaconatus* munere am-

„haffde, stadfeste Lagmansens doom, epter allas thera raadh.“ Ad finem vero verba haec leguntur: „Item *um frillabarn ok presta-„barn, huru the mago ärffua eller ärffuas, är endels uttrykth i „Laghbokena.* Än thet ärendhit varder met Gudz hielp vel swo „ut reeth epter skälum, ath Henric Styff met sinom samärffuin-„giom koma ey til arffs epter Ärchiepiscopen, hwarte met ande-„lighom eller wärdzlighom räth.“ Ib. Fol. 243 sq. Quae suspicioni excitandae, famae Archiepiscopi minus faventi, locum facile dare queant!

Quod *Altare S. Sigfridi,* Episcopi nostri tempore accepit, redituum suorum augmentum (a. 1387), supra jam tetigimus, p. 302, not. (20).

Ejusdem fere aetatis institutum esse credas *Altare sancti Laurentii*, cujus prima annis 1404 et 1405 in monumentis nostris mentio occurrit; ipsius autem fundationis nulla supersunt vestigia. Quum praediis ad illud pertinentibus superiori demum illo anno immunitas a tributis et oneribus publicis (Frälse-frihet) quaesita atque obtenta reperiatur; non multo antea conditum fuisse, conjicimus.

[6]) *Festum Reliquiarum*, a. 1396 ab Episcopo nostro institutum, ad superstitionem alendam et opes auctoritatemque Ecclesiae suae augendas apprime idoneum, indigitamus; cujus rei ratio ut eo clarius perspiciatur, ipsas literas fundationis dabimus: „Uni-„versis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditu-„ris *Bero,* Divina providencia Episcopus Aboensis, salutem in „Domino et celestium graciarum continuum incrementum. *San-„ctorum meritis inclita gaudia Christi fideles assequi minime dubi-„tamus,* qui eorum patrocinia per condigne devocionis obsequia „promerentur, illumque venerantur in ipsis, quorum gloria est „ipse et retribucio premiorum. Quod sane et devote conside-„rantes, cupientesque caussam dare fidelibus ad consequenda gaudia „supradicta, et consilio et consensu dilecti Capituli nostri, ad Dei „laudem et sanctorum eius reliquiarum veneracionem extollendas, „*festum reliquiarum in ecclesia nostra Aboensi contentarum ibi-„dem de novo instituimus, crastino natalis beati Henrici* Episcopi“ [et] „martiris perpetuis deinceps temporibus *celebrandum.* Ut „igitur fidelium devocio erga devotam dicte Aboensis ecclesie „visitacionem et dicti festi veneracionem, ad salutem animarum „et profectum utiliter excitetur, Nos de omnipotentis Dei mise-„ricordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctori-„tate suffulti, beatorumque Henrici et Erici martirum meritis „confisi, *omnibus* vere penitentibus et *confessis, qui dictam Ab-*

itata [7]), sunt.

———

sem *ecclesiam in predicto festo reliquiarum* et festis beatorum ...arici et Eskilli et Botvidi Martirum, Sigfridi et Davidis con...sorum, Elene et Brigitte viduarum, regni Svecie Patronorum, ...itaverint, nec non et illis *qui ibidem dominicalibus processi...ibus per civitatem, seu post completorium cotidianis antiphoni...um stacionibus interfuerint;* et qui infra scripta sacra loca, ...clesias videlicet *beate Katharine* singulis secundis feriis, *beati ...arici Kathedralem* sub terciis feriis, *Domum hospitalem* sin...lis quartis feriis, *Domum sancti Spiritus* singulis quintis fe...s, *Claustrum fratrum predicatorum* singulis sextis feriis, ac ...clesiam beate Marie in Ränthamäki* singulis sabbathis suis, vide...et ordinariis stacionalibus diebus, *causa devocionis, peregri...cionis seu oracionis accesserint,* quociens premissa vel aliquid ...emissorum fecerint, tociens XL dies indulgenciarum de iniun...is eis penitenciis in Domino misericorditer" [in Domino] „rela...mus. Datum Abo anno Domini MCCCXC sexto, die beati Cle...entis Pape et martiris (d. 23 Novemb.), nostro sub sigillo." ...istr. *Eccles. Ab.* Fol. 70. Campum sane haud angustum, ...scopus, Fennorum devotioni, vel potius superstitioni aperuit; ...indulgendo, satis jam occupationis, sive sanctae desidiae, sibi ...stituere licuit. Caeterum, vix nisi unum Aboae fuisse *Claustrum,* ...trum scil. Praedicatorum), sed duas jam, (praeter Ecclesiam ...hedralem) alias aedes sacras, *Domum* nempe *Hospitalem* et ... *Sancti Spiritus,* ex his literis discimus. Ipsum Episcopi ...tri institutum, ab *Henrico* Archiepiscopo, literis datis *Nyco...i, die beatorum Cosmae et Damiani martirum* (d. 27 Sept.) ...idem anni datis, confirmatum fuisse, exemplum earundem in ...*Eccles. Ab.* l. c. reperiundum docet: aut igitur in nota tem...is error inest, aut post impetratam demum ab Archiepiscopo ...illi sui confirmationem, noster suas vulgavit literas?

[7]) Initium tantum hujus dignitatis atque officii instituendi, ...ue Capitulo Aboënsi perfectam quasi dandi formam, Ep. *Be...em* fecisse, (cui instituto, a primo auctore *tenuiter dotato* ...pli deinde reditus accesserunt), ex literis successoris sui Episc. ...*ni* confirmatoriis, infra apparebit. Rhyzelius, qui *Beronem* ...teri huic *sufficientes* dedisse *reditus,* temere asserit, ipsam ...itutionem a. 1389 fuisse factam (Messenii fultus auctoritate) ...it. Primus Archidiaconus, Magister *Henricus Magni,* praedium ...i *Norrmark* (Paroeciae *Ulfsby)* mensae Archidiaconi a. 1402 ...avit; ac antea jam, *Lucia Jacobi* a. 1398 in eundem usum prae...a suum *Pyhä* (Paroeciae *Hälikö)* liberaliter consecraverat. De ...quis commodis huic instituto concessis, postea commemorabimus.

In negotiis ad rem publicam pertinentibus, suam omnino operam desiderari Episcopum nostrum non esse passum, variis docemur monumentis [8]); gratiaque floruisse singulari Reginae Regisque, qui tum sceptra tenebant Sviogothica, non dubium demonstrat liberalitatis regiae, quo ornatus fuit, documentum [9]). Neque Ecclesiae suae neglexit commoda hinc quaedam comparare [10]); de cujus juribus tuendis, an-

[8]) Episcopum nostrum subscripsisse a. 1396 *Decreto Comitiali Nycopensi* (de quo cfr. LAGERBRING l. c. C. 9, §. 28 sq.), constat. Praesentem etiam in Comitiis Wadstenensibus a. 1400 fuisse, idem observat Historicus, (fide nixus *Diarii Wadstenensis,* p. 21) l. c. T. IV, C. 1, §. 4, p. 8: neque suam noster operam desiderari passus fuit in pace a. 1308 Helsingburgi inter Reginam *Margaretam*, et Magistrum Ordinis Teutonici, (qua hic juri suo in Gotlandiam, accepta pecunia, renunciavit) concludenda: LAGERBRING l. c. §. 5, p. 14.

[9]) Literas sequentes exhibet *Registr. Eccles. Ab.* „Jak „*Abram Brodherson,* Riddare, Höuitzman på Abo, helsar idher „alla som i *Masko* sokn ok i *Pyke* byggiä ok boo, thet som „Konungxdomen ther uti thilhörer, kärlika met Gud. Witha „skulin J, at myn Här Konungh *Erik* ok myn Fru Drötningh „Margareta haffva unt ok länt ärlikom fadher byscop *Byorn* „Masko sokn och Pyke, met allan Konungelik räth; for thj bi„dher iach idher ok byudher, ath j varen honum höroghe ok „lydoghe, at ingen här efther skule svara om skat eller andra „stykke, uden myn här biscop Byorn ok hans ämbetzmeen, thöm „han thertil säther: ther mädher befeller iak idher Gud. Scri„ptum Abo anno Domini MCCC nono“ (leg. MCCCXC nono a. 1399?) „Sabbato proximo post epyphaniam Domini, meo sub Si„gillo.“ Fol. 105. Quamdiu autem hoc uti beneficio, Episcopo nostro licuerit, definire haud valemus. — [Nec definire audemus, utrum suo privato, an Ecclesiae suae usui hae Paroeciae Episcopo nostro a Regibus concessae sint? Num ex. g. cum instituta ab iisdem *Missa Aurorae*, haec liberalitas cohaeserit? cum nullae aliae in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrant literae, donatos huic usui Ecclesiae Cathedralis, reditus publicos paroeciae Piikis tangentes; documentum autem respiciens beneficium Episcopo privatim praestitum, in Archivo Ecclesiae conservatum fuisse, minus credas? Nisi adjecta in literis his Regiis mentio paroeciae Masko, dubium parere videatur?]

[10]) Episcopi nostri diligentiae, non sine verisimilitudine, adscribit RHYZELIUS, quod *Missa Aurorae* (quam *Sacrum Auro-*

oritate amplificanda, ac dignitate asserenda, antecessorum

---

te vocat, MESSENIUM secutus, *Scond.* L. X p. 18, qui interpretur *Missam sub primam dicendam Auroram),* in Ecclesia Aboensi instituta a Regina *Margareta* fuerit; quam tantos in hunc nem dedisse, addit, reditus, ut sacerdos missam dicens sustentari inde posset. *Capellam Aurorae* ab Episcopo nostro fuisse edificatam SPEGELIUS (et post eum RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 03, annum etiam peracti operis prodens 1403, cum MESSENIUS . 1401, aeque incerta conjectura apposuisset,) narrat, totius rei lle quidem ignarus; neque enim altare peculiare, multo minus capellam novam, hujus missae celebrandae caussa condere opus uit. Donabat vero Regina (conjunctim cum Rege *Erico,* Pomerano) Ecclesiae Aboensi CCC marcas (vel libras) argenti puri (Lödige marker), sive marcas Svecicas in Finlandia tum usu vulgares 1800, hac conditione, ut in eadem Ecclesia Missa quotidie, (in honorem Dei, Mariae virginis et S. Henrici) pro animis parentum amicorumque suorum, diceretur. Loco porro numeratae pecuniae, oppignorabant Ecclesiae paroeciam Pikis cum omni jure Regio, donec ex ejus paroeciae reditibus Ecclesia dictam summam pecuniae confecisset; quo facto coronae mox restitui debebat. Si igitur anno jam 1409, eadem paroecia Episcopo in feudum fuit data, ut supra vidimus? Ecclesiae Aboënsi interim satisfactum esse, credere oportet. Ista vero pecunia Episcopum *Magnum, Beronis* nostri successorem, deinde usum fuisse ad Jus Patronatus Fratrum *Padisensium* in ecclesias Borgo, Perno et Sibbo ab iisdem redimendum, annotatio docet, ipsis literis Regis Reginaeque fundationis in *Registro Aboënsi* praemissa, hujus formulae: *Littera fundacionis Misse Aurore in ecclesia Aboensi per Dominum Ericum regem, qui ad id opus pium contulit III:c marcas argenti puri, „quibus redimebatur ius patronatus ad Borga, Perna et Sibba.“* Unde intelligitur, cur in meritis *Magni* Episc. celebrandis auctor noster scribat. „Jus Patronatus quod habe„bant Fratres Monasterii Padensis in Livonia ad ecclesias Bor„go, Sibbo et Perno, per ipsius industriam obtinent Aboënses. „*Ex earundem etiam ecclesiarum censibus prima Missa, quae „quotidie in Aurora in Ecclesia Aboënsi dicitur, perpetuata est.*“ Scilicet subrogatus fuit ad hunc usum census istarum paroeciarum, loco fructus ex pecunia a Regibus donata redeuntis, quam ad jus illud Patronatus redimendum Episcopus impenderat. Ipsas literas Regias Fol. 91 in *Registro Eccles. Ab.* reperiundas, quod easdem in *Novellis Ab.* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo a. 1785, N:o 21, p. 162 sq.) typis describendas curavimus, hic non repetimus. Ex quibus omnibus patet, quam falso inter laudes *Be-*

suorum exemplo, etiam alias fuisse sollicitum, laudatoribus suis non aegre credimus [11]).

---

ronis nostri canat MESSENIUS (*Chron. Rhythm. Finl.* p. 33): „Denna Bisp ock tillika dref, At en stor Meßa hållen blef I dag„ningen, och där til gaf Rog gods undan sin stol och staf, „Guds namn til ära, i den acht Hon ewigt skall hållas wid macht." Nihil enim Episcopum ex suo contulisse, Regibusque eam laudem totam deberi, apertum est. Quomodo MESSENII auctoritate inductus, (qui in hujus Episcopi laudibus valde liberalis est), RHYZELIUS falso Archidiaconatum quoque a *Berone* nostro *sufficientibus* fuisse *reditibus* ornatum dixerit, jam vidimus; ita autem l. c. ille: Af honom (Berone) Arckidieknens kall Stichtes i Åbo; ränta all Gaf ock därtill. Ne ordo beneficiorum, Ecclesiae Cathedrali, *Berone* nostro sedente Episcopo collatorum interrumperetur, hanc donationem hoc loco commemorandam esse duximus; quamvis auctor non nisi infra, ad finem vitae Episcopi, ejus injecerit mentionem.

Aliud porro Rex *Ericus* benignitatis suae in Ecclesiam Aboënsem praebuit documentum, cum non modo Privilegia Capituli (vel Ecclesiae?) Aboënsis a. 1400 confirmaret, literis datis *Helsingburgi feria proxima Domin. Reminiscere* (vid. VON DALIN Sw. Rikes Hist. 2 Del. C. 15, §. 12, p. 604, et inde LAGERBRING l. c. IV D. C. I §. 8 p. 20), sed etiam a. 1404 praediis aliquot, ad *Altare S. Laurentii* pertinentibus (*Harittu, Pius, Vilikylä* et *Hamaro*) immunitatem a tributis et oneribus publicis (Frälse-Frihet) concederet: quod literae suae testantur (in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 249 servatae) datae *in Castro Örebro, in profesto b. Georgii Martiris.*

[11]) Documenta passim attulimus. Quibus addere placet, quod *Fratribus Padisensibus* (cfr. supra p. 260—264) noster quoque jus Patronatus in Ecclesias *Borgo, Perno* et *Sibbo*, ut sedi suae injurium, adimere voluisse, videtur. Comparaverant quidem sibi Padisenses Regum *Erici, Magni* filii, *Alberti* et *Erici* Pomerani confirmationem donationis a R. *Magno* Erici factae; sed renovaverant Episcopi etiam Aboënses, *Johannes II* et *III*, suam postulationem, quorum vestigiis *Beronem* quoque institisse, verisimile est, sed placari tamen sese sivisse: unde *Literis Confraternitatis* liberalissimis *Padisenses* cum eum, tum Capitulum suum, auxerunt (datis *Padis a. D:ni* 1408 in *profesto Corporis Christi)* quae comparent in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 79. De tota autem hac lite cfr. quae diximus in *Nov. Ab.* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo) 1785, Bih. p. 94—111, ac inprimis, quantum

46. De hoc Coenobio in *Corois*, quid existimari debeat, dubii admodum haeremus. MESSENIUS, qui in *Chron. Episcoporum*, auctoris nostri ductus auctoritate, *virginum Corosense monasterium a Berone fundatum* fuisse scripserat, anno licet fundationis non indicato (quem tamen *Scond.* T. XV p. 69 eundem ac VASTOVIUS (*Ind. Monast.*) prodit, sc. 1400), alibi annum huic instituto 1393 assignat, atque Mo-

---

ad hunc locum pertinet, p. 106, 107, 108. Literae judiciales, jus Episcopi (ad quem *Molendinum in Halis* propre urbem pertinuit) contra rusticos paroeciae Lundo confirmantes, qui novis aedificandis molibus illum piscaturae in superioribus amnis Aboënsis partibus nocuisse, questi fuerant, legi possunt in Novell. Ab. (Åbo nya Tidn.) 1789 N:o 40; cum quibus cfr. aliae antiquiores, ib. N:o 38 reperiundae. Anno 1468 *Molendinum b. Henrici in Halis* (utrum idem, an aliud, nescio) ad *fratres Monasterii S. Olai* pertinuisse, ex sententia judiciali *Stenonis Henrici*, Judicis Territorialis, patet, quae in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 92 comparet. Ac cum inter literas Episc. *Beronis* supersit *Forma collacionis perpetui Vicarii in Rusko et Reso* (quas ecclesias ad praebendam Archipraepositi pertinuisse, constat; cfr. supra p. 209 sq. not. 3), eandem hoc loco subjungere placet: „*Bero*, „Divina Providencia Episcopus Aboensis, dilecto filio, D:no Ni„colao Hinzichini, Ecclesiarum *Rusko* et *Reso* vicario perpetuo, „paternam in Domino charitatem. Ex quo D:nus *Johannes*, Pre„positus Ecclesie nostre Aboensis, de officio suo vario ecclesia„stico labore occupatus, ecclesiis suis Rusko et Reso predictis, „*corpori prebende sue annexis*, in requisitis officiis non poterit „commode intendere, Nos de tua ydoneitate confidentes, quod „suis ecclesiis in parochiis predictis, velut in villa, valeas pro„stibiliter (?) preesse et prodesse, tibi curam et amministracionem, „tam in spiritualibus quam temporalibus, predictarum ecclesiarum „per presentes committimus sub eodem, mandantes parrochianis „ibidem, ut tibi, tamquam animarum suarum curato, de singulis „iuribus parrochialibus fideliter respondeant, et nulli alteri quovis „modo: attamen una curia sua propria, videlicet *Uplunga*, ab „omni onere exempta, et in parrochia Rusko omnium seminum „decimis, et *in parrochia Reso in iure Finnonico* dimidietate de„cimarum in seminibus, et dimidietate Matskoth, Domino Prepo„sito racione annualis pensionis, prout inter ipsum et tuam cari„tatem, nobis dilectum Capitulum nostrum fideliter difinivit. Da„tum Abo, crastino translacionis beati Henrici, anno 1389, nostro „sub Sigillo." Ibid. Fol. 259.

nasterii contra *Nadendalensis* prima initia, in villa *Karakylae (Karinkylä)* Paroeciae *Masko* posita, ad a. 1400 refert [12]): unde Nobilissimo LAGERBRING occasio enata fuit conjiciendi, *Korosense* illud coenobium idem fortassis habendum ac *Nadendalense*, in *Karakylä* primo constructum [13])? Spissis tene-

---

[12]) In *Chron. Rhythm. Finl.* p. 33 habet: Han sammalund Upbygde efter någon stund Et Jungfrukloster Korois het (1393), Hwilket han wäl begåfwa lät. Neque aliter *Scond.* T. X p. 17: *Circa MCCCXCIII Coenobium in Finlandia virginum Korosense, a Praesule Birgero fuit aedificatum.* Postea vero, p. 18, dicit: *Circa MCD Monasterium Ordinis Brigittini Nadendalense in villa Karachyle, parochiae Mascho, primum conditur.* Quae cum nostri fide auctoris ita conciliare RHYZELIUS instituit, ut doceret: år 1393 hafwer han (Ep. Bero) icke longt ifrå Åbo anlagt och år 1400 fullbordat *Coris-* eller Korß-Kloster åt Jungfruer eller Nunnor; ingenio suo, pro more, temere indulgens. Ac ut MESSENII auctoritati nil decederet, addit, anno eodem 1400, Episcopi nostri opera Nadendalense quoque Monasterium in *Karakylae* fuisse conditum. VASTOVIUS in *Notit. Monasterior.* (*Viti suae Aquil.* adjecta) *Korsense in Alandia Virg. a Berone Balk episcopo fund. anno 1400* significat; quem illud in *Kökar* (paroeciae *Föglö)* spectasse apparet, cujus adhuc rudera supersunt, quodque etiam Kors-Kloster, *Coenobium S. Crucis*, appellatum fuisse, autumant, (vid. RHYZELIUS, *Monasteriol. Sviog.* L. VIII, C. V, p. 306): sed hoc fratrum vel Monachorum, non virginum fuisse, idem contendit (l. c. C. IV), ac juxta praedium *Korois*, prope Aboam, mensae Episcopali ut olim, ita hodieque subjectum, rudera Coenobii adhuc videri narrat. Et appellationis ratio, et fama popularis de Coenobio virginum ibi olim florente, illorum igitur favere conjecturae videntur, qui ibidem illud exstruxisse Episcopum nostrum existimant, atque huc locum *Juusteni* trahunt. Sed fatemur, rem nobis indubiam minime videri. Rudera superstitia, potius aedium Episcopalium, in illa olim villa exstructarum, quam Coenobii esse, credas? Nec scio, an Claustrum *Virginum* Curiae Episcopali adjungere, decori leges permisissent? Nulla caeterum hujus Monasterii (cujus ab Episcopo nostro conditi neque Fragm. Palmsköldianum meminit) in monumentis nostris, quae quidem mihi innotuerunt, exstat memoria. De Coenobii autem Nadendalensis initiis, infra diligentius disputabitur.

[13]) Sw. R. Hist. III D. XI C. XI §. p. 843. Han (Ep. *Bero)* har ock stiftat et Nunne-Kloster i Corois, som kan hända warit början til det mer bekanta Klostret i Nådendal.

bris cum omnia fere quae Monasteria spectant Fennica, obtecta jaceant [14]); mirandum non est, Corosensis quoque hujus cognitione lucidiore nos destitui.

47. *Piratae,* a quibus maxima damna Ecclesiam Aboënsem fuisse passam Auctor queritur, sine dubio famosi illi fuerunt *Vitaliani;* de quorum cum origine, tum vi et depraedationibus consuli potest LAGERBRING l. c. C. 9, §. 19, 20, 23. Aboam ipsam adortos fuisse, atque Ecclesiam Cathedralem spoliasse, vix credas? Sed littora infestasse, atque incolas partium maritimarum graviter vexasse, verisimile est.

48. Belli *Ruthenici* (Russici) quod Episcoporum *Johannis* Westphal et *Beronis* temporibus Finlandiam afflixit, exigua admodum superest notitia: cfr. LAGERBRING l. c. C. XI, §. 1; qui recte judicat, pacem cum his barbaris initam, parum fidam fuisse, miserosque nostros majores incursionibus illorum improvisis subinde afflictos. Sed majori mole bellum hoc tempore iis ingruiisse, existimes. De pace quidem, quam R. *Magnus,* post infelicem suam expeditionem Russicam, fecisse vulgo dicitur, parum nos scire, fassi supra fuimus (p. 255, not. 78); sed inducias tamen certi atque definiti temporis postea fuisse inter Svecos Russosque pactas (licet neque tempus factarum, neque conditiones, cognoscamus), quae circa a. 1374 in exitu essent, ex literis iisdem discimus Drotzeti *Bo Jonsson* ad Archiepisc. *Birgerum,* quarum jam supra usi subsidio fuimus (p. 321, not. 17),

14) Quae de *Coenobio Virginum Aboënsi* narrat RHYZELIUS, *Monasteriol. Sviog.* L. VIII C. I, ita manca sunt, ita parum digesta, ut quid veri certique iis insit, existimare nequeas; praesertim cum neque verba monumentorum quae laudat, neque fontes assertorum suorum plerorumque, indicet. De *Franciscanorum* Monasteriis *Raumoënsi* et *Wiburgensi,* paucissima scimus: de illo in *Kökars* vix quidquam aliud, quam quod seculo XV exstiterit: nec de *Dominicanorum Wiburgensi* multo plura tenemus. Cfr. RHYZELIUS l. c. C. 3, 5 et 6. *Nadendalense* paullo faventiore usum fuit fortuna. Parcissima omnino fit Monasteriorum in monumentis quae conservat *Registrum Eccles. Aboënsis,* mentio; pauca tamen illa quae de iisdem nobis innotuerunt, suis locis adferemus.

in quibus scribit: „Item kan jak ingomlundom formogha at „komma til Idhr Noor innan butnin som I mik scrifwin, thy „at jak nu genast far til Wiborgh a mothe Rytzomen, at „dägtinga med them, som I wäl witin at fridh utgaar nu „om pingilzdagha mällom rikit innan Swerike ok them [15]). Verum successu optato prudens Drotzeti consilium, inducias cum hostibus olim factas renovandi, caruisse videtur; quoniam quadriennio post opem Bullae cruciatae Pontificis *Urbani VI* sibi comparare, ad furorem Russorum compescendum, necessarium nostri judicabant: qua, liberali peccatorum venia oblata, ad bellum sacrum contra *infideles et schismaticos* adversarios gerendum, Sveciae cives excitati sunt. Bullam in *Actis Literariis Sveciae* a. 1724 typis licet expressam legere [16]); quae Russorum immanitatem talem describit, qualem Fenni saepe experti sunt [17]). Quid autem adjumenti, e benigno hoc Papae favore majores nostri perceperint, plane ignoramus: parum credas profuisse. Annotatio certe vetus a PALMSKÖLDIO descripta, (Actor. Vol. *Carelen*, p. 323), ipsam urbem Wiburgensem ab hostibus fuisse spoliatam, docet [18]).

---

15) Skrifter och Handlingar til upplysn. i Swenska Kyrko och *Reform*. Historien, 2 D. p. 352. Orthographiam veterem, in transmisso ad Reverendiss. Editorem exemplari non diligentissime fuisse observatam, animadvertere licet. Datas Drotzeti literas a. 1374 fuisse, inde patet, quod hoc anno Archiepiscopus *Birgerus* iter suum Norrlandicum suscepit (vid. PERINGSKÖLDII *Monum. Upland.* T. I p. 3); nec facile credas, eum illud postea repetiisse, aut eandem litem cum Episcopo Aboënsi renovasse.

16) P. 593 sqq. Quod non succurrisse D:no LAGERBRING videtur, qui diligenter Bullam eandem recenset, l. c. C. XI, §. 1: cfr. etiam A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I, p. 140, n. 5. Exemplum ejusdem in *Registro* quoque *Eccles. Ab.* habetur, Fol. 61.

17) „Sane nuper ad nostrum, non sine mentis turbatione, „pervenit auditum, quod Regnum Sveciae a Rutenis infidelibus „et schismaticis eidem vicinis saepius impugnetur et Christianorum sanguis ibidem effunditur, ac in opprobrium fidei catholi„cae per ipsos Rutenos, caedes, rapinae et incendia ecclesiarum, „matronarum stupra et deflorationes virginum perpetrantur.“ Etc.

18) År 1411 skinnade Ryßen Wiborg uppå Wårfru dag i

19. De hac missa, partim supra (p. 348 sq. not. 10) quaedam diximus, partim infra, ad vitam Episcopi *Magni* Tavast dicemus. Nomen paroeciae, cujus reditus omnes (regii sc. juris), Regina *Margareta* (et Rex *Ericus*) missae hujus sustentandae caussa Ecclesiae Aboënsi (quoad tempus) concedebant, non *Lycke*, quomodo mendose legitur apud Dn. NETTELBLADT (Schw. Bibl. I St. p. 71), sed *Pijcke* (s. *Piickis*) esse, supra jam (p. 334), praeeunte et Codice *Chronici Juusteniani* egregio quod possidet Bibliotheca nostra Academica, et *Fragm. Palmsköldiano*, monuimus: quod itaque sic corrupte scriptum etiam apud Dn. LAGERBRING (Sw. R. H. 4 D. 6 C. 27 §, p. 332) corrigi hinc debet, aeque ac nomen Episcopi nostri gentilitium, quod novo sphalmate foedatum *(Ball* pro *Balk)* eodem loco habetur.

Statum Ecclesiae Fennicae, quatuor Episcopis b. *Hemmingi* successoribus proximis *(Henrico, Johanne II* et *III*, atque *Berone)* eam administrantibus, multo et valentiorem et florentiorem fuisse factum, ex iis quae attulimus, satis apparet. Numerus templorum et sacerdotum passim crevit [19]; dignitatum ecclesiasticarum ordo nihil fere desiderari passus est [20]:

---

fastan. Cfr. MÜLLER l. c. T. V p. 437. Mirum sane est, de re tanta ne verbulum quidem apud Historicos nostros occurrere. Videtur illorum, ut Regis qui tria illo tempore sceptra septentrionis gessit, cura ad bellum Holsaticum et res australium Monarchiae partium, tota fuisse conversa, remotis his terris interim neglectis.

[19]) Sic nova paroeciarum nomina, hoc temporis intervallo, in *Reg. Eccl. Ab.* occurrunt *Rusko* 1389, *Thöuesala* (Töfsala) 1386, *Säkylä*, *Kiula* et *Ylälä* 1392, *Wirilax* in Carelia 1370, paroecia *S. Martini* (Nybygd) 1409, *Piickis* 1399 etc.

[20]) Praeter *Canonicos*, quorum multa occurrunt nomina, *Praepositos* Aboenses hos fuisse reperimus: a. 1370 *Johannem* (Westphal, postea Episcopali auctum dignitate? vid. supra p. 299, not. 14); a. 1379 *Winandum* (supra p. 329 sq., not.); a. 1385 et 1389 *Johannem*, qui in superioris illius anni literis vocatur *Hannus* (vel *Hannes*) *Fruunisson* (vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785 Bih. p. 76: cfr. supra p. 336); a. 1398 et 1405 Dn. *Gerlag (Reg. Eccles. Ab.* Fol. 261). *Archidiaconatus* officio praefuit, post *Henricum Magni* (vid. supra p. 347, not. 7; quem *Hen-*

quaeque plura ejusdem generis ei accessisse supra demonstravimus. Gentilismi itaque sedes, angustiores sensim factae, nonnisi in remotissimis Tavastiae, Ostrobotniae et Savolaxiae partibus, nec illae quietae, jam habebantur.

Arcium et Praefecturarum eadem, ac proxime superiori aetate, ratio mansit; nisi quod arx Raseburgensis nuper exstructa, *Advocaciae Wiburgensi* dividendae occasionem brevi dedit [21]. *Judici Provinciali* (Lagman) uni [22] plures jam,

---

ricus Bidz, armiger, *avunculum* suum appellat, literis datis Abo 1420, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272), *Magnus Olai* Tavast (Episcopali postea sedi admotus) ut mox discemus.

[21]) *Gubernatorum, Praefectorum* et *Advocatorum* seriem, (qualem colligere licuit) qui Arcibus provinciisque Fennicis his temporibus praefuerunt, dedimus alio loco (Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo, a. 1785, Bih. p. 187-190, p. 219, p. 229-232): quibus pauca nunc addimus. De *Nicolao Lydechini* suaque familia, infra ex instituto dicemus. De *Abrahamo Broderson* cfr. LAGERBRING D. III p. 761 et D. IV p. 32 sq. etc. *Hennichinum Dume* (de quo supra p. 325 not. 20) cognatum fuisse illi *Bertholdo Dume* conjicimus, cujus meminit LAGERBRING l. c. III D. p. 839; sive caeterum Svecicae sive Germanicae illi fuerint prosapiae. De *Carolo Ulfonis* (cfr. supra p. 337, not. 4) vid. idem Historicus noster III D. p. 785 et 797 sqq. *Ingemund Jonsson Wase* (de quo l. c. Bih. p. 210) in litteris a. 1381 et 1386 in *Reg. Eccles. Ab.* reperiundis (Fol. 223), audit *Ingemund Jonisson* **Foghdhe i Åland.**

[22]) Post *Arvidum Gustavi* (cfr. supra p. 279) munus Legiferi Finlandensis obtinuisse aut sibi vindicasse, reperitur *Boo Jönsson;* quem illud a. 1380 et 1381 gessisse, ex sententiis sive literis judicialibus discimus, ejus auctoritate a vicariis suis *Catillo Olavi* (cf. supra p. 279 sq. not. 121) in Finlandia, et *Olavo Diekn* in Alandia, promulgatis, quae in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 171, 172, 173 et 181 servantur. *Catilli* illas omnes (numero 5) eodem esse die exaratas, idemque spectare negotium facile intelligitur, confirmationem nempe emtionis praediorum quorundam ab Episcopo *Johanne* Westphal factae (quae is altari postea S. Catharinae donavit). Initium unius exempli adferemus: „Jak *Kätil Olaffsson, Undilaghman j Finlandhe, a Boo Jönssons veghna*, kännis ath upa Sokna Tingheno i Santamalum i Nummis-by, ther *Jäppe Diäkn*, Foghate j Abo, hiolt met them j Santamalom, Masko ok Nowsis, arene epter Gudz byrd MCCCLXXX, om Warffru dagh annun-

lefinitis dati regionibus *Judices Territoriales* (Häradshöfdin-

iacionis, lotho thesse men up thera Godhz met fastom ok sköttingamannom, som the attho j Wastalaby j Lemmo sokn, andhekhom fadher ok Herre, Herrae *Hannusse*, met Gudz nadhum iscope j Abo" etc. Quod in uno exemplo annus exhibetur ICCCLXX, in alio MCCCLXXXVIII, manifestum sphalma est; *lo* enim *Johannes* Westphal nondum erat Episcopus, *hoc* e vis jam excesserat: *caussa* vero, *locus* et *dies* in singulis exemlis iidem proditi, rem manifestam reddunt, ac illud exemplum uod a. 1388 habet, nomen etiam Judicis, *Bertil* pro *Ketil,* viose exhibere, fidem faciunt. Caeterum dubitatio non levis exiit, utrum hic *Boo Jönisson* diversus a Drotzeto illo potentissimo e quo supra (p. 333 sq. etc.) commemoravimus, an idem fuet? Nullus quidem nobis notus est alius vir ejusdem nominis, antae iis temporibus auctoritatis, ut Legiferi potuerit obtinere ignitatem; sed Drotzetum anno jam 1370 Legiferum fuisse strogothiae, eique muneri annis etiam 1371, 1381 et 1386 (quo ortuus fuit) praefuisse, docet VON STIERNMAN (Swea och Götha Höfdinga-Minne P. I, L. V, C. X, p. 266) adeoque P. II (MS.) . VIII C. 2 sine haesitatione pronuntiat: **Bo Jönsson är 1381 och 1382 Lagman i Norre Finland och öfwer Åland, död 1388, ... ej förblandas med sin samtida Riks-Drotsen Bo Jönsson,** Östgötha Lagman, död 1386. Nobis primo ignotum est, unde diicerit Legiferum nostrum anno demum 1388 obiisse? Quid, si i nulla alia nixus fuit ratione, quam vitiosa anni nota, in literis *Catilli Olafsson* supra commemoratis, exemplum unum depravante (1388 pro 1380), a Cel. *Helin,* cum multis aliis observationibus ex *Reg. Eccles. Aboënsis* atque aliunde diligenter collectis, sibi communicata? Quod autem Legiferum fuisse *Fenniae* tantum *Borealis* atque Alandiae asserat, mirum nobis videtur, (cum anno demum 1435 Finlandiam binos nactam fuisse Legiferos, constet); neque unde assertum hoc suum hauserit, novimus. Num Drotzetus, cui nihil non licuit, Legiferi in Finlandia munus cum illo in Ostrogothia conjunxit? Aut num, ut totius fere terrae nostrae Dominus, nullo praeterea opus esse Legifero putavit, sed jus suo nomine per Judices vicarios administrandum curavit? Certe nullius inter *Arvidum Gustavi* et *Claudium Fleming,* ordinarii Legiferi Finlandensis nomen invenimus; nec *Boo Jönsson* Legifer ullibi ipse vocatur, sed per suos jus dixisse *Legiferos vicarios* reperitur. *Catillus Olavi* a. adhuc 1381 literas dedit, quibus *vicarium Legiferum Finlandiae* (Undilagman i Österlandhom) sese vocat, *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 132; ac eundem sequenti etiam anno idem munus administrasse, dicit l. c. (P. II, L. VIII. C. I)

von Stiernman. De *Olavo Diekn*, sequentes commemorant literae (a. 1381 illae etiam datae): „Allom them thetta breff höra eller see, vari thet viterligit ok kunnoth giort, ath tha vi *Ingemund Jonisson Foghede j Aland*, och *Olaff Diäkn Lagkman ther sama stadz, a Boo Joanssons veghna*, haffdom tingh vid Sundho Kirkio" etc. *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 181.) Eundem fuisse virum, adeoque potentissimum illum Drotzetum Regni, cujus nomine alter Praefectus terrae, alter Legifer (Vicarius) esset, manifestum est; unde alium comminisci Legiferum Finlandiae *Boo Jönsson*, haud licere existimamus? Vicarii Legiferi in Alandia alius etiam mentio ibid. (Fol. 180) occurrit; *Ingewalder* nempe *Duärger*, in literis a. 1386 exaratis, *Underlamman* ther sama stadz, (nempe in Alandia) vocatur: de quo von Stiernman l. c. scribit: Kallas 1376 Lagman (sc. vicarius) öfwer norre Finland och Åland. Provinciam scil. inter vicarios suos partitum fuisse Legiferum, apparet.

Claudium (Nicolaum?) Flemingh, R. *Erici* Pomerani *consanguineum et Consiliarium* fuisse (K. Erics af Pomern Frände och Råd), scribit von Stiernman l. c.; cujus asserti fundamentum (non certissimum?) exhibet P. I, L. I, C. I, p. 10. Legiferum factum fuisse Osterlandiae a. 1405, idem contendit. In *Registro* autem *Eccles. Ab.* (Fol. 272) literae reperiuntur, quae eundem triennio ante hacce jam ornatum dignitate fuisse, docent, quas, utpote breves, subjungere placet: „For allom them thetta breff „höre eller see, kennis ok kungör jac *Henric Magni, Erchidegne* „*j Abo*, at jak met myne wena samtickio, Gudhi tiil heders oc „sancte Henric, for myne oc myne foräldra siäla, hauer giffuit „under Erchidegns boord j Abo Norramark godz, lighiandis j „Ulsby sokn, som äre ottta stenger jord offuer alt byskipte, „met boo och boskap, met alla tess godzens tillaghur: thy aff- „hender jac mik ok mynom arfuom for:de godz, oc tilegnar thet „under Erchidegns bordh j Abo tiil evig tiidh. Tiil mere vissa „oc vitnisbyrdh beder jac ärlige oc velbördige men, Herr *Clawus* „*Fläming, Riddere oc Lagman j Österlanden*, och *Jeppe Diekn*, „*Boo Jönssons Fogthe pa Abo*, at hengia theris incigle fore thetta „breff met myt eigit, som scriffuit är j Abo anno Domini MCD „pa thet andra aaret, om sancte Henricx dagh". Dissimulandum vero non est, difficultatem haud parvam parere, quod *Jeppe Diekn* praefectus arcis Aboënsis, nomine Drotzeti *Boo Jönsson* hic vocatur; licet non modo Drotzetus ipse ante XVI annos jam fuisset mortuus, sed exsecutores quoque Testamenti sui vi pacti cum Regina *Margareta* a. 1388 initi, omnes sese arces Regias quas ille possederat (praeter paucas, inter quas Aboënsis non comparet) in potestatem Reginae tradituros promisissent (vid.

LAGERBRING Sw. R. Hist. III D. IX C. 13 §. p. 706). Verum mansit fortasse, ex caussa nunc ignota, arx haecce aliquamdiu in potestate privata? Qua probata hypothesi, annus utique 1409, non 1399, in literis *Abrahami Broderson* supra (p. 348 not. 9) laudatis, tuendus erit? Ac forte ad arcem hanc redimendam, talesve usus, Regina pecuniam ab Archiepiscopo *Henrico* mutuata fuerat, quam huic solvendam, illius nomine, Episcopus Aboënsis caeterique Finlandiae proceres, (quibus conditionibus, nescimus,) in se receperant? Res omnino est obscura. Nullum interim alium *Praefectum* aut *Advocatum Castri Aboënsis* hoc tempore invenimus. De hoc *Jeppe Diekn*, quem a. 1386 advocatum fuisse Aboënsem tradit VON STIERNMAN, (l. c. II P. V L. 3 C.), ac a. 1380 eidem praefuisse muneri nuper vidimus, idem testatur, eum a. 1406 vicarium Legiferum Ölandiae (Under-Lagman) fuisse, ac a. 1428 Advocatum Arcis Gripsholmensis, l. c. P. I, L. II, C. 4. p. 139. Cfr. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785, Bih. p. 189 sq.; ubi quae dicuntur, ex jam allatis augeri corrigique debent.

Clauus Fleming munus Legiferi Finlandensis ad a. usque 1424 administrasse reperitur, multasque *Reg. Eccles. Ab.* exhibet literas judiciales ab eo datas. De hoc gentis Flemingianae primo in Finlandia auctore, porro habet VON STIERNMAN (l. c. P. II, L. VIII, C. I): „*Claus Fleming* til Ofrastam eller Penningeby, Riddare, - - underskref år 1396 i Nyköping S. R. Råds förening om några Rikfens angelägna ärender med Drotning Margaretas och Konung Erics samtycke, - - Gift med Cecilia Diekne, Höfwidsmannens på Åbo Hus Clawus Lydekessons Dieknes dotter, som förde en röd Ängel med et swart Örnhufwud i hwitt fält. Son af Riddaren Petrus Fleming, 1395 begrafwen med sin Fru i Gråmunka Clostret i Stockholm“ etc. Cfr. ejusd. libr. P. I, L. I, C. I, p. 8 sqq. Vicariorum, qui suo loco judicium provinciale (Lagmans-Ting) in Finlandia habuisse leguntur, nomina (in *Reg. Eccles. Ab.* occurrentia) in literarum suarum his exemplis (a. 1410 datarum) habetur: „Ffor allom - - - skall thet viterligit vara, „ath then syn jak *Jönis Diekn* Lagmans tingh hiolt a ärligx „manss vegna Herre *Clauus Flemingx*, met almoghan j sancta „Katerine sokn ok j Lundh - - “. (l. c. Fol. 213); item: „Vii „Magnus met Gudz nadh Biskop j Abo, - - - *Olaff Olaffsson* i Lag„mandz stadh sitiandhe, a ärligs manz vegna Herre *Clauus Fle„mingx*, Riddars,“ etc. (ib. Fol. 167). Sigilli sui insigniumque gentilitiorum formam (a recepta postea aliquantum diversam) in Notarii Publici Instrumento, a. 1454 exarato, hujusmodi descriptam ibidem offendimus: - - „in cujus quidem Sigilli inferiori parte „clipeus triangularis, in clipeo vero tres trabes, lucide cerneban-

gar) adjuncti sensim comparent [23]). Judiciorum praeter

„tur; supra clipeum quoque galea quaedam, et super galea „duo cornua erecta clare apparebant; littere vere circumfere „ciales ejusdem sigilli legentibus patenter elucebant: *Sigillu* „*Claus Flämingh militis*". (l. c. Fol. 40).

[23]) In literis *Magni Kazi* vel *Kaasa* datis a. 1390 (vid supra p. 337, not. 4) nominatur *Clauus Diägn, Domare j Tr wastelandhe (Reg. Eccles. Ab.* Fól. 150). In literis vero Judic Regii a. 1407 datis (quas typis expressas legere licet in foli hebdomalibus Aboënsibus a. 1789 (Åbo Nya Tidn. N:o 40 p. 31 sq.) vocatur *Claws Lydicason, Häradshöffdinge i Norrfinnom (Re Eccles. Ab.* Fol. 119 sq.); adeo ut interim stationem hanc cu illa permutasse videatur. Anno autem 1405 in literis quibusda commemoratur *Clauus Diegn, (Diekn* aut *Diäkn)* nulla adjec officii sui mentione, vel inter assessores judicii Regii (Räfst Tings Rämnden) nobiles, enumeratur (Ib. Fol. 161, 106, 107 De celebri hoc viro plura infra dabimus; vid. interim Tidn. ut af et Sällskap i Åbo 1785, Bih. p. 191 sq.

Frater suus *Benedictus Lydechini* (Bengt Lydekeson), quo cfr. l. c. 220 sq. his temporibus fuit Judex Territorial (Häradshöfdinge) in Territorio Pikisensi; quod ex sequentib suis patet literis, ad Praepositum Aboënsem *Fridericum Tr* (qui ei muneri annis circiter 1422—1430 praefuit) datis, a anni nota carentibus: „Myna ödmywka tienist tilforendis sänd „kerlike met warum Herre. Takkar jak ider, käre Herre, fö „äro ok kerlik, ther j mik altiid beuisen, Gud ider löne o „wnne mik thet met ödmywkt förtiäna! Withen ath jak ide „breff forstandit haffuer um Skarpakulla. *Jak var på then ti* „*Häredshöffdinge j Pike häredhe,* och thy vart jak nempder th „til met landzsynenen, och epter thy som Rötkär Ingesso „Magnus Diekn aff Rungo, och ältzthe män aff Nwmmis sol „mintes, at Proastens aker haffdhe aff alder varit, thet sag „Landzsynen Prouastenom til; och Hinza Knap och Hinza N „thal, som aff Stadzens vegna varo, the visto inghen skäl t „sighia, at thet met noghrom retth var aff gangit, uthan Proa „*Gerlag* haffde thet uthtakith met sielffs vilia: och met thesso „skälom tha budhum vi alle, som i synenne varum, varn e „at gangit j landzrettenom, och the aff Stadenom vildho ey edh „anama, uthan skuthu sik for myn Herre Konungen: ther m „skildhomps vj ath j thet sin. Jak kan ider ey sva ytterli „tilscriffua um al ärindhe, uthan förste Gudhi tekkis oc ider, „j vilin oss tilsaman haffua, Rötkär och *the godha män* s „*liffwa,* tha faen j ytermera höra huad there talan war. G

Regiorum (Räfsa-Ting) in Finlandia habitorum, hoc aevo plura occurrunt vestigia [24].

„vari met ider. Scriptum Birkala jn crastino Luce Euangeliste, „meo sub sigillo *Benkt Lydekesson*.“ Literis a tergo adscriptum fuit: *Reverendo Domino D:no Frederico Trast. Preposito Aboensi, hec litera humiliter presentetur.* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 260 sq.). *Cerlag* praepositus fuit a. 1398—1405: cui successisse videtur *Ebedger*, quem a. 1415—1420 idem munus gessisse reperimus. In literis venditionis, a. 1411 datis, nominatur *Benkt Michilsson, som Häradshöffdinge war aa ärligx manz vegna. Benkt Lydiksons* (Ib. Fol. 237), et in aliis ejusdem generis, eodem anno datis, de eodem *Benkt Michelsson* legitur: „som tha sath j Hä„redhhöffdingx stadh“ (Ib. Fol. III). De *Benedicto Lydechini* infra quaedam praeterea monebimus. Territorium etiam *Satacundiae*, iisdem his temporibus Judice instructum jam fuisse suo, literae docent, quarum initium adponimus: „Jak *Hinza Anders„son*, Domare j Sathagunnom, gör thet allom mannom kunnogt, „at tha jak sokna tingh [hiolt] j Säkilä by met *Säkilä* sokn, „*Kiula* ok *Ylälä*, areno epter Gudz byrd MCCCXC secundo, a „sancti Michaelis dagh“ etc. (*Reg. Eccles.* Fol. 227).

In *Alandia*, praeter vicarios Legiferos nuper commemoratos, occurrit *Larens Olaffson* Judex ejus insulae, qui a. 1410 literas emtionis praedii Biörnaby, Sigillo suo communiisse, una cum *Magno Diekn*, Praefecto Alandiae, reperitur (Tiil mere visso -bedis jak - - hederliga manna incigle, som är *Magnus Diekn, Höuidzman j Alande*, och *Larens Olaffson, Domare ther sama stadz*, att hengia fore thetta breff etc.). Paullo ante vocatur *Larens Olaffson Lansdomare*. De *Magno Diekn* cfr. Tidn. af et Sällsk. i Åbo 1785 Bih. p. 211 not. (*).

[24]) Hujusmodi judiciis, nomine Regis praefuisse a. 1405 *Stenonem Boson* (*Natt och Dag*, cfr. von Stiernman Höfd. Minne P. I, L. II, C. I. p. 98 sq.) et *Jönis Andersson* (ignotae nobis prosapiae); a. 1407 *Iwarum Niclisson* (*Röde*, von Stiernman l. c. L. V, C. X, p. 267 sq.), reperimus. *Stenonem Boson* anno etiam 1410 eodem functum esse munere, literae docent Legiferi *Claudii Fleming* a. 1412 datae (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 110), ubi legitur: - - „oc var Konungsdomber och Laghmans offuirgangen; „swa som thet *fanss och i Dombokena, at anno Domini MCDX*, „sunnedaghen nest epter sancti Henriks dagh, *hielts repsten, j* „*Ulsby stadh*, j närvaru erligs manss Herre *Jusse Duua* och flere „godhe manna, *tha gaff erligen man Herr Sten Bosson, Riddare*, „*Kungsdoom*, oc jak Laghmansdom Kwmoboamen oppa thesse

Conditionem Provinciae internam aeque fuisse miseram, ac securitas externa parum erat firma; cum ex iis quae supra commemorata sunt, tum ex regni totius, qualem Historici nostri describunt, his temporibus statu atque fortuna, intelligi facile potest. Non omnino tamen nullam R. *Ericum* Finlandiae curam fovisse, ex mandatis ejus patet cum aliis, serius datis, (de quibus infra,) tum commemorabili illo, quo *Nicolao Lydikini (Clauus Lydikeson)* Praefecto Aboënsi plenam potestatem concessit agros publicos (per totam Finlandiam dispersos), cultui idoneos, novis colonis, (justum inde Coronae tributum pensuris) arandos habendosque assignandi, postquam iis (vicinorum praediorum possessoribus?) qui hactenus usum talium terrarum sibi vindicaverant, tanta fuisset portio tributa, quantam XII Patres familias agricolae *(Tolff bolfasta män,* numero sc. *Nemdä* legitimae pares) necessarium judicassent [25]. Cum quo edicto alterum

„forscripnä III fiskevatn" etc. Nisi anni nota, quod suspicamur, erronea sit, legendumque *anno D:ni MCDV?* Anno sequente (1411) eundem jam mortuum fuisse, testatur Dn. VON STIERNMAN l. c. p. 99.

[25]) In *Registro Eccles. Ab.* Fol. 41 servato: quod licet jam antea in foliis hebdomalibus Aboënsibus, (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo), a. 1784, N:o 47, p. 371 sq. typis exprimendum curaverimus, tamen hic subjungere placet. Talis autem ei titulus praemittitur: *Super terris colendis consilio Nicolai Lydikini.* Ipsum edictum hujusmodi est: „Wi *Eric* met Gudz nadh, Dan„marks, Sveriges, Norgis, Wendis ok Gothe Konungh, ok Her„tugh j Pomaren, helsa *alla the ther biggia oc boo under tex „Landzrätt var naadh haffuer skipat j Abo,* ok kungöra, at vi „haffua fulla makth giffuit war ämbitzman *Claws Lydekeson,* „Fogde pa Abo, at giffua, skipa oc skipta var almenninghia, „hvar the heltz liggia, ther nytiande äre til ager oc eng, the „byggiendis män them vidher tarffua, til kronanne skat, j swa „matte, at thesse for:da almenninghia fororna" *(förre, fordne?)* „äghiande sculu aff tessä almenninghia tilfornä sva mikit beholda, „som tolff bolfasta men sägia at the kunno sich aff bierghä; „oc met thetta vart stadfäste vi alle the breff ther var Ämbetis„man Clauus Lydikkesons incigle fore henger, uppa alla thessa „for:da allmenninghia, *i huat län the helst kunno liggia,* under „Abo *Landzrät.* Datum in castro Helsingborg anno Domini MCD

habere cognationem videtur, quo consilium approbasse atque confirmasse comperimus *Waldemari Diekn,* Praefecti Tavastensis, qui silvas atque agros incultos (Skogar och utmarker) praediis ad quae hactenus pertinuerant ademtos, aliis colonis assignaverat; caveri tamen prudenter Rex jussit, ne hac re pernicie sveteribus colonis acceleraretur [26]). Regem etiam ipsum semel Finlandiam adiisse, ex *literis* quibusdam *libertatis* (et *nobilitatis?)* Frälse- (och Adels-?) Bref discimus, quas eum Aboae *a.* 1407, *die 7 Decembris,* dedisse reperimus [27]); reli-

---

„undecimo, die beati Marcelli Pape et Martiris, nostro sub se„creto." Consilium idem persequi voluisse Regem apparet, quod antea Reges *Birgerus* et *Magnus* ceperant (vid. supra p. 198 et 202): cfr. de Regis hoc mandato von Dalin *Svea Rikes Hist.* 2 Del. C. 16, §. 2, p. 625; et Lagerbring l. c. IV Del. C. I, §. 10, p. 26: qui haud temere observat, ex mandato hoc (quod attulimus) Regio, simul apparere, *Supremum* illud *Judicium Provinciale Regium,* de quo ab eodem Rege in Finlandia constituto infra agemus (Landsrätten i Finland), ante a. 1411 datum Fennis fuisse? Nec improbabilis conjectura est, Regem cum a. 1407 (ut mox docebimus) in Finlandia ipse praesens esset, jam tum consilium hocce cepisse; quamvis a. 1435 (ut videbimus) magis solenniter, consilio etiam Senatus Regni adscito, instauratum fuerit atque confirmatum? Certe Judicii hujus non modo in literis Regiis a. etiam 1414 (de quibus infra) mentio fit expressa, sed *Sententia* quoque ejus (ad novam formam adornati) exstat *Judicialis* (Landsrättens Dom) a. 1415 de limitibus inter Satacundiam et Tavastiam ab una, et Savolaxiam ab altera parte, solenniter lata, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 166 sq. servata; quae typis expressa legi potest, cum in Diss. *Christiani Limnell,* a. 1748 hic Aboae edita, *de Tavastia,* C. I p. 8, tum in foliis hebdomal. Aboënsibus a. 1785, Append. p. 56 sq.

26) Literarum ipsarum *(script. Wisby a. D:ni MCDXI feria 6 post festum Bartholomei Apostoli)* exemplum comparare nobis hactenus non potuimus: sed rem produnt von Dalin et Lagerbring l. l. c. c.

27) Vid. von Dalin l. c. C. 15, §. 10, p. 612, et Lagerbring l. c. p. 25 sq.; cfr. id. C. V, §. 17 et 18, p. 266 sqq. Nominantur inter eos quos Rex talibus literis libertatis ornavit, *Philip Carlson, Eric af Kumis, Gunnar Trulle, Wibrecht Kortwma, Nisse Tavast, Påvel Carpelan.* Ultimo commemoratus loco, *Carpelanicae* antiquioris progenitor gentis, *Paval Carpalainen,* in lite-

quorum ab eo hic peractorum negotiorum, praecipuique co

---

ris quibusdam a. 1411 datis, quas *Registrum Eccl. Ab.* serv (Fol. 111) uxoris suae meminit *Katerinae Andersdotter:* cfr. i Fol. 131 et 184. *Nisse Tavast* frater videtur fuisse *Magni* Ej scopi (de quo, suaque familia mox plura); cujus pater *Ola Tavast,* cum, si non ad ordinem *Nobilium* (f. *Armigerorum*, *wä nare, a wapn*), certe eorum qui praedia sua libera habere (Frälßismän), pertinuisse existimandus sit; filium his literis R gis (nam ipsas videre nobis non contigit) aut certi cujusda praedii libertatem, aut patri concessae confirmationem, ad post ros quoque suos extensam, obtinuisse putes? Floruit a. 141 1423 etc. ut ex *Registro Eccles. Ab.* discimus. Literas *W brechto Kortuma* datas exhibent etiam *Folia Hebdom. Ab.* (Tid utg. af et Sällsk. i Åbo) a. 1783, N:o 9, p. 71. In *Reg. Ec Ab.* vocatur partim *Kortyma* et *Korthymma*, partim *Wibru Kortinne;* nescio quaenam scriptura accuratior sit? A. 1417 mo tuum jam fuisse reperimus, (ac filium reliquisse *Andream W bruthsson*) eundemque ante concessas sibi literas Regis sup commemoratas, a. 1405 inter assessores judicii Regii locum o cupasse viris honestioris ordinis (Frälßismän) assignatum, in dem discimus; inter quos *Philippus* etiam *Caroli* occurrit (i Fol. 161): adeo ut dignitatem illorum istis primum literis del tam non fuisse, appareat? *Erico de Kumis* (vel *Kumes*) et *Ga naro Trulle* concessae a Rege literae hujus generis, in *Reg. E cles. Ab.* (Fol. 144 et 185) occurrunt; quoniam praedia quib illam a tributis regiis immunitatem acquisiverant, Ecclesiae dein Aboënsi cesserunt: quod confirmare videtur, ad certa potius pra dia liberanda, quam ad homines ipsos ornandos, easdem per nuisse? Cui rationi illustrandae sequentes etiam possunt inservi literae: „For alla the thetta breff höra eller see, kungör ja „*Eric Axelsson, Riddare och Sveriges rikes Forstandare pa th* „*tiidh,* at for troskap ok vilioghe tiänisth, *velboren man Henr* „*Tavast a vapn,* thenne breffuisare, haffuer longlige ok troli „bevist Sverigis rike, och framdelis beuisa skall och vil, s „länghe Gudhi täkkis ath han maa liffua, tha haftuer jach „*wärdugasthe faders ok Herres, Herre Jönis,* Archiebiscops j U „sala, och mäne *Rikzens Raadz vegna,* unth ok giffuit hanum „hans retthom ärffuingom friiheth ok frälse pa nagher gotz, so „han köpt haffuer aff skatthe böndher, som är swa mykin jord „som görs fyra marc aff j skatthen, liggiandhe sompt j Renth „mäki sokn j Halisby, ok sompt j Nummis sokn j Hekkiala by „Pa thenne for:ne gotz giffuer oc unner jach for:de Henric Ta „vast och hans retthom arffuingiom swadana friihet och frelse,

silii, longi adeo itineris suscipiendi, prorsus ignari.

„som andra for (?) goda, friborna och frälsemen här j biscops-„dömeth ok öffuer alt riket niwtha och aff allder niwtith haffua: „och vil jach troligha thertil hiälpa, ath for:de Henric Tavast „skall faa stadfestilse på thenne friiheth aff then högborne Her-„ren och Försten for“ (*an* för:de?) „menä Rikesens Raadh ok in-„byggiare j Swärighe vardha endrätthelica väliandhe och stad-„festandhe sik Konungh och fulmektoghen Herrä offuer Sverigis „rike. Tiil mere visso later jach hengia mith incigle for thetta „breff, som är scriffuit ok utgiffuit anno D:ni MCDLVII in pro-„festo beate Margarete virginis et martiris etc.“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 240). *Gunnarus* ille *Trulle*, in literis venditionis datis a. 1433, vocat se *Borgare j Abo* (Ib. Fol. 183), et uxorem suam *Christinam;* quae soror fuisse videtur Johannis Olai (*Jons Olafson*) de Kurala, quaeque per matrem suam *Helenam* cum Episcopo *Magno* cognatione conjuncta fuit. (Ib. Fol. 183 sq.) Ante a. 1437 mortuum fuisse, reperimus. (Ib. Fol. 184.)

Suomalaisen Kirjallisuuden Seuran

Toimituksia.

21 Osa.

2 wihko.



NRICI GABRIELIS PORTHAN

OPERA SELECTA.

PARS SECUNDA.

. G. PORTHANS SKRIFTER

I URVAL

UTGIFNA

AF

FINSKA LITTERATUR-SÄLLSKAPET.

ANDRA DELEN.



HELSINGFORS,
Finska Litteratur-Sällskapets tryckeri, 1862.

Imprimatur: *L. Heimbürger*.

M. PAULI JUUSTEN

NICON EPISCOPORUM FINLANDENSIUM,

OTATIONIBUS ET APPARATU MONUMENTORUM ILLUSTRATUM.

DISPUTATIONIBUS ACADEMICIS

PROPOSUIT

HENR. GABR. PORTHAN.

II.

Decimus Septimus.

D. MAGNUS *Olai*, ex nobili et famoso vasallo lavo *Tavast* in Paroecia Virmo, et Villagio Alasjoki iundus, Magister Pragensis, quondam Archidiaconus boënsis et Cancellarius Erici Regis, ab eo plurimum lectus [50]. Consecratus Romae apud S. Catharinam, l mandatum D. Johannis Papae XXIII, Anno D:ni 1412. c in reditu suo Parrisiis hyemavit, et redeundo in itriam, D. Regem visitavit, ab eo honorifice suscipitur, tributum regium Paroeciae Masko sibi ad dies vitae nceditur. Hic sacellum Corporis Dominici *t*) in Eccle-ı fundavit Aboënsi. Monstrantiam preciosam valde, in mmitate altaris positam superfecit, et ipsum altare pre-)sis indumentis aliisque reliquiariis et clenodiis quam urimis magnifice decoravit. Missas quotidianas ibidem perpetuum celebrari instituit. Praebendam vero ipsam ıam multis coloniis ad altaris et praebendati susten-tionem honorifice dotavit. Domum etiam lapideam o residentia Praelati *u*) constitui fecit: jus patro-tus sibi et suis haeredibus quoque reservavit, ut in eris fundationis satis patet. Hic ob devotum quem

---

t) A. *Christi*. *u*) [Leg. *Praebendati*.]

erga passionem Dominicam habebat zelum, horas de sancta cruce et passione Dominica, ad singulas canonicas horas legi per dioecesin instituit Aboënsem. Hic etiam in sacello proprio, ubicunque constituebatur, Matutinas Vesperas, et Completorium, quotidie in persona propria devote praecinuit. Missam vero per suos Sacellanos canere nullo modo aut tempore praetermisit; in horis et orationibus dicendis multam gravitatem, devotionem, magnamque diligentiam adhibere consuevit. Archidiaconatum, quem suus fundaverat praedecessor D. *Bero*, ne propter redituum paucitatem annihilaretur ipsum praediis dotavit aliquibus, ibique reditus adauxi annuales; et sic ipsum quasi de novo fundavit. Ante eum tantum sex erant Canonici, et totidem Chorales Abo. Hic vero quatuor adauxit Canonicos, similiter e Chorales [51]. Ad ejus persuasionem D. Johannes Amundi suus Archidiaconus, B. Johannis fundavit sacellum, eumque *(idque)* satis dotavit competenter. Ad ejus consilium D. Jacobus Detmarus *v)* de Töffsal, et frater suus *x* Fridericus, beati Georgii praebendam fundaverunt. Hic Praebendam Animarum in Ecclesia erexit Aboënsi, e missas quotidianas ibidem in perpetuum celebrari instituit. Ad ejus exhortationem dicitur quod Hinzechinus *y)* Knaap, Consul Aboënsis, Apostolorum Petri e Pauli Praebendam erexit in Ecclesia Aboënsi. Altare

---

v) A. vitiose *Demarus*. *x)* A. *ejus*. *y)* N. *Hinzerbinus*, vitiose. In vetusto libro Privilegiorum Ecclesiae Aboënsis vocatur *Hinza Knaap*.

S. Annae sub eo erigitur, et ejusdem fraternitas *z*) [52] inchoatur. Sub eo et per ipsum inchoata est fraternitas trium Regum, altare erigitur, Chorus instruitur, et ipse primus ac praecipuus est fundator. Sacellum Divae Virginis, quod nunc Altare Clericorum nuncupatur, sub eo, et ejus consilio, per Nicolaum Lydichini *a*) Capitaneum Castri Aboënsis [53] erigitur et fundatur. Ad ejus suggestionem D. Carolus Rex Sveciae tres in Ecclesia Viburgensi fundavit Praebendas, S. Johannis, Catharinae, et Annae, et eas competentibus dotavit reditibus. Hic domum lapideam pro residentia Episcopi in civitate Aboënsi, (ubi penitus nulla ante ipsius tempora aedificia *b*) erant,) [54] de novo construi fecit. Castrum etiam Cuusto pro majori parte erexit. Sanctimoniales ordinis S. Salvatoris de Vastenis ad dioecesin transtulit Aboënsem, et monasterium earum in Valle Gratiae *c*), primus exstruxit fundator [55]. Sacristiam ibidem (et) summum chorum propriis erigi fecit expensis, et ob devotum, quem erga religionem *d*) illam habebat, zelum, propriam ibidem sibi construi fecit ultra aquas residentiam, et nullam sibi infra *e*) Fratrum clausuram domum aedificari fecit. Speciales proventus Curati *f*) ex Paroecia Masko provenire *g*), cum singulis reditibus et juribus Episcopalibus, eidem monasterio Vallis Gratiae, pro dote,

---

z) A. et M. *cultura.* *a)* A. Lydickson. *b)* An excidit *lapidea?* Vel num aedificia modo in usum Episcopi exstructa intelligit? *c)* A. addit Nååndaala. *d)* h. e. Ordinem monachalem. *e)* A. *intra.* *f)* A. *curavit.* *g)* Omittit M. Forte legendum *provenientes?*

in perpetuum assignavit. Sed quia fratres ejusdem monasterii, ejus successori Domino Olavo tanquam ingrati rebellabant, et propter alias satis rationabiles *h*) caussas, illa dotatio, per eundem Olavum, et suum venerabile Capitulum revocatur [56]. Jus patronatus quod habebant Fratres monasterii Padensis in Livonia ad Ecclesias Borgo, Sibbo et Perno, per ipsius industriam obtinent Aboenses [57]. Ex earundem etiam Ecclesiarum censibus prima Missa, quae quotidie in aurora in Ecclesia Aboënsi dicitur, perpetuata est. Hic Magnus ab eadem missa aurorae inchoando, usque ad summam missam terminando, statuit in Ecclesia Aboënsi omnibus horis intermediis in perpetuum Missas speciales, ita quod *i*) nulla hora intermedia absque Missa praeteriret. Hujus tempore anno videlicet 1429 *j*), die 8 Corporis Christi, exusta est Ecclesia Aboënsis; sed in brevi, ante ejus vitae terminum, in melius reparatur. Eodem tempore residentia sua Corois *k*) in una parte exuritur, et ex eodem incendio Sacellanus suus Dominus Bero incineratus est. Terram Sanctam in magnis periculis et expensis adiit, Venetiisque preciosiora hujus Ecclesiae indumenta fieri fecit, et comparavit. Hic plurimos Theologiae et Juris libros, ad usum Ecclesiae acquisivit [58]: ejus tempore, et eo cooperante, caput et brachia beati Henrici argentea facta sunt, Calix, Patena et Monile ex

---

h) A. *probabiles*, M. *notabiles*. *i*) A. *ut*. *j*) A. *1425*. *k*) Ita, vero nomine aliis locis appellat Auctor. M. *Corovia*, N. *Coronia*, A. *Corobia* (Koroiß); forte fuit *Korosia*?

auro purissimo, Crux illa magna et preciosa *l*) de argento, fabricatur, Evangeliare et Epistolare diligentissime conscripta argento ornantur, et alia quam plurima Ecclesiae indumenta et Clenodia coëmuntur [59]. Hic inter optimates et Regni Consiliarios, velut alter Joseph, magnus et re et nomine, per tria regna aquilonaria reputatur. Hic milites et singulos nobiles, ac de tota dioecesi incolas, ad manum habebat paratissimos, et eundo ad comitia quae Holmiae, vel aliis in locis, solenniter celebrabantur, ei *m*) tanquam regiae serviebant majestati [60]. Hic licet decrepitus et senio gravi confectus, quasi invitus extra suam dioecesin propter varia regni negotia expedienda, et consilia ab eo salubria exhaurienda, in regno apud Regem Carolum tempore non modico, id est, tota hyeme occupatur. Tertiam partem ex tributo regio, quod gravissimum et importabile erat, per totam dioecesin Aboënsem diminui impetravit; sed singulariter propter praedia et terras Coronae, quae vel Ecclesia vel Nobiles patriae acquisiverant, quinta pars tributi regii ad ejus petitionem eis remittebatur [61]; sed non diu post ejus mortem, gratia ista ad monetam reparandam, regnante Carolo, defalcata est [62]. Seditiones in Satacundia exortas, quae valde periculosae erant, suis et consiliis et persuasionibus, edomavit [63]. Legiferum unicum per totam dioecesin habebat Finlandia; et ideo minus sufficienter eodem tempore justitia

---

l) A. addit (Christi Crucifix). *m*) A. *et*.

[illegible] 1. [illegible] [illegible] in regno [illegible] [illegible] 64. In [illegible] Sveciae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dioeceses [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sveciae [illegible] [illegible] 65. Pauperes et senes, [illegible] et [illegible] sanguinis suis [illegible] [illegible] [illegible] suis propriis expensis [illegible]. Quanta bona non tantum singulariter suis amicis et parentelae n), sed generaliter ac communiter omnibus exhibuerit, non facile dixerim. Vitam honestam, castam, et multum temperatam habebat. Nomen ejus famosissimum o), et fama laudabilis non solum in sua dioecesi et vicinis partibus, verum etiam apud Ruthenos et multas externas gentes, longe lateque per regiones remotissimas magnifice et honorifice divulgabatur. A summis plus quam dici potest, miro veneratur affectu: ita ut a plerisque Ecclesiarum praelatis nec non ab aliis quam pluribus, summo sacerdotio, dignus judicaretur 66. Omnes enim de eo bene sentiebant, quia multa et varia virtutum opera suo peregit tempore, et in regno Sveciae, et Ecclesia Finlandensi. In Ecclesia Aboënsi p) beato Hemmingio, et sibi, (post beatum Henricum Episcopum) nunquam reperti sunt similes, qui tot et tanta laudabilia suis temporibus perpetrarunt opera 67. Hic postquam

n) M. et N. *Parentibus.* o) A. *formosissimum.* p) A. *inmerito excepto,* malo.

38 annos laudabiliter Ecclesiam rexerat Aboënsem, senio praegrandi devictus juri suo Episcopali renuncians, (adhuc enim duobus postea supervixit annis) Anno D:ni 1452 die nona Mensis Martii *q)*, Anno postquam Episcopalem ascendit Cathedram 40, aetatis vero suae 95, apud monasterium Vallis Gratiae, in domo residentiae suae, in bona senectute extinctus, (et) *r)* in choro corporis Christi, directe in medio, ante gradus altaris, in Domino jacet sepultus.

Notae Editoris.

Re et nomine Magnum hunc Episcopum [1]), laudibus haud esse iis indignum, quibus eum Auctor noster ornat, (paullo licet illarum cumulandarum celebrandarumque videatur cupidior), recentiores etiam judicarunt scriptores [2]). Non tribui autem JUUSTENO auctori debere pleraque quibus Antistes priscus decoratur judicia, lectori intelligenti facile patet, ab hominis studio aperte profecta placitis Pontificiae religionis addictissimi: cfr. supra Praef. p. 6.

Natum fuisse *Magnum* nostrum a. 1357, ex anno mor-

---

q) M. *Maji.* *r)* Delendum videtur.

[1]) Verba sunt *Fragmenti Palmsköldiani*, a nobis saepe laudati, ab auctore nostro repetita.

[2]) MESSENIUS et RHYZELIUS in *Chronicis Episcoporum.* Auctor *Positionum Historico-Ecclesiasticar. e Chronico Episcopor. Pauli Justen excerptar.* hic Aboae a 1726, ab ISR. ESCHOLIN, Praeside ALG. SCARIN, 8:o, editar. (quas exhibet etiam NETTELBLADT Schwed. Biblioth. 1 St. p. 92 sqq.) verborum eundem fere lusum adoptans, dicit: „Alter (noster sc.) *nomine et omine* „*Magnus Episcopus*, in vinea Domini operarium non minus indu„strium (quam Hemmingus) sese praestiterit; prudentia vero, ju„stitia, munificentia, vitae mansuetudine et denique officiis in „regem et patriam, inusitato illis temporibus exemplo antistites „sui ordinis et loci omnes antecelluerit". *Thes. VIII.* Sed cfr. quae supra monuimus p. 247, not. (69).

tis, cum annis aetatis suae comparato (quales ab auctore infra exhibentur) facile afficitur; diem etiam (S. *Calixti*, 14 Octobr.) prodit RHYZELIUS (*Episcoposc.* p. 334), nescio quam certa fide [3]). De Patre Episcopi *Olavo Tavast* (*Nicolai*, ut perhibent, filio), quem *nobilem et famosum vasallum* appellat JUUSTENUS, quemque ut veteri et illustri prosapia satum laudat RHYZELIUS, nihil nobis innotuit; nec quid *Vasallus* auctori hoc loco proprie significet, (utrum officio publico ornatum, an servitio equestri obstrictum, Frälseman? etc.), definire valemus. [Denotasse feudi insignioris possessorem videtur, Läns-Höfdinge? *Canuto Posse* (quem nunc Alandiam nunc Tavastiam, nunc Careliam Feudi jure tenuisse notum est) idem honoris Auctor tribuit. De *Genealogia Tavastiana* cfr. etiam CHR. LIMNELL Disp. de *Tavastia* (hic Aboae a. 1748, Praeside Cel. HASSEL edita) C. I p. 13, not.] Ab Episcopo *Hemmingo* arci fuisse Custoënsi praefectum, uxoremque habuisse *Catharinam Fincke*, in schemate Familiae Tavastianae (a. 1756 Stockh. typis edito), asserit JONAS BÅNG; quibus testibus? penitus nos fugit [4]).

---

[3]) Auctoritate sine dubio inductus D:ni VON STIERNMAN (in *Append.* ad PETRI NIGRI *Historiam Episcopor. Arosiensium*, svet. editam, p. 85), qui neque ille fontem suum indicat.

[4]) Non pauca in schemate illo desideres, multa offendas incerta, quaedam falsa: qualis fere ratio est talium Genealogiarum. Sic omittuntur fratres duo Episcopi nostri, *Lasse Olafsson* (qui, utrum idem fuerit ac *Laurintz* ille *Tavest*, qui consentiente filio suo *Bartholdo*, praedium suum *Syvälax* Ecclesiae Cathedrali Aboënsi sese vendidisse, literis a. 1393 datis, ac in *Reg. Eccles. Ab.* Fol 96 reperiundis testatur, constituere non valemus) et *Jönis Olafsson*, quorum meminit *Magnus* noster in literis quibus praedium *Alasjoki* a. 1439 *altari Corporis Christi* donavit l. c. Fol. 219; cfr. etiam litt. aliae Fol. 218 occurrentes, *super permutacionem prediorum Alasjoki in Wirmo, et Kirjala et Kurilax in Pargasum*; it. aliae ib. Fol. 163: ex quibus hunc fratrem Episcopi, ante a. 1439 fuisse mortuum, simul discimus, sed ex uxore sua *Martha*, sorore (et amita) nobilium virorum *Benedicti Lydikkeson* et *Henrici Clausson*, susceptos reliquisse liberos. Omittuntur plures sorores 1:o *Margareta*, nupta cuidam *Buck*, cui filium peperit *Olavum Buck*, cujus, ut viri mentio fit adultae jam aetatis, ib. Fol. 219. 2:o

Arma gentilitia *Magnum* nostrum ejusdem figurae usurpasse qua usa fuit gens *Stålarmiana* (communi, ut ferunt, stirpe orta), indubium est [5]); novam vero eorum adoptasse formam, (qualem sc. uxoris suae adhibuerant majores, *Finckii* veteres) *Olavum Nicolai Tavast* juniorem, idem narrat l. c. BÅNGIUS, hancque spectandam praebet. Quae nos suo relinquimus loco.

Natalem nostri locum, villagium fuisse *Alasjoki*, paroeciae Wirmo, quod hodie *Tavastila*, nomine ex possessorum

---

Birgitta, nupta *Årengisloni Henricsson*, ibid. 3:o *Ragnilda*, nupta *Martino Abramsson*, Armigero (cui peperisse invenimus *Matthiam Martensson*, eundem credo, qui Legifer postea fuit Suderfinniae?): hanc prius nuptam fuisse *Magno* cuidam suspicamur, patri *Olavi*, avunculo suo in munere Episcopatus successori? cfr. Ib. Fol. 209 et 230. 4:o *Catharina*, nupta tribus successive mercatoribus Aboënsibus, *Jönis Gudvasteson* (Senatori etiam Urbico), *Henrico Mört* et *Olavo Sylta* (Ib. Fol. 210, 215, 216, 222). 5:o *Christina*, quam nuptam fuisse conjicimus *Gregorio Andrisson*, Judici Territoriali (Häradshöfdinge) Wemoënsi: Ib. Fol. 209 et 211. Nisi harum quasdam fratrum aut sororum Episcopi filias fuisse, quamvis ab eo sorores appellatas, existimes? Inter haeredes certe suos, ipse illas enumerat: literas haec omnia confirmantes, infra dabimus. Sororis contra *Luciae*, quam Genealogi Episcopo nostro tribuunt, nuptae *Henrico Clausson Diekn*, quamque matrem faciunt *Olavi* Episcopi, nusquam *Magnus* noster mentionem injicit; ita ut fere suspicemur, alius cujusdam *Olavi* quam *Tavastii* illius, fuisse filiam? licet sororem *Magni* MESSENIUS etiam appellet (*Scond.* T. X p. 19). *Olavum* certe Episcopum, *Henrici Clausson* non fuisse filium, infra demonstrabimus: cujus opinionis auctorem putamus aut GREGOR. HALLENIUM aut ALG. SCARIN (sive scil. huic sive illi debetur schema genealogicum familiae Tavastianae, quod illius Dissertationi, *Wirmoënsis in Finlandia territorii memorabilia continenti*, Partis prioris, Praeside ALG. SCARIN editae, p. 70 exhibetur), ab aliis deinceps temere adoptatae; ut a Nob. VON STIERNMAN l. c. (qui nonnullos errores ab auctore Dissertationis illius commissos reprehendit, et schema accuratius, sed nec illud admodum diligens, proponit, p. 86), RHYZELIO, BÅNGIO etc.

[5]) Exemplis a BÅNGIO l. c. (Lit. A.) adductis, quorum tamen omnia *Stålarmianae* ademta genti, *Tavastianae* vindicare, facillimum fortasse non fuerit, addere licet expressa haec eadem

appellatione mutuato audit [6]), consentiente scriptorum testimonio traditur.

De pueritiae et adolescentiae studiis nihil scimus, nisi quod Pragensem adiisse Academiam, indeque nomen Magistri reportasse, Auctor noster docet.

Archidiaconatus munere anno jam 1389 (eodem quo illud primum fuisse institutum narrat) ornatum tradit RHYZELIUS; in quo aperte falsus est. Primo enim illum honorem *Henrico Magni*, qui a. 1402 adhuc vixit, datum fuisse, ac ab eo per annos plures gestum, supra vidimus (p. 347 not. 7). Annis 1410, 1411 et 1412 idem munus a nostro fuisse administratum, accuratius tradit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

50. *Cancellarium* R. *Erici* fuisse, antequam sedi admoveretur Episcopali, etiam *Fragmenti Palmsköldiani* auctoritate confirmatur. MESSENIUS *Sacellanum* Regis appellat [7]). In literis a. 1405 datis, quibus praedium ei *Tokela* in feudum Rex idem concessit, nonnisi *Clericum* suum vocat [8]).

---

insignia in tabula aenea, Cenotaphio S. Henrici Nousisensi imposita. Vid. supra p. 298. Quae contra disserit ESCHOLIN l. c. Thes. IX (vid. NETTELBLADT l. c. p. 94), non immerito reprehendit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

[6]) Cfr. Dissert. HALLENII nuper citata, §. 28 p. 68. Emisse patrem Episcopi nostri illud praedium CCL marcis pecuniae, ex literis filii discimus, in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 218 initio) servatis. Nomen *Tavastila* recentius est.

[7]) *Chron. Episcopor.* in Nostri vita. In *Chronico Finl. Rhythmico* similiter eum vocat Deßlikes Kung Erichs Caplan, p. 34.

[8]) Reperiuntur in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 158), unde transscribere illas placet; „Wy *Erich* met Gudz nadh Sverigis, Dan„marks, Norges, Wendes oc Göta Konunger ok Hertigh i Po„meren, görum vitherligit met närvarande varo opno breff, ath „vy haffwom unt *varom elskelige Cläric*, Herre *Magnus Olefson*, „eth godz som hether *Thokela*, liggiande i Wirmo sokn, friith „ok frälst, met allom Konungxlikom rätt, *swa lenge var nad til„seger ok vy vorth breff igen kallom*; ty forbiwdhom vij allom „vorom fogthom ok ämbezmanom, at hindra honom här utinnan „j nogra matta: Til hvilkes mere visso ok vitnisbyrd lathom

Caeterum Regi dilectum fuisse, non commemorata modo ab auctore nostro, praestita illi beneficia Regia demonstrant [9]); sed Historia quoque temporum illorum confirmat, quae nec sibi exhibito favore indignum, nec ingratum fuisse, docet [10]).

Romae consecratum fuisse, unanimi scriptorum consensu traditur. Sed quod RHYZELIUS addit, (nescio unde haustum?), jam ante mortem *Beronis* a Rege *Erico* gravioris cujusdam negotii peragendi caussa Romam missum, absentemque domo fuisse cum dignitas Episcopalis sibi offerretur; verbis his adversari credas Notae de *altari S. Bartholomaei* in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 243 fine) occurrenti (cfr. supra p. 345), ac *Magno* ut videtur, vivo scriptae: „Tha „han (Ep. *Biörn*) döder var, ok Biscop *Magnus foor til* „*Rom um Biscopsdömit*" etc.?

Inde rediens, tres Bullas a Cardinalibus quibusdam Romanis, eodem omnes anno (1412) in Ecclesiae Aboënsis emolumentum exaratas, domum reportasse videtur; quarum Prima, (a *Johanne*, titulo S. Petri ad vincula, dicto Ulixbonensi, Presbitero sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardi-

---

„wy hengia vort secret fore thetta breff. Datum Castro nostro „Silueborgh anno D:ni MCD sexto, in profesto beati Gregorii „Pape". Neque igitur adhuc vel *Archidiaconus*, vel *Cancellarius* Regis fuisse videtur? RHYZELIUS l. c. not. (I) dicit: Uti et förlänings bref, som än finnes uti Archivo Antiqu. nämnde Konungen honom sin Biskop och älskeliga Clerk. Mirum, si eum Rex simul *Episcopum* et *Clericum suum* vocavit? An praeter allatas, aliae tales literae existunt? Nostras, antequam Episcopalem nactus esset dignitatem, datas apparet.

[9]) Litterae quibus paroeciam *Masko* a Rege in feudum accepit, in *Reg. Eccles. Ab.* non exstant. De beneficiis *Clero et Ecclesiae Finlandensi*, se procurante exhibitis, infra agemus. Archiepiscopali tamen dignitati illum admovere, Regi non placuisse, videbimus.

[10]) Cfr. LAGERBRING l. c. IV Del. 3 C. 3 §. et 12 §. Fortassis ex eodem hoc provenit in Regem affectu, quod in dissensionibus inter Drotzetum (*Christer Nilsson*, Wase) et Marescalcum (*Carl Knutsson Bonde*) ortis, illius parti, utpote Regis juribus faventiori, sese amiciorem praestitisse reperiatur? Vid. Ib. §. 16.

nale, data), Centum dierum indulgentias illis impertit, qui eleemosynas et caritatis subsidia scholaribus pauperibus Aboënsibus essent praebituri, habetur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 67 [11]). *Altera,* a quinque Cardinalibus promulgata *quingentorum,* et *Tertia* a *quatuor* data Cardinalibus *quadringentorum* dierum Indulgentias omnibus promittunt [12]), qui devo-

[11]) Cfr. A CELSE, *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I.* p. 166, n. 14. Meminit etiam LAGERBRING l. c. C. 6, §. 12, p. 316. Verba quaedam literarum ipsarum afferre placet: „Cum „itaque, sicut accepimus, nonnulli scolares“ [tam] „Dyocesis, quam „*aliunde scolas ejusdem Dyocesis Aboënsis frequentantes et arcium* „*trivialium* exerciciis insistere cupientes, interdum expensarum „inopia non modice pregravantur, adeo ut propter victualium „*librorumque* et aliorum necessariorum carenciam cogantur, licet „inviti, de dictis inchoatis exerciciis, non minus flebiliter quam „eciam dampnabiliter sepius resilire, unde cultum divinum dimi- „nui non ambigimus, et christiane religionis fomentum tepescere „proni (?) verisimiliter formidamus, nisi eisdem scolaribus Christi „fidelium gratuitis elemosinarum suffragiis misericorditer succur- „ratur. - - - - Nos - - - - omnibus vere penitentibus et confessis, pro „hujusmodi dictorum scolarium necessariis aurum, argentum, aut „quoad victum vel amictum, seu alias quodcunque vel qualecun- „que caritativum subsidium erogantibus, dareque et erogari ab „aliis procurantibus, in eorum testamentis, vel extra legantibus „et legare persuadentibus, - - - - auctoritate sedis Apostolice qua „fungimur in hac parte Centum dies indulgenciarum de iniun- „ctis eis penitenciis, misericorditer in Domino relaxamus, pre- „sentibus *perpetuis temporibus duraturis*“ etc. Ex his literis colligas, et *plures* Scholas in Dioecesi fuisse jam institutas, (*Aboae,* et forte etiam *Wiburgi,* ubi jam tum fuisse Coenobium constat *Ordinis Praedicatorum;* an *Raumoae* adhuc Monasterium fuerit conditum, aut Schola instituta, prorsus nescimus?), et eas tanta laude floruisse, ut ex *aliis* quoque *Dioecesibus* scholares ad eas confluxerint!

[12]) Scilicet, ut verba utriusque Bullae audiunt, *singuli nostrum Cardinalium Centum dies Indulgentiarum* etc. Sed unus eorum (*Johannes,* titulo S. Petri ad vincula, dictus vulgariter Ulixbonensis, idem qui nuper laudatas pro Scholaribus Aboënsibus literas dedit), utrique Bullae suum adscripsit nomen: adeoque CC dies Indulgentiarum solus largitus est! *Centum* tantum dies utramque Bullam concedere (l. c. n. 15) scribit A CELSE, negligentius inspectis earundem exemplis. In *Registro Eccles. Ab.*

tionis liberalitatisque in Ecclesiam Cathedralem documenta (quorum multa genera recensentur) edituri essent. Ibidem reperiuntur Fol. 68 et 69.

Merita Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam (pro temporis illius judicio, religionisque tum dominantis ingenio, impense ab auctore celebrata), quae paullo confusius recensentur, nec ordine chronologico diligenter consulto, nec rerum ipsarum momento atque cognatione observata, ita percurremus, ut primo de *Sacellis, Altaribus* et *Praebendis* ad Ecclesiam Cathedralem, vel ab eo vel ejus suasu atque consilio conditis agamus; deinde Praelatorum atque Ministrorum ejusdem Ecclesiae auctum ab eo numerum, splendorem cultus Divini amplificatum, ornamenta instrumentaque Templi locupletiora comparata, etc. tangamus, atque reliqua tandem, vel sedi Episcopali vel Dioecesi suae tributa beneficia commemoremus.

Inter primi igitur illius generis opera, Auctor praecipuum assignare locum videtur fundato ab Episcopo nostro magnificeque ornato et dotato *Sacello Corporis Dominici* (vel *Corporis Christi*), Helga Licama Chor: ad quod pertinens *Altare* et *Praebendam* a. 1421 (non a. 1438, ut habet RHYZELIUS, a MESSENIO deceptus *Scond.* T. X p. 19) primum instituisse reperitur [13]), ac quadriennio post (a. 1425) so-

recte primae hujusmodi titulus praefixus est: *Indulgencie quingentorum dierum concesse per quinque Cardinales 1412;* alteri hujusmodi: *Indulgencie quadringentorum dierum concesse per quatuor Cardinales, 1412.*

[13]) Ut Literae fundationis docent, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 211) servatae: "Alle the thetta breff höra eller see, hel-„som vi *Magnus* met Gudz nadh biscop j Abo, ävinnelika met „varum Herrae. Kungörom vi met tesso vara närvarande opne „breffue, at vi haffuom j Gudz heder, fore vara foräldra siäla „och vara, skipath och stiktat *ceth Altare eller Prebendam* j „Abo Domkirkio, *j Jesu Christi helgasta likama, alla helgha „Ängla och sancte Brigitta nampn, loff och ära:* Til hvilkis al-„taris upheldhe oc Kläriesens, som Gudz tiänist ther haldha skal, „födho och berghan, haffuom wi met vara vinä och nästh ärf-„fuingia jaa, samtykkia och godvilia lagdh och skipath var gotz, „som vi äpter vara foräldra arfft haffuom oc eendels köpth: „swasom äru tw gotz j *Karlisby* j Wirmo sokn, eth gotz j *Le-*

lenniter instaurasse, confirmasse novisque praediis locupletasse [14]); quod postea quoque singulari complecti studio cura-

„*nakala* och eth gotz i *Haloss* j sama sokn; item eth gotz j „*Paltila* by i *Untamala* sokn: och thenne sama gotzen haffuom vy „unth och giffuith under for:ne altare met allom tillagom, engo „undhan tagno, som them eller nogra there rättelika tilhörer, „met boo oc booskap, som aa huario gotze är och oss tilhörer. „Til hvilkis mera vitnisbyrd och stadfestilse haffuom vi bydith „*vara bröder*, *Niclis Tavast* och *Jonis Olafson*, och vara *mogha*, „*Martin Abramsson*, *Ärengisl Henriksson*, *Gregris Andersson* och „*Henric Mörth*, at hengia thera incigle met vara incigle fore „thetta breff: hvilkit giffuit och scriffuit är areno epter Gudz byrdh „MCDXXI:o, uppa sancti Marthens dagh j Abo". Notum est, *generum (Magh)* ejus temporis more significare *affinem (Svåger)*: cfr. supra p. 376 sq., not. (4).

[14]) Ex literis solennibus, hac de re ab Episcopo nostro Latine exaratis, accuratioribus et longioribus, (quae praediis V superioribus, X alia addunt) haec duximus excerpenda: „--- „Unde de bonis nobis a Deo collatis, ad ipsius gloriam et beatissime virginis Marie *tociusque celestis curie*, ob salutem anime nostre „nostrorumque parentum, et amicorum nostrorum, de consensu Capituli nostri altare quoddam *in honorem et sub vocabulo sanctissimi corporis Christi*, *sanctorum angelorum et sancte Birgitte vidue*, in ecclesia Aboensi erigimus, instauramus et fundamus -----. Tali tamen condicione adjecta, quod quilibet „prebendatus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, tenebitur „omni ebdomada celebrare aut facere celebrari 3 missas in altari „prefato: unam videlicet feria 2 de Corpore Christi cantatam, aliam „de angelis vel de sancta Birgitta alternatis ebdomadibus, feria qua „placuerit; eciam feria 2:da pro fidelibus defunctis et specialiter „pro fundatore et ejus parentibus, et aliis ejusdem altaris benefactoribus. Celebrabit eciam aut celebrari faciet omni anno duas „cantatas exequias, pro nostra et parentum ac heredum nostrorum animabus nominatim, videlicet in crastino Corporis et in „crastino sancte Birgitte; utraque vice vespere precedente vigilias, „et in crastino missam ante predictum altare decantando. Volumus praeterea ac disponimus, quod presentacio, provisio, collacio „seu quevis alia ordinacio dicti beneficii vel altaris, post mortem „nostram, *ad loci ordinarium, de consensu Capituli*, pertineat; „ita tamen, quod *si cognati aut heredes nostri tempore vacacionis ipsius altaris, pro aliqua persona ydonea de nostra cognacione intercesserint, tali*" (tales?) „*in assequcione ipsius beneficii* „*indubitanter ceteris debeant anteferri*, proviso incunctanter, quod

que non destitit [15]). Nec alii suum imitari exemplum, atque

„nulla omnino persona ad dicti beneficii possessionem admitta„tur, nisi que per se dicto altari deserviat, continuam circa „ipsum faciens residenciam personalem; nos nichilo minus de „beneficio prelibato et omnibus ad ipsum pertinentibus secun„dum libitum nostrum ordinandi nobis, quoad vixerimus, faculta„tem liberam reservamus. - - - - Datum Abo anno D:ni MCDXXV, „Dominica infra octavas Corporis Christi“. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 208). Ex quibus literis simul intelligitur, cujus generis *Jus* illud esset *Patronatus*, quod sibi suisque haeredibus Episcopum reservasse, Auctor noster prodit. Ac ne haeredes sui bona quae ad Parentes suos pertinuerant (licet justam suae haereditatis portionem non excedentia, quaedam etiam permutatione facta, aut soluta partim cohaeredibus suis partim possessorum pristinorum haeredibus, pecunia, ab eo acquisita) jure cognationis sibi olim vindicarent, utque simul affectus et beneficentiae in suos (ab Auctore etiam nostro celebratae) documentum ederet luculentum, fratribus ac sororibus, eorumque liberis, denuo pecuniam et praedia liberaliter contulit, bona a se ecclesiae data valore superantia. Quarum omnium rerum testes locupletes, exstant literae suae plures, mox commemorandae.

[16]) Inprimis a. 1439 novis illud praediis ditavit. Cui rei fidem faciunt literae suae duplicis exempli, hoc anno, eodem die dati: in quorum uno praedia haereditaria enumerat dicto altari a se donata, omni cohaeredum suorum jure prius plene abundeque compensato; in altero praedia commemorat a se acquisita, eidemque altari concessa. Ex utroque exemplo quaedam excerpemus. In priori igitur haec, inter alia, leguntur: „ - - - tha skal „thet viterlikt vara, at uppa thet at thenne siälagiffth ey skulu „hindrass aff varum arffuingiom, haffwm“ [wi] „hulpith och giffuit „*varum syzkiom och thera barnom* j fasta godze eller lösom pen„ningom til fast godz at lösa, som här epter scriffuit staar: „fförst *varum broderson Olaff Niclisson* fyrae hundradhe marc til „at viderläggia sinom samärffuingiom fore Porkala godz: - - - - -; „item *Elinae Niclisdotter* C Nobla - - -; item *Lucie Niclisdotter* „CC mark; item *henne dotter Metta* L mark; item *Katerina Ni„clisdotter* CC mark til fastha godz at köpä; Item *varum brodher „Jönis Olafsson* gaffwm“ [wi] „eet godz j Väsilä j Halico sokn - - - -; „item eeth godz aff Qwidiä j Parghasa sokn gaffwm vi honom „oc *hanss hustru Marta* hälffthena hvariom thera, hwilkit godz „wi köptom aff Päder van Linden oc hans hustru fore CCCC „marc och halff stykke ypersth; item *varum systerson Mattis „Martinsson* gaffwm wi - - - -; Item *Ingeborg Hakonsdotter* eeth

„godz j Väntiälä j Lundh sokn - - - -; item *Margitte Twasdot-* „*ter* eeth godz j Wemo sokn - - - -; item *vara syster Birgitte* „bonde“ (h. e. *marito*) „C marc, som *Arengisle*“ (idem suus *maritus?*) „lagde j fasta godze; item *vara syster Margitte* C marc, „som henne bonde *Buk* skulle läggia j fasta godze; item henne „son *Olaff Bok* godz for CC mark i Nappaa, - - -; item *vara* „*syster Katerine* CC marc, som wi gaffwom met henne *Henric* „*Mörth* oc *Olaff Sylta*“ (secundo sc. et tertio suo marito); „item „*vara syster Cristin* eeth godz j Häslaberg j Pemara sokn, som „vi fore gaffwom CCC marc Nisse Skyttä j Pemara. Thenne „ford:e godz oc peningar haffwom vi afflath aff kirkionne ingeld „oc wnth varum syzkiom oc thera barnom, mädhan wi fasta „arffda godz lagth haffuom til gudz tiänisth for vara och aldra „wara föräldra siäla, - - - - - - Till alla tessa for:ne stycke mere „visso oc vitnisbyrdh hengiom vi vorth secret fore thetta breff, „hvilkit scriffuit är areno epter gudz byrd MCDXXX på thet „niende, in octava beati Augustini Episcopi et Confessoris.“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 209). Ex altero exemplo haec adponenda duximus: „Viterlikit vari allom - - - at wi *Magnus* — haffwom unth „och giffuit - - - wnder helge likame altare - - - item eeth godz „som vi köptom aff *varum moogh Jonis Gudvastason,* radmaan „j Abo for LXXX marc, thet var thaa altztingx j ödha, vthan „hws och staffra; Item eeth godz j Ronakallo“ (Ronakallio) „som „wi skiptom met Olaff Nyagranne, och gaffuom hanom eeth „godz i Kintikala, *hvilkit vi fingom aff Wirmo Kirkio for en* „*book som heter Legendarium;* - - - - Item j Pike sokn j Rungaby köptom vi aff *Mester Olaff Domprouasten* och hans syst- „rom Elin och Birgitta IX stenger kringom allan byn fore CC „marc. - - - - Item j Lwnda sokn eeth godtz som heter Nolima, „thet köptom vi alztingis ödha, utan hws och staffra aff Lunda „Kirkio, oc gaffuom ther fore XXX marc j lödokth silff, som „genstan ladhes j eeth rökelsekar; Item j Pöwthii sokn Gripala „och Kulhu torp ther til, som vi bodhe köptom alztingis ödhe „fore II mark och XXX redhe peningar, och ängia ther til fore „XVI marc“ - - - etc. (Ib. Fol. 210.) Praedium vero paternum *Alasjoki* singulari conditione eidem altari concessit, ut ex sequentibus suis discere licet literis. „For allom them thetta breff „höra eller see kennomps vi *Magnus* met Gudz nadh Biscop j „Abo, ok kungörum med thesso wara närvarande opno breffue, „ath Alasjoki gaard met allom thes tillaghom, som vi fingom „met skipte aff varom brodher Jönis Olafson, Gud hans siäll „nadhe, ok gaffuom j Gudz heder for waara siäll ok vara for- „eldra wnder Helgalikame altari j Abo Domkirkio, Then haffuom „vi, met waara Capituli samtykkio och raadhe, wnt *warom bre-* 1

„*der Lasse Olafson*, och hans brystarffuom at besätia j swa „motto, at han eller hans arffua *skulu göra Helgalicame altare* „*hvart aar* redelica *eeth pund wax swa länghe wi liffuom, ok* „*epter vaara dagha skall han eller hans ärffuingia, som pa gaar-* „*dhen sitia, göra tw pund vax altarino, ok prebendato* som thet „altaret haffuer skall han vara lydogher oc hörnger, ok göra „honum *årligha ena tunno ööll, met kost ok fodher, som ther* „*tiil böör, fore gingerdh*. Ok swa lenge for:de Larens Olafson „eller hans arffua thetta forscriffna göra, scall inghen haffua „makt honom eller hans ärffuingia aff for:da Alasjoki vtuisa el- „ler affsätia, vtan han sigh swa högelica forbruti moth the helge „kirkio eller Prebendato, som Gud förbiude, ath han owerdoger „vaare kirkionne godz besitia, ok thet skall biskopen tha ok „hans Capitulum rantzsaka och overnäghia. - - - - - - Datum „Abo anno D:ni MCDXXXIX in octava visitacionis beate vir- „ginis gloriose etc.“ (Ib. Fol. 219). Sed etiam postea, quoad vixit, idem altare novis augere donis, Episcopum nostrum haud destitissse, plures suae in laudato saepe *Reg. Eccles. Aboën-sis* reperiundae docent literae: sic a. 1441 eidem donavit praedium *Paimala* paroeciae Rendämäkiensis, sua pecunia emtum (Ib. Fol. 212); a. 1442 praedium *Heickilä* paroeciae Wirmo, quod ab Ecclesia Cathedrali emit (Ib. Fol. 221): ut plura taceamus, quae sua liberalitate eidem altari cessisse indidem discimus (cfr. Fol. 223 sq., 233 sq. etc.) Ex quibus omnibus simul patet, quam merito auctor noster *beneficia* et liberalitatem Episcopi in cognatos suos *(parentelam*, supra p. 374) laudet. Patrem suum fuisse virum locupletem et praedia plura acquisivisse, eaedem literae indicant (ac ante annum 1402 jam obiisse, vid. *Reg. Ab.* Fol. 221), qui *Olaff Tavist* vel *Tavast* ubique vocatur (Ib. et Fol. 223), idemque cognomen filio suo natu maximo *Nicolao* (Olai, *Tavast*, et huius filio *Olao* Nicolai *Tavast*, cujus fratrem fuisse conjicimus Canonicum *Johannem, Jönis, Tavast*, de quo infra) adhaesisse reperimus, quod caeteri filii usurpasse non videntur: cfr. supra p. 381 sq., not. 13, et literas *Götigii Finke* dat. a. 1447 die Dionysii, *Reg. Ab.* Fol. 132; unde simul colligere fortassis licet, *Laurentium Tavest* supra commemoratum (p. 376, not. 4), a fratre Episcopi nuper nominato *(Lasse Olaffsson)* diversum, ac hujus forte Patruum fuisse? Addimus tandem, antequam ab hoc de cognatione Episcopi nostri argumento discedimus, sequentium excerpta literarum: „For al- „lom - - - kennis jach *Henrich Mort, borgare j Abo*, upenbarliga „met thessa myno opno breffue, mik forstandit aff marghom godom „mannom, ok enkanneliga aff *mynne* elskelighe *hustru, Katerin* „*Olaffsdotter*, at Jonis Gudvastesson, borgare j Abo, *som henne*

liberalibus idem hoc altare donis locupletare, neglexerunt [16]);

„*forbonde var* saalde lagliga ----. Hvilkit scriffuit är areno „epter gudz byrdh MCDXXV, odhensdaghen näst epter helghe „torsdagh“. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 222, fin. Item: „Fore allom „them --- kennis jak *Olaff Siltha, borgare j Abo,* etc. --- som „scriffuit är areno epter guds byrd MCDXLI, dominica quasimo- „dogeniti.“ Ib. Fol. 215. Alio loco commemoratur „hederlica „quinna *Katerina Olaffsdotter -- Olaff Syllis aterleffue*“, a. 1455, Ib. Fol. 216.

[16]) Sic a. 1423 donavit *Martinus Abrahami*, Armiger, cum uxore sua *Ragnilda Olai*, terram suam in Rungo altari Corporis Christi (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 230): qui si parentes erant Legiferi, de quo infra, Matthiae Martini, (*Mattis Martensson*), a. 1439 e vivis jam excesserant; vid. Litt. Episcopi nostri eodem anno datas nuperque exhibitas, not. 15; quin si illa mater erat Episcopi *Olai*, de quo infra, mortuam fuisse anno jam 1433 oportet, ut ex literis hujus eo anno datis, colligere licet (*Reg. Ab.* Fol. 230). A. 1429 *Ingeburgis*, vidua Hennechini (*Hinza*) *Levelax* et (filius suus?) *Laurentius* Hennechini (*Larens Hintzason*) Curatus Ecclesiae Pikis (*Kirkioprester j Pike*) eidem altari terram suam in Korkyala, paroeciae Pemar, dederunt (Ib. Fol. 232). A. 1441 *Henricus Skytte* (Skitthe) Praebendatus ejusdem altaris emit eidemque donavit praedium Petäsmäki vel Sylttilä paroeciae Pöytis (Ib. 215). A. 1448 *Petrus Olai* Curatus Eccles. Naga (Kirkioprest j Naw), praedium suum *Ymmala* paroeciae Masku eidem donavit, quod se emisse testatur a *fratre suo Matthia Olai, Archipraeposito Upsaliensi;* eamque donationem fratres sui *Henricus Olai* et *Jacobus Olai* (Jap Olafsson) ratihabuerunt (Ib. Fol. 217 fin.). A. 1459 *Arvidus Nicolai* Eques, eidem altari praedium suum *Pärkiö* paroeciae Wemo, testamento reliquit, quod hic apponendum duximus: „In nomine patris et filii et spiritus „sancti amen. Gör jak *Arvid Clausson* mith testament aff opta „förre betänkte välberodhne modhe; en tha thet jak är kranker „til min likama, tha är jak helbrogder tiil min själl ok synne. „Giffuer jach Gudj, Jomffru Maria ok sancta Anna ok alt hy- „merikx herskap mith liff ok myna siäll. Giffuer jak eeth gotz „tiill helga licame altare jn Abo Domkirkio, som heter Pärkö, j „Wemo sokn, ok om Andris Balk“ (a quo scil. illud a. 1400 emerat noster) „vil thet lösa inslächtis jgen for C marc ok fiin, „ok swa mykit mera som godzet är bätrad sidhan jak thet köpte“, (deest aliquid?) „ffor myna foräldra siäll, mynä ok myne kära „hustru *Ingebord* Herr *Arwid Benktzs.* dotter, ok for alla cristna „siäla, j swa motto, at the skulu bidia for ooss allom fordom

cui et ecclesiastica et civilia beneficia comparare studuit [17]),

---

„tiil äverdelica thima. Tiil ytermera visso bider jak värde herre „fader met Gudz nadh Biskop *Olaff* j Abo, Mesther Koort, (Bit-„ze) Domprouast ther sama stadz, *Benkt Lydikkesson, Peder Be-„nedicti, Hartvik Jopson, Peder Karpalaynen, Hannus Lyndänär,* „ath hengia theris Incigle met myna for thetta breff. Datum „Kyrw anno D:ni MCDLIX Dominica Letare". Ib. Fol. 191 et 225 sq. Ut plura taceamus. Ac tum ex literis, de hujus altaris praediis agentibus, tum ex recensu eorum tempore Reformationis ecclesiae nostrae facto (infra describendo) elucet, non contemnendis illud opibus auctum sensim fuisse.

[17]) Comparasse huic altari atque Capellae reperitur *Indulgentias* uberrimas: quas exhibentium literarum (cum D:no A CELSE incognitas fuisse videamus) excerpta dabimus: „Universis Christi „fidelibus presentes litteras inspecturis *Alexander,* miseracione „Divina titulo S:ti Laurencii in Damasco sacrosancte Romane „ecclesie presbiter Cardinalis Aquilegiensis nuncupatus, sacro-„sancte generalis Basiliensis Synodi, universalem ecclesiam repre-„sentantis, et Apostolice sedis per Germanicam nacionem legatus „de latere specialiter deputatus, ac Mazovie Dux etc. salutem in „Domino sempiternam. - - - Cupientes igitur ut capella sanctissimi „corporis Christi in ecclesia Cathedrali Aboensi noviter constructa „congruis honoribus frequentetur, et ut *diuinus cultus, qui in dicta „capella omnibus quintis singularum septimanarum feriis* in et ad „honorem ipsius sacratissimi corporis Christi magna populi cum „deuocione *peragitur,* augmentetur et amplius decoretur, - - - - - - „omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dicti sacratissimi „corporis Jesu Christi, nec non dedicacionis ac *sanctorum Apo-„stolorum et Birgitte, patronorum dicte capelle,* festivitatum cele-„britatibus, illis quoque conuentis, quibus diuinus cultus inibi ut „premittitur peragitur, feriis Capellam et inibi divinum cultum „proxime dictos deuote visitaverint, ac pro ornamentorum eccle-„siasticorum ipsius capelle restauracione et conseruacione, ac „eiusdem capelle fabrica seu diuini cultus inibi augmento manus „adjutrices, ut prefertur, porrexerint, *quociens id fecerint, quinque „annos Indulgenciarum et totidem quadragenas de iniunctis eis „penitenciis* - - - relaxamus Datum Rincfeldia Dyocesis Basilien-„sis, a:o D:ni MCDXL tertio, die vero XI mensis Aprilis, Ponti-„ficatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, D:ni *Fe-„licis* Pape quinti anno tercio etc." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 236. De hoc Cardinali cfr. CIACCONIUS T. II p. 939, ubi vocatur *Alexander Zamoviti Polonus, Moscoviorum ducis filius, et presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso.* Praeterea a R.

quodque ornamentis varii generis magnifice decorasse, nec *Praebendam* modo honorifice dotasse, sed *domum* etiam *lapideam pro residentia Praelati* [lege sine omni dubio *Praebendati*] *constitui fecisse,* auctor noster testatur [18]), amplissi-

---

Christophoro libertatem a tributo Regio (Frälse-frihet) praedio, ad altare Corporis Christi pertinente, *Pethäsmäki* (paroeciae Reso, de quo nuper) impetravit, literis *dat. in Castro Stokholm ipso die b. Calixti Pape, a:o D:ni MCDXLI* (Ib. Fol. 215 fin.); nec non a R. *Carolo* literas protectorias amplissimas, quibus dictam Praebendam, cum omnibus suis praediis ac bonis, et ipsum praebendatum, cum omnibus suis hominibus, servis colonisque, Regia sua tutela munivit, dat. in *Castro Stokholmensi*, feria sexta infra octavas visitacionis Marie virginis, a:o D:ni MCDXLIX (ib. Fol. 236): in quibus literis dicitur *sex quotidianas missas* in dicta Capella Episcopum instituisse; unde uberior lux Auctoris nostri verbis affulget (vid. supra p. 369).

[18]) Scil. *Monstrantia valde* pretiosa, indumentis altaris pretiosis, reliquiariis et clenodiis quam plurimis ornavit. Hanc *Monstrantiam* (quae cum aliis Ecclesiae nostrae Cathedralis divitiis veteribus dudum periit) Altari *summo* aut praecipuo, Höga Altaret, *(parrochiale* illud puto intelligens? cfr. supra p. 300, not. 17) Episcopum consecrasse, Venetiisque secum adduxisse, SPEGELIUS innuere videtur; in quo missam illam cani quotidianam jussisse, et ad quod pertinuisse *Praebendatum* a nostro dotatum, falso itidem asserit. An ex oscitanter inspectis verbis Auctoris, *summitate altaris* (scil. *Corporis Christi*), ad altare *primum* Templi traxit omnia quae *de condito a Magno ipso novo altari* noster narravit? Admodum namque negligenter SPEGELII illud opus consarcinatum esse, apparet. Non minus temere RHYZELIUS, Auctoris nostri testimonio neglecto, aut valde festinanter inspecto, ad altare et Praebendam *Animarum* traxit, quod JUUSTENUS apertissime de altari et Praebenda *Corporis Christi* narrat. Dicit enim: Til alla dessa lade Biskopen, för sin räkning och på sin Bekostnad (quod de Praebenda *Animarum* falso omnino asseritur, ut videbimus), utan och en dagelig messa wid Altaret, (sc. Animarum), åt hwilkens (altaris, non missae?) messepräst han både gaf tillräckeliget underhåll, (nihil hujus altaris praebendato Episcopum dedisse, reperimus!) och byggde (*illi* sc.) Stenhus til at bo uti (neque hujus asserti ullum inveni fundamentum). Caeterum suspicor, loco verborum *praelati constitui*, (p. 369) apud Auctorem nostrum legi debere *Praebendati construi;* quod non modo res ipsa suadet, cum *Praebendato* altaris ab

ique verbis hoc Praesulis studium extollit. Sed multis eterea aliis Sacellis, Altaribus atque Praebendis, eodem ente Episcopo, nec sine suo consilio opeve, Ecclesiam oënsem fuisse auctam ditatamque, docet. Sic *ad ejus suasionem* (consilio tamen, tempore jam *Beronis* Episcopi ue annuente, capto) *Dn. Johannem Anundi, suum Archi-conum, b. Johannis (Baptistae et Euangelistae) fundasse illum* (ac Altare et Praebendam) *satisque dotasse compe-er* dicit; quod monumenta vetera abunde confirmant [19]).

---

scopo conditi, *Praelati* nomen dignitasque tribui commode neat, sed *Fragmenti* quoque *Palmsköldiani* confirmat auctori-ubi legitur: „Hic (Episc. *Magnus*) domum lapideam episco-lem, et aliam pro residentia *Prebendati* Corporis Christi *con-ui* fecit". Exempla autem Chronici Juusteniani quotquot vidi, loco corrupta sunt.

[19]) Annus fundationis in ipsis literis non exprimitur, quas *Registro Eccles. Aboënsis* descriptas, subjungimus: „Universis singulis presentes litteras inspecturis *Johannes Anundi, Archi-conus Aboensis*, salutem in Domino sempiternam. Quia ex stimonio veritatis unusquisque mortalium villicus Dei fore di-scitur in hoc mundo, quem de villicacione sua necesse erit idem reddere racionem: idcirco ego Johannes Anundi prefa-i tempus id districtum cupiens prevenire, de bonis michi a o collatis *Altare* quoddam ad honorem ipsius Dei et beatis-ae virginis Marie, nec non sanctorum *Johannis baptiste* et *iannis euangeliste*, ob salutem anime mee et aliorum amico-n meorum, *de consensu venerabilis patris Domini Beronis, bone morie quondam Episcopi Aboensis*, in eadem ecclesia Aboensi i, institui et fundavi, ipsumque altare fundatum de consensu redum meorum subscripto meo nomine dato" (doto?) „inprimis" ultimis quinque verbis ulcus latere, facile patet!) „itaque ad pliacionem cultus Divini et sustentacionem ministrorum ipsius o, deputo et dispono altari prefato predium meum *Rackamala*" kamala) „parrochia Wemo; item in parrochia Masko predium *la*" (Juffva s. Juva) „et duo predia in *Sopola;* item in parro-a Rusko predium *Hydenvainio* et predium meum in villa *rtiällä;* item in parrochia Pemare unum predium dictum *Hesle-yk*, aliud dictum *Mayankalma,* tercium predium meum in *rianvari;* item in parrochia *Wesilax* duo predia, unum vide-et in villa *Laucko* et aliud in *Totkyrajärvi*" [*Totkijärvi*, prae-postea gentis *Kurckianae*]: „item unam curiam in Abo sitam

Quod autem de fundata, *ad Episcopi nostri consilium, b. Georgii Praebenda,* Auctor tradit, majores habet difficulta-

---

„ex opposito fundi S:ti Siffridi in angulo, et ortum oleris ultra „ampnem cum granario ibidem; item pratum unum in *Terirantu* „de XX plaustris feni etc. [et] que predia omnia. et singula sci- „licet supradicta cum quibuscunque attinenciis suis hodie a me „et ab heredibus meis alienando abdico per presentes, dictoque „altari ac eius prouisori cum omni iure perpetuo possidenda „approprio et appono, tali condicione adiecta: quod quilibet pre- „bendatus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, debebit omni „ebdomada celebrare aut facere celebrari tres missas in altari „prefato, quarum una sit pro fidelibus defunctis et specialiter „pro fundatore et aliis benefactoribus eiusdem altaris, preteritis, „presentibus et futuris, et alie sicut placet: tenebitur insuper „omni anno celebrare aut facere celebrari duas cantatas exequias „pro me et parentibus meis ac heredibus nominatim, semel vide- „licet in vere in crastino s:ti Johannis ante portam latinam, et „semel in autumpno in crastino decollacionis s:ti Johannis ba- „ptiste, utraque vice vespere precedente vigilias cantatas habendo „ante altare predictum, et in crastino quatuor missas pro defun- „ctis, quarum unam ante idem altare cantabit, alias autem lectas „ubi locus vacaverit, faciet celebrari. Volo preterea et dispono, „quod presentacio, provisio, collacio seu quevis alia ordinacio „dicti beneficii post mortem meam ad nullum alium quam ad „ordinarium loci debeat pertinere, eo quod predia illa sunt pro „maxima parte intuitu ecclesie acquisita: quare ab heredibus „meis omne ius patronatus, si quod in dicto beneficio videntur „habere, aufero per presentes, et Episcopo Aboensi qui pro tem- „pore fuerit, pleno iure committo, reservata tamen michi quoad „vixero, libera facultate de beneficio prelibato et omnibus rebus „ad ipsum pertinentibus secundum meum libitum ordinandi et in „fine vite mee unicam tantum personam que ipsum beneficium „possideat, presentandi. In cuius rei etc.“ *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 207). Huic fundatoris consilio Episcopum sua subvenire auctoritate haud detrectasse, sequentes ejus docent literae appro- batoriae, annum fundationis simul indicantes: „Nos *Magnus* Dei „gracia Episcopus Aboensis, tenore presencium publice protesta- „mur, quod ex quo honorabilis vir *D:nus Johannes Apundi,* Archi- „diaconus nostre ecclesie Aboensis, *de licencia* Reverendi in „Christo patris D:ni *Beronis,* pie et felicis memorie, predecesso- „ris nostri, altare quoddam ad honorem Dei nec non sanctorum „Johannis baptiste et Johannis euangeliste in dicta nostra ecclesia

nam neque hujus instituti hoc tempore facti ulla super-
t vestigia, neque dissimulare possumus, Altaris hujus

oensi pro salute anime sue fecit, instituit et fundavit, ipsumque tre fundatum quibusdam prediis, de consensu suorum heredum, n aliquibus condicionibus adiectis certo modo ditavit, prout nia ista in littera fundacionis evidencius exprimuntur: Idcirco ı attendentes pia vota dicti D:ni Archidiaconi, que ex deuota incione procedant, eandem fundacionem illius cum suis condinibus, tanquam iustas ac racionabiles, in nomine Domini robamus, ratificamus atque auctoritate ordinaria confirmamus, ernentes eas perpetuis temporibus in suo robore permanas. In cujus approbacionis, ratificacionis et confirmacionis denciam pleniorem, ad instancias dicti D:ni Archidiaconi, imus hanc paginam fieri sigilli nostri appensione munitam. tum Abo anno Domini Millesimo quadringentesimo sedecimo, minica prima in quadragesima, etc." Ibid. De fundatore ipso , *Archidiaconos* Ecclesiae Aboënsis, qui hac aetate vixerunt, asuri, quaedam addemus. Virum fuisse opulentum, praeum huic instituto concessorum numerus ostendit; ad quam alitatem postea novam Ecclesiae Aboënsi, mensa quoque idiaconi dotanda exhibuisse, videbimus. Caeterum praeben-*S. Johannis* aliorum praeterea expertam fuisse sive munifiiam sive pietatem reperimus. Sic a. 1439 praedium *Ragna*-ıv (Raunistula?) „paroeciae Rendämäki, et ante a. 1467 praeı *Nummespä* paroeciae Wirmo ei accessisse, ex monumentis stis discimus, quorum unum subjungere placet: „For allom m thetta breff höra eller see kennes ok kungör jak Mattis dersson aff Arelax, ath epter thy Nummespä godz liggiende Virmo sokn, war min fader Anders aff Arelax, Gud hans l nadhe, fraagangith antigie for pant eller köpjordh, ok dh under sancti Johannis altare j Abo Domkirkie; thy clanh jak therom nu for IIII aar, ok haffdhe fullelige j akth aterclanda for:de godzet undan Abo Domkirkio: *Togh fore ra syelfara skuldh,* epter myna vena radh, ja ok samtyckie, t myn godwilie ok beradhne modhe, vplot jak ok soldhe for godz, met alla thes godzens tillagher, Abo Domkirkio til nnelige ägo, j wärdogx faders j Gud Biskop *Kortz,* biskop Abo„ *Mester Magnus Domprost, Mester Aruidh Erchediegn, rtik Jopson Lagmans j Norfinne,* Dan. offkalle" (Daniel off e?) „ok flere godha manna närvaru, for LX mark peninga; lka peningxsumma kennis jak mik fulkompnelige haffua upit til godho aatnöghie. Thy affhänder jak mynom met ärff-

(parcius caeterum plerisque aliis dotati) multo antiquiorem occurrere memoriam [20]). An igitur error hic Auctori obre-

„wom thet for:de godzeth, ok tilegner thet for:de Abo Domkir-„kio til ävinnelige ägo. Skedde thet ok swa, som Gud forbiwde, „ath mine metarffingie, ärffuingie eller ok nogor fremande clan-„dade for:de godzeth vndan for:de Domkirkie; tha bepliktar jak „mig ok myna ärffuingie at viderleggie Abo Domkirkie saa goth „gotz ok pa swa godh belegeleghet, innan siex wikur ther epter, „pa min godh troo ok sannindh. Til mere visso ok högre för-„warningh bidher jak ärliga ok welborne meen *Hartik Japson* „Lagman j Norfinne lagsagu, ok *Peder Karpalan Häredzhöff-„dingie i Masko häradh*, ath hengie theris incigle nidhan fore „thetta breff met myth egith, som giffuit är j Abo, epter Gudz „byrdh Tusande fyrahundrade sextie pa thet siunde aaret, pa „tolfte dag j Decembri manadhe.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 95.

[20]) Supra (p. 236 not. 41) vidimus *Henricum Tempil* Testamento suo anno jam 1355 bona sua in *Linitha altari b. Gregorii* legasse: quo loco *Gregorii* (cui consecratum nullum in Templo Aboënsi exstitisse altare reperimus) vitiose pro *Georgii* in textum irrepsisse nobis videri, significavimus. Episcopi nostri tempore *Heluich Stoltefoth, Curatus Ecelesiae Töfsala,* hoc altare praedio locupletasse reperimus, ut ex sequentibus suis patet literis: „For allom them thetta breff höre eller see, kennis jach „*Heluich Stoltefoth, Kirkiprester j Töffuesala,* oppenbarliga met „tessa myno opne breffue, at jach met godan vilia och foretanka, „epter mina wena jaa ok samtickio, haffuer unt, giffvit oc met „allom räth uplatit, j Gudz heder oc sancte Yrians“ (deesse aliquid videtur?) „altari j Domkirkione j Abo, alt myt godz j „*Ravas* upa Hyrvinsalo j Vorfru sokn liggiandis, met allom til-„laghom j voto, j thorro, närby och fiärre, engo vndan taghno „som thy godzeno aff aller tillighat haffuer, j swa motto och met „tessom forskälum, at clärikin som altarit hauer, then ena epter „then andra, skal holda twem synnom j huarjo aare, for myna „foräldra siäl ok myna begengilse, vm vorine näste syknedag „epter sancte Yrians dagh, om hösten näste monedaghen epter „sancte Michils dagh, fyra messor j huart synneth, oc siwnga „vigilias om aptonen tilforenne fore for:de sancti Yrians altari. „Thy affhender jak“ [mik] „thet for:de godzit, mik och mynom „arffuom, och tilegnar thet met allom räth sancti Yrians altari „til ävinneligha ägha: oc vil jak sköta thet for:ne godz undi „forsagda altarit, thet förste jak kan epter landzlaghen a häreds-„tinge. Tiil huilkins mera vissa beder jac myne vener, sva som „är *Hartika Dyker* oc *Fredrik Fryske Arnikasson*, syna incigle

„hengia met myne fore thetta breff etc." *(Registr. Eccles. Ab.* Fol. 205.) Annus et dies scriptarum deficit; sed colligi possunt ex literis quibus hoc institutum *Magnus* Episcopus approbavit atque confirmavit, quarum initium ac finem adponemus: „Nos „*Magnus* Dei gracia Episcopus Aboensis tenore presencium pu- „blice protestamur, quod et quomodo honorabilis vir *D:nus Hel- „uicus Stoltefoth,* curatus in Töffuesala et *Prebendatus altari „sancti Georgii quod est in nostra ecclesia Aboensi,* cogitans de „salute anime sue et animarum parentum suorum, dedit, legavit „ac perpetue donacionis tytulo appropriavit predicto altari sancti „Georgii predium suum Ravas - - - - - - - -. In cuius acceptacionis, „approbacionis, ratificacionis et confirmacionis evidenciam ple- „niorem, sigillorum nostrorum munimine presentes nostras litte- „ras fecimus roborari. Datum apud ecclesiam nostram cathe- „dralem *anno D:ni MCDXVI in capite Jejunii."* (Ibid.) Aperte hae literae docent, altare *et praebendam S. Georgii* ante illud tempus jam exstitisse. Cumque sequentes literae ostendant, Dn. *Heluicum*, (qui non diu post factam a se superiorem donatio- nem vixit), liberalitatem suam in praedictum altare, cui prae- fuit, porro etiam cumulasse, eas quoque adjicimus: „Ffor al- „lom thom thetta breff höre eller see kennes iak *Fredric Fre- „seca* met myno nervarande opno breffue, mik haffua stadfäst „oc fulbordat, med godom wilia ok beradne modhe, *aff myns „broders Jacobs ok myne vegna,* alt *thet testament, som var fa- „der sytzlinge Herre Heluik, fordom kirkeprester j Töffuesalo,* „Gud hanss siel nadhe, *giorde ok inciglade um löst ok fast,* „enkannelige vm en tridiungh j Ravass godz upa Hyrvisalo, „som han gaff vnder sancta Yriens altare j swa mattho, at then „som godzet j vário haffuer skal aarlige giffue altareno fyra „svenska mark päninge, ok ena bood offuer aana, som han gaff „samo altare, Item *eth godz j Aninghess som han gaff under „sancte Pedhers altare,* ok ena tompt *j nya Stadhen* under sama „altare, Item thet godzet j *Wentiala,* som han for marghom „arom gaff ok uplat Domkirkionne j Abo", (cfr Literae suae datae a. 1418, *Reg. Ab.* Fol. 124), „wil iak sköta under sama „Domkirkio, swa som han mik sielffuer befalte. All thenne „forscreffne stykke loffuar iak a myns broders *Jacobs* ok myne „wegna fast ok stadugt holla, atan alt argt. Till huilkis mere „visso ok vitnisbyrd bidher iak beskedelighen man Larens Wat- „mal, borgare j Abo, sit incigle hengia met myno inciglo fore „thetta breff, hvilkit scriffuit är j Abo anno D:ni MCDXIX, ipso „die beate Dorothee virginis." (Ibid.) Caeterum nonnisi praedia V ad altare S. Georgii olim pertinuisse reperimus; e quibus quando et cujus liberalitate IV caetera (praeter Ravas, quod a

psit [21])? Porro *(Altare* et) *Praebendam Animarum Christi*

possessore, vel patre *Arnika* vel filio *Friderico Frisk,* deinde *Friskala* vocari coepit) ei accesserint, investigare non potuimus. Cfr. Ib. Fol. 124 et 205 sq. — [Quoniam in *Registro Eccles. Aboens.* exstat (praeter indicem Praediorum) Inventarium bonorum *Altaris S. Georgii,* illud hoc loco adjungere placet: „Primo „III paria vestium Altaris, preter unam Pellam. Item II Calices „deaurati. Item II Ampulle. Item I Missale de toto anno. Item „I diurnale de sanctis. Item I parvum Cochlear argenteum. Item „I pulvinar. Item II Breviaria: alium habet Dn. Helvicus in Pernå. „Item due Capse pro reliquiis et una capsa pro oblatis. Item „III corporalia, IIII paria vestium Misse, Item I Caslan. Item „II Tapeta. Item una ymago argentea S. Georgii. Item II Ta„bule et unum Pavimentale. Item una curia in *Kersemäki,* quam „Dn. Johannes Uddonis, bone memorie, legavit altari. Item una „curia in *Leuco,* quam Dn. *Hinzelinus*" (Hinzechinus?) „legavit. „Item una curia *Hamarke* (?) quam Arnaldus Fresykini legavit. „Item una curia in Parrochia *S. Martini,* quam *D:nus Henricus* „*Episcopus legavit.*" (Sine dubio Episcopus hujus nominis Aboënsis? de quo supra p. 291 sqq., sed de cujus hac in Altare nostrum beneficentia nulla alia superest memoria.) „Item una curia" (h. e. Domus (lapidea?) in urbe) „in civitate Aboensi. Item spacium „unius Opelle" (h. e. Tabernae Mercatoriae) „in foro situm [quod] „Gözelinus Pron legavit. Item unum pratum in Kärkis de X plau„stris feni. Item II Ciste. Item I pellis ursina."]

[21]) Ad laudes Episcopi nostri extollendas propensiorem fuisse, narrationem ejus legentibus facile patet; et quaedam ei falso adscripsisse, infra videbimus. Scilicet venerabilis meritorum suorum memoria, studiose ad posteros propagata, effecit ut instituta quorum alius auctor ignorabatur, facile ad celebratissimum hunc ecclesiae patriaeque suae referrentur benefactorem. *Fragmentum Palmsköldianum,* brevius vitam ejus percurrens, hujus conditi altaris haud meminit. Caeterum comparatis quas nuper adduximus literis, textum Auctoris nostri hoc loco non vacare mendo, existimes? *Jacobus* nempe et *Fridericus,* fratres, non ipsi *Altare S. Georgii* dotasse, sed donationem et testamentum *Heluici,* cognati sui, approbasse et exsecutioni dedisse, reperiuntur. An illi *de* paroecia *Töfsala* fuerint, nescimus; cujus *Heluicum* fuisse Curatum comperimus. *Helvici* tamen ipsius nulla hic occurrit mentio. *Jacobus Detmarus,* vel *Demarus,* suspiciosum videri nomen potest? Pater *Friderici, Arneka Fresekä* appellatus fuisse videtur (unde filius audit *Frederic, Arnica Fresekäson),* ut ille *Fredric Freseca,* et *Fredric Fryske Arnikason,* vo-

fidelium (Själa-Altaret) *Magno* nostro sedente Episcopo conditam fuisse, facile credimus; suis autem sumtibus eum hoc fecisse, non reperimus [22]), sed praedia omnia quibus illud altare haud paucis ditatum fuit, aliorum contra privatorum liberalitate illi accessisse, vetus annotatio, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* servata, docet [23]). *Praeben[illegible]n* (cum *Altari*)

---

catur. Quomodo autem ulcus, textum foedans auctoris, sanandum sit, docere hactenus nequeo.

[22]) Quare nimis liberaliter a RHYZELIO tributas ei soli totius hujus instituti laudes supra castigavimus, p. 388 not. (18).

[23]) XV vel XVIII Praedia ad hoc altare pertinentia (inter a. 1424 et 1499 ei data) recensentur (Fol. 203 sq.), quorum donatores simul nominantur; inter quos occurrunt *Nicolaus* et *Benedictus Lydechini*, *Laurentius Ingemundi* Curatus Ecclesiae Nagu et frater suus *Olaus Ingemundi*, *Armiger*, *Jarlerus Johannis*, *Armiger*, etc. (quorum litterae supersunt ibid. Fol 111, 201, 202): sed Episcopi nomen inter eos non comparet. Unum adponemus literarum altari huic beneficarum exemplum: „Jak *Järl* „*Jönsson aff wapen*, bekennis met thetta myt opet breff, mik „haffua vnt, giffuit oc vplatit, vndan mik och myne ärvingia, „vnder *siäle altaret* j Abo eth myt godz, heytandis Kyvikilä" (Kivikylä), „ligiandis j Wirmo sokn, swa migit som jac ther „äghande är oc ärfft hawer offuer alt beskipt" (byskiptet?), „som „är two tredhiunge j aker och ängh, skogh, vatn och allahanda „utmark, fore myna foräldra, myne och alla crisne siäla, *och* „*besynnerlige fore Harald Oleffssons siäl, ther jach, ty värre,* „*j skada fore komen är, och til dödho slogh,* hvilkit mik gud „forlothe, och jac j swa motta, som forscriffuit stoor, foorenedh (?) „met for:de Haraldz ärvingia och motsäyande, swa at for:de „myt godz Kyvikila scal herepter äverdeliga bliffua vnder for:de „siäle altaret oc tess prebendato. Tiil hvilkens breff ytermera „forwarningh, beder jach werduge ffader j gudh, Herre Biscop „*Kort* j Abo, om hans nadz secrete, och ärlig och velbördigh „man *Knut Pose*, om hans incigle, at hengia nedhan fore thetta „breff medh myt eighit, som scriffuit är j Wonöö feria 2:da „Dominice Reminiscere, anno D:ni Millesimo quadringentesimo „octuagesimo quarto etc". (Ib. Fol. 202). *Indulgentias* praeterea sexcentorum dierum *huic altari* (similes iis quas *altari Clericorum* concessas fuisse infra docebimus, eodemque die et iisdem) *a sex Cardinalibus* a. 1445, Episcopo nostro procurante contigisse, *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 202) testatur; quo loco vetus annotatio addit: „Indulgencie super 2:da feria, primo Papales

Sanctorum *Petri et Pauli* ab *Hinzechino Knaap,* Consule Aboënsi, *ad exhortationem* Episcopi nostri fuisse *erectam,* fidem facile invenit; et supersunt litterae illius instituti memoriam conservantes [24]). De *Altari S. Annae* et *S. An-*

quinque anni et [illegible]que karene, item undecim Cardinalium decem et centum dies, item septem Episcoporum Regni Svecie ducenti ac octuaginta dies". (Quarum tamen literae ipsae desiderantur). Adeo ut nec temporalibus nec spiritualibus caruisse opibus appareat.

[24]) Antiquissimas quae supersunt, sequentes habemus: „Thet „skal allom viterligit vara, som thetta breff höra eller see, thet „jach *Hinza Knapp, Borghare j Abo,* kännis mik j minne väl„macht, helbrygdho ok väl thiil räka (?) tiil min skäll, met sam„tykkio minne hustru oc fulbordh mina wina oc ärffuingia, haf„fua giffuit min gambla gaardh j *Amynghos*" *(Aningais)* „som „liggher offuer största akren, äpther mynne modhers radhe ok „bön, som hon mik badh för hon doo, ok mith godz thertiil, „*sancte Peders Altare* här j Abo Domkirkio, swa som är allan „min deell j akrenum, ther jak otthe j badhum gaardhom j Läm„peleyne, ok twa kornthegha j them norra okrenum, som liggher „mothe Raghnastela, som thesso forscriffno godzeno for tiillhör„dhe, oc inthe mera j them akrenom. Thetta forscriffna godz „affhendher jak mik oc minom arffuom, oc tiilleghnar jak thet „forscriffna sancte Peders altare met godhom vilia ok kärligh, „met allom räth, met aker, som forscriffuit är, ok engiom, ok „met allom tillaghum, som ther met tilligia eller thet ther aff „alder tillighat haffuer, engho vndhantagno, ok tha met swa wil„kor, ath jak ok min hustru viliom thetta godzet bruka ok radha „j warom liffsthima, ok Klärkenom som thetta altareth officerar, „ther aff göra thet som mögheligit är; ok äpter van södh ägho „forscriffne sancti Peders altare ok thes formyndhare till äver„deligho ägho, *ok ää them clärkä offorsvmmadhom the sama „altarinæ thiäna, officera ok raadha, ther*" [*Jus?*] *Patronus kal„las*" (kallar?) „*ok aff minne släkt föddher.* Thiill thes huilkes „breffs högre stadfestilse ok visso, bider jak *mina nästa ärff„uingia, swa som är Herre Heluik,* Kirkioherre j Thöuesala, *Hen„rik Wanberge*" (van Berge), „*Gerlagh Fredagh* ok *Henric Fanth* „ath hengia sin incigle met mino fore thetta breff, som scriffuidh „är j Abo, arum äpter gudz byrdh Tusandhe fyrahundradhe vpa „fiorthonda, om sancti Benedicti dagh (21 Mart.)". *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 174. Videri quidem possit, illud altare ante hoc tempus jam fuisse conditum (quod ejus ut jam existentis et non ut nunc demum erecti, mentio fiat); sed conditio Juris Patronatus

t cognatorum donatoris altari praeficiendorum, contra pugnare idetur? *Tabernam* quoque suam *Mercatoriam* (Satubod) huic tari, aliis literis (quatriduo post datis, *vigilia Annunciacionis,* 25 Mart.) donavit *(Ibid.* Fol. 175); nec multo post mortuum isse, Litterae haeredum suorum *Henrici van Bergen* et *Gerlaci redagh* testantur, sequenti anno scriptae, quibus partem praedii *ningais* ab illo sibi haereditate relictam („wan andell allan hen ooss baardhe ath ärffua ok ärfft hannum, j Amyngos, ridher Abo liggiandhe j vaar ffru kirkio sokn, äpther beskedeighen man *Hinza Knap, fordhom borghare j Abo, gudh hans iäll nadhe*") vendebant *Helvico,* Curato Töfsalensi (Ib. Fol. 74). Novem autem annis serius, vidua sua *Margaretha,* („*Greta. Svartha Bertilssons dotter,* Borgerska j Abo") eidem altari onavit suam tertiam partem praedii Aningais („allan then ridiunghen som jach ägher j *ywrä Amynghos,* j thy sancti Peders godzena som heter *Arola;* aff huilko godze Här *Häluik,* -- gaff for:de altare förre syna twa dheela" easdem quas eum nisse, nuper vidimus), et quaedam prata Ib. (ubi Inscriptio eris suis talis praemittitur: *Littera, --- super Amynghos et rola* etc.). De donatione D:ni *Heluici,* qua idem auxit altare, erae etiam *Friderici Frisk,* supra p. 393 sq. not. 20 exhitae, testantur. Porro anno 1454 *Benedictus Lydechini* domum stamento eidem dedit altari, ut hae suae docent litterae: „For lla the thetta breff höra eller lesa, kennis jak *Benkt Lydikson* i *vapen,* mich haffua vnth och giffuith j gudz hedher, tiil mith iäla gangn, *sancti Peders altare* j Abo Domkirkio, epther min lödh, *all min hws och bygning som jak haffuer offuer aana j Abo latith byggiä vppa sancti Peders akertegh.* ----- Abo reno epther gudz byrdh MCDLIIII, Dominica Trinitatis". *(Ib.* 75). Tandem Dn. *Henricus Bidz,* pater Episcopi *Conradi,* also hoc praedio ditavit, ut literae Filii sequentes fidem faciunt: K. *Koort,* met Gudz nadh Biscop j Abo, helsom allom them hetta vaarth breff höra eller see, äverdeligha met vaarom Herre. Och görom viterligit, ath *vaar kärе fadher Her Henric Bydz,* Riddare, Gudh hans siell nadhe, gaff met godhwilia ok berodhna modhe, met syna ärffuingia jaa och samtikkia, for sin och synä foräldra siäll och roo, alt sith godz j *Kuirilax* by, liggiande j *Pargas* sokn, *vnder sancte Pedеrs och sancte Pauals altare* j Abo Domkirkio, tiil ävinneligha ägho, met alla thesse godzeno tilläghеr, hws och tompth, aker och ängh, skoogh ok fäämark, och alt annat som thet godzet än tiilhörer eller aff alder tiilhört haffuer; *ok skall for:de altarens Prebendatus hwar fredagh sägia eller lata sägia pa for:de altare ena messo aff* wars Herra helga feem vndher, swa ath andra Collecta är Inclina,

dreae [24]), de *Sacello Divae Virginis sive Altari Clerico-*

„oc tridie är Fidelium: Thy epter var for-de faders befelningh „affhendom vij oss, vaara metärffuingie ok ärffuingie thet for-de „godzet, ok tiileghnom thet for-da altare tiil ävinnelica ägho. „Tiill mera visso ok vitnisbyrd, bidiom vij ärlighe ok velborne „män, *Hartik Jonsson*, Laghman j Norfinne lagsaghu, och *Chri-* „*stiern Frille*, Lagman j suderfinne lagsaghu, at the hengiae „theris Incigle met waart secret nidhan fore thetta breff, som „scriffuit är j Abo arum äpter Gudz byrdh Tusandhe Fyrehun- „dradhe sextie pa thet siundhe areth, Tolfthe dagh j Decembris „manadhe etc." *(Ib.)* Cum plura praedia tempore Reformationis Ecclesiae nostrae, ad hoc altare non pertinuisse, ex recensione eorum Regi *Gustavo I* exhibita (de qua infra) reperiamus: primam ejus fundationem laudato ab Auctore nostro *Mercatori Aboënsi Hinzechino Knap* deberi, elucere videtur, nec ante eum in Ecclesia Aboënsi illud exstitisse. Quod autem *Consulem Aboënsem* eum vocat, cum allatarum literarum consentire testimonio non videtur; ubi et ipse sese vocat et ab aliis vocatur tantum *Borgare j Abo?* Mentio quidem fit viri ejusdem nominis, *Hinsa Knap*, qui audit *Radman j Abo*, in aliis literis dat. a. 1378 *(Ib.* Fol. 249); sed pater nostri esse ille potuit? Anno 1395 „*Hynczekinus Knap*, *civis Aboensis*, bona sua in parrochia Thöuesalum, villa Käthersalme (l. Kätharesalme) sita, *altari beate Katherine* apud ecclesiam cathedralem donasse reperitur: literisque quibus hoc confirmavit subscripserunt *Hennekynus Kokanes* et *Petrus de Bergh*, *Proconsules* (Ib. Fol. 172 sq): utrum vero senior vel junior, ille fuerit, nescimus?

[25]) Ita vocatur in inscriptione praemissa collectioni literarum de bonis huic altari acquisitis agentium, quam exhibet *Registrum Ecclesiae Aboensis* Fol. 177: inter quas literas non modo illae comparent quibus praedium *Litois* altari *S. Annae* partim donavit, partim vendidit, a. 1438 *Matthias Olavi,* Archipraepositus Upsalensis, mox adferendis, sed etiam illae quibus *Gertrudis* (vidua Hennechini Lokanäs, civis Aboënsis) a. 1416 domum suam et pecuniam numeratam C marcarum, certis suae maritique sui memoriae stipulatis missis, dedit *altari S. Andreae;* quam donationem, cum conditionibus stipulatis, Episcopus *Magnus* (suis adjectis literis, ibidem legendis) plene confirmavit. Caeterum de altari hoc *S. Andreae* nullam reperimus aliam in vetustis nostris monumentis fieri mentionem (adeo ut hinc etiam, illud postea in societatem cum alio coivisse, appareat). Quare ipsas literas donatricis hic apponendas duximus: „Alle the dandemen thetta breff see eller höra, helsar jak *Gertrud Lokanäs*,

vreri Longh dotther, Borgarinna j Abo, kerlige met Gud. ɛ kennis thet openbarliga met tesse myne opne breffue, at h met godhan vilio och fortanka, epter myna vena jaa och samkio, haftwa" (haffuer) „wnt oc giffuit ok met allom räth opith, *j Guds heder och sancta Andresa*, fore myna siäl och ns kere bondes siäl, *Hännicka Lokanäs*, Gud hans siäl nadhe, *li sancte Andresa altari j Domkirkione j Abo ok vndi cleken som for:de altarit hauer*" (ergo et altare jam conditum, 'raebendatus ei praefectus erat?), „myn gord, som jak köpte Peder Finne, nästa *bröder clostret j Abo* och thertiil C rch redhe penninge j Priske" (Prussicis) „skillingom och j ffvilskom, *Priske skilingom fore en ortug, och Räffwilska skilgka for IIII peninga räknede*. Huilka C march jak antvar· til troen hand verdelighom Herre och andeligom ffadher cop *Magnus* och hans Capitulo j Abo, til at köpa thermet ;ot fast godz vndi for:de altarit, swa met skälum och forordı, at Cleriken som altarit hauer, then ena epter then andra, ıl i synom messom beggias vor siäl haffua i synom amynıom och i bönholdum vider nampn, sva opta han hauer sso. *Item et synne om arit, nästa syknedaghen epter sancti dresa dagh, skal han huart aar holda ena begengilse fore ıgias vore siäl och alla crisna siäla, met siwngande vigilias afftonen tiilförende, och met siwngande messo om*" [*dagen*] *er, fore for:de sancte Andres altare*. Ther mädh tho affıder jak for:de gordhen och päninga vndan mik och myna fua, och tileghnar jak them vndi sancte Andrese altare fore;da, ok vndi cläricken som altarit hauer til äuerdeliga ägho. l mera vissa oc vitnisbyrdh, beder jak *myna nästa vener oc gka*, Gudmundh Pedersson, Rodman j Abo, och Lydika Speeth, 'gare, oc Jönis Gudvastasson, Rodman, at hengia thera Inle met myne fore thetta breff, som scriffuit oc giort är j o, anno etc. MCDXVI, Dominica Invocavit etc." Literae m Archipraepositi *Matthiae* (e quibus eum natione Fennonem ıe constat) hujusmodi sunt: „Alla the thetta breff höra eller ı, hälsar jak *Mattis Olaffsson*, Domprosth j Upsalum, äverdeı met Gudh. Gör jak allom vitherligit met thesse mine ıo breffwe, mik haffua vnt oc giffuit j Gudz hedher oc sancte ne, ok fore mina foräldrä et framlednä vener siäla ricth oc skuld, mith godz *Lithusa*, liggiande j sancte Katerine ; met allom tillagom, som ther aff aldher til lighat haffwa än tilliggia, *vnder sancte Anne altare* j Abo Domkirkio, rkenom en vppehelde som altarith forestaar, j sva mattho, j hvario viku skal ther aa altarith haldas en messa gudi hedher ok sancte Anne, oc mina foräldher til roo ok naade;

„och ther offuer for mina tharffua skuld haffuer jach vpburit aff „forn:de sancte Anne altare forestandare, Her *Andrisa Elifson*, C „marcas Abosca, j swa goth mynt, at V mark gör fult fore en Eng-„liscan nobel; hvilka C marker jac nw fullelica vpburit hauer „til godha nöghio: Ty affhendher jak mik oc minom arffwm, „met minna brödhra *Henrics* ok *Jaaps* jaa ok fulbordan, som „tha när voro, fornempda Lithusa godz met allom tillagom, ok „tillegnar thet sancte Anne altare til äverdelika ägo j alla mottha „som för är sacth. Til ythermera visso bidher jak välborna „men, *Benctht Lydikason*, *Henric Bidz* ok min brodher *Henric* „*Olaffson*, at sättja sin incigle met mino eghno fore thetta „breff, som giorth ok scriffuit är j Abo anno Domini MCDXXX „octavo". (*Reg. Eccl. Ab.* Fol. 121 sq.) De hoc Archipraeposito nulla occurrit mentio in *Chronico de Archiepiscopis et sacerdotibus caeteris Ecclesiae Upsaliensis*, a SCHEFFERO edito, quod ad ejus usque tempus non pertingit (cfr. ib. p. 144—147), neque etiam apud PERINGSKÖLDIUM *Monum. Upland.* T. II p. 194 sq.; hinc igitur supplendum. Porro literas adjicimus quibus *Gödike Finke* praedium *Kärknäs* (et Räfve-*böle?*), paroeciae *Sagu*, altari nostro dedit: „Fore allom thöm thetta breff höra eller see, kungör „jak *Götige Finke*, äpter thet hedherlikom Herre, Herr *Pedher Olaff-„son*" (Curatus Ecclesiae *Nagu*, de quo supra p. 386 not. 16, quemque fratrem etiam laudati nuper Archipraepositi *Matthiae* fuisse, ex citatis ibidem literis liquet), „oc ärlica män, *Henric* „*Olaffson* och *Jäppe Olaffson*, brödher, hafde mik met theres „vena raade [mik] forelagth at stathte twa ävigie messor, som „skulu hallas hvarju viku j Abo Domkirkio vppa sancta Anna „altare fore theres käre brodhers siäl, *Jusse Olaffsons, som mig* „*fatigom mannä hände koma skada fore*, oc jac haffde mik thet „anamat äpter mina vena oc minne älscelige hustrw *Katerine* „*Nielsdotter* raadh, fulbordh oc godh vilia, *som degtinges brefuet* „*müllam thöm oc mik utvisar*, vndher ärlica manna, Her *Ara-„gitzle Nielson*, Her *Folmar Wanne Knape*, oc flera godha „manna Inciglom scriffuit: tha är jac nw swa fortänkter oc eens „vordhen met forn:de minne hustrw oc hännes samarffwingiom, „at jac vil vplata oc met thetta mit breff laglica vplater vndher „forn:de sancte Annas altare een gaard j Saw sokn, kalladan „*Kärkesnes*, met eeth lithit torpp ther när liggiande, som hether „*Böla*; hvilken gaard ok torpp forn:de min älskälikin hwstrv til „arffs fallith är äpter sinne modher, gudh henne siäl nadhe: „Ty affhendher jak mik oc minne hwstrv oc allom vaarom ar-„fuingiom forn:de *Kärkes*" (Kärkesnäs) „gaard oc Böla, ok tilleg-„nar thet forn:de sancte Anne altare j Abo Domkirkio til ävin-„nelica ägo. Til mera visso ok vitnesbörd, bidher jac ärlica män,

„*Niels Olafson* aff Särkilax oc *Olaff Tauesth* a vapn hängia sin „Incigle met mino egne fore thetta breff, som scriffuit oc giffuit „[är] j Abo anno Domini MCDXL septimo, ipso die beati Dio- „nysii sociorumque ejus.“ *(Ib.* Fol. 132). Tandem sequentes omittere non debuimus literas (anni licet nota destitutas) quae inter reliquas ad idem altare pertinentes exstant: „Alle the Dan- „demen thetta breff see eller höra, helsar jak *Jönis Ingonen* aff „vapn äverdeliga met gud. Jak kennis thet oppenbarliga met „tesso myno opno breffue och betydher, at epter thet jak haff- „wer *myn säthia gord* oc alt myt godz j Resaa sokn lighiende „met tess tillaghom lagliga vpbudit oc latit thet sidhan lagstonda, „oc engin aff mynom nästbornom vinom eller frändom vilde thet „tiil syn“ (sig?) „lösa: *Tho hauer jak thet retteliga solt* met fult „berodh verdhelighom fader oc herra, met gudz nad *biscop Ma- „gnus j Abo oc hans ärliga Capitulo, til sancta Anna closters „bekoff j Resaa*, for VIII C marc redhe peninge j swadana „mynte som IIII march oc I öre göra fult for en fulwiktoghen „engilse“ (engliskan) „noboel; och otto hundrade mark peninga „kennis jak mik haffua redheligha vpburit, then ytersta peningh „met then största“ (fförsta): „Ty affhender jach mik oc mynom „arffwom alt thet ford:ne *godz oc sätie gordhen* met allom tess „tillaghom, engo vndan tagno, som jach thet förre nwtit hauer; „och tilegnar jak thet for:de Biscop Magnus oc hans Capitulo „aa sancte Annas vägna til äuerdelige ägho, vtan alt ythermera „tiltaal: oc vpa thet at thet köpet tesse stadugare bliffvi, tho „sköther jach [thet] epter landzlaghum alt for:de godz och gordh „vnder for:de Biscop oc hans Capitulo aa sancta Annas vägna „met tessom tolff som här epter nämpnas etc. *Item kan thet „swa hända j nogre hande motto, ath thet clostret skulle ther „ey bliffua stondande,* thet gud forbiwdhe, *tho scal for:de godz „oc gordh ey thy sydher bliffua och liggia vp vndi sancta Anna „altare j Domkirkionne j Abo* tiil äverdeliga ägho, vtan other „kaal etc.“ *(Ib.* Fol. 177). Hic *Jonis Ingonen* (s. *Ingonis)* a. 1418 et a. 1432 partes Judicis Territorialis, loco *Nicolai Diekn,* egisse reperitur; unde tempus literarum suarum colligi quodam- modo potest: cumque nullum aliud praedium in paroecia *Reso* situm, nisi *Mettelä,* inter bona altaris S. Annae occurrat, hoc eum vendidisse, probabile est. *Claustri S. Annae* in Reso fun- dandi hoc tempore agitata fuisse consilia, nec stabilitatem adhuc tum nacta fuisse, ipsa verba monumenti nostri docent; ac postea successu caruisse, vel inde patet, quod praedium hocce, vi con- ditionis in fine literarum adjectae, *altari S. Annae* in Ecclesia Cathedrali cesserit. Hinc simul intelligitur, quare hujus Claustri exigua adeo supersit memoria? Cfr. supra p. 307 sq. not. 29,

et cit. ibidem RHYZELIUS; qui si monumenta a se laudata addidisset, (vel saltim unde eorum notitiam hausit, significasset) certius de hac re ferre judicium liceret. Idem fuisse, quod postea *Nådendal* fuit appellatum, aut cum hoc a. 1445 fuisse conjunctum, aegre credimus: quia si *Monasterium illud S. Annae* non deletum, sed tantum ad locum commodiorem translatum fuisset, non videtur praedium nuper commemoratum ei adimi atque altari *S. Annae* in Ecclesia Cathedrali tradi potuisse; quod tamen factum apparet? Deinde Coenobium *Nådendalense* in Paroecia *Masku* (non in *Reso)* primum fuisse conditum traditur, et post translatam inde sedem ad paroeciam *Bierno*, tandem locum (ubi stabiliore consilio exstructum fuit) in paroecia *Reso* datum ei fuisse. Praeterea hocce coenobium statim idem nomen quod constanter retinuit *(Nådendal)*, accepisse videtur: quumque probabile non sit, sine consilio atque ope Monasterii *Wadstenensis*, novam ejusdem Ordinis coloniam in Finlandia collocatam fuisse; prima *Nådendalensis* coenobii initia statuere non possumus anno 1438 superiora, quo anno factum de illo condendo senatusconsultum, *Telgis* die *S. Augustini* (26 Maji), aperte docet rem intra vota atque consilia hactenus substitisse (cfr. RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 293): quod idem confirmatur luculento testimonio *Diarii Wazstenensis*, ubi p. 81, ad a. 1438, legitur: „In octava „b. Birgittae (d. 14 Octob.) exierunt monasterii fratres Acho „sacerdos et Laurentius conversus, et *transierunt versus Finlan-„diam ad recipiendum locum et bona pro monasterio novo con-„struendo.*“ Nemo non videt, nihil hactenus *constructum* fuisse, nil nisi *locum* et *bona* comparata: locus autem in *senatus consulto Telgensi* proditur villa *Stenberg*, paroeciae *Masku;* translationis aliunde factae vel faciendae, nulla fit mentio. Optasse quidem significatur Finlandiae Ordines antea, ut novum *Monasterium Virginum Ordinis Praedicatorum* apud se conderetur, sed rem effectui datam non fuisse, simul indicatur. Nec antiquioris cujusdam Monasterii cum *Nådendalensi* postea conjuncti, ullum occurrit in *Diario Wazstenensi* vestigium, ubi consilia tamen novae coloniae collocandae varie agitata et mutata (a. 1441 p. 85, cf. 1440 p. 84) commemorantur: cfr. Litterae fundationis a Senatu Regni a. 1440, et a Rege *Christophoro* a. 1441 et 1443, datae, historiam hujus moliminis luculenter tradentes et legendae in Diss. ENGELB. RANCKEN (Praes. A. SCARIN) *Coenobii Nadhenadals-Historia*, P. Pr. p. 13, 14, 15, 23. Quod igitur Diss. cit. p. 19 asseritur, initium Historiae Coenobii Nådendalensis faciendum esse ab a. 1400, „quo ipso *Birgerus (Bero) Balck* Episcopus „Ordinis Vestalium in *Korois* sator et auctor, sacrorum penes „nosmet Pontifex erat“, frustra est. Valde incertum habemus.

an praeter nudum fortassis ejus condendi consilium, de Coenobio *Koroisensi* quidquam actum sit? (Cfr. supra p. 351 sqq.) Ad Coenobii autem Nådendalensis historiam illud nihil omnino pertinet. Addit idem Auctor: „*Eodem anno* (1400) proditum invenimus, Proceres Fenningiae quosdam, - - - - de condendo novo Monasterio apud Episcopum solicite egisse. Locum operi exstruendo designarunt praedium in *Karinkylä.*" Quo alio testimonio nixus haec scripserit nescimus, quam verbis MESSENII, qui *Scond.* T. X p. 18 dicit: „Circa [a.] MCD Monasterium Ordinis Birgittini Nadendalense, in villa *Karachyle (Karinkylä)* parochiae Mascho, primum conditur." Sed valde vereor, ne tota haec narratio (quae cum monumentis supra a nobis laudatis aegre conciliari potest) sola conjectura nitatur? Fundationem enim *Koroisensis* Monasterii nunc ad a. 1400 cum VASTOVIO refert, (T. XV p. 69), nunc ad a. 1393 retrahit (T. X p. 17); quod nisi faceret, non multum abesset, quin suspicaremur, eum, cum *Coenobii illius Virginum Vestalium* ab Episcopo Berone in *Corois* constructi (cujus JUUSTENUS meminit) nullam aliam reperiret memoriam, traditionem popularem de collocato primum Coenobio Nådendalensi in *Karinkylä* arripuisse, et huc illud *Corois* JUUSTENI traxisse? In laudatis nuper a nobis monumentis, sedis hujus primae *Coenobii Nådendalensis*, translationisque inde ad *Stenberg* factae, nullum occurrit vestigium; quam circa a. 1413 factam fuisse, MESSENIUS (l. c. p. 18) scribit („Circa MCDXIII Coenobium fuit translatum Nadendalense ad villam *Stenbergh*, et deinceps ad *Helgå*, velut locum prioribus commodiorem"). Ad a. porro MCDXLI idem habet: "*Christopherus* Rex donationem Senatus *quondam* super *Stenbergh* et *Helgå* factam *Nadendalensibus*, ea comprobat lege, *ut ipse, non alius, coenobii censeretur imposterum fundator*". Quae malignius quam verius dici (temere itaque RHYZELIO repetita), ipsae inspectae Regis literae demonstrant: ex quibus simul patet, translationem Coenobii ad *Helgå* anno demum 1441 decretam fuisse. Villam vero *Stenberg* a. 1438 huic usui esse donatam, nuper vidimus. Adeoque in his celebris Monasterii initiis tradendis MESSENIUM ducem haberi certissimum non posse, liquet; cujus erroribus, apud RHYZELIUM l. c. sphalmata duo accedunt, nempe quod praedium *Karinkylä* vocatur *Karabyle*, et *Stenberg* scribitur *Svenberg*, quasi a praedio illo anno demum 1438 Monasterii fundationi destinato, diversum fuisset. Caeterum asserit Nobil. VON STIERNMAN (Höfd. Minne, P. II, MS. p. 344) exstare literas judiciales *Henrici Bitze* R. Senatoris et Legiferi Suderfinniae, datas a. 1457, de terra quadam (in paroecia *Kerpis*, quod monstrum nominis quomodo legi recte debeat, divinare nequeo) quae *olim ad Coenobium*

tari Clericorum[26]) nec non de *Altari choroque Trium Re-*

S. Annae pertinuerat, ac deinde in possessionem Coenobii Nådendalensis pervenerat (Vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, a. 1785, Bih. p. 198); ac alias ibidem (Höfd. M. P. II, MS. p. 342) citat literas, datas a. 1434, quibus *Cicilia Philippi*, vidua *Nicolai Kurk*, Militis, praedium suum in *Löpö*, Paroeciae Töfsala, donabat *S. Annae* --- (Kloster? Coenobio) *quod inchoatum est in paroecia Resa, Dioeceseos Aboënsis* (vid. Tidn. -- i Åbo l. c. p. 191). In quibus, sermonem haud esse de Coenobio Nådendalensi, ad locum novum postea translato, sed de alio plane Monasterio, aedificari his temporibus in paroecia *Resoënsi* coepto (ac postea, antequam perfectum fuisset, plane deserto), luculenter patet.

[26]) Hoc *Altare*, quod cum antea *Sacellum Divae Virginis* fuisset nuncupatum, postea *(Sacellum* et) *Altare Clericorum* appellabatur, Episcopi nostri tempore (ac ut credere fas est, non sine ejus consilio) per *Nicolaum Lydichini (Clauus Lydikeson)* fuisse *fundatum* (verius fortassis *locupletatum?)*, sequentes docent literae: „Vitherlikit see allom thöm thetta breff höra eller see, „ath jac *Claus Lydikeson* a vapn, meth vördeliks fadhers j Gudhi „Biscop Magnuse och Capituli j Abo godwilia ok samtykkio, „haffuer stiktadh ok skipadh i Gudz heder ok iumfru Marie, for „mina ok minne käre hustru *Christine Jonise* dotther ok vara „barna siäla, i Abo Domkirkio, *j vare fru koor, som kallas klä-* „*rika koor*, tre messor, som ävinnelika haldhas skulu i huario „wiku: forsth vm monedaghen en siälamässa sungin meth graffs „wigningena ok vigilie vm afftonen til forinde sunghne; vm O- „dhinsdaghen andra messona aff iomffru Marie fäm drövilsom; vm „ffredaghen tridia messona aff wars herra Jesu christi fäm vn- „dom. Thennä messor ok Gudz tiänisth skal prebendatus i for:de „varfru koor foresta ok haldha latha, som forscriffwath är; oc „thertil haffua til hielp, epther for:de vördheliks fadhers Biscop „Magnus oc Capituli skipan, *Tre Koor-Clärika, Doomproastins*, „*Erkediekins ok älzte kanunks*, som the messor skulu haldha, „ok Prebendatus skal meth enom thera vigilias siunga, ok sama „*Prebendatus skal them for thera ärffuodhe epter skeligheeth löna*. „Framledhis haffuer jak for:de *Claus*, met minne erwingie ja oc „godh vili, til thenna forscriffna gudz thiänisth vpheldhe, giffuith „ok lacth til evinnelika egho forsth en gardh j Abo sunnan vidh „gropena, som jak fik aff Mattis Skalenbergh, item en gathu- „boodh uppa torgith sunnan vidh torgith, item 1 godz j Lemu „som hether *Hukas*, item hundrade Engilske nobla til nokath „fasth ingeldh ath köpa, oc hwat jac ok flere mina wener kun- „nom mera ther til lägia ok hielpa, thet wiliom vi gerna göra.

„Alth thetta forscriffna scal optha nempdher varefru Prebenda-„tus foresta oc i wärio haffva, nythia ok bruka, thenna forscriffna „gudz thiänisth ok sik sielffuom til vpheldhe, *samuledh som an-„nath thet the prebende tilhörir*. Ty affhendher jac mik ok mi-„nom arffuom al thenne for:de stykke, ok skipar oc egnar them „meth allom räth til forscriffna messor ok gudz thiänisth vphelde „til ewinnelika egho. Til alla thessa forscriffna stykke mera „visso oc vithnisbyrdh, bidher jac mina nesthe venir, som äru „*min brodher Bencth Lydikesson, min son Henrik Clauusson, mina „maga Henrik Swerdh, Jonis Olafson, Henric Pitz* (Bitz), *Jeppe „Korke* (Kurck) *och Henric Olafson,* hengia sin incigle meth „mino for thetta breff, som scriffuith är j Abo, areno epthe gudz „byrdh MCDXXXV:o, ipso die beati Vincencii Martiris". *(Reg. Eccl. Ab.* Fol. 183). Exstitisse jam in Ecclesia Cathedrali, ante factam hanc donationem, *Chorum et Prebendam Divae Virginis,* adeoque *Nicolaum Lydichini* primum ejus conditorem non fuisse, ut Auctor contendit, ex his literis satis patet; nisi jam antea instituisse dicas? quod tamen suspicandi monumenta nostra ansam nullam suppeditant. In literis quibusdam a. 1426 datis, *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 190) commemoratur *Petrus Jacobi, Prebendatus novi altaris Divae Virginis (Peder Japson, Prebendatus til nya varffru altare j Abo Domkirkio),* h. e. *altaris Clericorum,* quo nomine ab *altari vetere Divae Virginis* (quod etiam *altare parrochiale,* Sokna Altare dicebatur, vid. supra p. 300 not. 17) distingui fuit solitum. Anno 1437, post mortem *Nicolai Lydekeson,* frater suus *Benedictus Lydechini* et filius *Henricus Nicolai,* pro domo Aboënsi et numerata pecunia a fundatore Altari Clericorum donatis, praedium *Grotelaby* (Paroeciae *Kumo)* ei comparaverunt, ut sequentes literae testantur: „Fore allom them thetta „breff höra eller see kennis jak *Olaff Andrisson Tolk,* met thesso „mino närvarande opno breue, mik haffva giorth, met godom „vilia oc beradne modhe, eth iordha schifte oc kop met ärligom „mannom, *Bencth Lydekson* ok *Henrik Clauson*, opa *varefru al-„tare* vegna, *opa södra sidhona j Abo Domkirkio*, j swa motto, „ath jak haffuer oplathit j laglico schiffte ok kope for:de varfru „altare alth mith godz j Grotelaby j Kwmo sokn liggiande, met „husom, akrom, ängiom, fämarkom, scoghom, mwsom, quernom „oc quernstadhom, torpom oc torpastadhom, fiskevatnom, utmar-„kom, *Ikornascoghom* oc allom androm tillaghom, hwar the helzt „kunno ligia, när by oc fiärre, engo vndan takno, som thy godze „rätteliga til hört haffuer ok än tilhöra kan; fore huilkit godz „jac hauer fangat oc anamath aff ford:om erligom mannom Bencth „Lydekson oc Henric Clauson, aff for:da altarens vegna, een „gaardh j Abo sunnan vidh gropena, som ärlighin man, *Claus*

„*Lydekson, gud hans siäl nadhe* fik aff Matthis' Skalenbergh, „borgamäster j Abo, oc gaff vndher ford:a warfru altare, oc ther „til scal jak haffua X lassa engh ok IIII C mark Swenska j „swadant mynt som nw är gäfth ok gängth j Abo, swa ath halff „fempte mark göra fulth for en fulwictugan gamblan engliscan „nobel: *hwilka peninga jak* kännes mik til fulla nögia hawa *vp-„buret aff wördhligom fadher* met gudh, *Biscop Magnus* j Abo „oc Capitulo ther sama stätz vppa varfru altare vegna: Thy aff-„hender jak mik, ok allom minom arffwm for:da godz j Grothe „met allom räth for:da varfru altare til ävinneliga ägo. Til hvilka „mera visso bedis jak beskedelige manne *Albertz Nyendorp* ok „*Matthis Skalenbergh, Borgamestara j Abo, Thomas Pedherson,* „*Härädzhöffdingia j nider Satagunna,* theras Inciglen met minom „egno ath hengias fore thetta breff, som scriffuit ok giorth är j „Abo, arom epter gudz byrdh MCDXXXVII oppa sancti Thome „de aquino dagh". *(Reg. Eccl. Ab.* Fol. 185). Paullo ante, Episcopum *Magnum* huic altari praedium *Kurala* (paroeciae Nummis) numerata pecunia comparasse, reperimus *(Ib.* Fol. 183, 184); neque nullam id aliorum quoque liberalitatem expertum fuit, inter quos *Olaus Johannis* (Olaff Jonisson) *Archipraepositus Arosiensis,* literis datis *Aboae* (ubi natum fuisse apparet), die lunae proxima post visitationem b. Mariae a. 1458, pro animis parentum suorum eidem donavit hortum in hac urbe, jure haereditario acceptum (min Kaalgaard, som jak ärfft haffuer epter myn foräldra) *Ib.* Fol. 185. *Indulgentiis* quoque *sexcentorum dierum,* a VI Cardinalibus concessis, novum altare a. 1445 ditatum fuisse, exemplum literarum docet ab iis exaratarum (in *Reg. Eccles. Ab.* conservatum); e quibus, cum D:no A CELSE non innotuisse reperiamus, haec excerpta dabimus: „Georgius tituli „Sancte Anastasie, Guilhelmus tituli sancti Martini in Montibus, „Alfonsus tituli sanctorum quatuor coronatorum, Presbiteri, Pro-„sper sancti Georgii ad velum aureum, Albertus sancti Eustachii, „Petrus sancte Marie nove, Dyaconi, sacro sancte Romane eccle-„sie Cardinales, universis et singulis Christi fidelibus, presentes „nostras litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. - - - - - „Cupientes igitur ut, *altare beate Marie Virginis dicte*" (dictum) „*Clericorum,* situm in Cathedrali ecclesia Aboensi, congruis fre-„quentetur honoribus, - - - - - omnibus et singulis vere peniteuti-„bus et confessis, qui dictum altare in Nativitatis, Circumcisio-„nis, Epiphanie, Resurreccionis, Ascensionis, Pentecostes et Cor-„poris Domini nostri Jesu Christi, nec non Nativitatis, Annuncia-„cionis, Purificacionis, Concepcionis atque Visitacionis beate Ma-„rie semper virginis, ac Nativitatis beati Johannis baptiste, duo-„decim Apostolorum, quatuor Euangelistarum, in singulis diebus

gum [27]), idem valet. De *Fraternitatibus* vero quas una cum

„sabbati sanctorum Henrici et Erici, ac Katerine, Margarete, Vir-„ginum, omniumque sanctorum, et ipsius altaris dedicacione, fe-„stiuitatibus et celebritate devote visitaverint annuatim et ad re-„paracionem et conservacionem edificii, calicum, librorum ac alio-„rum ornamentorum pro Diuino cultu inibi necessariorum, quo-„ciensounque manus porrexerint adjutrices, *nos Cardinales pre-„fati et quilibet nostrum*, pro qualibet ipsarum festivitatum et „celebritate hujusmodi, *Centum dies*, indulgenciarum - - - - - relaxa-„mus. - - - - Datum Rome, anno a nativitate Domini MCDXLV, „die vero 2:da mensis Junii, Pontificatus sanctissimi in Christo „patris et domini nostri, Domini *Eugenii* Diuina prouidencia Pape „*quarti*, anno quinto decimo.“ *(Ib.* Fol. 186).

[27]) Hunc *chorum* cum suo *altari* (una cum *Fraternitate*, cujus studio ac liberalitati opes suas maxime debuit) opera inprimis Episcopi nostri fuisse conditum, mox videbimus. Inter benefactores autem suos munificentissimos fuisse reperimus *Henricum Nicolai* (Henric Clausson), Militem, et fratrem suum *Arvidum Nicolai* (Arvid Clausson), nec non patruum eorum *Benedictum Lydechini*; de quorum in alia quoque altaria Ecclesiae Cathedralis Aboënsis singulari benignitate saepius jam commemoravimus. Ultimis demum annis officii Episcopalis a *Magno* nostro administrati, (circa a. 1447) chorum et altare *Trium Regum* fuisse conditum, monumenta docent; sic *Henricum Claussson* a. 1448 huic instituto praedium suum *Ajosinpää* (Paroeciae Masko) consecrasse, literae testantur legendae in Diss. supra (p. 341) laudata, *Dotationes altaribus Templi Cathedralis Aboënsis quondam factas exhibente*, p. 9; ubi etiam (p. 8) literae afferuntur quibus eidem altari patruus suus *Benedictus Lydechini* Molendina sua et piscandi jus in *Kuockala* (Paroeciae Lempelä) cum terris adnexis, donavit. Anni autem nota (MCD) vitio laborat manifesto: neque enim a. 1400 erectum adhuc erat *Altare trium Regum*, cujus auctor *Magnus* a. demum 1412 Episcopali admotus fuit dignitati, neque *Henricus Clauusson*, qui et *Miles* (Riddare) et Legifer Norfinniae appellatur, illa dignitate ante a. 1441 (in coronatione R. *Christophori?)*, aut hoc munere ante a. 1447 ornatus fuisse videtur. Idem *Henricus Clauusson* etiam Domum in urbe Aboënsi, et a. 1449 (consentiente uxore sua *Lucia)* praedium *Attulaby* vel *Atala* (paroeciae Nousis) ac praedium *Sorsala*, paroeciae Wirmo, Altari huic dedit (Ib. Fol. 192). Similiter Patruus suus *Benedictus Lydechini* uxorque ejus *Valburgis Johannis*, a. 1448 (quo ipso literas etiam nuper commemoratas scripsisse, putamus?) praedium *Hadila*, paroeciae Nousis,

Altaribus *S. Annae* et Trium *Regum* fuisse institutas Auctor significat, mox quaedam monebimus.

Archidiaconatus dignitatem, ab Antecessore suo *Berone* institutam, sed tenuibus adeo reditibus sustentatam, ut ejus penitus abolendae consilia, mox post fundatoris mortem agitarentur, Episcopus noster (qui illo ipse functus munere fuerat) non multo post regimen Ecclesiae Finlandensis susceptum, egregio auctam stipendio denuo restauravit et stabilivit [28]), suoque hoc exemplo alios etiam ad eandem libera-

---

altari illi dono addidit; et *Arvidus Clausson* eidem altari a. 1459 praedium *Sorkis*, paroeciae Eura, consecravit, cujus literas testamentarias subjungimus: „In nomine Domini Amen. Gör jac „*Aruidh Clawsson* mith testament aff offta forre betenkt oc vel „berodhno modhe, än tho" (thog) „att jach är kranker tiil min „likam, thaa är jach helbrygd tiil min siäll ok sinne: Forst „giffuer jach gudj, Jomffru Maria, sancta Anna ok allt hymeri-„kis Herrskap mith liff ok mina siäll; giffuer jach eth godz som „jach haffuer köpt j *Äffra* sokn j *Sorkis* by, tiil *the helgha tree* „*Konungha* altare j Domkirkiona j Abo, ffor mina siäll och mina „foräldra siäla ok *mina käre hustru Ingeborgh*, *H:r Arvith* „Bentzs. dotther, oc for alla crisna siäla, j sva motto, ath ther „skall bidies for ooss allom ford:om tiil äverdelighe tidhe. Tiil „mera visso och forvarningha bidher jach verdelighen fadher met „gudz nadh *biscop Olaff, biscop j Abo, Mester Koorth Dom-„proasth j Abo, Benkt Lydikson,* Mesther Peder Benedicti, Hart-„vig Jopson, Peder Karpalayn, Hans Lyndener, ath the hengie „theris incigle met mina incigle for thetta breff. Datum *Kyro* „Anno Domini MCDLIX:o Dominica Letare". Ib. Fol. 190.

28) Fidem faciunt ipsae literae confirmatoriae in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 271 reperiundae, hujusmodi: „Omnibus presens „scriptum cernentibus *Magnus* Dei gracia Episcopus Aboensis „salutem in Domino sempiternam. *Dudum Reverendus* in Christo „pater et dominus, *Dominus Bero*, bone memorie *predecessor no-„ster*, pia motus intencione, *archidiaconatum de novo in ecclesia* „*Aboensi*, in qua nullus prius fuerat, *erexit, fundavit, et quam-„quam tenuiter, tamen nichilominus inchoavit, nec non personam* „honorabilis viri, *Magistri Henrici Magni pie memorie, in eodem* „*Archidiaconatu instituit* eumque Archidiaconum Ecclesie Aboen-„sis esse et dici voluit cum effectu: assignans eidem pro cor-„pore prebende archidiaconalis, de consensu capituli sui, quatuor „predia parrochia *Saw* sita de sub mensa episcopali, duo vide-

et in *Padhas et duo in Lapmark, Ylistaro* videlicet *et Hemle, sperans hujus redditus per successores suos et alios, mame autem per eiusdem beneficii possessores, in futurum melius gmentari. Cumque dictus Reuerendus pater carnis post hoc bitum persolvisset, et nos Magnus, qui tunc eiusmodi Archiaconatus fungebamur officio, ad pastorale regimen* licet immei *vocaremur* vel vocati fuissemus, *Capitulares qui pro temre erant, Archidiaconatum ipsum* tunc per nostram, ut preittitur, assumpcionem vacantem vel in proximo vacaturum, *eius estimabant penitus supprimendum* quam cum pudore et recundia debiliter sustentandum. Postquam vero nos, diuinā itulante clemencia, munus consecracionis apud sedem Apostoam fuissemus adepti, reuolvere cepimus inter nos cum fraibus nostris pietatem motivi predecessoris nostri parte ex una, altera autem scandalum, quod tunc potuisset oriri, si factum m solenne patris ac domini nostri, non absque prouida deliracione procul dubio inchoatum, fuisset per nos tam leviter ritatum. Quantus eciam honor Deo et ecclesie inde proveniat, prelatura illa poterit in statu debito conservari. Nos itaque iscopus *Magnus* de pleno consilio ac unanimi consensu veneralium fratrum nostrorum Capitularium, in adiutorio altissimi em habentes, prefati venerabilis patris laudabile propositum ntinuari ac prosequi intendentes, ad honorem Dei et Domini stri Jesu Christi sueque sanctissime genitricis Marie ac beati enrici patroni nostri, Archidiaconatum sepedictum, per predesorem nostrum taliter ut prefertur inceptum, ex nunc auctotate ordinaria innouamus, confirmamus atque in perpetuum abilem decernimus in hiis scriptis. Assignantes eidem Archiaconatui pro corpore Prebende, ex consensu Capituli nostri, imo de sub mensa episcopali prenominata quatuor predia in rrochia *Saw* sita, que eciam predecessor noster illi depuuerat in prima sui fundacione: Deinde decimas episcopales antiqua Nowsis et predium in *Nummis* ejusdem parrochie: em de bonis sancti Henrici predium *Wesunda* parrochie Hatla, et predium quod s:tus Henricus habuit iuxta ecclesiam owsis: Insuper et predium *Norramark* parrochie Ulffby, quod agister *Henricus Magni* pie memorie supradictus tempore suo ntulit mense Archidiaconi, et predium *Monos* in Lemmo, quod s dicte mense contulimus, in minoribus constituti. Et quia jus prelature corpus de bonis mense nostre episcopalis ac iam de bonis seu prediis ecclesie nostre maioris aliisque piis nacionibus excisum dependet, idcirco *nobis ac successoribus stris Archidiaconi supradicti provisionem confirmacionem, Caitulo vero ejus eleccionem reseruamus, salua nobis semper fa-*

liter sublevandam excitavit [29]). Ad sex *Canonicos* quibus gavisa hactenus Ecclesia sua fuerat quatuor addidisse, ita ut jam decem fierent, cum Auctor docet, per auctum sensim Praebendarum numerum hanc Episcopo Capituli sui amplificandi opportunitatem oblatam fuisse, conjicere licet [30])? De *Choralibus*, quorum similiter numerum cum sex

„*cultate, si que potestas ecclesiastica siue secularis in hujus la-*
„*boris nostri messem falcem suam mittere disposuerit, prelaturam*
„*ipsam, eius corpus sive prebendam,* de nostris ut premissum est,
„exiguis facultatibus innouatam, *cassandi, annullandi et ad ordi-*
„*nacionem nostram libere reuocandi.* In cujus Confirmacionis,
„Innouacionis seu Decreti euidenciam firmiorem, Sigilla nostra,
„tam Episcopi quam Capituli, presentibus duximus appendenda
„in testimonium premissorum. Datum Abo anno incarnacionis
„Dominice Millesimo“ -- (reliqua desunt). Historiam institutae hujus Praelaturae hisce litteris exhiberi accuratam, eaque omnia, quae et hoc loco diximus et supra (p. 347 not. 7, et p. 378) disputavimus confirmari, patet; prudenterque Episcopum cavere voluisse, ne Capitulo invisus aut adeo peregrinus Candidatus, obtrudi unquam posset; qualia exempla nec in Svecia erant inaudita.

[29]) Sic *Johannes Anundi*, Episcopi nostri in Archidiaconatu successor, (de quo supra p. 389 not. 19), mensae Archidiaconi donavit a. 1422 praedium suum *Biörnaby*, paroeciae *Sund* in Alandia: ea tamen conditione, ut affinis suus (Mågh) *Petrus Storkeri (Peder Storkersson?)* cum suis posteris possessionem terrae conservarent, quamdiu Archidiacono quotannis V marcas pecuniae („arlikit landgäld V marker peninga, swa got mynt, at „IIII march Swenska göra fult fore en fulwiktugan Engilskan „nobel“), et dimidiam tonnam cerevisiae, cum cibo ei respondente („en halff tunna ööl, met allom kost ther tiil hörer, for aarliga „gingerd“). Litterae suae servantur in *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 273.

[30]) Commode enim, ubi tales Praebendae viris demandabantur dignis visis qui Capitulo associarentur, hi utroque fungi genere poterant officiorum, cum sibi ut Praebendatis, tum ut Capitularibus injunctorum, atque Aboae praesentes manere. Vidimus jam Ecclesiam Aboënsem locupletatam fuisse *altaribus* 1. *Divae Virginis* s. *parochiali* (supra p. 300 not. 17); 2. S. *Sigfridi* (p. 300—302); 3. S. *Bartholomaei* (p. 310 not. 7); 4. S. *Catharinae* (p. 300 et 309); 5. S. *Henrici* et S. *Erici* (p. 338 sqq. not. 5); 6. S. *Laurentii* (p. 346 not. 5 fin.); 7. *Corporis Dominici* (p. 381—388); 8. B. *Johannis* (p. 389

not. 19); 9. B. *Georgii* (p. 390 sqq. not. 20); 10. *Animarum* (p. 394); 11. S. S. *Petri et Pauli* (p. 396 not. 24); 12. S. *Annae* (p. 396 sq. not. 25); 13. *Divae Virginis* s. *Clericorum* (p. 404 not. 26); 14. *Trium Regum* (p. 407 not. 27). Accedunt Praebendae *Praepositurae* et *Archidiaconatus*. Non tamen vel solis Canonicis (Capitularibus) omnes has Praebendas (quae numero illos etiam vincebant) fuisse collatas, vel omnes Canonicos hujusmodi altaribus praefuisse, contendimus. Multi Canonici adhuc administrabant Ecclesias rurales, nonnunquam ab urbe Aboënsi longius remotas; alii dignitate aliqua ecclesiastica in Svecia simul fungebantur, etc. Utrum harum Praebendarum plures uni solerent olim apud nostros deferri, non potuimus hactenus reperire; nisi quod post Reformationem Ecclesiae inceptam talia exempla occurrunt.

Tandem hoc loco observamus, *Praebendae atque Altaris* memoriam in vetustis monumentis exstare, a *Proconsulibus et Consulibus civitatis Aboënsis*, tempore *Magni* Episcopi, in Ecclesia Cathedrali conditi, cui *S. Trinitatis* nomen inditum fuit; cujus Altaris caeterum neque Auctor noster ullam mentionem facit, licet in laudibus Episcopi celebrandis diligentissimus, neque tempore Reformationis vestigium superfuisse ullum deprehendimus, quodque igitur interim evanuisse existimandum est. Ipsas literas Episcopi confirmatorias subjungimus: „Nos *Magnus* Dei gra„cia Episcopus Aboensis, universis et singulis quorum interest, „notum facimus per presentes, Quia cum circumspecti viri *Pro„consules et Consules civitatis nostre Aboensis*, pro sua suorum„que successorum salute, nec non pro tocius communitatis sue „felicibus incrementis ac prosperitate salubri, *Altare* quoddam „in honorem *sancte et individue Trinitatis*, petita prius super „hoc a nobis licencia et optenta, *in ecclesia nostra Aboensi fe„cisse, instituisse ac fundasse* noscantur, *assignantes eidem al„tari pro dote, redditus XXVIII marcas anni census monete „currentis*, quos pro sustentacione altariste seu prebendati eius„dem altaris, qui pro tempore fuerit, deputavere annuatim a se „et ab eorum successoribus sublevandos in promtis: Nos igitur „pia vota dictorum consulum attendentes, quod ex una devota „intencione procedunt, de consilio et consensu Capitularium, fun„dacionem ipsam, tamquam iustam ac rationabilem, in Dei no„mine approbamus, ratificamus atque auctoritate ordinaria confir„mamus, decernentes eam perpetuis temporibus in suo robore „permansuram. In cujus confirmacionis evidenciam pleniorem, „ad instanciam dicti consulatus, fecimus hanc paginam nostri „*Sigilli Maioris* appensione muniri. Datum apud ecclesiam no„stram anno“ - - - - (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 200). Reliqua de-

hactenus fuissent, ad decem, Episcopi nostri cura atque consilio excrevisse Auctor tradit, mox quaedam disputabuntur.

Splendor cultus publici in Ecclesia Cathedrali (ut auctum Altarium et Ministrorum numerum jam taceam) quantopere a nostro amplificatus fuerit, atque sic ad eam perductus formam, quae perfecta, pro judicio illius aevi haberetur, narratio Auctoris abunde demonstrat [31]), qui *Magnum* non modo (supra p. 370) „*horas de sancta Cruce* et passione „Dominica ad singulas *Canonicas horas* legi per totam Dioe„cesin instituisse" ait, sed etiam (p. 372) in Ecclesia Cathedrali statuisse, „a *Missa Aurorae* inchoando, usque ad *sum*„*mam missam* terminando, omnibus *horis intermediis* in per-

---

sunt; ita ut neque a quo Episcopo *Magno* literae datae sint, scire liceret, nisi nostrum fuisse, ex collatione cum literis sequentibus (*ibid.* Fol. 140 reperiundis) instituta, appareret: „Allom „them thetta breff see eller höra, hälsar jac Gwnnar Joansson, „borgare j Abo, äverdelica met Gudhi. Kännes jac vppenbar„lica met thesso mino opno breffue, mik vara skylloghan he„dherlikom herre, *Rodgere*, Domproast j Abo, fämtigi Ängilske „nobla, alla fulwictoga, for hwilka L nobla jac Gwnnar säther „til pant for:de Herre Rodgere alth mith godz j *Yliskölä* oc „*Sormiiärfui* byom liggiande j Bernaa sokn, met hws, akrom „ok engiom, skogom ok fiskevatnom, när by ällär fiärre, j vaato „oc j thorro, engo vndantagno, som thom godzom nv oc aff al„der hafuer tilligat, met swadana förskälum, at Herre Rodgere „Domproast, eller hans aruum, scal j handom hafua oc forstaa „oc nyttia thöm fornempdom godzom swa länge at jac äller „mina arfua til takka oc nögio betalar fornempda herre Rodgere „äller hans arfwom the for:de fämtigi nobla. Til thessa breff „vissa oc vitnisbörd bedher jac goda män, *Andris Römare*, „Borgamästare, oc *Michel Swarta*, Radman j Abo, oc *Herre Rag*„*wald Gwnnarson, myn syslingha oc Sancte Trinitatis Capellan* „*j Abo Domkirkio*, hängia sin incigle met mino egno Incigle fore „thetta breff, som scriffuit oc giffuit är j Abo, *anno* äpther Guds „byrd MCDXX, vm sancti Johannis baptiste dagh". Ergo institutum hoc aliquando viguisse, certum est; quando autem et ex qua caussa cessaverit, penitus nos latet.

[31]) Unde autem Rev. RHYZELIUS didicerit, quod in vita nostri (p. 334) affirmat, res Dioeceseos Aboënsis, sub antecessoris Ep. *Beronis* senectute, in statum turbidiorem abiisse, nos latet.

„petuum *Missas speciales*, ita quod nulla hora intermedia „absque missa praeteriret“ [32]).

Indulgentiis quoque uberrimis Ecclesiae suae comparatis, reditus atque opes ejus augere studuisse comperimus: cujus rei testes Literae supersunt, partim VII Episcoporum Sveciae *Nicolai* Archiep. *Upsalensis*, *Nicolai* Episc. *Lincopensis*, *Svenonis Scarensis*, *Thomae Strengnensis*, *Magni* nostri *Aboënsis*, *Olavi Arosiensis* (et *Laurentii Wexionensis*) datae *Sudhercopie* a:o D:ni MCDXL primo [33]); partim *Ale-*

---

[32]) *Horas* de S. Cruce, preces significare, quae de hoc argumento cantabantur, notum est. *Horae* autem *Canonicae* (explicante D:no Du Cange, *Glossar.* sub hac voce) sunt „*officia* „diurna quae in ecclesiis fideles psallendo exsequuntur, sic di- „ctae quia certis horis recitari debent juxta *canones* et regulas „S. S. Patrum. Hae autem *septem* numero sunt, *Matutina, Prima,* „*Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium.*“ Comparatque nomina Anglo-Saxonica: *Uthsang* (Cantus *antelucanus*), *Primsang* (Cantus *matutinus*), *Untersang* (C. tertianus), *Middägsang* (C. *Meridianus*), *Nonsang* (C. nonalis), *äsensang* (C. *vespertinus*), et *Nihtsang* (Cantus *nocturnus*). *Missam* autem *Aurorae* eandem esse, quae etiam *Matutina* audit, per se patet; *Summam missam* nescio utrum *Meridianam* explicare debeam, an *Completorium?* Horae intermediae sunt omnes inter Canonicas interjectae. *Missae speciales* sunt *Privatae*, (etiam solitariae) publicis et solennibus oppositae.

[33]) *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 70 sq. Hae pertinebant non modo ad Ecclesiam Cathedralem, sed ad omnes omnino Dioeceseos Aboënsis (etiam *parrochiales et capellas eis annexas*); promittebantque omnibus, qui certis enumeratisque nominatim diebus festis, „pro missis, *predicacionibus*, matutinis, vesperis „aut aliis diuinis officiis deuote audiendis convenissent, aut sin- „gula altaria - - - - - visitavissent, pariter et Ave Maria aut „aliam quamvis deuotam oracionem dicendo, sive luminaria, „ornamenta, jocalia, vestes, libros, calices, corporalia, pannos, „pecuniam, predia, aut alia quecunque necessaria ad ipsarum „- - - sustentacionem obtulerint, sive in festo beati Martini et „singulis *diebus rogacionum*, missis et processionibus fieri consue- „tis cum deuocione interfuissent, sive ipsas - - pro defunctis orando „circuierint, siue in pulsacione campane beate virginis Marie aut „vespere in dictis ecclesiis et capellis flexis genibus tot ave „Maria et Pater noster dixerint, - - - - - XL dierum indulgencias.“

xandri, titulo S. Laurentii in Damaso, Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis [34]), datae in *Rüncfeldia* Dyocesis Basiliensis, a:o D:ni Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, die vero undecima mensis Aprilis (Pontificatus Felicis Papae quinti anno tertio); partim *Synodi Basiliensis*, datae Basileae VIII iduum Martii, a:o a nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio [35]); partim

---

Rationem autem hujus gratiae hanc afferunt, quod incolis hujus Dioeccseos „per magnas locorum distantias et varios difficilium „viarum anfractus ecclesias et loca indulgencialia visitandi com„moditas amitteretur et facultas".

[34]) Ejusdem, cujus aliam Bullam, in favorem *Capellae Corporis Christi* datam, supra (p. 387 not. 17) attulimus. Eodem die utraque ejus Bulla data est; atque post anni notam (MCDXL) vocabulum *tercio* in priori illo exemplo excidisse, annus Pontificis expressus (Pontificatus -- *Felicis* Pape quinti *anno tercio)*, manifestum facit, quod observare obliti sumus. Meminit hujus Bullae etiam Nobil. A CELSE *(Appar. ad Hist. Svio-Goth.* Sect. I p. 187, §. LXIII, n. 2); sed Cardinalem et Legatum Pontificium *Julianum* vocat, per errorem, sine dubio? Notari autem sequentia Cardinalis verba merentur; „Cum itaque, sicut acce„pimus, ecclesia Kathedralis Aboensis *Ruthenorum et aliorum* „*Christi fidem persequencium* hostilitate, guerris ac eciam diffor„tunio causantibus, *bis ignis voragine retroactis temporibus mise*„*rabiliter concremata* pariterque consumpta fuit, et nondum de„bite reedificata, ipsiusque edificia ruinam" (ruinarum?) „et fissu„rarum deformitatem, ornamenta quoque ecclesiastica inibi con„sumpciones paciuntur non modicas, et ad gravioris desolacionis „periculum formidantur dietim peruenire; et ad quorum repara„cionem et restauracionem ac ornamentorum et paramentorum „ecclesiasticorum huiusmodi recuperacionem et conseruacionem „cum facultates fabrice ipsius ecclesie nullatenus sufficiant, pia „Christi fidelium suffragia sint non mediocriter opportuna: etc." Concedit igitur ecclesiae nostrae benefactoribus „de thesauro ec„clesie militantis *septem annos indulgenciarum* et totidem quadra„genas, de iniunctis eis penitenciis." *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 69).

[35]) Habetur Bulla in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 66. Meminit ejusdem etiam Nobil. A CELSE l. c. Etiam in hac miserabilis Ecclesiae Aboënsis conditio depingitur: „Cum itaque, sicut acce„pimus, ecclesia Aboensis, que sub honore et vocabulo beate „Marie, sanctorum Henrici et Erici fundata et constructa dicitur

smique Papae *Eugenii IV,* datae Romae apud S. Petrum, ano incarnationis Dominicae Millesimo quadringentesimo uadragesimo quinto, Kalendis Junii, Pontificatus sui anno uinto decimo [36]).

Diligentiam suam in ornamentis Templo Ecclesiaeque boënsi varii generis (quae saeculi pietas maximi fecit) omparandis, ex instituto mox considerabimus [37]). Quod ero Templum ipsum (una cum Urbe et Coenobio) a. 1429 cendio infelici afflictum, intra XXX annos ab Episcopo ostro non modo instauratum, sed etiam in meliorem condionem perductum Auctor dicit, meritae illi laudi tribuitur [38]).

---

pariter et dotata, fortuito accidente casu, infra paucos annos bis ignis incendio lamentabiliter deuastata, nec non et alias *per infidelium Ruthenorum*, qui partes illas in illorum confinibus ,consistentes, proh dolor plurimum infestant et exterminare la,borant, *crebros incursus et inuasiones*, suis Clenodiis, jocalibus, ,libris, campanis, ornamentis et paramentis ecclesiasticis, ad di,uinum cultum requisitis, depredata ac fere in totum destituta „fore noscatur, adeo quod vix spes subest ipsam ecclesiam in „suis edificiis et structuris reparari et conseruari, nec non cle„nodiis, jocalibus, libris, campanis, ornamentis et paramentis ,huiusmodi restaurari et adornari posse, nisi piis Christi fide,lium suffragiis et elemosinarum largicionibus subueniatur ibidem etc." Promittuntur igitur ejus benefactoribus et visitatoribus, *torum annorum et totidem quadragenarum* indulgentiae. Ultima erba nostri exempli, ita corrupta sunt, ut sensum eorum aegre piscari liceat; bene autem est, quod neque hodie magni res : momenti.

[36]) In *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 66 legendae. Harum notitia ruit Nobil. A CELSE. Similes superioribus querelas, de infornüis et inopia Ecclesiae Aboënsis continent: ac ejus benefactobus *septem annos et totidem quadragenas* de iniunctis eis penineciis, remittunt. Haud neglexisse nostros, quo misericordiam ecitarent majorem, Ecclesiae suae mala vehementius deplorare, edas; nec parum opis ad fortunam illam florentiorem, quam er *Magni* nostri curam adepta fuit, promovendam Indulgentiaum hujusmodi nundinationem contulisse, existimare debemus.

[37]) Annott. 58 et 59.

[38]) Praeter Ecclesiam Cathedralem, urbem quoque Aboënsem, et Coenobium conflagrasse, MESSENIUS recte tradit *(Scond. T. X p. 19).* Hausit ex veteri Chronologia, qualem exscripsit

Neque commodorum Sedis Mensaeque suae Episco lis, antecessorum suorum exemplo tuendorum augendoru que, studium atque curam neglexisse, reperimus. Ut re peratum, post longas lites atque contentiones, Episco Aboënsibus Jus Patronatus in paroeciam Borgå, atque riam Episcopalem in urbe Aboënsi primum aedificatam, loco praetereamus, infra de iis diligentius disputaturi Castrum *Kustö* pro majore parte a nostro exstructum fuis Auctor testatur, hoc est, ut putamus, lateritio muro, l aedificiorum hactenus magnam partem ligneorum, ornat atque munitum [40])? Deinde immunitatem ab oneribus tri tisque publicis, liberalitate R. *Caroli* praediis pluribus Alandia sitis atque ad mensam Episcopalem pertinenti comparavit [41]); jus Episcopi Ecclesiaeque Cathedralis Al ënsis in praedia quaedam Uplandica, diu controversum, liciter asseruit, atque in praedia alia, hic in Finlandia translatum, publicis literis confirmari curavit [42]); jus E

---

etiam PALMSKÖLDIUS *Arch.* Vol. Åbo och Åland p. 253, legitur: *Aboensis civitas cum ecclesia cathedrali et claustro 1429 combusta ex incendio.* Exemplum hujusmodi Chronologi (initio seculi XVI, ut videtur, scriptum), quod possidet Cel. NO DIN, iisdem fere verbis habet: *A:o D:ni MCDXXIX combu est ecclesia Cathedralis Claustrumque et civitas Aboensis ex cendio.* Ex eodem fonte utrumque fluxisse exemplum, mani stum est. Reparandi diligentiam ad civitatem atque coenobi (cujus etiam hic ut unici in urbe nostra fit mentio!) non mi quam ad Ecclesiam ab Episcopo fuisse extensam, MESSENI liberaliter addidit.

[39]) Annott. 54 et 57.

[40]) Cfr supra p. 171 not. (1); et MESSENII *Scond.* T. p. 19, sub a. 1431.

[41]) Litterae Regis testantur, datae *Stockh. Dominica in octavas Johannis baptiste anno D:ni MCDL:* quas typis ex mendas curavimus in *Foliis hebdom. Ab.* (Tidn. utg. af et Sä skap i Åbo) a. 1785, Append. p. 80 (ex *Registro Eccl. Ab.* F 112 descriptas).

[42]) *Medelby* et *Kakunäs,* praedia in Uplandia sita, q olim Ecclesiae Aboënsi donaverat Episcopus *Hemmingus* (supra p. 213 not. 15), sed postea villae Regiae *(Ladugård*

scopi Aboënsis salmones in fluvio Kymmenensi piscandi, defendit[43]), etc. Neque existimari debet, Bullas quae su-

Wäldhä l. *Wädla*, quae obscura nobis nomina sunt, aut locus ipse non satis sanus?) prope Stockholmiam subjecta fuerant, sententia Judiciali Senatus Regni, ad Episcopum Ecclesiamque Aboënsem de jure pertinere, agnitum fuit; cum autem iis terris villa regia carere non posse videretur, praedia tria Coronae (quorum duo tantum nominantur, *Vanhalinna* in paroecia *Lundo* et *Katavakangari* in paroecia *Pijkis*) circa Aboam sita, illarum loco Episcopo concedebant nostro; cujus tamen permutationis vel plene stabiliendae vel rescindendae potestatem Regi, cum in Regnum esset rediturus, Senatores reservabant. Sententia ipsa, data *a. 1438, die S. Birgittae,* legi potest typis expressa in *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. (a. 1785 Append.) p. 27 sq. (descripta e *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 156).

43) Sententias binas judiciales, hujus rei testes, legere licet in *Foliis Hebdom. Ab.* nuper citatis, a. 1785, Append. p. 63 sq. et p. 66 sq. (descriptas e *Registro Eccles. Aboëns.* Fol. 148 et 149): ubi *Conventio* etiam (ut vocatur) inter Dn. *Magnum* Episc. Aboënsem et Rusticos in Abborafors, de hac piscatura, a. 1442 facta, habetur. Venerant in usum hujus juris Episcopi Aboënses antiquissimis jam temporibus, quod ex literis intelligi potest R. *Magni*, a. 1357 datis (quarum supra mentionem facere obliti sumus), e quibus simul patet, *quartum* quemque *piscem* in illo amne (ac similiter, putamus in reliquis fluviis majoribus) captum, tributi loco Regi olim cessisse: grave certe tributum, a quo pendendo Rex Episcopum Aboënsem liberavit. Tales autem sunt: „*Magnus* Dei gracia Rex Svecie, Norwegie et Scanie, omnibus „presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. „Noveritis, quod nos venerabili in Christo patri, D:no *Hemingo*, mi„seracione Divina Episcopo Aboensi, cuius utilitates et commoda „prosequi volumus favoribus graciosis, graciose duximus conce„dendum, *quod piscaturam suam in Abborafors a modo libere „habeat sine solucione cuiuslibet quarti piscis, quem actenus*" (hactenus) „*sicut alii consueverat erogare:* prohibentes firmiter et „discrete, ne quis advocatorum nostrorum, eorundem officialium, „seu quiuis alius, cuiuscunque condicionis aut status existat, „predictum D:num Aboensem H. contra tenorem presentis pre„sumat quomodolibet impedire, prout graciam nostram diligere „voluerit et favorem.. Datum in castro nostro Aboensi anno D:ni „MCCCLVII, feria tercia ante nativitatem beate virginis". *(Ib.* Fol. 149 sq.)

persunt binas, alteram Synodi Constantiensis (datam Co stantiae *VII Kal. Julii anno a nativitate Domini MCDXVI* alteram Papae *Martini V (datam apud urbem veterem II K Decembris, Pontificatus sui anno tertio,* h. e. 1419*)*, Antist nostro hanc diligenter administratorum bonorum Episcoj lium laudem, auferre; quamvis de revocandis mensaeq Episcopali restituendis bonis quibuslibet, ab illo vel praec cessoribus suis Episcopis Aboënsibus inde abalienatis, agai quod enim in simili exemplo supra significavimus (p. 31 encyclicas videri, nec tam remotas has terras, quam aust liores Europae partes proxime spectasse, id de Bullis aeq his atque illis, confidenter asserere jam non dubitamu Quum vero duarum harum Bullarum nulla apud Dn. A Cels mentio fiat, brevem earundem descriptionem subjunximus[44]

Totam denique Dioecesin Clerumque suum quanta cur complexus sit, non modo parta huic privilegia[45]), acqu

---

[44]) Prioris initium (ad Episcopum *Revaliensem* transmissae tale est: „Sacrosancta et generalis synodus venerabili fratri *Ep* „*scopo Revaliensi* salutem et Dei omnipotentis benediccionem „Ad audienciam nostram pervenit, quod tam venerabilis frat „*Magnus, Episcopus Aboensis*, quam predecessores sui Episco „Aboenses qui fuerunt pro tempore, decimas, census, reddita „terras, domos, possessiones, prata, pascua, nemora, grangia „molendina, iura, iurisdicciones et nonnulla alia bona *ad mens* „suam Episcopalem spectancia, datis super hoc litteris, confect „exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renu „ciacionibus et penis adiectis, in gravem ipsorum episcopi „mense lesionem, nonnullis clericis et laycis, aliquibus eorum „vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis pe „petuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt etc.“ Ha itaque omnia rescindi, gravibus verbis jubentur. Posterioris h initium est: „*Martinus* Episcopus - - - venerabilibus fratribus *Sc* „*rensi* et *Strengiarensi* (Strengnesensi) Episcopis salutem et „Ad audienciam nostram pervenit, quod tam venerabilis frat „noster episcopus Aboensis, quam predecessores sui, - - - dec „mas, terras, domos, *vineas* - - - concesserunt,“ etc. De quoru deinde omnium bonorum revocatione grave mandatum subjicitu Legi possunt in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 36..

[45]) Privilegium R. *Erici*, a. 1417 Ecclesiae Cathedral Episcopo, Praelatis, Ecclesiis, Altaribus et Clericis omnibus Fi

sita Ecclesiae Cathedrali nova praedia[46]), conditae novae ecclesiae[47]), Domus Hospitales per Dioecesin insti-

---

landensibus datum, legi potest in *Fol. Hebdom. Aboënsibus* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, Append. p. 73; et Regis *Christophori*, ejusdem generis, *Ib.* p. 60: utrumque descriptum e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 26. Sed R. *Christophorus* aliis etiam literis, Latine scriptis, (eodem anno 1441, Regni sui Svecici I, die exaltationis S. Crucis datis) multo uberioribus et accuratioribus, totam Ecclesiam Svecanam in tutelam recepit, libertatibusque et immunitatibus maximis ornavit: quarum exemplum legitur ibid. Fol. 28 sq. Cfr. LAGERBRING Swea Rikes Hist. 4 Del, 7 C., 5 §., p. 365. Porro Privilegium R. *Caroli* Ecclesiae Fennicae datum, habetur in commemoratis nuper *Foliis Hebd. Ab.* l. c. p. 79 (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29). Pertinent huc etiam ejusdem Regis literae, quibus *Presbyteriis* (Prestabordén) in *Alandia* immunitatem ab omnibus tributis publicis, monente atque postulante Episcopo *Magno*, concessit; legendae in iisdem *Fol. Hebd.* l. c. p. 81, (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 112): ut hujusmodi libertates singulis praediis ecclesiasticis a Regibus subinde concessas, taceamus, quales sunt R. *Erici* in citatis saepe *Foliis Hebd.* legendae a. 1785, N:o 21, p. 161; cfr. etiam quae infra Adnot. 61 porro monebuntur.

[46]). Quae non attinet enumerare. Altaribus quoque olim jam conditis, ut *Parrochiali* et S. *Laurentii* novos reditus accessisse, Domos ubi Praebendati habitarent, fuisse acquisitas etc. reperimus.

[47]) Exemplum memorabile habemus in ecclesia *Jockas* Savolaxiae, de cujus initiis, atque simul de ratione curiarum presbyterialium (Prästebord) in universum, his temporibus, literae Episcopi nostri nosmet egregie edocent, legendae in citatis saepe *Foliis Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 49, p. 385 sqq. Quin literis indulgentialibus plures Dioeceseos suae ecclesias, ad earum aedificationem adjuvandam, damna reparanda etc. munierit, dubitandum non est; licet memoria aliarum hodie non supersit, quam quas Ecclesiae *Ulfsby* eum concessisse, ex fragmento epistolae discimus a Praepos. *Biörneburgensi Gabr. Arctopolitano* ad Praepos. *Hvittisensem And. Keckonium* a. 1667 datarum, quod conservavit nobis PET. FORTELIUS in Diss. *de primis initiis Biörneburgi* p. 11 sq. Ostendit illa Epistola, quanta messis monumentorum vetustorum in antiquioribus patriae nostrae Templis medio adhuc seculi superioris superesset; si majores nostri vel mediocri rerum nostrarum illustrandarum atque memoriae illarum conser-

tutae [48]), Wiburgensis ecclesia Praebendis novis ar-

vandae tacti cura fuissent, praeclaram antiquitatibus nostris lucem foeneratura! Sed interveniens crudelis Russorum irruptio atque dominatio istas divitias dissipavit et exterminavit. Inter literas veteres in dicta Epistola enumeratas, atque ad ecclesiam Biörnebnrgensem pertinentes, nullo quidem dubio nobis obnoxiae videntur Episcoporum Aboënsium *Ragvaldi* a. 1311 de fundatione templi in *Liikis* seu *Ulfzby*, *Benedicti* a. 1332 de templo lapideo in *Liikis* exstruendo, *Hemmingi* a. 1347 de coemiterii in *Ulfsby* consecratione, et 1350 de 40 dierum indulgentiis, *Johannis* ejusdem argumenti (quarum tamen datarum annus non editur), et *Magni* nostri a. 1440 aut 1450, (nam 1540, si fuit in autographo, de quo dubitamus, sphalma fuisse manifestum, cuique apparet); et *Johannis* Ep. Ab. a:o 1509. Paullo majorem excitare debere mirationem videantur literae Episcoporum peregrinorum, *Johannis* Ep. N. anno 1429 (nostri *Magni* tempore Episcopi), datae *Hafniae* proxima quinta feria post festum b. Bartholomaei, de templo Ulfzby, casuali incendio deleto reaedificando, cum indulgentiis 40 dierum; *Brudderi Episc. Libaviensis* ejusdem argumenti, datae Calmariae a. 1429; *Petri* Archiep. *Lundensis*, Sveciae Primatis et Apostolicae Sedis Legati, a. 1429, quas ex apographo exscriptas ibidem integras legere licet. Sed neque hujusmodi exempla alia non occurrunt, casu aliquo enata. Quod vero in eadem Dissert. p. 15 de Loculo (oblat-ask) narratur argenteo, adhuc tum superstite, hujusmodi inscriptionem praeferente, „Denna „asken är gjord af silfwer, som är funnit uti de Högwälborne Her„rarnas Salig Herr Finkarnas graf, hwilka äro begrafne åhr „1139 och med Barons Högwälb. Herr Carl Horns omkostnad efter „des förfäder å nyjo förfärdigat, åhr 1684," id, quantum ad editum annum sepultorum veterum illorum *Finkiorum* (1139), adeo absurdum est, ut defendi omnino haud debuisset: nec ad assertionem stabiliendam manifestae adeo falsitatis, suffecit testium fidem adferre, inscriptionis verba sic legi confirmantium, sed doceri debuit auctorem inscriptionis aut turpi errore, aut studio fallendi ductum, rem falsam non asseruisse, aut sphalma adeo in anni notas (1139 pro 1439 vel 1539) non irrepsisse. De *Finckiorum* hac gente dabitur fortasse nobis occasio posthac quaedam monendi.

[48]) In *singulis suis residentiis* (in *Korois* putamus, in *Kusti*, *Aboae* etc.) *pauperes et debiles, coecos et claudos, Christi fidelium decimis et suis propriis reditibus enutrivisse*, Auctor noster affirmat. Latius hanc Episcopi beneficentiam extendit Rhyzelius, primum scribens (p. 335): år 1423 uprettade han et Hospital eller siuke- och fattigstugo i alla the soknar i Stichtet, i hwilka

a [49]), Cenotaphium S. Henrici in Nousis magnifice ornam [50]), atque Coenobium Nådendalense magno studio contum et auctum [51]), demonstrant.

Privatam suam pietatem, (a superstitione licet seculi aud immunem) quam impense Auctor celebrat, sinceram isse, merito nos quoque credimus; nec dubitamus, quin d famam sibi atque venerationem insignem constantemque omparandam vehementer contulerit: ita ut haud difficulter

---

an ägde några gåårdar them han monga och mongastådes hade; e deinde addens, at han wid hwarje Härads Tings-stuga, låt ysa et wißt antal fattiga. Ducem sine dubio secutus fuit MESENIUM, qui „circa a. MCDXIII“, inquit, „Magnus Abogensis Episcopus, juxta quamlibet ferme dioecesis suae *ecclesiam,* instituit et alit nosocomium“ (*Scond.* T. X p. 19); et in *Chronico Rythm. Finland.* canit: och at han wid Probst-Kyrcka hwar J t Stickt et Spetal bygt har (p. 34). Variantes inter se aliquanm singulae assertiones, quam certo nitantur fundamento, et anon ex verbis Auctoris nostri liberalius explicatis omnes enatae int? haud dixerim. Mirum sane videatur, vastioris illius libealiorisque instituti, in singulis (fere) parrochiis, vel ecclesiis raepositalibus, vel aedibus denique territoriorum judicialibus, b Episcopo facti, Auctorem nihil omnino meminisse!

[49]) *Tres* R. *Carolum*, ad ejus suggestionem, in Ecclesia Viburgensi fundasse praebendas, S. *Johannis, Catharinae* et *Annae,* Auctor noster asserit. Literae autem quarum exemplum xhibuit Ill. LAGERBRING (Saml. af Handlingar i Sw. Historien, I Del. p. 187 sq.) docere videntur, Avum R. *Caroli, Thordoem Bonde,* (Thord Bonde Röriksson) Praebendam S. *Johannis* et *Mariae Magdalenae* in illa Ecclesia jam pridem instituisse; cui ompletandae praebendae, nepos suus, *Carolus Canuti,* una cum gnatis suis, praedium *Dighernäs* Nylandiae, postea (a. 1422) ldebant. Cfr. *Ejusd.* LAGERBRINGII Sw. R. Hist. III Del, C. 10, 5, p. 811. Sed fortassis deinde Rex *Carolus* hanc (ut et requas?) liberalius dotando, auctor dici cunctarum meruit?

[50]) De qua re nihil ab Auctoro nostro prodi, miramur. Ingne Episcopi gentilitium, huic monumento insculptum, operis rfecti gloriam illi haud dubie vindicat: quo autem tempore ud fieri curaverit, prorsus ignoramus. Cfr. quae supra monuius p. 298. A:o 1429 RHYZELIUS confectum asserit.

[51]) De quibus ejus consiliis atque curis infra ex instituto emus, Adnot. 55.

etiam ad sententiam Rev. RHYZELII accedamus, qui non minus *Magnum* nostrum quam antecessorem suum *Hemmingum* meruisse judicat, ut in album sanctorum referretur [52]). Quod futurum fuisse, nisi interveniens sacrorum apud nos emendatio malesanis hujusmodi Apotheosibus finem imposuisset, non improbabili conjectura existimamus: quo facto, nec Miraculorum ab eo, inprimis post mortem, patratorum copiam, vel juratis testibus confirmatorum, defuturam fuisse, certi sumus!

In his privatae suae vitae laudibus celebrandis Auctor occupatus [53]), quam perfectae instar virtutis Monachalis proponit, *Peregrinationis* quoque religiosae ad terram sanctam a *Magno* nostro susceptae haud obliviscitur: quod unicum exemplum nobis notum est Episcopi Finlandensis, ad vanum hoc non minus quam periculosum iter, maximosque sumtus postulans, perficiendum superstitiosa temporis pietate impulsi. Laude tamen ei tribui poterit, quod opportunitate per illud sibi oblata, ad Ecclesiam suam variis ornamentis decorandam usus sit; licet superstitio aevi sui hic etiam non parum illum deluserit; ut infra videbimus [54]). Hanc peregrinationem a. 1420 et 1421 factam ab illo fuisse, MESSENIUS ait [55]): quod quibus nixus argumentis faciat, igno-

---

[52]) L. c. Quod judicium Episcopi protestantis inexspectatum videri alicui queat? Sed nihil aliud significare voluit, nisi laudes meritaque *Magni* nostri, quocunque nomine censeantur, *Hemmingi* illis inferiora haberi minime debere.

[53]) Quo pertinent, quae de Missa ab eo quotidie dicta, de sacello proprio comparato in quo ipse horas cecinit, etc. p. 370 sq., de vita honesta, casta et temperata, nec non de variis virtutum operibus et in *Ecclesia Finlandensi* et in *Regno Sveciae* ab eo peractis, p. 374 habentur.

[54]) Adnot. 58 et 59.

[55]) *Scond.* T. X p. 18, ubi legitur: „*Circa* MCDXX *Ma*„*gnus* Finlandiae praesul, votivam ingreditur peregrinationem ad „sepulchrum Hierosolymae Dominicum"; et „*Circa* MCDXXI inde „*Magnus* Venetias reversus, insignia suae comparat Ecclesiae „ornamenta, non modico constantia pretio." Per *Venetias* rediisse, ibique pretiosiora Ecclesiae suae *indumenta* fieri fecisse, etiam

ramus, nisi quod primis suscepti muneris annis, dum aetate adhuc esset vegeta, peractum fuisse, probabile videatur [56].

51. *Choralium* officium erat in Choro cantare. Hos in Upsaliensi Ecclesia certos et negotio huic peculiariter destinatos non fuisse, putat SCHEFFERUS (Not. ad *Chronicon Archiep. Upsal.* p. 40 sq.), antequam Archiep. *Jacobus Erlandi* a. 1280 novam praebendam in illa ordinaret Ecclesia, *in qua instituit sex parvulos pro servitio Chori* (l. c. p. 36), qui scil. ministrarent sacerdoti missas celebranti cantuque juvarent sacra. Cfr. Eundem SCHEFFERUM, de instituta (a. 1316) ab *Andrea* Praeposito Upsaliensi ibidem *Societate Scholarium* s. *Choralium* disputantem, l. c. p. 126, 127, 128. Quo tempore apud nos certi Chorales instituti primum sint (quos hic etiam, ut Upsaliae quondam, primitus nonnisi VI fuisse, ab Auctore nostro discimus), ignoramus; anno tamen jam 1355 mentionem eorum fieri reperimus [57]. Quale officium illorum fuerit, et quomodo illud ad certum ministerium certis Praelatis praestandum illos obligaverit, vel ex literis *Nicolai Lydikeson* supra (p. 404 sq. not. 26) allatis, intelligere licet [58]. Ex libro rationum R. *Gustavo I,* (a. 1542)

Auctor noster asserit: de reliquis autem ornamentis non idem expresse habet. Sed quaedam de his adhuc infra monebimus, Adnot. 58 et 59.

[56]) Supersunt vero monumenta, quae docent Ep. *Magnum* a. 1420 *die S. Ceciliae* (22 Nov.) praesentem fuisse in Judicio Territoriali (Häradś=Ting) in Paroecia Eura habito *(Reg. Eccl. Ab.* Fol. 159); et rursus Aboae fuisse a. 1421 die S. *Martini* (11 aut 12 Nov.); *Ib.* Fol. 211: cfr. supra p. 382 not. 13. Ita ut spatium peregrinationem adeo longam interim perficiendi ei suppetiisse non videatur? Reliquorum Monumentorum annos et dies inter se comparandi, ex quibus quo tempore in his locis praesens fuerit Episcopus vel minus, colligere liceat, otium nobis non superfuit.

[57]) Scil. Dn. *Henricus Tempill* in Testamento suo (hoc anno scripto, cfr. supra p. 236 not. 41 legavit cuilibet *Chorali in exequiis funeris sui presencialiter existenti II Horas* (libros Horarum s. precum).

[58]) Ubi sciscit (p. 404) ut ad Missas a se institutas celebrandas Praebendatus Sacelli Divae Virginis (Wårfru Chor)

de reditibus cum Ecclesiae Cathedralis, tum Praelatorum ejus atque Praebendatorum singulorum, ipso jubente oblato (cujus jam mentionem injecimus, quemque infra ex instituto describemus) discimus, hosce Chorales (qui Chor=Prester, *Sacerdotes Chorales,* ibi appellantur) tum nonnisi VIII fuisse (numero eorum sine dubio per Reformationem Ecclesiae sensim imminuto), quibus singulis X marcarum stipendium annuum, et alimenti loco (til kost och förtäringh) XX marcae pecuniarum, IX modii (Spen) Secalis (Rogh), et XIV Modii [59]) Hordei ad cerevisiam inde conficiendam praeparati (Malt), assignatum fuisse ibidem proditur.

52. *Fraternitas,* sive sodalitas sacra, (Broderskap, Gilde) quid illis temporibus significaverit, et hodieque apud Pontificios significet, ignotum esse nequit. Magnus earum in Svecia quoque olim exstitit numerus [60]). In honorem inprimis Sancti alicujus instituebantur regulisque et legibus quaeque suis muniebantur: obligabant se socii ad Sacra quaedam officia praestanda, ad certas Missas condendas, alendas et audiendas, ad certas Processiones religiosas faciendas, ad certa convivia celebranda, interdum etiam ad opera charitatis exercenda etc. Quibus omnibus rebus peragendis necessarios sumtus Socii subministrabant. Membris constabant partim Clericis, partim Laicis.

De instituta *Fraternitate S. Annae,* nihil omnino, nisi

---

adjumento habeat, ex Episcopi atque Capituli praescripto, *Tres Chorales* (Coor=Clärika, quasi *Clericos Chorales;* non ergo *pueri* videntur fuisse, ut Upsaliae erant illi de quibus l. c. SCHEFFERUS?) scil. *Praepositi, Archidiaconi et Canonici aetate maximi, qui eas missas celebrabunt, et Praebendatus cum eorum aliquo Vigilias canet, idemque Praebendatus aequam iis mercedem praebebit.* Sacerdotes igitur fuisse, apparet.

[59]) Mensura haec (Span) quantum frumenti, ad hodiernas nostras mensuras relata comprehenderit, in tam vario et temporum et provinciarum usu, difficile fuerit constituere. Inter 24 et 32 minores modiolos (kappar vel wackar) aequasse, credas?

[60]) Cfr. Dissert. geminam *De Conviviis Sacris, Svet. Gilden in Svecia,* Praeside Cel. ERICO M. FANT Upsaliae 1782 et 1785 editam.

ae pauca Auctoris nostri verba exhibent, ex nostris monuntis discimus. Institutionem vero *Fraternitatis Trium Ren* sequens Annotatio illustrat, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol.) init.) occurrens: „Areno epther Gudz byrdh MCDXLIX[61]) iktadhe thetta brodherscapet virdhelighen Fadher met Gudi *scop Magnus* j Abo, Herre *Olaff Magni Domproasther*, erre *Sigurd Iwansson Archiedegne,* Mesther *Jönis Magni*, erre *Hannus Länepä* ok Herre *Haquon Jönisson,* Canikka ier sama stadz, a Clerkanna väghna; *Jacob Fresen, Albert yendorp,* Henrik Buskman, Borgmesthara j Abo, Fredric rees, Hannus Kurizhaghen, oc Bern Grotte, Borgara ther ama stadz, Leekmän, j *Gudz hedher, Jomffru Marie ok j e helgha tre Konungha ära,* ok them tiil siäla gangn ok ndheligheu hugnet, som sigh j thetta broderscapet giffua: milkit haldas skall j swa mottha, som här äpter scrifuit taar.„ Ipsa tamen statuta quae promittuntur, adscripta n sunt. Porro ibid. (Fol. 193 sq.) exhibentur „*Nomina Fraum Confraternitatis trium Regum*" (sensim sc. adscripta), c ordine. „*Primo Episcoporum:* Dominus *Magnus Olavi,* rimus fundator, Dominus *Olavus,* D:nus *Conradus Bitz,* :nus *Magnus Nicolai* de Serkilax[62]). — *Prepositi:* Magier *Henricus Freese,* Magr. *Magnus Nicolai,* Magr. *Launcius Swrepä,* Magr. *Henricus Wenne,* Magr. *Paulus keel.* — *Archidiaconi:* Magister *Benedictus Holt,* Magr. *Joannes Magni,* D:nus *Nicolaus Mwlle,* D:nus *Siffridus Olavi,* :nus *Magnus Griffoth.* — *Canonici:* Dominus *Johannes Lämingh,*" (sine dubio excidit in Apographo *Jönis Magni,*

[61]) Apographon habet MCDXLX (pro MCDXL); nam res a, aetas Episcopi nostri, et adscripti in margine (manu coaeva) meri Arabici 1449 (1440? quem annum ipsae literae donatio- praeferunt) vitium irrepsisse, facile emendandum, docent.

[62]) Difficile fuerit, quam rationem Auctor hujus indicis seus sit, constituere. *Laurentium* enim *Suuripä*, (qui a. 1500 hedram ascendit Episcopalem) inter Episcopos non recenset; l M. *Paulum Skeel,* qui a. demum 1515 ad dignitatem admofuit Praepositi, inter Praepositos enumerat: quosdam e pris fundatoribus omittit (ex. g. *Sigurdum Johannis* Archidiacon) etc.

vid. supra), „D:nus *Johannes Lenäpä,* D:nus *Haquinus Jo*„*hannis,* D:nus *Johannes Tavast,* Magister *Petrus Benedicti* „Magr. *Olaus Petri,* D:nus *Petrus Petri,* Magr. *Laurencius* „*Nicolai,* Magr. *Magnus Johannis,* D:nus *Magnus Laurencii* „D:nus *Martinus Skytthe* [63]). — *Sacerdotes:* Magister *Lau*„*rencius Swrinpä* (Suuripä), D:nus *Johannes Sweder,* D:nus „*Martinus Olavi,* D:nus *Benedictus Johannis,* D:nus *Marcus* „*Olavi.* — *Milites et Militares:* Dominus *Henricus Clauusson* „in Koskis Miles; D:nus *Henricus Bidz,* Miles in Wiik; D:nus „*Magnus Gren,* Miles; D:nus *Ericus Absolonis* (Eric Axelßon), „Miles; D:nus *Aruidus Clauusson,* Miles; D:nus *Nicolaus* „*Ericsson* de Fogleviik, Miles. — *Militares et Armigeri: Be*„*nedictus Lidikisson; Ericus Bidz* Legifer Suderfindie; *Jo*„*hannes Olaffsson* de Kariskylä; *Jacobus Persson* de Pid„kala, Legifer; *Johan Kyle* Advocatus castri; *Canutus Bidz;* „*Henricus Bidz* [64]). — *Proconsules, Consules, Cives et Bur*„*genses: Jacobus Freese* ProConsul, *Albertus Nyendorp* Pro-

---

[63]) Quanto studio nostri homines literis his temporibus incubuerint, ex magno numero *Magistrorum* inter Praelatos Ecclesiae Fennicae occurrentium, colligi potest; ad quem honoris titulum acquirendum Academias exteras adire, et non levem pro more seculi, artibus impendere industriam, necesse habebant: ut sumtuum ad literarias has peregrinationes necessariorum jam non faciam mentionem. — [Caussa, cur tanto sumtu tantaque molestia spretis, exteras has atque longinquas adirent Academias (unde non facile sine *Gradu* aliquo accepto Academico redibant) homines Ecclesiasticas ambientes dignitates, in magnis quaerenda est quae exspectare illis licuit hujus consilii praemiis. Aequales enim *Graduati* censebantur *Nobilibus*, et ornamenta gestandi *Praelatis* et *Canonicis* alioquin propria, jus habebant. Sic in Statutis Upsaliensibus (apud Ill. NETTELBLADT l. c. p. 177, Punct. CXXXV) legimus: „Item prohibita sunt Clericis *Birreta fusca*, ne publice „in capite ea portent, exceptis *Praelatis*, *Canonicis* et *Graduatis*. „Prohibitus portans punitur in solvendo unum Birretum privile„giato ad portandum, qui prius eum apprehenderit“. (Cfr ib. p. 194 *de Birretis*). Et p. 183 Punct. XVIII statuitur: „Item in „assecutione beneficiorum et dignitatum *Nobiles ac Graduatos*, ac „etiam innatos (infödde), ceteris paribus, volumus aliis anteferri.“]

[64]) De plerisque horum infra quaedam adferentur.

„consul, *Henricus Buskeman* Proconsul, *Fredericus Frese* „civis, *Johannes Kortzhagen* Consul, *Bernardus Grothe* Con„sul, *Branderus Lampen* Consul, *Gerlacius Flicke* civis, *An„dreas Munck* Proconsul."

Licet autem negare haud velimus, a:o demum 1449 hanc Fraternitatem fuisse solenniter constitutam; tamen prius de illa instituenda fuisse consilia agitata, saltim Altare ejus antea jam exstitisse, ex donatis huic, anno praecedente 1448, praediis elucet; quarum rerum fidem monumenta faciunt supra (p. 407, not. 27) allata [65].

53. De illustri viro *Nicolao Lydekini,* quem *Capitaneum Castri Aboënsis* Auctor noster appellat [66]), alias quidem diximus [67]); sed ob sua familiaeque suae merita in Ecclesiam Aboënsem singularia, praeeunte Auctore, quaedam hoc etiam loco addenda putavimus. *Clauus Lydekeson* in monumentis Svecica exaratis lingua vocatur; quod nomen suum cum Latine *Nicolaus* et hic et alibi a veteribus (cfr. supra p. 362 not. 25) efferatur, patet falsos esse qui (ex ignorantia veteris moris) et hunc et Flemingianae gentis in Finlandia satorem (*Clauus* Fleming) *Claudium* vocant (*Claes* pro *Nils* vel *Niclas*): cfr. supra p. 358 sq. not. 22. Qui error, leviusculus ille quidem, late serpsit [68]). Filium fuisse *Lyderi de Kyrn,* Praefecti olim Finlandensis, (de quo vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* citata, p. 180) nonnulli Genealogi no-

---

[65]) In Fragmento *Palmsköldiano* doceri quidem videtur, *Fraternitatem* quoque *Clericorum* fuisse ab Episcopo *Magno* institutam (verba habent: „Hic fraternitatem trium regum *et Clericorum* instituit"); sed ejus nullam licuit aliam reperire memoriam. Fortasse vocabulum aliquod (chorum l. altare?) excidit ante voc. *trium* aut *clericorum?* — [Sine omni dubio *Clericorum* ex falsa lectione irrepsit pro *Chorum;* quo reposito, locus fit sanus.]

[66]) Rhyzelius minus commode vertit Slottsloswen i Åbo.

[67]) Vid. Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo a. 1785 Bih. p. 191 sq., ubi inter Praefectos Castro Aboënsi (ejusque ditioni) commemoratur.

[68]) Sic filios nostri, *Henricum* et *Arvidum Claudii (Henric Claesson* et *Arvid Claesson)* vocat Nobiliss. Uggla (Swea Rikes Råds-Längd, 3 Afdeln. p. 57, N:o 557 et 559); Nob. tamen

stri autumant [69]); nescio quibus fulti argumentis? [70]). **Messenius** Germanum fuisse asserit, *natum apud Westphalos in ditione Monasteriensi* [71]). Omnes cognomine *Diekne (l. Diekn,*

---

v. Stiernman (*Höfd. Minne*, II Del. V B. 3 C.) de nostro recte habet: „*Nicolaus Lydikson* eller Clavus *Lydhekeson Diekn*". Vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo, l. c.

[69]) v. Stiernman l. c. et Schema Geneal. ab Anonymo conditum MS. cujus supra mentionem fecimus (p. 176 not. 18). De *Lydero* autem illo (utrum idem nomen sit ac *Lydheke*, nec ne? haud dixerim) quod ibidem affirmat v. Stiernman, regnante demum *Erico* Pomerano eum in Sveciam venisse, falsum esse, debuerat ipse videre, qui l. c. C. 2 (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo l. c. p. 180) affirmaverat, eundem *Lyderum* sese *Advocatum Finlandiae* appellasse in literis, quibus a. 1315 (toto seculo ante *Ericum* Regem!) *Örebrogiae praedium suum Ekeby* Abbatissae monasterii Riseberga permutationis jure concessit! Probabilius disputatur, eum tempore Ducis *Erici* de regno cum fratre R. *Birgero* contendentis, in Sveciam venisse; a cujus Ducis stetisse partibus, atque inter XII Equites fuisse, qui a. 1307 pro *pactionis Motorpensis* servanda fide, cum eodem Duce ac fratre suo *Waldemaro* sponderent, docet Nobil. Lagerbring (Swea Rikes Hist. III D. I C. 20 §.). Cfr. supra p. 176, not. 18.

[70]) Ad *insignium gentilitiorum* similitudinem, quibus *Lyderus* ille et noster *Nicolaus Lydechini* usi sunt, si argumenti loco (non illius semper firmissimi!) provocas, nec illa forsan maxima fuit. *Lyderi* autem insignia quomodo describat v. Stiernman, supra audivimus (p. 176 not. 18). De *Nicolao* nostro idem dicit: (l. c. p. 191). „Förde i wapen en röd Engel med et swart Oxhufwud i hwitt fält". In quae, qui conferendi opportunitatem habent, accuratius inquirant. Sed cum post a. 1322 *Lyderi* illius (qui a. 1307 jam vir fuit maturae aetatis) mentio nulla in priscis monumentis sit reperta, noster autem *Nicolaus* a. 1434 adhuc *Capitaneus* vocetur *Castri Aboënsis*, fraterque suus *Benedictus Lydechini* etiam a. 1460 in vivis esset; hos illius fuisse filios, non facile credas! Probabile tamen est, eos non advenas fuisse, sed hic in Finlandia natos? quod magis etiam probabitur, si *generi* (mina maga) quos in adductis supra (p. 405 not.) literis noster enumerat, *affines* sui (Swågrar), quomodo iis temporibus hoc vocabulum saepe usurpatur (cfr. supra p. 382 not.) fuisse putandi sint? De qua re nos nihil affirmamus.

[71]) *Theatr. Nobilit. Svec.* p. 58. Quod si verum est, diu ante a. 1390 huc venerit oportet; quo anno Judex jam fuisse reperitur Territorialis Tavastiae: vid. supra p. 360 not. (23).

Diägn, Diegn, Degne) fuisse appellatum, idque ad posteros quoque suos propagasse, testantur [72]), (quibus tamen an solis adhaeserit, haud dicam?) [73]), magna olim auctoritate

---

[72]) Caussam nominis, ut antea fassi sumus, ignoramus; quo noster saepe, sed frater suus aut filii nunquam, in vetustis monumentis, appellantur.

[73]) Nimis multi sunt, qui hoc eodem cognomine olim conspicui fuerunt, quam ut ad eandem omnes pertinuisse stirpem, credere liceat: quorum alios alia quoque insignia gentilitia haud raro gestasse, reperimus. Cfr. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* I D. p. 78, 126, 128, 139, 162, 170, 211, 224, 357: in cujus operis P. II MS. praeterea nominantur *Henr. Diekn* Under Lagman i Medelpad 1374; *Jöns Diekn* Konungsfogde öfver Helsingland 1343; *Nils Diekn* Lagman i Wästerbotten 1489, et alius Underlagman i Medelpad 1628; *Olof Diekn* Lagman å Bo Jönssons vägnar öfver Norre Finland och Åland 1381 (de quo supra p. 356 sq. not. 22, quemque eundem putes de quo loquitur Nob. LAGERBRING Sw. R. Hist. III Del. 10 C. 4 §. p. 784); *Petar Diäkn* Underlagman i Westergöthland 1399 (som var död 1406, och efterlämnade en son *Nilis Petärsson*), et alius *Peter Diäkn* Foghot oppa Wordberg 1403, 33, 37. Quibus addere ex nostris monumentis possumus *Nicolaum Diägn de Mäskyalum* a. 1329 inter testes emtionis-venditionis in Tavastia comparentem (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 150); *Jacobus Diägn*, qui praedia a. 1343-48 Ecclesiae Aboënsi donavit (Ib. Fol. 123 et 23); *Lauris Dyäkn* 1385, *Lauris Dighne* 1410 (Ib. F. 129 et 110); *Jeppe Diäkn* (hederlik man), cui Johannes Petri, Canonicus Aboënsis, praedium suum Heinis, a Capitulo Aboënsi emtum, a. 1375 vendidit (Ib. Fol. 107), et de quo supra p. 359 quaedam diximus. Hunc eundem fuisse, qui in literis sequentibus *Jacobum Abrahami Militem* se vocat, verisimile videatur? quas quia breves sunt, subjungimus: „Thet see allom mannom witherlikit, at iak „*Jacob Abramson*, Rydder, kännes vppenbarlika, at iak for man„ghom arom vplot ok gaff Olaff Andersson ok hans arffwom „myth godz Heynis j Rymitte sokn met tillaghum till äverdeliko „ägho, thet iak rätthlika ok rädhelika köpte aff Domherromen „ok aff Capitulo [vid] Domkirkione j Abo for myna redha pä„ningha, ther iak redhelika thöm betthaladhe epther thera vilia, „thöm till vilia ok til nöghiä: huilket godz Heynis ther Biscop „Hannus Gudh hans siäll haffui, ok Capitulum j Abo, rätthlika „met rätho köpe wnno ok forwarffuo, thet är mik vitherlikt, „epter thy the breff vthwisa therpa giffuin ärä, ther iak Olaff

et splendore magnisque opibus in Finlandia nostra claros [74]),

---

„Andersson ther opa antvardat haffuer. Scriffuit j Räflom, areno „epther Gudz byrdh MCDV, Sunnadaghen näst epter Pingxdaga „dagh, vnder myth incigle till stadfestilse ok til rättha beuis„ning, ther iak fore thetta breff hength haffuer etc." (Ib. Fol. 101). Nempe cum sese praedium illud a Capitulo Aboënsi emisse testetur, quod Capitulares *Johanni Petri* vendiderant, qui jus suum mox in honorabilem virum *Jeppe Diekn* transtulit; de eodem viro litteras utrasque agere existimes? Neque nomen, *Jeppe* vel *Jacobus*, abnuit. Posteriora viri fata, et quid Revaliae egerit, plane ignoramus. Si autem haec adoptetur conjectura, illum *Jeppe Diäkn, Vicar. Legiferum Ölandiae* etc., de quo Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I p. 139 loquitur, alium a nostro fuisse, statuendum forte erit? Sed pergimus viros enumerare, cognomento *Diekn*, in nostris monumentis insignitos. Tales igitur porro sunt: *Jonas Diekn*, qui a. 1410 loco Legiferi *Nicolai (Clauus) Fleming* jus dixit (cfr. supra p. 359 not. 22), atque sive idem sive alius *Jons Degn (Jons Degn aff Berna.)* et *Jonis Diekn aff Bambodha*, nec non *Olaff Degn aff Brambodha*, qui, ille a. 1464 inter *Judicii Territorialis*, hic a. 1472 inter *Judicii Regii* Assessores comparent (Ib. Fol. 125, 232 et 138); *Magnus Diäkn* qui a. 1407 inter Assessores Judicii Regii, et a. 1416 ut vir majoris auctoritatis commemoratur (Ib. Fol. 140 et 337), quique a. 1410 Alandiae praefuit (Ib. Fol. 273, cfr. supra p. 361 not. 23); *Biörn Diegn* qui a. 1422 ut vir non levis dignitatis nominatur (Ib. Fol. 147); *Waldemar Diegn*, quem Judicis Territorialis in Tavastia munus a. 1415 et 1423 administrasse, a:o vero 1411 (cfr. supra p. 363) et 1420 Castro Tavasteburgensi Praefectum fuisse, reperimus (Ib. Fol. 166, 233 et 134); *Haquon Diegn* (Ib. Fol. 133); *Martinus Diekn* Armiger (a Vapn), qui a. 1423, una cum uxore sua *Christina Eskilli* (Christina Eskilsdotter) partem suam praedii Rungo in Pikis Episcopo *Magno Tavast* vendidit, inter cujus facti testes comparet etiam *Magnus Diekn*, (Ib. Fol. 230): sive illum sive alium *Martinum Diekn* adhuc a. 1445 vixisse, alibi discimus (Ib. Fol. 158.). Quae collegimus, ut Genealogis nostris aliquam fortassis opem subministrarent.

74) Schema Geneal. (de quo commemoravimus) familiae hujus, non modo duos, ut supra (p. 176 not. 18) significavimus, *Nicolao* nostro fratres tribuit natu majores, *Biörn Diekne* (eundem forte quem nuper nominavimus) et *Bo Diekne* (de quo nihil rescire nobis licuit), sed fratri etiam suo natu minore *Benedicto* filium, *Lydike Bengtsson* (itidem nobis prorsus ignotum) assignat. Praeter filios autem *Nicolai* nostri fama illustres *Arvidum* (quem

quorum jam stirps interiit. Noster ut ex monumentis vetustis discimus, anno jam 1390 *Judex* fuit (*Territorialis*) *Ta-*

---

natu majorem facit) et *Henricum*, inter Regni Senatores cooptatos, tertium eidem idem Schema addit *Tynnis* (Antonium) *Classon (Nilsson)*, nobis omnino ignotum, ac sorores duas, *Annam* nuptam *Erico* (Henrico) *Bisse* majori, (gamla Herr *Eric Bisse*) cui filium *Conradum*, postea Episcopum [cum suis fratribus *Erico* minore, (unge Eric Bisse til Wik) et *Claudio*] peperit, et *Catharinam* nuptam *Henrico Olai Horn* de Åminne; quam etiam MESSENIUS l. c. (p. 58) *Nicolai* nostri (quem *Claudium* vocat) fuisse filium dicit, sed postea (p. 102) eandem fuisse uxorem *Jacobi Kurck* matremque Episcopi *Arvidi*, significat, sive in nomine errans, sive sororem nostri cum filia confundens? Ex litteris quidem supra (p. 405) allatis patet, *Nicolaum* nostrum nomine vel generi vel affinis (mina maga) utrumque, et *Henricum Olai* et *Jacobum Kurck (Jeppe Korke)* simul appellare, aeque ac *Henricum Bitz*, ac praeterea *Henricum Swerdh* (Armigerum, quem inter Regni Senatores recenset Nobil. UGGLA l. c. p. 41 N:o 493, a. 1435, 1436) nec non *Jonis Olaffsson* (fratrem Episcopi *Olai Tavast*, cfr. supra p. 376 not. 4, p. 381 not. 13, et p. 383 not. 15), cujus uxoris nomen *Martha* proditur in literis *Benedicti Lydekeson* et *Henrici Clausson* communibus (quibus *sororem suam* appellant,) in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 218 servatis (cfr. supra p. 376 not. 4 et p. 383 not. 15). Affirmat praeterea Nob. v. STIERNMAN, Legiferum Finl. *Nicolaum Fleming* filiam *Nicolai* nostri *Ceciliam* in matrimonio habuisse (vid. supra p. 359 not. 22); quibus nixus rationibus, haud dicam? Familiam itaque hanc *Dieknorum* cum illustrissimis Finlandiae proceribus cognatione et affinitate conjunctam fuisse, ex his satis patet.

De *Benedicto Lydikini*, *Nicolai* nostri fratre, natu (ut videtur) minore, alibi egimus (Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo 1785 Bih. p. 220); cfr. supra p. 360 sq. not. 23: et p. 405 not. 26: ex quibus patet, eum a. 1411 Judicem fuisse Territorii *Pikisensis* (Häradshöfdinge i Pikis Härad), sed tandem ad idem munus in superiore Satacundia administrandum transiisse; a. 1437 et sequentibus (1438 et 1439) Praefectum fuisse Arci (et Provinciae) Tavasteburgensi, cui quamdiu praefuerit nescimus. Utrum idem sit, quem inter Regni Senatores a. 1435-1438 recenset Nobil. UGGLA (l. c. p. 52 N:o 502), quemque primo illo anno (1435) Decreto Senatus de pactione Halmstadiensi rata habenda subscripsisse docet Nob. LAGERBRING Sw. R. Hist. 2 Del. 4 C. 28 §. dubium videri queat, si hujus insigne gentili-

vastiae (supra p. 360 not. 23); unde ad idem munus in Territorio *Maskoënsi*, Fenniae Borealis, administrandum

---

tium (sicut l. c. not. (x) dicit Nob. UGGLA) fuit *Anchora deorsum pendens, cum stella sex cuspides ostentante?* Arma enim nostrum eadem quae patrem suum, aut non multum diversa gestasse vel ex cognomine in adjecta parti STIERNMANNIANI operis ineditae annotatione, ei tributo, *Örn*, colligas? vid. *Append. ad Folia Hebdom. Aboëns.* 1785, l. c. Nihil affirmo. Uxorem suam fuisse *Walburgem Johannis (Walborg Jönissa dotter)*, cujus gentem indicare non possumus, ibidem docuimus. Animum suum in Ecclesiam Aboënsem benignum, cujus jam supra documenta dedimus (p. 397 not., p. 407 not. 27), etiam sequentes produnt literae, quae eundem et fratris sui filiis supervixisse, et anno adhuc 1460 in vivis fuisse, et liberos reliquisse, simul docent „For allom thetta breff höra eller see, kennis ok kungör iach „*Bengt Lydikkeson a Vapn,* at nw fore naghrom aarom, *then tidh* „*mine kere brodher syner, Här Henrik Olaff*" (vitiose hoc irrepsisse credas?) „*Clauusson och Här Aruidh Clauuson, leffde,* tha „gaff iach them badhom tilsamans och jamskiptis, fore then store „kerligh och venskap the mik opta och idkäligha beuiste, Gudz „theris siäll nadhe, eth mith aflingha gotz liggiandes i Byrkala „sokn ok kallas vidh nampn *Kuliu,* meth swadana breff och vilkor, ath haffde the badhe eller naghor there liffuad mine liffa „lenger, tha skule the och theris retthe ärffuingiä epter them „beholda for:de godz *Kuliu* til ävinnelika ägho; haffde och bad „forre aff thesse värld aff fallit än jach, tha skulde jach haffa „mith godz friit oc wmbewarat jgen och göra theraff beggis the„ris siell och myna eghna hvad Gudh vilde mik werdighas „hoghen skiwta. Nw epter thet ath the bodhe äre aff daghom „ledne och *liggie badhe jordadhe j Helge Licame Koor j Ab* „*Domkirkio,* j huilken Koor ävinnelichen aminnelse görs for „them som tiil thens Korens bestand oc wpehelde holpit haffua „och jach ostundar wara lott tagande meth them [i] thet god „j forscriffne helge licame koor görs: Tha haffuer jagh giffuit „*meth myna käre barna jaa, fulbordh och samtykkio,* for:de *Kuliu* „*lio* gotz vnder [til] for:de helge licame koor j Abo Domkirki „til ävinnelica ägho, ok sköter ok skäler for:de gotz *Kulio* vnder for:de helge licame koor här aa satte Laghmantz tinghe „j närvaru ärligx mantz, Her *Christiern Benktssons, Riddare* „*Höffuitsman pa Abo sloth och Satagwnna, Hartik Jopsons,* Lagman j Norrfinnä laghsaghu, meth tesse tolff fastom och skötningha vithnom här epter nämpnäs: Jonis Oyriainen, Niclis

transiit, cui ab a:o 1407 ad exitum usque vitae praefuisse, vetera monumenta testantur. Interim Arcis quoque Aboën-

---

Weffta, Peder Laynen, Peder Kakariu, Olaff Körningh, Olaff Henriksson, Olaff Lewku, Peder Kurinen, Wilken Olaffson, Jusse Parpan poyca, Olaff Kyrälainen, och Olaff Tyrvompoyca. Till mere visso ok witnisbyrd later jach hengia mith Incigle fore thetta breff: bider jach ärlige man Herr Christiern Benktssons, Riddare, och velborens mantz Hartik Jopsons incigle hengiandes vnder thetta breff. Datum Abo Anno Domini MCDLX." *egistr. Eccles. Ab.* Fol. 238.

Filios igitur *Nicolai Lydikeson*, *Henricum* et *Arvidum Nilai*, et *Milites* (Riddare) fuisse, et ante a. 1460 decessisse, m illae literae fidem faciunt, tum alia supra (p. 405 not., p. 07 sq. not. 27 et p. 476) allata monumenta demonstrant; id. Nobil. UGGLA l. c. p. 57 N:o 557 et 559, cujus addubitio (not. r.) de utriusque cognatione, simul hinc facile evanecit. De *Arvido Nicolai* nihil praeterea scimus, si liberalitatem uam in Ecclesiam Aboënsem, de qua supra, exceperis, nisi quod xorem suam *Ingeburgem, Domini Arvidi Benedicti (Herr Arvid lengtssons dotter)* ipse nominat (supra p. 408 not.). De *Henico* autem *Nicolai*, ad ea quae alibi dicta sunt (Tidn. utg. af et Sällſk. i Åbo l. c. p. 192 sqq.) addere adhuc licet 1:o Eundem on fuisse sepultum in Templo Nådendalensi, ut literae ibid. dductae significant, sed in Choro Corporis Christi Aboënsi, icut ex testimonio patrui sui nuper vidimus. Cfr. Testamentum jus a DIJKMANNO allatum (*Antiquitt. Ecclesiast.* p. 207 sq.), bi anni notam 1421 erroneam esse, vel ex mentione facta *Olai Episcopi* (qui anno demum 1450 Cathedram Episcopalem ascenlit), manifestum fit. Unde autem Auctor Diss. *de Coenobio Vadhenadahl* habuerit, quae dicit (P. I p. 126) *Henricum* nostrum, piscopo *Magno* mortuo, mutasse consilium, et cum conjuge sua cryptis Monasterii illius sepeliri voluisse, nescio: id quod ex *tis* quidem, *quae sequentis aevi sunt, satis constare* affirmat; d vereor ne easdem spectet literas quas STIERNMANNUS addu- a. 1453 datas, quas allato a nobis nuper testimonio patrui i posteriori cedere oportere, diximus. Caeterum alio errore ictor ejusdem Dissertationis [ut et GREG. HALLENIUS Diss. *Territorio Wirmoënsi* P. I cod. Praeside ed. p. 66 et 70] ustrem virum ibidem vocat Dominum de *Kankas* (pro *Kos-s*), idque nomen detorqueri vult, satis insulse, in *Kanikas* uasi Canonicorum sedem, ad quos tamen nunquam pertinuit), um aperte sit Fennicum (*Kangas, Kankas*, campus arenosus in

sis eique subjectae Provinciae Praefecturam, Rex *Eric* (Pomeranus) illi commiserat; quam dignitatem ab a. 14 ad 1434 nostra ei monumenta tribuunt: ex quibus sim videmus, eum Judicis munus interim per alios, more il temporibus recepto, administrasse [75]). Quam gravis de c tura terrarum Finlandensium in majus provehenda, a Re ci a. 1411 mandata fuerit cura, supra significavimus (362 sq.). Uxorem suam, *Christinam Johannis (Christina J nise dotter)*, in literis a nobis supra (p. 404 not. 26) all

collem leniter assurgens, Svetice Malm), ex situ loci desumtum 2:o Uxorem suam *Luciam Olavi*, sororem fuisse Episcopi *Magn Tavast*, quod vulgo asseritur, nullo hactenus argumento idone fuisse demonstratum, notavimus (cfr. supra p. 377 not. 4 e p. 407 not.). 3:o *Judicem Territorialem* (Häradshöfdinge) fuiss Territorii *Satacundiae Inferioris*, litterae Judiciales ab eo anni 1445, 46 et 47 datae, atque in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 163 164 servatae, docent. 4:o *Legiferum Fenniae Borealis* anni 1449-1458 fuisse, datae ab eo his annis literae Judiciales, i eodem *Registro* servatae plures evincunt. Quo autem argument ductus Nob. UGGLA l. c. vitam ejus ad a. usque 1462 prod xerit, nescimus; anno enim jam 1460 fuisse mortuum (nisi err in numeris latet?) literae Patrui sui *Benedicti* nuper allatae oste dunt: nec igitur a. demum 1440 Senatoriam dignitatem adept est; *Miles* autem (Riddare) ab a. usque 1441 vocatur. — [Ad a num autem mortis viri illustris *Henrici Clawsson* quod attine ex literis inter Coenobii Nådendalensis illas servatis, datis *1459 Manedagen infra Octavas Omnium Sanctorum* (Apogr. ÖR HJÄLMII p. 1391 sqq.) liquet, illum jam tum vita decessiss mentio enim fit ejus ut mortui *(Herr Henrich Clawssons bre som Lagman i then tima var, Gudh hans själ nade!)*]

[75]) Anno jam 1405 inter Assessores Judicii Regii (Räff Ting) in Borea Fennia comparet *Clauus Diäkn (Reg. Eccles. A* Fol. 105, 106, 161); a. 1407 vocatur *Claws Lydikason, Jud Territorialis in Borea Fennia* (Ib. Fol. 119, cfr. Åbo Nya Tid 1789 N:o 40); a. 1414, 1418, 1432 ejus nomine primum *Be dictus Michaëlis*, deinde *Jonis Ingonis* (s. *Ingonen*) in *Territor Maskuensi* judicia habuerunt. *(Ib.* Fol. 169, 220, 221, 228 anno 1434 ejus loco *Hannus Hamborgh* Judicis munus ibide gessit *(Ibid.* F. 220, 223), in cujus literis judicialibus Praefect Arcis Aboënsis *(Höffuitzman pa Abo)* simul audit; qua dignitat a. jam 1411 ornatum fuisse, supra vidimus (p. 362, not. 25).

ipse nominat; quae cujus gentis fuerit, ignoramus[76]). um anno jam 1437 de vita migrasse, e literis discimus ui *Andrisson Tolk* supra allatis (p. 405 not.); unde erro- ı in numerorum nota inesse credas, cum eundem a. 1442 oitaneum *Castri Aboënsis* vocari, Nobil. v. STIERNMAN re- ;[77]). Sed plus satis de hoc viro diximus.

54. Aut mendo textum nostrum hoc loco laborare, od supra suspicati sumus (p. 371 not.), aut quod nunc gis placet, Auctorem minus commode mentem expres- se, manifestum est. Nihil certe aliud docere voluit, quam *lam domum publicam (Episcopium* s. *Curiam Episcopalem* at MESSENIUS), ante *Magni* nostri tempora, Episcopos in e Aboënsi habuisse, sed extra urbem (in *Korois* et *Kai-*) habitasse. Hanc aedificationem a. 1417 a *Magno* fuisse ceptam, MESSENIUS (nescio unde?) tradit, *Scond.* T. X 180. Inter domos illas privatas (*Curias,* ut tum loque- itur) in urbe nostra sitas, quas Ecclesiae Cathedrali sse donatas, supra passim docuimus, nullas hactenus sse nisi *ligneas,* vix credas? Certe illam quam a. 1426 em Ecclesiae concessit *Laurentius Wammal* (l. *Wadmal*), is Aboënsis, his verbis ipse describit: -- „Kungör jak - mik haffua vplatith --- Domkirkionne j Abo min gard dh apa liggiande, ganskan som han staar, *met Stenhus* t träwirke, ok eenne gathubodh offwan gatuna, för II C. nglisca nobla met fulle wicth oc CXXX mark peningar Abooskt mynth, som nw gaar, fyra marc swa godha som ı nobil", etc. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 186).

Veterum narrationem de exstructa Aboae a *Magno* stro *Curia Episcopali* lapidea, ita auget RHYZELIUS (in a nostri, p. 334), ut etiam domum novam *Consistorio ha- do* dicatam aedificasse asserat, (Han lät giöra *ett nytt nsistorii-Hus* och bygga Biskopshuset af sten): quod unde licerit, nescio.

---

[76]) Sororem conjicias fuisse *Walburgis Jönissa dotter,* quae ri *Nicolai* nostri *Benedicto* nupserat?

[77]) Vid. Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo l. c. p. 191.

Cum Castrum *Kuusto pro majori parte erexisse*, Aucto adjicit; non male MESSENIUS (l. c. T. X p. 19, ad a. 1431 quem ex conjectura huic operi assignat) hanc *Magni* nostr laudem ita explicat, ut doceat illum *pluribus et elatioribu elegantioribusque castrum aedificiis adauxisse*. (Cfr. quae di ximus supra p. 416).

55. De primis Coenobii *Nådendalensis* initiis, supra jam disputavimus (p. 402 sqq.), Auctoresque unde peteri plura liceret, simul indicavimus. Quibus adde Diss. M. PE TRI ELMGREN (Praes. Cel. BILMARK hic Aboae a. 1775 ed.) *Analecta quaedam Historiae Coenobii Nådendalensis in Fin landia exhibentem*. Quod autem, cum Monialium Wadste nensium primam ad has oras translationem, tum Mona sterii iis in Valle Gratiae exstructi laudem, *Magno* nostr totam Auctor tribuit, licet et alios Regni Proceres et Regem Christophorum ad illud adjuvandum consilium haud parum contulisse constet; ita explicari debet, ut noster ejus e praecipuus auctor et effector merito habeatur, qui sua dili gentia, auctoritate, opibus, atque etiam pecunia, maxim illud promoverit. Cui sententiae, et Literae Regiae favent apud Dn. RANCKEN l. c. legendae, et ordo beneficiorum ab hoc Episcopo in idem Coenobium collatorum (quorum seriem Auctor noster persequitur) confirmandae copiose inservit. His igitur diligentius explicandis ut immoremur, minus esse necessarium existimamus [78]).

56. Hujus rei nulla alia, quantum scimus, praeter hanc Auctoris nostri narrationem, superest memoria. Neque igitur consilium Coenobitarum, neque caussas contumaciae suae, neque materiam litis praecipuam, nos cognoscere, fatemur. Immunitatem quandam ab auctoritate Episcopi, affectasse videntur? Quam late vero extendere jura sua voluerint, definire non licet. Audaces autem fuisse jurium

---

[78]) [De initiis Coenobii Nådendalensis, minus nobis, cum haec scriberemus, perspectis, cfr. infra disputata; inprimis autem quae ex instituto in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1796 N:o 1, 2, 3, 5, 7 demonstravimus.]

suorum, non modo verorum sed etiam praetensorum assertores, ex literis etiam quodammodo colligas subjunctis [79]),

---

[79]) „For alle the thetta breff höra eller see, kennis och „kwngör jak *Henrich Clauusson*, Riddare, Lagman j Nor-Fynne „Lagsagw, at then tiid jag Lagmanz ting hiolt met almogen j „Reso sokn, Birgela by, närvarandom beskedeligom mannom, „*Peder Karpalainen* Häradshöfdinge j Masko Häredhe, *Johan* „*Fläming* och flerom godhom mannom, kerde hederligen herre „*Mester Olaff Magni*, Domprouast j Abo, til *Nisse Hannusson*, „*Nadendals Closthers sysleman*, ath for:de closters landboo i „Montiskala oc thom gozom ther omkring haffde forhuggit hans „timberskoogh och met vålde affført takadh timber oc brandvidh „aff hans skoghom i Lolala och Kaupila. Til huilket Nisse Han-„nusson swaradhe, at for:de Montiskala gardh och the closterena „godz ther omkring skuldhe vara lothtagande j thöm skoghom: „och epter thet han ther til enghin beuisning haffde, hwaske „breff eller liffuandes vitne, tha sköth jak thetta ärendeth til „the tolff i nempdena satho, -- The vitnadhe, ransakade och „skulu epter swäria tha edzbert vardher, om noghon vil aff them „edh haffua, at for:da skogha Domprouasten omtalar, liggia in-„nan Lolala och Kaupila boolstadha, skel och raar; och kunde „Nisse Hannusson ey beuisa eller noghor annar, at *Jons Inghonen*, „*som for:da Montiskala gard oc the androm gooz saaldhe vnder* „*clostret*, haffde nokot fangit met noghra lagliga fångo, innan „for:da Domproastens boolstadha, skel oc raar; och inghen moth „nempdena vedhia vildhe: Thy dömpde jak for:de Domproaste-„nom sina skoga frii oc the Closterens landboo, honum våldhith „giort haffdo saka til XL marker och skadhan ather, met sämio „eller soornom eedhe, jnnan VII vikur, vidh VI marker for myn „dom. -- Giffuit och scriffuit j Reso Lögerdaghen nest fore Do-„minicam Invocavit, Aarom epter Gudz byrdh MCDXLIX, un-„dher mith Incigle". *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 262. Hasce literas, diligentius a nobis nondum perlectas cum de primis Claustri Nådendalensis condendi moliminibus supra disputaremus (p. 401 sq.), vel ideo hic afferendas putavimus, quod contra ac tum videbatur, praedium ab *Johanne Ingonis*, Episcopo Capituloque Aboënsi *in usum Claustri S. Annae in Reso* venditum (hac conditione, ut nisi illud claustrum incolume stabileque mansurum esset, praedium Altari S. Annae in Ecclesia Aboënsi cederet) revera *Monasterio Nådendalensi* acquisitum fuerit (sc. de *Montiskala*, non de *Mettelä*, agebatur!); unde sequi putes, idem Monasterium quod deinde *Nådendal* appellabatur, primum S. *Annae*

quae docent, controversiam illis cum eodem Episcopo *Olavo*, cum Praepositus adhuc esset Aboënsis, de limitibus praediorum suorum, a Coenobii parte iniquam intercessisse.

57. De concesso a R. *Magno Erici* Monasterio *Padis* jure Patronatus in Ecclesiam Borgo cum suis Capellis Sibbo et Perno), quod jus tam longam atque acrem inter Episcopos Aboënses et Fratres Padisenses litem peperit, ex professo alibi [80]) egimus: cfr. etiam dicta supra p. 258-264 = ad quae igitur Lectorem remisisse, hoc loco sufficiat. Praecipua autem ad hanc caussam pertinentia monumenta, infra in *Sylloge* dabimus.

Quomodo ex dictarum *Ecclesiarum censibus Missa Aurorae in Ecclesia Aboënsi perpetuata* ab Episcopo nostro fuerit, supra explicuimus (p. 348 sq. not. 10); licet non clarissime tamen pateat, quinam *census* (reditus ex istis ecclesiis) inprimis hic intelligantur? Partem credas eorum fuisse, qui ad Curatum loci pertinebant?

Caeterum Monachos *Padisenses* cum incolis littoris oppositi *Nylandensis* alias quoque commercium habuisse, vel praedia indicant, quae in Paroeciis *Kyrkslätt* et *Ingo* possedisse, atque a. 1407 Equiti (s. Militi) *Thordoni Bonde* 80 Marcis Rigensis monetae vendidisse, leguntur [81]).

---

dicatum, aut hoc cum illo conjunctum fuisse? cfr. RHYZELII *Monasteriol.* p. 291 sq. Valde est haec res obscura atque turbida: ut ex collata RHYZELII cum nostra disputatione (supra p. 401 sq.) satis patet! Num non nisi idem claustrum fuit, quod primum Ordini *Praedicatorum* consecrare Proceres Finlandiae optaverant, sed quod deinde *Brigittino* illi potius offerre placuit? quodque initio S. *Annae* appellabatur, variisque praediis dotabatur, loco interim suo primum in *Karinkylä* paroeciae *Masku*, deinde in *Reso*, tum in *Stenberg*, porro in *Helgå*, ac tandem in *Aylos* delecto atque varie mutato? Cfr. RHYZELIUS l. c. p. 291-214; MESSENIUS *Scond.* T. X. p. 18, 19, et *Chron. Rhytmic. Finl.* p. 34, 35, 36; RANCKEN l. c. p. 11-17, 22 sq. *Coenobium* certe *Nådendalense*, S. Johanni Baptistae, S. *Annae* et S. Birgittae praecipue dicatum fuisse, constat.

80) Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo a. 1785, Bihang p. 94—111.

81) Vid. Nobil. LAGERBRING Sw. R. Hist. III Del. X C.

58. Quot voluminibus, quibusque et quanti pretii libris, haec constiterit collectio, definire non valemus; adeo omnia ejus perierunt vestigia! Ex *Hemmingiani* tamen illius penus comparatione, usuque temporis, conjectura de literaria hac gaza fieri quodammodo potest. Cfr. supra p. 212, et *Hist.* nostra *Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* p. 15 sq. *Juris* libros, qui hic laudantur, ad *Jus Canonicum* pertinuisse, facile intelligitur. Caeterum egregiam de religione et literis bene merendi propensionem, in utroque Episcopo haec cura demonstrat; nec parvo vel usui vel ornamento Ecclesiae Cathedralis eam inserviisse, existimandum est. Quod vero libros hosce *Venetiis* Episcopum nostrum comparasse (una cum indumentis aliisque clenodiis Ecclesiae) MESSENIUS dicit (*Chron. Episc.* in vita nostri), ex minus diligenter perlecto Auctoris nostri textu, factum esse patet: concinit pro more RHYZELIUS, atque *sua pecunia* Episcopum omnia coëmisse ex ingenio addit.

59. Haec *Indumenta* et *Clenodia* Ecclesiae, diversa ab iis erant quae capellae Corporis Christi, a se conditae, Episcopum nostrum donasse, Auctor supra docuerat (cfr. p. 388 not. 18); affluentioreque jam fortuna fuisse usam, luculenter demonstrant, quae tam pretiosam ex *Auro* et *Argento* supellectilem sibi comparare valeret. Sed haec omnia vis hostilis dudum abstulit! Quod *caput et brachia b. Henrici argentea facta* fuisse, Auctor noster narrat, id ita interpretatur MESSENIUS, ut argenteam ei fieri curasse *statuam*, Episcopum *Magnum* asserat [82]); nescio quam vere? Cum enim nonnisi *Capitis et brachiorum* mentionem Auctor faciat, potius argento eadem inclusa tantum fuisse (infattade), significare voluisse, credas? Qua probata explicatione, dubium

---

15 §. p. 811; EJUSD. Saml. af Handl. i Sw. Hist. 2 Del. p. 185 sq. et v. STIERNMAN Höfd. Minne 2 Del. IX B. I C. (Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo l. c. p. 232).

[82]) *Scond.* T. X p. 19 ad a. 1427; in *Chron. Rhythmic. Finl.* suo modo canit: Sancte Hindrichs han (Ep. *Magnus*) göra lät Kosteliga rätt sölf beläت. P. 34. In *Chronico* tamen *Episcoporum* ab Auctoris nostri verbis non discedit.

suboriri poterit, annon cum argenteis laminis quibus erant, ipsa etiam brachia ab hostibus ablata fuer fracta atque abjecta, (a sacrilegis enim his praed neque sanctis rebus venerationem exhibitam, nec avaritiam a superstitione temporis coërcitam fuisse, cc adeo ut quod hodieque servatur brachium Sancti, virid inductum,' alterius viri venerandi (fortassis b. *Hen* una cum reliquiario cui impositum habetur?) sit exi dum? Cfr. supra dicta p. 111 sq. not. 12.

Euangeliare atque *Epistolare* hujusmodi, et si scripta diligentia, et argento, ut noster dicit ornata, hoc tempore pretii fuerint, eruditos non latet. Supr mus (p. 384 not.), Ecclesiam Wirmoënsem pro uno plo *Legendarii* Episcopo nostro *praedium Kintickala* d In alio monumento de eodem Episcopo legimus: „H „reddhe Domkirkionne *twa messa böker meth noth* „war soldh" (nomine Ecclesiae Cathedralis) „til Loy „kirkio, ok Här *Remar* som tha Yconomus var, bar „Loymeioki Kirkio *LXXX marc redhe peningar fo* „ok the andra är j Domkirkionne, *swa godh som C* Habetur hoc testimonium, in Literis Capituli Aboën *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 235 in *Fol. Hebdom. Ab.* (Al Tidningar) a. 1789 N:o 42 exscriptis ac editis. Res bant autem iis temporibus Marcae pecuniae Aboër cum dimidia, *Nobili Anglicano,* et marcae X uni Lib genti puri (en lödig mark silfwer); unde ingens talium rum pretium satis apparet.

60. De auctoritate et meritis Episcopi nostri *P* non immerito Auctorem praeclare sentire, et quae ejus rei argumenta, et communis monumentorum atqu ptorum veterum consensus, confirmant. Praeter mune tur sui splendorem (quo nomine et locum in Senatu praecipuum, et inter omnes Finlandiae Proceres atqu gistratus primum, tuebatur), atque familiae, cognati affinitatum opes ac praesidia, virtutum quoque et mer suorum commendatione plurimum potuit. Qua auct non abusum fuisse, sed ad pacem et salutem patr

tandam constanter usum summae justissimaeque laudi tribui debere, merito censetur.

De fide sua in Regem *Ericum* supra commemoravimus (p. 379). Nec R. *Christophoro* displicuisse reperimus. A Rege etiam *Carolo* magni factum, non modo Auctor noster testatur, sed alia quoque rerum documenta fidem faciunt.

Non modo ejus Coronationi (adeoque sine dubio etiam in Regem electioni) a. 1448 adfuisse [83]) constat, sed biennio quoque post consiliis eum impigre adjuvisse; unde Auctor noster scribit: *licet senio gravi confectus,* (annum enim aetatis agebat 92 aut 93) *quasi* (fere) *invitus extra dioecesin propter varia negotia expedienda - - in Regno* (in Svecia) *apud R. Carolum - - - tota hyeme occupatur* [84]), cujus gratia semper floruisse reperimus [85]). Ac licet in numero Senatorum, qui ad Conventum Halmstadiensem eodem hoc anno (1450) missi fuerant parumque bene rem gesserant, quique deinde (pactioni Halmstadiensi convenienter) Arbogiae, ut

---

[83]) Vid. Nobil. LAGERBRING Sw. R. Hist. IV D. 7 C. 23 §. et 8 C. 2 §. Cum ad Comitia Regis eligendi caussa praecipue convocata, omnes Episcopi cum reliquis proceribus convenissent, nosterque die 29 Junii Coronationi adfuisse reperiatur; dubium non est, quin Electioni quoque, die ejusdem mensis 20 factae, jure suo usus, interfuerit.

[84]) Si annum Auctor spectat 1450 (eundem quo Episcopatum *Magnus* deposuit), etiam aestatis sequentis partem in Svecia exegisse, constat: interfuit enim Comitiis Arbogiensibus, mense demum Junio celebratis. Vid. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 16. (*Festum Corporis Christi* hoc anno incidit in diem 4 Junii). Sed a. etiam proxime antecedente (1449) Regem invisisse; ex libertate Presbyteriis Alandensibus, eo praesente atque postulante a Rege indulta (*die proximo post diem S. Brigittae,* h. e. die 8 Octob.) patet; cfr. supra p. 418 sq. not. 45. Mansisse in Svecia ad sequentis usque anni aestatem, probabile est?

[85]) Vid. LAGERBRING l. c. C. 8 §. 12, p. 447 sq. Benignum sese Regem in Episcopum nostrum constanter exhibuisse, ex Privilegio eidem *Dominica infra octavas S. Johannis Baptistae,* anno hoc Episcopatus sui ultimo (1450), adhuc concesso, patet; de quo supra p. 416 sq. (not. 41) commemoravimus. Cfr. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo a. 1785 Bih. p. 80 sq.

Regno Norvegiae renuntiaret Regi suaserunt, nomen suu reperiatur [86]); hinc tamen male eum Regi consultum voluiss colligi nequit [87]). Quin absurdum non erit, si quis ad n strum trahere voluerit, quae *Chronicon Rhythmicum* maju (p. 402 sq.) de Episcopi cujusdam fide (nomine ejus su presso) narrat, perfida nonnullorum Senatorum qui Haln stadii fuerant consilia, licet nonnisi interposito juramen sibi concredita, Regi tamen aperientis [88])? De ipsis aute illis moliminibus, neque locus neque institutum nostru pluribus disputare jam permittit [89]).

Quam diligentem insignem atque honorificam de ca tero in consiliis atque gestis sui temporis politicis mod randis adjuvandisque praestiterit, ut Senator, operam; e

[86]) Vid. LAGERBRING l. c. §. 12, p. 447, et §. 16 p. 45

[87]) Cfr. LAGERBRING l. l. c. c. In his enim viros fuis videmus haud paucos Regi minime inimicos, (etiam Generu suum *Ericum Erici* Gyllenstierna), de quorum igitur fide n ipsum dubitasse, reperimus.

[88]) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 17. Aut noster oportet fue *Magnus*, aut *Nicolaus* Lincopiensis, aut *Achatius* (Åke) Arosie sis, aut *Laurentius* Wexionensis: reliqui Episcopi partibus Re adversis addicti erant. *Laurentius* autem rebus hujus aevi pol ticis minus interfuisse reperitur. Quod *senectutis* suae mentione Episcopus laudatus facit, in nostrum haud male convenit, q anno jam 1412 sedi Episcopali admotus fuit, quam reliqui tre ante a. 1440 non occupaverunt.

[89]) Non omnes hos Legatos in eadem culpa fuisse, sive conspirationis contra dignitatem rationesque Regis factae aut participes aut conscios, ipsa veterum narratio docet. Duces autem adversae factionis, cum invidia tum dominandi cupiditate actos, Danorum partibus magis quam Patriae saluti favisse, manifestum est; reliquosque partim corrupisse, partim decepisse, liquet. Neque obscurum est, multos Praelatorum atque Magnatum, de Unione Calmariensi renovanda et continuanda ideo consilia agitasse, ut in absentia Regis peregrini, privatae suae potentiae tuendae et augendae liberior sibi campus pateret: quare de R. *Caroli* viribus (Regno Norvegiae eum exuendo, aliisque juribus et ejus et patriae labefactandis) inique frangendis vehementer sollicitos se praebuisse reperimus, atque spe pacis cum Danis obtinendae firmandaeque etc. objecta, reliquorum oculos praestrinxisse.

plicare nobis minus necesse est, quum consulere de his liceat Nobil. LAGERBRING Sw. R. Hist. IV Del. passim: cfr. C. 2, §. 24, p. 94; §. 28, p. 104; §. 30, p. 109; C. 3, §. 3, p. 143 sq.; §. 12, p. 168; §. 16, p. 180; C. 4, §. 5, p. 219; etc.

61. Ut hujus rei ratio accurate intelligatur, paullo plenius explicandam putamus. Inierat Rex *Ericus* consilium, (*Henrico Königsmarckio,* ut traditur, auctore), tributa quae coloni Svecici fructibus terrarum suarum conferendis pendere hactenus consueverant, ita ab iis exigendi, ut fructuum illorum loco numeratam pecuniam, quae aestimatum horum aequaret valorem, solvere deberent [90]); quam tributorum pendendorum rationem etiam Fennis, cum a. 1407 has oras inviseret [91]), obtrusisse reperimus. Magnitudinem vero eorum ita definivit, ut integri praedii (Bol) vectigal *X marcis* aestimaretur, minoris (Rök) *V Marcis,* et adhuc minoris (Krok) *II Marcis* Svecicis [92]); gravi hac adjecta conditione, ut, quo de

---

[90]) Cfr. De hoc consilio LAGERBRING l. c. Del. IV, C. V, §. 6, p. 239, et Literae Regis mox commemorandae.

[91]) Cfr. supra p. 363. Instituisse hanc rationem atque ordinem vectigalium pendendorum *cum ipse Finlandiam* adiisset, ex iis quae de operis publicis praestandis *sese eo tempore cum colonis Fennicis pepigisse* (wi ware swa ower enä met them um thera ärwede, **tha wi ther siälffuä i Finland ware**) expresse testatur (in Literis a. 1419 datis et mox expendendis), colligi potest. Factum autem hoc a. 1407 fuisse judicamus, quod de priori itinere R. *Erici* Fennico (de quo Nobill. v. DALIN Sw. R. Hist. 2 Del. §. 14, p. 608, et LAGERBRING l. c. C. 1, §. 9, ·. 21 commemorant) a. 1403 suscepto, nihil nostra monumenta quantur: de Privilegiis autem quae Urbi Wiburgensi, hoc anno, idem praesens concessisse dicitur, quaeque unicum conservare jus itineris vestigium putantur, infra quaedam monebimus.

[92]) Expresse in Literis a. 1414 datis (de quibus mox) tetur: I withen wel, at **tho wi stadga giordom met almoga- n i Österlanden,** tha skulde hwar Rök göre fäm marc, och r krok II marc, ok hwart bool X marc, oc ey mera. *Marcae* m valor hoc tempore talis erat, sicut monumenta nostra dout marcae argenti puri (lödig mark) 6 ad 8 Marcae Sve-, Nobili vero Anglicano 4 Marcae responderent. Cfr. LA-

summa vectigalis constituta Regi nihil decederet, pro ea integre solvenda Territorium quodque spondere deberet, atque hinc, si praedium aliquod vastum fuisset relictum et incultum, (colonis vel dilapsis, vel intereuntibus, vel in egestatem redactis), aut si tributo solvendo quacunque de caussa aliqui facti fuissent impares, caeteri pro his penderent: quae res, praediorum ab incolis desertorum numero indies crescente, intolerabile in reliquos onus devolvebat [93]). Praeter summam vero pecuniae rustico cuique imperatam, operas quoque aedificandis arcibus et colendis praediis Regalibus (Kungs-gårdar) antiquo more impendendas, praestare debebat [94]). Qui tamen rerum ordo nec ille diu illaesus mansit, sed brevi turbatus, Rusticis Finlandensibus, nunc hoc nunc illo novo gravatis onere, justam querendi materiam praebuit; quam tollere, cum res ad eum delata fuisset, primis imperii sui annis, Rex diligenter studuit [95]). Inprimis illos

GERBRING l. c. C. 5, §. 6, p. 229, et §. 15, p. 263. Antiqua autem colonorum Svecicorum onera plura, ad defendendam patriam etc. spectantia, praeterea sine dubio ferenda illis erant.

[93]) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 6, p. 239, et Litt. Senatus Regni a. 1436 datae, mox recensendae.

[94]) Quam hae essent onerosae, inde patet, quod cum Regina *Margareta* a. 1403 nonnisi eas posthac exactum iri promisisset, quae tempore jam R. *Erici* Sancti praestandae Rusticis incubuerant, 16 tamen dierum operae quotannis cuique superessent faciendae. Cfr. v. DALIN l. c. §. 14, p. 608, et LAGERBRING l. c. C. 1, §. 4, p. 9.

[95]) Praeter imperatum illis a Rege tributum, exigebant ab iis Praefecti, quibus terrae, loco stipendii, erant in feudum datae, frumentum (dodrantem vel tres quartas partes Tonnae, 1 ½ Spann säds, ut nostrum habet exemplum; Nobb. VON DALIN l. c. C. 16, §. 2, p. 625 et LAGERBRING l. c. C. 2, §. 3, p. 51, scribunt 2 Spann) et *foenum:* quod improbans Rex, hoc nomine (vocari solebat Länsmands-gield,) aut nihil, aut certe non plus quam a quovis praedio sive familia rustica minore (Rök) *Oeram* (⅛ Marcae) exigendum esse judicavit. Vid. Literae Regis ad *Summum Judicium Finlandiae* (Lands-Rätten) dat. in *Castro Vordingborg a. 1414 in profesto b. Clementis Papae et Martiris*, ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 42 descriptae et typis expressae in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1784, N:o 25.

male habuit, quod pecuniae valor instabilis valde esset; quo sc. imminuto, cum summam tamen tributi eandem, ad

---

Deinde *Operae* (Arbete, Dagswärken) plures ab iis exigebantur, quam Rex definiverat; *Commeatus* nomine (Gengärd) minores etiam Magistratus atque Tributi Exactores ut cibaria sibi conferrentur postulabant, nec non ut sibi hospitia praeterea libera, equi iter facientibus necessarii, ut et vecturae, gratis praestarentur. De quibus omnibus ita Rex statuit, ut ab his exactionibus Rusticos immunes declararet, nec tales Commeatus etc. praeberi oportere, nisi ubi aut Ipse aut Conjux sua Philippa ad has oras advenisset, aut peculiariter hoc jus esse alicui impertitum suis literis Rex prius significasset; Exactores autem tributi ita provincias peragrare jussit, ut nihil inde aut oneris aut damni Rusticis enasceretur. Vid. Literae Regis datae *Köpendhampn a. 1419 feria quinta proxima post festum decollacionis b. Johannis Baptistae*, in cit. *Fol. Hebd. Ab.* N.o 48, ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 41 typis descriptae; quae licet datam ad querelas incolarum Ditionis Aboënsis (qui per delegatos eum Hafniae adierant) responsionem et sententiam Regis proxime contineant, quin tamen ad reliquos etiam Fenniae colonos, simili ex ratione spectaverint, dubitari nequit. Exhibent vero eaedem alia quoque nonnulla momenta, ad conditionem terrae atque incolarum Finlandensium, iis temporibus, cognoscendam pertinentia, quae igitur hoc loco praeterire non debuimus. Primum Rex edixit, ut inquilini (Enlopesmän, quos nostris Inhysesmän et Backstugu-hjon respondisse credas?) Rusticos in tributo pendendo (s. in definita ejus summa conferenda) pro suis quisque facultatibus (ac ita ut ad interitum tamen non redigerentur) adjuvarent; quam eorum symbolam quatuor patresfamilias honesti (Dandemän), a Praefecto ditionis et rusticis in hanc rem delecti, definire debebant. Deinde statuit, ut deficiente numerata pecunia (cujus magna his temporibus inopia erat), fructus et merces Rusticorum, loco pecuniae ab iis recipiendae et mercatoribus postea, ad pecuniam conficiendam vendendae (Wärdören), non pro arbitrio exactorum aestimarentur, quae res gravissimo occasionem dederat abusui et vexationi), sed pretia earum ex sententia 8 Patrumfamilias honestorum (Dandemän), quorum 4 a Praefecto (aut Exactore), Fogoden, et 4 a rusticis deligi debebant, definirentur. Tandem sanxit, ut remotioribus ab Arce incolis, quibus difficillimum esset (quod paucae tunc in his terris viae apertae fuerant) tributa sua aestivo tempore pendenda devehere, sequente demum hyeme solvere, nulla cum neque Regis neque sua jactura liceret; quam ob rem hu-

argenti puri valorem aestimatam, pendere cogerentur, ad quam explendam numero numorum multo jam majori opus esset; ipsum tributum pro eadem ratione auctum existimabant, et vehementer querebantur [96]).

Litterae autem in *Registro Ecclesiae Aboënsis* duplicis exempli servantur, quibus Senatum Regni a. 1436. post abrogatum R. *Erico* imperium, huic malo mederi (Episcopo nostro, ut probabile est, maxime urgente et permovente) studuisse reperimus, et ad quas Auctorem nostrum existimamus hic respexisse. Utrumque exemplum eodem die exaratum est (*Stockholmiae die S. Johannis Baptistae*), eosdemque Auctores praefert (*Olavum* Archiep. Upsaliensem, *Chri-*

---

jus quoque rei arbitrium, (quibus scil. hoc concedi deberet beneficium, vel minus,) Octo viris bonis, utriusque partis judicio legendis, permitti voluit.

96) Quo tempore de tributi pendendi ratione inter Regem et rusticos Finlandiae convenit, *Numus* Aboënsis, thet förste (fortassis störste? nam numi his *Örtugis* sive *Denariis* majores nondum cudebantur) mynth VI *Penningos* valuit; ita ut IV tales *Numi (Örtugi* s. *Denarii) Öram*, h. e. Octavam *Marcae* partem, implerent. Eodem tempore VIII *penningi* respondebant *skillingo Prussico*, et 3 *penningi Revalico* (qui itaque dimidium valuit *Örtugum* Aboënsem). Anno vero 1414 de valore monetae imminuto nostri jam querebantur; quem tum quidem a prima sua ratione recedere Rex vetuit. (Vid. Litt. Regis Wordingborgi hoc anno datas, quas nuper laudavimus). Sed a. 1419 aliter jam definitum reperimus: nam ab eo circiter tempore *Numus Aboënsis* nonnisi IV *Penningos* valuit, ita ut VI tales Numi ad *Öram* implendam requirerentur: unde, cum numerus Numorum pro summa efficienda tributi stipulata expendendorum, tripla parte major jam exigeretur, tributum suum triente auctum esse, Rustici ratiocinabantur; non recordati, pretia quoque rerum omnium (adeoque etiam fructuum ex terris suis perceptorum) tantundem quantum Numi valor (propter materiae corruptionem) diminutus fuerat, simul crevisse, ita ut numis licet pluribus numeratis, tributi tamen a se collati magnitudo vere eadem maneret. Justam tamen hanc fuisse Fennorum querelam, Senatus etiam Regni, Literis mox commemorandis, agnovit. Sed tali fallacia, non ista tantum tempora, in hujusmodi calculis ponendis minus versata, deludi se passa sunt!

tiernum *Nicolai* Drotzetum, *Carolum Canuti* Mareschallum, et omnes Senatores Regni Sveciae, mene Rikesens Raad i Swerige). Alteri exemplo (quod laudati *Registri* Folio 26 habetur, quodque typis expressum dedimus in *Fol. Hebdom. Ab.* a. 1784, N:o 26) hujusmodi inscriptio praemittitur: „Na„dhenne breff, huru *en tridhing* afslogx aff skatten her j Lan„dheth som öffuer alt rikedh är" (cujus epigraphes sensum ab Auctore quoque nostro adoptatum et expressum esse apparet); sed Litterae ipsae nihil aliud continent, nisi generale promissum de vectigalibus, tributis et oneribus quibuscunque injustis, non harum minus terrarum colonis (Bönderna oc Almogen i Österlandom) quam aliis Regni rusticis remittendis [97]), hac addita ratione, *quod Fenni fidem Senatui Reiquepublicae et hucusque illaesam servaverant, et posthac sese servaturos spopondissent, neque ullum Ducem electuros aut recepturos, nisi quem Senatus constituisset.* Alteri exemplo, (quod priori illi addebatur, quodque ex eodem *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 27 descriptum, loco supra citato, N:o 28, typis vulgavimus) haec epigraphe praemissa legitur: Nadhenne Breff pa huar femte Röök, som afflogx aff Skatthen fore thet som frelsä och under Kirkian är komedh. His Literis, Senatus non modo superiores illas confirmavit sed etiam caussas oppressionis sub qua Fenni gemebant (ac unde Tributum illis imperatum, ut Auctor noster dicit, gravissimum et *importabile*, h. e. intolerabile, onus viribus suis majus, evaserat) exposuit, easdem de quibus Rustici questi fuerant, diminutionem scil. valoris monetae, ac summam tamen tributi impositi neque hanc ob rem, neque numero licet prae-

---

97) Verba ipsa habent: „Tha haffuom vi them taget oc annamat j worth forswar ok enkanneliga hegn på Rikesens regna, lika vidh annan Rikesens almogha; ok haffuom vi them sagdh ok stadeliga loffuadh, *at the skulle alleledis haffua ok niwtha nadher ok liisa um there scath, olagha aalägninger oc allan tungha, som almogan her i Rikeno faar ok niwter j allo motto.*" Hujus igitur rei veram accuratius explicare indolem non valemus; quod rationem remissi reliquis Regni colonis tributi hic commemoratam, ignoramus.

diorum censiticorum vehementer imminuto, sibi remissam qua acerbitate fere ad incitas essent redacti. Verba ip Senatus, maxime illa notabilia, subjungimus [98]); ex quib simul discimus, anno jam praecedente tertiam tributi pa tem, illam videlicet, quam per tantundem imminutum pe niae valorem injuste accessisse contenderant, fuisse iis co donatam. Medelam praeterea his malis illam attulit, ut pra diis quae vel Nobilitati [99]) vel Ecclesiae concessa fuera atque hinc immunitate a tributis fruebantur, primum ded ctis (una cum illa tributi parte, quae respectu ad ea habi constituta primitus fuerat), deinde summa reliqua praedi rum tributo subjectorum quinta parte minueretur, sed summ pecuniae, praediorum certo modo vel mensurae, pro magn tudine sua imperata, qualem supra retulimus, stabilis m neret [100]); ac tum summa magnitudinis praediorum int

---

[98]) „Oc the haffua nw kerdh for oss, at there retthe sca „ter oc alla olagha aalägningar, som omille fogadha them m „*böön eller trang* tillagdh haffdo, räknadis them j peningar, th „*peninghstadgan met them giordis, oc then samma stadgen är ena* „*swa stoor epther peninga tall oc werdh, som tha han förs* „*uppa lagdis,* i swa matto, at Aboescer Peningen then tha gi „for siex smaa peninger oc fyre giordhe fulth for en Öre, ga „*nw for fyre peninger, swa ath siex giöre en öre. Thermet ökt* „*stadgen enom tridhiungh högre, oc stoodh swa i siexton aa* „*til fiord han först afflagdis. Thy haffue the ther wm enga liu* „*fangeth,* utan äre fordärffuade och forarmadha, *swa oc marg* „*röka eller mantall äre ödhalagdh, och the göre tog*" *(dock)* „*sca* „*ten fulleliga wth fore them som fore sik sielffua.*"

[99]) Ad *Nobiles* enim referri, atque cum his sensim co fundi coeperunt, quotquot praedia sua liberandi potestatem (equ stri militiae nomen dando armaturamque ad hanc necessaria praestando) acceperant, Frälsis-män. Unde etiam Auctor nost *praedia libera* describit talia *quae vel Ecclesia vel nobiles patri acquisiverant.* Vid. supra p. 373.

[100]) „Ty haffuom wi there Keremaall offuervägat oc sa „dragteliga stadgat och giort pa Rikesens wegna, them til mög „ligen liisä: Först, *at alth thet j frelse är komith,* oc the la „fanget haffua till thenne dagh, *som ey förre afflagdh är, ska* „*först affräknas,* swa at engen trätta bliffuer ther wm mella „frelsit oc scattabönderna, *oc sidhan scall affslaas met boonde*

Paroecias (ad idem Territorium pertinentes) justis partibus, ex bonorum virorum aestimatione, examine ac judicio aequaretur [101]); operarum denique, tignorum ac reliquae materiae, arcibus aedificandis debitorum summa, (namque pecuniam aestimatam et horum loco praestare, injunctum sibi fuerat), de summa generali vectigalis, sive tributi sibi impositi partim deduceretur, praevia tamen aestimatione ab Episcopo, Senatoribus iis in oris degentibus, aliisque bonis viris definienda [102]). Consilium harum literarum uberius explicandum duximus, quod et res exhibent per se memoria dignas, et non satis ab Historicis nostris diligenter consultas fuisse, reperimus [103]).

Beneficii, prioris exempli literis concessi usum a R. *Christophoro* popularibus nostris confirmatum fuisse, reperimus [104]); qui *ab Avunculo suo R. Erico ejusque in Svecia*

„huar fämpte röök oc mantall, oc markataleth bliffua standende „som thet nw är.“

[101]) „Och alla Röka oc Kroka oc Booll sculu jämpkas „Sokna j mellan, epter godha manna sägn oc ranzakan.“

[102]) „Item om Slotzsins bygningh, huad som fogdana till „huart Sloth ärffuode, tymber oc annat swadanth, som förre j „peninger war lagdh, at thet affslous j there peningestadga, „epter ty Biscopen ther j landit, Rikesens Raad oc andre godha „män them j millan middlä thet epter skälighet.“

[103]) Attingit paucis, ita tamen ut bina haec decreta non distinguat, Nobil. VON DALIN l. c. C. 16, §. 25, p. 668; nullam harum literarum apud Nobil. LAGERBRING factam invenio mentionem. Non bene mentem earum percepisse videtur, qui epigraphen nuper commemoratam iis in *Registro Ecclesiae Ab.* praeposuit, quam Auctor noster ad verbum expressit, dicens *quintam partem tributi regii remissam* colonis fuisse, *propter praedia et terras Coronae quae vel Ecclesia vel Nobiles patriae acquisiverant.* Aperte enim Senatus sanxit, ut *deductis primum praediis illis liberis, deinde reliquorum praediorum censiticorum summa quinta parte minueretur,* idque ob multitudinem praediorum quae interim a colonis deserta, ad vastitatem redacta fuerant.

[104]) Literis suis in *Castro Stocholm, ipso die beati Kalixti* a:o 1441 datis, quas ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 27 sq. descriptas inseruimus *Appendici ad Fol. Hebdom. Ab.* a. 1785, p. 62 sq.

Senatu illud profectum fuisse, asserit [105]). Utrum levamen posterioribus Literis a Senatu praestiti usuram illis illib tam permiserit, an minus, haud scimus; nisi quod veri Auctoris mox expendenda illud confirmare videntur.

62. Commemorabilis sane hujus rei nulla alia supe est, nisi quam hic locus exhibet, memoria; unde etiam H storicorum nostrorum prorsus effugit notitiam: qui de co silio quidem R. *Caroli*, turbatam pecuniae rationem eme dandi commemorant, edictumque ejus laudant, quo a. 145 sanxit, ut portorium quod ex invectis mercibus peregrin Regi pendendum erat, nonnisi argento appenso solvere lic ret [106]); sed beneficium quod ante XVII annos, tributi ace bitate lenienda Rusticis Finlandensibus ipse, cum reliqu Regni Senatoribus concesserat, (quoque interim, regnan *Christophoro*, tranquille usos fuisse, hinc colligas) *monet reparandae* caussa revocasse, ignorant. Rem Fennis grata accidere non potuisse, facile intelligitur; utrum vero cum

---

Datae illae quidem sunt nominatim incolis Ditionis Aboënsis (alla wara elsteliga underfata, bönder oc bokarla, j Abo läen liggiande); sed nec reliquos Fenniae agricolas ab eadem benignitate regia fuisse exclusos, putamus.

105) Verba ejus sunt: „Nogre aff eder haffua nu warith „fore oss här j Stocholm, oc bidhet ödmiukeliga oppo allas idre „wegna, at j motten wardha niwtande *then stadga, nadher oc „liisa om ider skat oc andre aarlige wtskylder, som högbures „Herra, waar Moderbroder, Herra Konung Erich oc hans Raad „j Sverige ider wnt oc giffuith haffde nw fore nager aar, the „andre* [Riksens] *skattebönder här inne j riketh nader oc liisa „fingo.*“ Idem respexisse statutum videtur, quod in literis suis a. 1436 commemorat Senatus, annoque proxime praecedenti (1435) factum fuisse testatur; quodque Rege hoc anno Stockholmiam invisente, Senatui efflagitanti illum concessisse, (quo tempore in alia quoque decreta res Fenniae salutemque spectantia illum consensisse infra videbimus) non est improbabile, adeoque ad querelas Svecorum non omnino surdas aures habuisse, vel habere videri voluisse? Cfr. de rebus hujus temporis Nob. LAGERBRING l. c. C. 2, §§. 29-32.

106) Cfr. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 31, p. 493.

seditionibus quarum mox subjungit auctor mentionem, aliquo modo colligata fuerit, penitus nos latet.

63. Neque harum *seditionum* (quas *valde periculosas fuisse* Auctor prodit) aliunde ullam habemus cognitionem; quare nec quibus ex caussis, nec quibus auctoribus, neque quibus inprimis Satacundiae locis, neque quo tempore eruperint, hodie scimus. Tangit WEXIONIUS *Descript. Sveciae* L. V, C. XI; sed sua sine dubio ex Chronico nostro hausit. *Magni* nostri auctoritate et prudentia restinctas fuisse cum Auctor doceat, armis ad eas reprimendas opus non fuisse, credas?

64. Caussas hujus consilii, quas breviter Auctor tangit, plenius Literae ipsae explicant R. *Erici,* Stockholmiae a. 1435 (die proximo post festum Apostolorum Simonis et Judae) datae; quas ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 39) descriptas, inserendas curavimus *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1783, N:o 43, p. 340 sq. Vastam terrae amplitudinem et viarum asperitatem impedivisse, inde discimus, quo minus Legifer, ut Leges Patriae jubebant, semel quotannis judicia per omnem ditionem suam exercere posset; non enim incolas ad unum vel pauca quaedam loca, jus persecuturos congregare illi licebat, sed singula Territoria (Härader) adire debebat (cfr. *Cod. Legg. Christophor.* Tingmåla-Balk XI C.): quare *suasu Senatorum suorum, maxime eorum qui ex Österlandia aderant* (quorum praecipuus noster fuit Episcopus), *qui terrae conditionem norant,* se inter duos Legiferos eam provinciam divisisse, Rex testatur. Iisdem Literis limites provinciae, cuique Legifero attributae, accurate definiuntur: ita ut *Legifero Fenniae Australis,* Finlandia australis cum insulis ad eam pertinentibus, Nylandia, Karelia orientalis et occidentalis (quae etiam Savolaxiam complectebatur) et Tavastia, assignarentur; *Legifero* autem *Fenniae Borealis,* praeter Finlandiam borealem cum suis insulis, Satacundia superior et inferior, Ostrobotnia atque Alandia, impertirentur.

Vacasse hoc tempore munus Legiferi Österlandensis (s. Finlandensis) credas; cui post *Nicolaum* (Clauus) *Fle-*

ming, a. 1425 mortuum [107]), praefuisse anno adhuc 1434 *Petrum Fleming* infra videbimus. Novos autem Legiferos constitutos fuisse *Matthiam Martini* (Mats Mårtensson) in Fennia Australi, et *Sunonem Sunonis* (Sone Sonesson) in Fennia Boreali, observat Nobil. von Dalin l. c. C. 16, §. 21 not. (u): de quibus infra dicemus.

Eodem die, iisque sine dubio Consiliariis suadentibus Rex aliud quoque institutum perfecit sapiens ac Fenniae valde salutare, *Judicio* videlicet constituto *Supremo* (*Judicium Provinciale*, Lands-Rätt appellari voluit) [108]), Aboae semel quotannis habendo [109]), quod nomine ipsius Regis an-

---

[107]) Ut docet Nobil. Uggla l. c. N:o 403, p. 43, *Claudium (Claes)* communi appellans errore. Cfr. supra p. 358 sqq. not. (22); ubi munus Legiferi diu ante indicatum a Nobiliss. Viro annum 1420 administrasse, simul demonstratur.

[108]) [Tribunal hoc Supremum Finlandiae (Lands-Rätten i Finland) nihil aliud fuisse quam vetus illud *Judicium Inquisitorium* (Räfste-Ting) stato tempore atque loco quotannis habendum, cujus forma accuratius et explicatius fuit definita, facile apparet.]

[109]) Circa *festum S. Henrici aestivum* (neste um daga for Sancte Henrics dagh um Somaren). Mendum irrepsit in textum *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. p. 330 lin. 13, ubi pro Henrics male legitur *Johannis*, quod igitur corrigi debet. *Festum* autem indigitatur *Translationis b. Henrici*, die 18 Junii magna solennitate a Fennis olim celebratum; cfr. supra p. 111 not. (12), et p. 115 not. (15). Disputationem autem Nobiliss. Lagerbring l. c. C. 2, §. 32, p. 114 not. (*), fateor me (quod *Officia propria Patronor. R. Sveciae* oculis usurpare non licet?) haud intelligere. [Neque satis apte idem loquitur l. c. Tomi IV Cap. I §. 10 p. 26 dicens: „uti K. *Erics* Bref af år 1411 talas om den Lands-„rätt som Hans Nåd skipat i Åbo, *til följe hvarutaf* Claws Ly-„dekeson delt Krono-almänningarne där uti landet emellan viss „Åboer" etc. Literae scil. ipsae Regis, supra p. 362 legendae, ad supremum illud Finlandiae Judicium datae, explicant Regis ejusdem consilium, de terris communibus a *Nicolao Lydeckini*, ex data ei antea venia certis conditionibus inter incolas dividendis.] Caeterum tempus hoc, Judicio Finlandiae Summo habendo praestitutum, plerumque adeo sollicite observatum fuisse reperimus, ut inter Sententias ejusdem Judicii VII integras, post a. 1435 perscriptas, quae in *Reg. Eccles. Ab.* servantur, nonnisi

ctoritateque summa inter harum terrarum incolas lites dirimere ac jus dicere deberet. Literae Regiae rationes consilii sui exhibentes [110]), et Supremi hujus Tribunalis formam ac potestatem describentes, membra designantes, caussasque definientes examini eorum subjiciendas, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* (Fol. 38) servantur; unde typis expressas legere licet in *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1783, N:o 42, p. 329 sqq. Quarum summam cum diligenter exhibeat Nobil. LAGERBRING (Sw. R. Hist. 4 D., 2 C., 32 §., p. 113 sq.), hoc loco eandem explicare, minus necesse est. Observare autem debemus, hoc consilium atque institutum plane novum haud fuisse, aut nunc demum excogitatum; a Rege enim in Finlandia praesente, anno jam 1407 tentatum esse, reperimus. Testantur hoc Literae Regis supra laudatae, scriptae in *Castro Helsingborg* a. 1411, quas ad incolas Fenniae mittens, ita orditur: Wi **Eric** met Gudz nadh - - helsa alla the ther biggia oc boo **under then Landz-Rätt war naadh haffuer skipat i Åbo**, etc. [111]); et aliae illae datae in *Castro Wordingborg* a. 1414, hanc inscriptionem praeferentes: Wy **Erik** - - - hylsä edher ware älskeliga gode men, **ther wy haffua befolth sitia offuer Landzrättin i Österland** i L'lp etc. [112]), adeoque ad ipsum hoc Tribunal missae; cui minus diligenter peractas muneris sibi demandati partes exprobrat [113]).

---

binae (eodem utraque anno, 1446) datae leguntur die Veneris proximo ante festum Philippi et Jacobi (d. 29 Aprilis), reliquae omnes inter diem XI et XVIII Junii.

[110]) Verba huc spectantia talia sunt: Wi - - - finnom oc wisselika merkom, at med ider ther i landhet, som fierran ligger fran Riket, är stor wanskilse um räth ok lagh, enkannelica aff thy at wi fore Rikenes ärende skuld sellen kunnom thiidh i landhet koma, ok almoghanom är afftungth thädan sökia oss swa fierran med thera ärende ok käremolom.

[111]) Vid. supra p. 362, not. 25.

[112]) Vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* a. 1784 N:o 25 p. 193 sqq. Cfr. supra p. 362 sq. not. (25) et p. 442 not. (95).

[113]) Verba ipsa hujusmodi sunt: Wy undra storlika, at the fatighe män aff Österlandh söke oss swa fierran met theres keremål,

Confirmat eandem rem Sententia Judicialis ab eodem Tribunali a. 1415 lata, cujus exemplum in laudato saepe *Registro Eccles. Aboënsis* habetur [114]). Nondum tamen aut

---

epter thet wi haffua ider yterlike (iterum, post demandatam illis olim provinciam!) **befolth** at höra oc rätta all ärende ther i landet, oc skipa allom räth, fatighom oc rikom, swa wel ynbirdis mellan ider, som andre. Ty bedie wi idher ok byuda, at J sky thenne swa, at the fatighe män aff landhet ey tarffua at löpa til oß med theris keremol. Sighin rätten mellan alla, bode fatighe ok rike, som J wilie for Gud answara. **Wil nogher sik amothe räth werria, tha umbinder oß thet, wi wilie ther wider göra som oß bör a räth wegna.** Nullam aliam sibi reservatam Rex voluit potestatem, quam illos coërcendi, qui Summi Tribunalis spernere auctoritatem auderent. Caeterum ex perlatis ad Regem querelis atque caussis, Tribunalis nostri vel negligentiam vel injustitiam mox colligere non licet: vetat et multorum hominum pertinacia, et multarum caussarum indoles, et nostrae plebis de Regum suorum non modo justitia et sapientia, sed etiam paterna benignitate persuasio haereditaria, a quibus nihil non beneficii sese sperare posse pie existimant; quamobrem, ubi injuriam sibi fieri vel suspicabantur, (qualis suspicio in sua re non semper vera aut idonea niti solet ratione), nulla facile difficultate a summo hoc suo tutore adeundo sese deterreri passi sunt.

[114]) Fol. 166 sq. Typis expressum legi potest in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, Append. p. 56 sq. et jam antea descriptum habebatur in CHRIST. LIMNELL *Disp. de Tavastia* C. I p. 8 sq. Cfr. supra p. 363, not. 25. Initium tale est: „Wii *Magnus* met „Gudz nadh Biscop j Abo, *Nicles Olafson* Riddare, j thetta sin „Konungx dom innehaffuandhe, *Olaff Olafson* i Lagmandz stadh „sitiandhe, a ärligs manz vegna Herre *Clavus Flämingx* Riddare, „*Clavus Lydiksson, Waldemar Diegn, Jon Ralamb, Olaff Matsson,* „*Haquon Knutsson, Hartika Dyker, Haquon Frilla, Sone Sonas-* „*son,* och *Tuwe Niclesson,* Kennomps met thetta vora opna breffue, „at *then tiid vii Lanzrätten hullom j Abo, a högborens Förste* „*weghna, vars nadugs herra, Konungh Erichz,* anno Domini „MCDXV, daghen näst epter sancti Johannis Baptiste dagh," etc. Unde patet, formam hujus Judicii jam tum eandem fuisse, quam literis suis Rex a. 1435 describit. Et nec hoc anno posterior habeatur, atque anni nota vitio laborare credatur, observamus *Rhodgerum* Praepositum Aboënsem (qui ante a. 1422 e vita discessit), et *Johannem Amundi* Archidiaconum (quem ante a. 1427 mortuum fuisse constat), praesentes fuisse.

aeque perfecte instructum, aut aeque solenniter institutum fuisse, credas? Alia praeterea curanda negotia publica (praeter juris reddendi summam potestatem) eidem initio fuisse commissa, putes [115])? Certum vero est, constitutum hoc Tribunal fuisse loco *Judicii Regii* et *Inquisitorii* et *Correctorii* (Räfste=Ting et Rättare=Ting), quod utrumque aut a Rege ipso, aut ejus nomine, haberi, ad praescriptum Legibus tenorem olim suevit; sententiam pronuntiandi munere, hoc tempore, non facile viris minoris dignitatis quam Regni Senatoribus (qui tum judicandi potestate Regia gaudere, innehafwa Konungs Dom, dicebantur), mandato [116]): unde quamdiu hocce Tribunal apud majores nostros viguit [117]), non nisi rarissime

---

[115]) In literis quas nuper laudavimus, a. 1411 et 1414 datis, Rex huic Tribunali sententiam suam de negotiis variis significat Oeconomicis: in prioribus, de sylvis vastis publicis cultorum industriae concedendis, in posterioribus de tributi magnitudine non augenda, et de pecuniae ratione conservanda; rogans tandem, ut in rebus omnibus administrandis utilitatem et Regis et Provinciae diligenter spectent, qua de re neque sese dubitare, blanditer addit (J al ärende prömer worth oc landzens besta ok bestandh, som wy ider wel tiltro oc wel withe at J gerna görin). Quae omnia, ad solam potestatem judiciariam, hujus Tribunalis officia primum restricta haud fuisse, prodere videntur.

[116]) Vid. Nobil. STIERNHÖÖK *de Jure Sveonum et Gothor. vetusto* L. I, C. II, p. 36-43. Cfr. Celeb. HALLENBERG *Svea Rikes Hist. under K. Gustaf Adolfs Reger.* III B. XVI C. p. 117 sqq. Non tamen nullam adhuc superesse materiam Juris nostri veteris Studioso putamus, utriusque hujus Judicii rationem atque historiam ex instituto persequendi, et de veris illorum limitibus, nunc distinctis nunc confusis, nunc definitis nunc prolatis etc. disputandi. Caeterum *Tribunal* de quo loquimur *Provinciale Finlandiae* ad superiorum illorum Judiciorum formam, atque morem caussas cognoscendi et dijudicandi solennem, studiose fuisse adornatum, conferenti facile patet: quamobrem nec ullum, novo hoc instituto adoptando, a veteri jure legibusque patriae factum fuisse discessum, apparet.

[117]) Post a. 1446 Tribunalis hujus nulla amplius occurrit mentio, sed pristina Judicia Regia (Räfste=Ting) veteri more habita, (neque tamen horum solenni forma semper accuratissime

alia illa Judicia Regia (Räfste- et Räfstare-Ting) habita in his oris fuisse, reperimus [118]).

6. Errasse hoc loco Auctorem nostrum, et quod jam tempore Episcopi *Hemmingi* contigit, atque favori admodum potentis in his oris viri, *Nicolai Thuronis* (Bielke), qui Legiferi Finlandensis tum fungebatur munere, a Rege *Haquino* datum fuit, ad *Magni* Episcopi tempora traxisse ejusque laudibus temere adjunxisse, apertum est [119]). In quem er-

---

servata) in monumentis nostris commemorantur. Quorum Judiciorum Praesides, aut Judices Regios, cum hoc aevo nullos facile constitutos esse existimemus, nisi Regni Senatores: horum indicem a Nobil. UGGLA editum, ex talibus monumentis augeri posse, credimus. Sic eorum qui his rebus diligentius examinandis operam tribuere voluerint, judicium esto, annon *Steno Boson (Natt och Dag)* aeque ac *Jonis Andersson* et *Ivar Niclisson (Röde)* (vid. Nobil. UGGLA l. c. N:o 395 et 366), hoc argumento Regni Senatoribus adjungi debeat? Cfr. supra p. 361 not. 24. Certe nomen suum in Sententiis Judicialibus annorum 1405 et 1407, nomini *Nicolai Fleming*, Legiferi (et Senatoris) praeponitur. Cumque iisdem in Literis non sine singulari honoris praefatione nominetur *Jusse Dufva, Konungens Hofmestare*, nescio annon cum illo quoque munere dignitas Senatoria fuerit conjuncta? Praeterea, cum *Legiferorum Finlandensium* aliquot ad Senatorium pertinuisse ordinem sit indubium: definiendum erit, annon etiam reliquis eodem munere ornatis, Senatoria dignitas competierit, quamvis ob locorum longinquitatem publicis interesse Regni negotiis, rarius iis licuerit? Sed haec obiter.

[118]) Existit sententia *Judicii* Regii *Inquisitorii* (Räfste-Tings Dom) anno 1420 lata, (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 134, typis descripta in *Fol. Hebdom. Ab.* a. 1789, N:o 40) hujus generis, unica quae inter a. 1407 et 1447 scripta supersit, cujus tale est initium: **Wi Carl Öra, Knuth Udzson, Niclis Gödstafson, Niclis Arengislason,** Riddare, Konungs Dom hafuande i thetta sin, etc. Horum duo primi cum quarto, a Nobil. UGGLA inter Senatores Regni recensentur (l. c. N:o 435, 416, 401); quare non dubitamus, quin etiam tertius iis debeat annumerari.

[119]) Docuit jam PERINGSKÖLDIUS *Monum. Upl.* T. I, p. 26 sq. et post eum reliqui nostri Historici, v. DALIN *Sv. R. Hist.* II D. C. 13, §. 18; v. STIERNMAN *Höfd. M.* II D. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, *Append.* p. 186); LAGERBRING *Sv. R. Hist.* III D. C. VI, §. 53, etc.

rorem incidisse eo magis miramur, quo certius ex multis locis elucet, eum Vetus *Registrum Ecclesiae Aboënsis,* in quo Literarum a R. *Haquino* hac ipsa de re publicatarum exemplum servatur, oculis usurpasse et haud indiligenter consuluisse. Cum de re ipsa, tum de Litteris Regiis illam spectantibus, egimus, locaque ubi hae legi possint indicavimus supra (p. 278 sq. not. 115—118).

66. Ad dignitatem Archiepiscopalem, nostrum fuisse primo loco inter tres Candidatos, a Capitulo Upsaliensi a. 1421 commendatum, *Diarii Vatzstenensis* auctoritate discimus [120]). Sed suffragium Regis non obtinuit. Cfr. LAGERBRING l. c. IV D., C. VI, §. 21; et quae supra monuimus p. 379 not. 9.

67. De comparatione Episcopi nostri cum b. *Hemmingo,* supra quaedam monuimus p. 247 not. 69, et p. 375 not. 2. Indignum vero elogio, quo hic ab Auctore ornatur, haud fuisse, quae de factis vitaque sua hactenus attulimus, satis evincunt. *Rhythmi* autem *quos diu Fennos sua lingua in laudem ejus cecinisse* tradit RHYZELIUS (in vita Nostri) versus sunt satis inepti, circa medium seculi proxime superioris a LAURENTIO PETRI *(Tammelino)* compositi; e cujus *Synopsi Chronologiae Finnonicae Rhythmica,* Fennice contexta et a. 1658 Aboae edita, desumti sunt, nec minus vitiose Latine conversi [121]), quam Fennice expressi, atque ad majorum nostrorum (qui tales rhythmos plane ignorabant) de *Magno* judicia illustranda omnino nihil pertinentes.

De sepulchro nostri, innexa cancellis ferreis illud (s. rectius *Chorum Corporis Christi*) munientibus inscriptione, deque fatis quibus idem superiori seculo laesum fuit, recte

---

[120]) Ad a. 1421 p. 63 sq.

[121]) Opera GREG. HALLENII: ex cujus Diss. *(Wirmoënsis in Finlandia territorii memorabilia continentis)* Part. Pr. sub moderamine Cel. SCARIN a. 1738 Aboae edita, versus hosce (quorum tamen Auctorem, haud veterem, ille non reticuit) Rev. RHYZELIUS hausit, sed ita, ut textum Fennicum vitiis typographicis foedari pateretur.

et diligenter l. c. scribit Rev. RHYZELIUS; cum quo cfr. Diss. *de Sacellis Sepulchralibus in Templo Cathedrali Aboënsi obviis* (quam Praes. Cel. BILMARK a. 1778 hic edidit Clar. ALEX. LAURAEUS) p. 20. Qui autem dies mortis suae in lapide sepulchrali, a BRENNERO delineato proditur, eo die sepultum demum fuisse, *Fragmentum Palmsköldianum*, (vitiose sine dubio) tradit [122]). Ipsum autem Elogium sepulchrale Nostri, quod l. c. exhibet Rev. RHYZELIUS, ex Dissertatione Clar. HALLENII nuper laudata desumtum, tabulae aeneae fuisse insculptum recte hic autumat, quam supra sepulchra antecessorum suorum *Magni* et *Olavi* collocasse Episcopum *Magnum Nicolai* de Särkilax Auctor noster deinceps narrat, (qua de re nos infra), quaeque a. 1681 incendio Templi Aboënsis fatali interiit, postquam titulum ejus, cum pluribus veteribus monumentis laudatissimus antiquitatum nostrarum investigator Nobiliss. BRENNERUS non diu ante descripsisset. Superest autem adhuc lapis, ad alienum licet locum post infelix illud cujus nuper meminimus incendium translatus [123]), qui cum prisca arma Tavastianae Familiae gentilitia (qualia fere Stålarmiana gens adhibuit) anagly-

---

[122]) Ubi n. legitur: *Abo in choro corporis Christi sepelitur, anno MCDLII:o IX die mensis Martii.* Fortassis ante notam diei, vocabulum *obiit*, aut tale aliquod, excidit?

[123]) Nempe muro jam affixus est qui summum chorum a reliquo separat templo, (ita, ut chorum intraturis ad latus dextrum conspiciatur). Valde quidem laesus est; sed mitra tamen Episcopalis clypeo imposita, crux aream sive quadratum superius dextrum et inferius sinistrum occupans, atque brachium armatum aream superiorem sinistram ornans, clare adhuc conspiciuntur: alterius brachii, quod aream inferiorem dextram occupavit, figura valde mutilata est. Brachium autem, non ut in armis Comitis Stålarmii videmus, (CARLSKJÖLDS *Vapen-Bok* Tab. II, N:o 33) dextrorsum, sed versus sinistram clypei partem porrigitur; quali situ etiam cancellis ferreis *chorum Corporis Christi* (sepulcrumque Episcopi nostri) munientibus innexum habetur: quo loco *Gryphi* quoque imago supra *brachium* illud collocata exstat, nescio quid significatura? Cfr. de lapide illo sepulchrali BÅNG *Tavastiska släktens Ättaretal* Not. A, ubi recte descriptus habetur.

ptico opere (quamvis rudiori) caelata, mitraeque subjecta Episcopali, spectanda exhibeat, ad sepulcralia *Magni* nostri ornamenta pertinuisse, dubio caret.

Quam laete res Ecclesiae (si ex seculi sui sensu judices) *Magno* sedente Episcopo floruerint, ex iis quae supra commemoravimus, satis apparet. Quibus seriem praecipuorum, sua aetate, hominum Ecclesiasticorum qui in his oris eminuerunt, (qualem ex superstitibus contexere monumentis licet), adjungemus.

Praepositi igitur *Aboënsis* (Archipraepositi) munus administrasse reperimus *Rhodgerum* annis 1415—1420 [124]); Magistrum *Fridericum Trast* annis 1422—1430 [125]); Magistrum *Olaum Magni* (eundem qui Avunculo suo deinde in Cathedra Episcopali successit) annis 1438—1450, de quo mox plura [126]).

---

[124]) Cfr. Sententias Judicii Regii his annis latas ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 166 et 134) typis editas in *Foliis Hebdom. Ab.* a. 1785, Append. p. 56, et a. 1789 p. 321. Utrum idem existimari debeat, qui a. 1366 dicitur *Magister Rotcherus Pastor in Kangasala*, definire haud audemus.

[125]) A. 1407 Canonicus Aboënsis, ut procurator Episc. *Magni* missus Wadstenum ad exigendum testimonium fratris *Thorneri Andreae* in caussa celebri contra Padisenses, (supra p. 438); a. 1414 simul Pastor in Wemo fuit (cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 75 et 111). An idem fuerit qui a. 1405 audit *Dn. Fridericus* (Curatus) *in Hattula* (ib. Fol. 278), non dicam.

[126]) Notare hoc loco credulitatem liceat HALLENII, Dissert. cit. p. 16 not. (*), ubi templum Wirmoënse a. 1260 jam fuisse fundatum asserturus, ad vetus nescio quod ejusdem ecclesiae Inventarium provocat, in cujus initio (nobis parum aperto, ac neque satis, ut videtur, accurate descripto, neque omnino ad illud aevum pertinente) mentio fit *Remari Gislonis;* qui vel ipse vel alius salutatur *primus Praepositus Aboensis* (non enim cohaeret series verborum): praeter quem laudantur *Sigismundus Johannis Canonicus* Ab. et *Remigius Gislonis*, Canonicus Holmiensis, Magister *Magnus Woldemari* Canonicus Upsaliensis, ac Magister *Nicolaus Carhu* Praepositus ruralis in Parochia Wirmo, etc. Quis concoquere haec omnia poterit? *Elavus* primus Praepositus Aboënsis a. demum 1340 constitutus fuit (supra p. 209 sq.): *Cano-*

Archidiaconatui praefuisse legimus *Johannem Anundi* annis 1415—1422 [127]), *Magnum Laurentii* annis 1429—1434 [128]), Magistrum *Sigurdum Johannis* a. 1439—1448 [129]), M. *Johannem Magni* a. 1448, et proxime sequentibus? [130]).

---

nici Holmienses quinam fuere? *Remarus (Reymarus* s. *Remigius) Gislonis, (Remar Gislason),* a. 1422-1430 Canonicus fuit Aboënsis, simulque Pastor Wirmoënsis, cujus sigillum *in medio sculptum clypeum* exhibuisse legimus, *quasi stipitem arboris continentem per transversum, cum ramis quasi prescisis, in cujus* vero *circumferentia legebantur hec litere: S. reymigii gislonis ps:bri.* Cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 263 et 242. Reliqua expendere piget. — [Sigillum *Reymigii* Canonici hic descriptum, prodere videtur, eum gente Nobili *Frille* fuisse oriundum?]

[127]) De quo et suo in Ecclesiam Aboënsem affectu cfr. supra p. 389 sq. et p. 410 sq. Munus *Oeconomi* Ecclesiae Cathedralis a. 1405 et 1407 administrasse videtur. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 128, 140, 142.

[128]) *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 232, 243. Idem videtur fuisse a. 1417 Oeconomus Ecclesiae Cathedralis Aboënsis. Ib. Fol. 111.

[129]) *Sigurd* (*Siwrgd*, et alicubi *Sigfrid*, vitiose?) *Jönisson* vel *Jwansson;* Qui a. 1448 *die b. Ignacii Episcopi* (17 Dec.) praedium suum *Gestrikaby* (paroeciae *Jomala* in *Alandia*) mensae Archidiaconi Ab. donavit, conditione adjecta quam his verbis expressit: „At then aff bördinne, oc hälzt Margareta Gregorsdot„ter, thet besithia scal, giffui ther aff aarliga III mark Swenska „peninga och I halff tunna ööl met kost ther tiil hörer, swa „lengi hon liffuer.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272. Idem hic Archidiaconus *Sigurdus Johannis* inter institutores *Fraternitatis Trium Regum* recensetur (cf. supra p. 425); quae institutio, si a. demum 1449, ut loco ibid. allegato docetur, facta fuit, etiam tum in vivis adhuc fuisse, necesse est. Sed aetas successoris sui, de quo mox, repugnat?

[130]) Aetas hujus viri quo minus definiri certo possit, plures obstant difficultates; annorum numeros monumentis adscriptos res suas aut antecessoris sui tangentibus, corrupte in apographis superstitibus (ipsa enim autographa periere) hodie legi, satis demonstrantes. Nam cum nostri hujus nomen litterae mox adferendae praeferant, quae *a. 1448 die Saturni proximo post diem S. Marci Euangeliste* (die 27 Aprilis) datae esse dicuntur; antecessor tamen in munere suus *Sigurdus Johannis* mense ejusdem anni Decembri eidem adhuc muneri praefuisse, in literis suis

proxime allatis, asseritur? Ita ut si institutio *Fraternitatis trium Regum*, cui ille adfuisse docetur, vel ad a. 1440 (pro 1449) retrahatur, (in quo nihil fortassis absoni fuerit, cfr. supra p. 425, p. 427); tamen neque sic expediri res possit. Accedit, quod in serie Fratrum celebris illius Fraternitatis (vid. supra p. 425) inter *Archidiaconos* qui nomen eidem dederunt, praeterito plane *Sigurdo Johannis*, qui paullo ante inter institutores ejus sodalitatis recensitus fuerat, nostro *Johanni* praemittitur Magister *Benedictus Holt*, ut aetate superior, cujus nulla caeterum in monumentis nostris alia occurrit memoria. Ita ut hic aqua nobis omnino haereat. Literarum autem, quas nosmet apposituros promisimus, tale habetur exemplum: „Wij *Magnus* met Gudz nadh „biscop, *Olaff Magni* Domproast, *Jons Magni* Archedegn oc Ca„pitulum j Åbo, kännoms oc kwngörum met thetta warth när„warande opno breff, oss haffua anamath och wntfangit aff be„skedelighom manne Benkt Pedhersson, borgare j Åbo, oc hans „hustru Appolonia (Pedersdotter), theres gardh j Åbo stadh, „som the haffua wnt oc giffuit *wnther ware Frw altare, som „kallas sokna-altare,* j varo Domkirkio, *til Kirkioherrens bordh* „oc wphälde ther samma stadz, j swa maatto oc met tuilkom „forordom her epter fölga: at hoo som hälst Kirkiherre är eller „varda kan j tilkomande tiidh tiil sammu altarit, skal vara plik„toger tiil two ävigha vigilias oc siäle messor j hvario viku fore „theris siäle, epter thet Gud hawer them bodhe eller noghot „there hädhan kallat, ok lysa fore them, vpnämnande theres „nampn, som seedher är: the vigilie skulu börias, och skal for:de „Kirkioherre holda staka liws tiil the for:de vigilias oc messor, „X aar epter ath the liws som the sielffua eller nogot thera „latha epter sigh göra, eller skepe epter sigh ath göras j theres „vtfärdh, ärw vpnöth och fortärdhe: och skal for:de Kirkioherre „gonga vpa thera graffuer epter vigilias ok messor, som sidher „är, och fornöya ok löna Klockarenom aarligha fore siit ärffwode „aff sama godzens ränthom. Thetta leyffwm“ (loffwom) „vi for„nempde Biscop, Domproast, Ärchedegn oc Capitulum med san„nindh, ath swa fulleligha hollas skal; ok formanum verduge „Herrer epter oss komende, ath the sigh herom vorda lothe, „och beplictom alla the Kirkeherre tiil sama altari tilkoma scu„lande, tiil tessa messor och vigilias j swa motto, som forscriffuat „är, obrytäliga at uppeholda. Tiil mere visso oc vitnisbyrd la„thom vi *Magnus,* met Gudz nadh biscop, vort egit Secret, och „vi Domproast, Archidegn oc Capitulum vort Capituli Secret hen„gia nedanfore thetta breff, som scriffuit är j Åbo anno D:ni „MCDXLVIII:o Lögherdaghen näst epter sancti Marci evange„liste dagh etc.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 246.

Viros minoris dignitatis silentio praeterimus [131]).

Ut Ecclesiarum numerus per regiones Finlandiae maritimas atque caeteras cultiores, insigniter crevit [132]); ita dubium non est, quin simul opes cleri certiores sensim majoresque factae fuerint [133]).

---

[131]) Tales sunt Magister *Johannes* (Jönis) *Ölintu (Yölindu* h. e. *Avis Nocturna)* Canonicus et Curatus Aboënsis (s. qui praefuit altari b. Mariae vel Parrochiali) a. 1410, sed Canonicus et Altarista S. Bartholomaei a. 1434 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 247, 242); Magister *Petrus Magni* a. 1446 Canonicus Ab. et Curatus in Kimito (Ib. Fol. 234); et Magister *Conradus* (Henrici?) a. 1437-1444 Curatus in Tenala (Ib. Fol. 176, 184 et 158); quem supra (p. 281 not. 125), annorum notis fallacibus decepti, ad superius seculum male retulimus: quales nonnullos quoque alios, numerorum praecipue, errores in fine operis notabimus correctosque dabimus.

[132]) Cfr. supra p. 419 sq. Ita in ditione Aboënsi occurrit a. 1418 mentio ecclesiae *Nykyrka*, a. 1448 *Nagu* etc. In Satacundia a. 1439 *Loimijoki* et a. 1445 *Eura*. In Nylandia a. 1423 *Ingo*. In Tavastia a. 1442 *Sysmä*. In Carelia a. 1418 *Jääskis*, a. 1422 *Pyttis*, a. 1427 *Wekelax*, a. 1442 *Lappvesi* et *Jockas* (quae hactenus ad ecclesiam S. *Michaëlis* pertinuerat, jam vero suum accepit Pastorem). Etc.

[133]) Ad rationem illustrandam redituum ecclesiasticorum, a majoribus nostris olim exactorum, sequentes annotationes ex MS. vetusto, cujus nobis copiam benigne fecit Cel. NORDIN, exscriptas adjungemus, idque tanto lubentius, quod licet mendis haud carentes, tamen aliis quoque nonnullis rebus Fenniae antiquis lucem afferunt:

„Anno D:ni tractata sunt haec infra scripta inter Clerum et Communitatem in Alandia MCDXXIII.

Preste retter i Aland han haffuer i så måtto varit härtill,

„Först i [then] lijkstool at taga ena mark epter alla them
„som vare tålff åre gamla och öffwer tålff, och aff them sum min-
„dre ware II öre, aff smoom barnom I öre, och aff them all
„som drunknade, eller uthlendes döö, tage ther och ena mark.
„Item biscops rettin och preste rettin i smyri giordes med gam-
„ble bismane, och med biscops nebskatter foremarken eller föxer.
„Item hwar bonde III marker smyri för kalfva tionde, och hvad
„honom kommer til kalffwa flere.

„Um thenna schripna äranden haffua almogen stoor käramåll mothe Klerikana, så att aff tålga träto och käramåll kom stoort rop, blygd och siäla våda, huilka träto och missemio biscop *Magnus*, verdoge fader med sine Capitulo, närvarande *Henrich Gioreshager, Fogte och Lagman j Aland*, haffuer mild och til sämio dragit, både aff Clerikana vegna och almogens, i så måtto at Preste rettin schall så göras, som her epter schriffuit ståår.

„Först at bonde schall göra sit maskot VII marker smör med the wicht som the aff ålder haffua giordt (IX mkr secundum pi:sum modernum).

„Item om therá quicke tiondc aff hvariom kalffui II p:ga, om honom icke tiende kalffue tilkom om åredt. Item aff lamb I pg. aff Kydh I pg. om han eij tiende fåår.

„Item om brudhe vigning I öre, före thera inledning II öre. Item för inledning efter barn II ortuger.

„Item testament schall håldas i så måtto: giffuer någor Kyrkiene särdelis och särdelis Presten, vare mer eller minne, lathi hvar sigh nöya ått thy som giffuit är. Giffuer kyrkione, och prestenom inthe, thå tagi Prester halff med kyrkione, och vari plichtog them ködha i böna håld haffua.

„Item thera lijkstool schal håldas i så måtto: döör någor XV år gamall, och ther öffuer, giffues epter honom V öra penga; epter XII åra gamblan och til XV, giffues II öra; för VII åra gamla giffues en öre; för the barn tala kunna, två örtuger, för the som minne ära I öre (örtug?); [har] thet barn varit til arffs kommit, tå giffui fulla lijkstool.

„Item epter [them] som drunkna och eij finnes, och effter them som uthlendz döö, haffuer eij presten rett något kräffuia, uthan aff them som välia sig legerstadh utsoknes.

„Item *biscops näbskatter* schall så göras her epter som her till giordt är med gamble victene, och *foremarkene,* och aff allom bondans hionom och lighionom prestenom sin rett.

„Item om fiske tiend och allan ándra smo tiend, schall almogen göre som förre är giordt, och annorstedz i biscops döme göres.

„Kyrw rätt som Prestenom bör göras.

„Först II karpa korn aff Presti krokin, II lass höö, II mkr. humbla, I böste, II mkr hampo, I mk smör aff huar koo, I karp rogh för maskott, item itt pund ferske fisk om hösten, aff them som efter fiska fara, item II öre pro sepultura, item II huit skin aff kroken.

„*Krokrätt eller Andavero* [an *Andovero?*].

„Preste kroken i Tavastland, aff hvarie Preste krok II „karpa korn struckna, I karp haffra strukin, III spruutfang höö, „itt kroskin (Gråskinn) [an Krokskin?].

„*Boskatt eller Talovero.*

„Item Boskatten, dictus Talovero, I mk. geddor eller en „karp rogh, II triding karp rogh för Maskot, itt griipelag hampa, „I mk. humbla, eller för huar them I öre, I böste, med thet „beste om flere slachtas svin, om II thett bettre, I öre aff them „som inthe slachta, item en bog af en biörn, och theslikes aff elg.

„Item kyrkiene rätt aff huar Konungx krook IIII huit skin „eller III [an IIII?] öre pgr. *Nebbeskatter* solvitur pro tertia „parte Decimarum, et *Foremark* pro expensis collectorum.

„I Tavestland äru två Preste kroker udi en Konungx krok, „och theraff bör uthgöras effter kroken it hvitskin eller I öre pgr.

„Quando pater et filius insimul habitant in die natalis D:ni, „tunc non tenentur solvere nisi unum maskot; sed quum ante „separant se ab invicem, solvere tenentur duo mascot.

„Parochiani nominati ad laborem ecclesiae si non veniunt, „solvere debent III oras, et supplere labores denuo; sed si fue„rit conquestum in placito, solvant III marc. cum labore diei.

„Omne quod offertur sub missa, Curati est; sed illud quod „ante vel post, dividatur in duas partes, inter ecclesiam et curatum.

„Pro sepultura in ecclesia cathedrali solvuntur X marcae. „In ecclesia rurali lapidea V marcas, in lignea vero III mar„cas dabunt.

„Retter Maskåtz karp är V fierdingar strukne, eller een fr. „och een retter landz karp, eller en strukin span (?).

„Item ubi habitaverat qui moritur, illic sepultura detur; pro loco funeris vel coemiterii III oras Curato.“

Nescio quod aliud monumentum MESSENIUS in manibus habuit, cum scriberet (*Scond.* T. X p. 19): Circa 1445 *Magnus* praescribit Alandis decimas Clero solvendas. In *Chronico* vero *Finlandiae Rhythmico* p. 36 (ubi in exemplo typis edito *Öland*, pro *Oland* vel *Åland*, vitiose legitur) ad a. 1452 haec eadem refert, atque ab *Olavo*, *Magni* successore, hoc tamen adhuc vivo, perfecta dicit: male sine dubio. *Magnum* tamen anno etiam 1444 Alandiam adiisse, idem quod nuper laudavimus vetus MS. testatur, habens: „Anno D:ni 1444 decrevit venerabilis pater D. *Ma*„*gnus* Dei gratia Episcopus Aboensis in placito parochia Sundo, „sabatho infra octavas Sanctor. omnium, quod ecclesia per terri„torium Alandie emat picem pro usu suo, et parochiani tenentur

De rebus ad statum civilem Fenniae hoc tempore pertinentibus, quaedam nuper attulimus [134]). Superiores ter-

,picatores in expensis et labore." Ubi aut excidit verbum, aut *teneant* legendum pro *tenentur?*

[134]) P. 443-456. Ad illustranda autem ea, quae p. 443 sq. coll. p. 448) de consilio *Königsmarckiano* tributa Regia exigendi diximus, sequentes apprime facere literae cum videantur, eas hoc loco adjiciendas esse duximus: „Fore allom thöm thetta breff höra eller ,see, kännomps vi, Haquon Frilla oc Jönis Torkilson, os haffua ,ther widher varit, tha sokna mennena aff Kymito, aff alla sok-,nenna vegna, nw fore fämpton aar" (circa a. 1417) „taladhe til ,verdegan fadher, biscop *Magnus* j Abo, aa satto biscopstinge, ,*om ena penings summa, som soknen sagde sik haff'ua utlagt fore ,aatherstadher, som reknedis oppa Domkirkione godz j Brusaby, ,ok sagde at Lagmannen haffde thöm godzet dömt til thes the ,fingo sina peninga.* Til huilkit Biscop Magnus svarade, at all ,Domkirkionne godz äru fräls, ok ther uppa vare Drötningh ,Margareta breff j Domkirkionne. Framdeles til Lagmans doom ,svarade han sva, at tha thet kärdis och dömpdis, tha var ther ,inghen til swars kalladher aa Domkirkionne vegna, oc i swa ,mattha menthe han at soknen ingen räth hafde til the Dom-,kirkionne godz. Togh uppa yttersta bad for:de biscop Magnus ,soknen, at om the noghon rättoghet j nogra mattha haffde til ,the forscrifne Domkirkionna godz j Brusaby, at the vilde thet ,öwersee for Gudz ok sancta Henrics skuld met henne. Ther-,uppa togh soknen et beradh, ok gingo alle uth aff tingsstuf-,wona, ok vi badhe gingom ther i mällan; oc sidhan komo the ,igeen met eet beradit swar, swa ludhande: *at the fore Gudz ,oc sancta Henrics skuld wilde offuerse met Domkirkionne, hvad"* thet] „*hälst rättighet the hafde til henne godz j Brusaby fore ,the atherstadher the vtlagt hafde, j swa mattha, at wm Dom-,kirkion kundhe ey nywta thet frälset, tha skulde hon siälf skat-,tin göra, ok the godzen skulde ey vara soknenne til tungha.* ,At swa var sampt ok allaledis öffuerthalat, som forscriffuit är, ,thet vithnom vi met vara godha thro oc sannindh, äpther thet ,vi gingom ther j mellan; ok til mere visso hengiom vi vaar ,incigle fore thetta breff, som scriffuit är j Kymitto anno D:ni ,MCDXXXII:o, ipso die circumcisionis Domini nostri Jesu Christi." *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 136. Patet hinc, exactores tributi regii, ne libertatis quidem praediorum ecclesiasticorum (saltim non semper) rationem habuisse; sed pecuniam pro summa omnium praediorum paroeciae cujusque, ex paroecia exegisse.

rae nostrae partes adhuc parum fuisse habitatas, vias paucas munitas, pontes paucissimos exstructos, deprehendimus [135]).

Ad ea porro quae p. 453, et laudato ibidem loco Illust. LAGERBRINGII, de constituto a Rege *Erico* Judicio Finlandiae supremo dicuntur, confirmanda pertinet, quod *Protocollum*, ut hodie loquimur, illius Judicii (s. rectius librum sententiarum ab illo latarum), juxta praescriptum Regium, non modo diligenter conscriptum fuisse, sed etiam post hoc Tribunal abrogatum, a. 1472 adhuc exstitisse atque in medium allatum legatur, in sententia Judiciali *Thomae Olufson de Torkila* eo anno pronuntiata, ubi dicitur: „Ok kom ther for retthe *en gamla Lantzretthens* „Doombok, then Sone Sonasson, foordhum Lagman j Norfinnae „haffde aath; ther fantz utinnan, at Gregerss Andersson -- var „en man närmare en the andra ärffuingena epter Benkt Michels-„son" etc. *Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 214 fin.

[135]) Septentrionales Savolaxiae partes, regio Ostrobotniae superior (sive a mari remotior), Tavastia borealior, inprimis totum territorium Rautalambense, partesque Sataeundiae borealiores (paroeciae Ikalis, Ruovesi et Keuru) nondum alios habebant incolas, quam Lappones passim errantes. Eidem huic rei illustrandae apprime inserviunt literae R. *Christophori*, quibus a. 1442 immunitatem a tributo Regio novo praedio impertit ab Episcopo *Magno* juxta lacum *Wahvajärvi* (hodie in ecclesia *Hirvensalmi* situm) condito; ex quibus discimus, inter templum *Sysmä* in *Tavastia* et templum *Savlax* in *Carelia* (hodie *S. Michaëlis* in Savolaxia inferiori) nulla hominum domicilia hactenus exstitisse, sed cum Episcopum, Ecclesias Carelicas visitaturum, tum alios illuc profecturos vel inde redituros, coactos fuisse sub dio, vel in glacie vel in terra nive obducta, pernoctari: qui tamen tractus colonis nunc minime caret, Ecclesias *Gustavi Adolphi (Hardola)* et *Hirvensalmi* (Ecclesiae S. Michaelis annexam) complectens. Literas ipsas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 458 descriptas) inferendas curavimus *Fol. Hebdom. Aboens.* a. 1785 *Append.* p. 57 sq. Vias publicas, aestivo tempore iter facientibus ingrediendas, per Finlandiam paucissimas adhuc fuisse (semitas illas quoque fere invias potius dicendas), monumenta produnt; itinera itaque aestiva partim pedibus facere, partim per lacus atque flumina (navigiis subinde mutatis, vel praeter cataractas et super isthmos transvehendis) suscipere, necesse fuit: plerumque autem non nisi hiberno tempore, trahis utentes, cum gelu nixque aquas, paludes terrasque asperas coaequaret, majores nostri itinera instituere solebant. Anno adhuc 1414 controversia de Ponte

Pace constanti majores nostros neque hac aetate beaos fuisse, putes, licet turbarum rationem quae illos afflixeunt, Historici nostri haud attingant [136]). Quam conjectuam nostram confirmant quae de Illustri viro *Henrico Niolai* (cf. supra p. 437 not.) habet Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del, in Append. ad *Fol. Hebdom. Ab.* a. 785, p. 162): Han slöt ock 14::: med Olof Tavast en nio-rig fred med de Nougårdske [137]).

---

iboënsi aedificando, (utrum illud onus civibus urbicis an cirumjacentis ditionis rusticis suscipiendum esset), ad R. *Eri-* deferebatur: quod prodere videtur, non multo antea ilius faciendi consilium captum fuisse? Verba Literarum Regiaum (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 42 in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 784 N:o 25 typis descriptarum) talia sunt: „Item um Abo bro, *huru hon skal biggias*, thet legger mellan stadhen och almoghen, som ider tikker rättesth vara etc.“ In literis Episc. *Hemingi* supra (p. 208 not. 2 allatis) quibus praedium Kairis ensae attribuit Episcopali, hanc consilii sui caussam ipse affert, uod Episcopi Aboënses antecessores sui (qui in villa *Korois* abitaverant, ad ripam amnis borealem sita, quem transire illis ecesse fuit templum Cathedrale visitaturis) hactenus *ad eccleiam accesserant nimis raro, quia prope ecclesiam ubi diverterent d morandum non erat eis locus:* nonne hinc colligas, difficultaem amnis, quoties liberet superandi, haud levem iis temporibus isam? quare praedium ad ripam oppositam, ubi commorari uoties opus esset Episcopo liceret, comparandum duxit? Quae ignificare videntur, amnem ponte junctum nondum fuisse?

[136]) Cfr. supra p. 353 sq. Ibi vero disputatis (vid. inrimis not. 18) addendum est, Russorum scriptores hujus temoris gesta bellica paullo diligentius tangere. Sic ex Chronico Nowgorodensi Ill. MÜLLER (Sammlung Rußischer Geschichte V Band p. 437: Die Schweden eroberten Oreschek (Nöteborg) im Jahre 411. (De hac quidem re nullum apud nostros verbum; t dubia videri queat?) Dafür verheerete Lugweney mit den Nowgorodischen Völkern alles Land bis vor Wiburg. Quod cum annoatione ex Actis Palmsköldianis l. c. adducta, non male concinit.

[137]) Neque harum induciarum ulla apud Historicos nostros lia occurrit mentio, neque omnino ullam post R. *Magni* temora, interim constitutam cum molestis his Fenniae vicinis pacem olidam reperimus: ita ut in perpetuo vixisse majores nostros periculo, tranquillitate et securitate non nisi admodum precaria

Inter alia instituta publica quae hoc tempore in Finlandia facta sunt, etiam conditum reperitur in his oris *Leprosorium,* sive domus et consilium, ad miseros illos homines qui Lepra laborarent [138]) custodiendos et rebus maxime necessariis juvandos, pertinens. Quo de negotio literae supersunt a. 1440 (*in Regia Curia Svartsjö, die b. Calixti Papae*) a Pro-Rege *Carolo Canuti* et Senatu Regni ad incolas Finlandiae datae, quas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 19) typis expressas legere licet in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1783, N:o 47: unde discimus, idem institutum quod per reliquam Sveciam ab antiquis inde temporibus obtinuit, (ut contagionis cavendae caussa, haud facile evitandae nisi tales aegroti a reliquorum hominum consortio secluderentur, illis seorsim sustentandis, singula paria conjugum, hwart hjonelag, per totum regnum quovis anno summam 4 penningorum conferrent), etiam per Finlandiam aliquamdiu viguisse, sed ob caussas quasdam intervenientes (abusus sine dubio, quorum ratio apertius non indicatur) quae populum ab illa pecunia conferenda alieniorem reddiderant, obsolevisse. Quod autem infelices hujusmodi homines haud paucos per Fenniam vagari Senatus comperierat, ideo salubre illud consilium ut renovaretur decrevisse, sese significat, atque serio jubere; pecuniae vero in hunc usum collectae nec non totius rei administrationem, duobus honestis et prudentibus civibus Aboënsibus quos Episcopus et Arcis Aboënsis Praefectus delegissent (his iidem atque Capitulo ra-

---

usos, existimes? *Olavum Tavast* a. 1455 obiisse, docet v. STIERNMAN apud Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* 1757, Sept. p. 270.

[138]) Sive *Lepra* Arabum, sive *Lepra* Judaeorum, sive aliis quoque morbis exanthematicis; quos accurate distinguere illis temporibus nostri homines parum valebant. Notum autem est, medio quod vocamus aevo, illud malum per famosas illas expeditiones cruciatas, ac alias forte caussas, propagatum, vehementer Europam afflixisse: unde nec mirum, si ad nostrum quoque penetravit septentrionem. Fennos autem magis aut frequentius quam alios Sveciae cives invasisse, non reperimus: nec Judaeos ipsos acerbius quam Europaeos indigenas vexasse, constat. Cfr. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1783, N:o 46 et 47.

tiones administrationis suae reddituros) esse mandandam docet, caeterum spondens fore, ut talia nulla posthac inciderent impedimenta, quae laudabile hoc institutum antea exstinxerant. Quamvis parum jam sciamus, quis his consiliis successus responderit, aut quamdiu ipsum institutum floruerit; paullo tamen plenius exponere visum fuit, ne hypothesi Rudbeckianae, de ortu gentis Fennicae ex Israëlitis in exilium ab Assyriis olim abductis, aliquid hinc peti posse praesidii, aliquando putaretur [139]).

Pestem vehementem a. 1413 fuisse per Sveciam grassatam, rerum Svecicarum Auctores produnt; quam ex terris australioribus, ut assolet, propagatam fuisse, recte colligit Nobil. LAGERBRING [140]). Verum, non Russorum modo annales eam annis 1391, 1417, 1425 et 1427 Novgardiam produnt [141]) afflixisse, (per commercium cum Mongolis et Tataris, quibus Russia tum paruit, sine dubio advectam), unde probabile est, ad vicinos porro Scandinavios eam transiisse; sed nostra quoque monumenta, Fenniam postremo illo anno attigisse, docent [142]).

Viros nobiles atque illustres, qui per haec tempora

[139]) Nempe inter argumenta quibus miram hanc hypothesin, ingenio suo plane dignam, RUDBECKIUS stabilire annisus fuit, etiam hoc attulit, quod morbo Israëlitarum haereditario, Fenni vehementer affligerentur: in qua assertione quam multa insunt rarum curate expensa! Cfr. *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. Eadem tamen haec somnia in recentissima editione *Geographiae Tuneldianae* (Stockh. 1792, 8:o, Vol. IV p. 26 sq.) adhuc repeti videas!

[140]) *Sv. R. Hist.* IV. D. p. 48 (C. 2, §. 2).

[141]) MÜLLER Samml. Ruß. Gesch. V B. p. 435 et 442.

[142]) In literis Capituli Aboënsis, a. 1439 *(octava Augustini)* datis, quas typis expressas (ex *Reg. Eccles. Ab.* F. 235) legere licet in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1789, N:o 42, verba haec occurrunt: „*Ok j them sama thymanom vart pestilencia,* i h:ka döo for:de *Olaff Olaffsson*". Erat autem hic *Olavus Olavi* vir nobilis *(Armiger* s. *a Vapn)*; quem a. 1427 aut paullo ante obiisse, ex literis civium quorundam Aboënsium *(Christopher Guldsmedh* Radhman j Abo, *Hemingh Skräddare*, borgare ther sama stadz, ok *Olaff Skriffuare)* hoc anno datis *(die Mariae Magdalenae)* ac Ibid. servatis, (Fol. 234 sq.), discimus.

Arcibus regionibusque Finlandiae praefuerunt, alibi enumeratos [143]), hoc loco diligentius ordine persequi non licet:

---

[143]) Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del, MS, cujus L. V, C. 2, C. 4, C. 5, L. VI, C. 1, C. 3, L. IX, C. 1 partim typis expressa supplementisque aucta et illustrata leguntur in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* (vid. pro hac aetate p. 191-196, 211-214, 220-223, 232-234; cfr. Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* a. 1757 Sept. p. 270, et *Fol. Hebd. Ab.* a. 1773 p. 30). Quibus nonnisi pauca, supplementi atque illustrationis caussa adjiciemus.

De *Nicolao Olavi* in Särkilax *(Stiernkors)* et *Henrico Bitz* infra ad vitam filiorum suorum, Episcoporum *Conradi* et *Magni III* dicemus. *Nicolaum Lydikini (Diekn)* cum fratre *Benedicto* et filio *Henrico,* supra p. 360 sq. nott. et p. 427-435 laudavimus.

De *Henrico Görishagen,* quem inter Praefectos, cum Arcis Aboënsis tum Castelholmensis, habet l. c. v. STIERNMAN (p. 194 sq. et p. 212), in veteri quodam libro annotatum legimus, eum *Alamanum* (Germanum) fuisse; cumque non suo sed *Johannis Kröpelini* nomine his muneribus praefuerit, ex horum Praefectorum serie excludi fortassis debet? Quamvis enim interdum simpliciter vocetur *Fogete uppa Abo* (ut in sententia Judicii Supremi, Landsrättens, a. 1438 pronunciata, quae ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 148, typis edita legitur in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 63 sq.); in literis tamen anni cum praecedentis 1437, tum sequentis 1439, adjecta legitur formula *uppa velbyrdogx* (vel *en ärlika och velborens*) *manz Hans* (vel *Hannus*) *Cröplins* (l. *Kröplins*) *vegna:* vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 163 et 184; (in Literis judicialibus *Matthiae Mårtensson,* datis in paroecia S. Catharinae a. 1437, die Veneris proximo post diem Translationis S. Henrici). Magna in his oris auctoritate floruisse reperimus; quare etiam a. 1446, cum nullo munere publico fungeretur, inter Supremi tamen Judicii Assessores comparet. Filium reliquit *Albertum Henrici,* qui tempore Regis Gustavi I, prole nulla (ex uxore sua *Brigitta Gunnari* de Lokalax) relicta decessit; ut ex veteri Rationario praediorum (Jordbok) Flemingianae Familiae in *Sundholm,* (praedio nobili Paroeciae Nykyrka), adhuc servato, didicimus. — [De *Henrico* hoc *Görieshagen* addimus, eum non modo annis 1427—1431, sed etiam anno 1433, *Castelholmiam* tenuisse (nomine, ut putamus, *Johannis Kröpelin?*) et anno eodem vocari *Legiferum Alandiae.* Vid. *Apogr. Broocmann.* Fasc. 43, N:o 47, Fasc. 45, N:o 13 et 66. Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 194 sq. et p. 212 (ubi p. 191 qui laudatur *Josephus Pedersson*

son, eum in sigillo suo *Caput Ursi* gestasse docetur in *Excerptis Broocmann.* ad Fasc. 37 N:o 52).]

Matthiae Ödgisleson (Lilie), cui proximum post *Henricum Göriskagen* inter Arcis Aboënsis Praefectos locum tribuit v. STIERNMAN (l. c. p. 195, ubi pro a. 1433 legi debet 1443, cfr. etiam p. 241 sq.) antecessorem in hoc munere fuisse *Johannem Carlsson (Ferla)*, monumenta nostra docent: vid. l. c. p. 195, 242. De utroque cfr. Nob. UGGLA *Svea Rikes Råds Längd* III Afdeln. p. 48, N:o 463. et p. 50, N:o 477.

Iis quae de *Henrico Jyrieshagen*, inter Praefectos Alandiae l. c. p. 212 enumerato, notavimus, addi potest observatio Ampliss. HELIN, qui literis a. 1431 in quibus ille vocatur *Fogeth på Castelholm*, sigillum appensum esse docet *Pogvischii*, haec verba ostentans: *Herr Otto Pogvisch Hennekassun:* quae aliis disceptanda relinquimus.

Cum ad res illius porro illustrandas, tum ad seriem Praefectorum Tavastensium supplendam quam dedit Nob. v. STIERNMAN (vid. *Sv. Mercurius* loco nuper laudato) has literas apponere placet: „For alla the godhe men thetta breff fore koma kan kennoms „vij *Henricus Gårdzhagens*" (varie admodum nomen suum scribi invenimus) „*barna formyndare*, som här epther nämpnes, Herr „*Henrick Clawesson* Lagman j Norfinne Lagsagu, Herr *Henric* „*Bidz* Häredzhöffdinge" (an scribi debet Lagman?) „j Sudherfinne, „Mester *Magnus*" (Nicolai, postea Episcopus?) „Canonicus Abo„ensis, och *Pedher Karpalayn* aff vapn, [och] kungörom met „thetta vorth öpna breff, at oss vel vitherligit är, ath *beskede„lighen man Henricus Gårdshaghen*, Gudh hans syel nadhe, solde „ok vploth ärlige manne *Engelbricth Jayson, Fogde pa Taveste„hus*, eth godz liggiendis i Kalola" (Kalvola?) „sokn j Keykala „by, met allom tillaghom, som han for:de godz fick noghon tyma „tilförende aff Hans Malos hustru, hustru Cristin, bode med skypth „ok köp, ok for:de Engelbrict gaff Henrich fore thet for:de godz „LX marker redhe peninga, hvilke peninga oss vitherligit är at „for:de Henrich til fwlle nöghia upburit haffuer j hans liffs tyma: „ty lathom vii for:de Engelbrict ok hans arffwa qvith ok frij for „alla ytermera maningh, ok tilegnom honom ok hans arffuom „for:de godz til äverdelige ägo. Til mere visso ok vithnisbyrdh, „tha henghiom vij vorth incigle vid thetta breff, scriffuith i Abo „Anno D:ni MCDXLIX Tiisdagen nest epter nativitatis Marie „Virginis." *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 277). Virum alium, quam eum quem laudavimus Arcis Aboënsis quondam Praefectum vicarium, significari vix credas; cum liberorum ejus tutelam tantae dignitatis viri gesserint? Quo probato, ante a. 1449 decessisse, colligas. — [*Engelbrectus* autem ille *Jacobi* cujus hoc loco

Legiferorum autem hujus aevi seriem subjungimus [144]). Prae-

mentio fit, anno jam praecedente, 1448, *Advocatus* fuit *Tavastiae*, *Apogr. Broocmann.* Fasc. 51 N.o 23.]

Praefectis *Arcis Wiburgensis* l. c. enumeratis addi monumenta nostra jubent *Iwarum Nicolai,* (Militem, e qua gente?) cujus Minister *(Herre Iwar Niclissons Fogethe) Bothe Benktsson* (qui armiger, *a vapn*, a. 1442 vocatur) a. 1438 ejus auctoritatem in ea provincia exercuit. Vid. sententia summi Tribunalis nuper commemorata (*Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 63 sq.). Deinde huic provinciae circa a. 1450 praefuisse reperimus *Johannem Olavi,* ut sequentes literae ostendunt: „Alle the godhae „män thetta breff förekomma kan, helsom vij bröderna ok con„ventet i svarta bröder kloster i Wiborgh kerligha medh Gudh, „ok görum viterlight med tessa varae närvarandis opna breffue, „oss haffua saalt ok uplatit med alle conventine ville [ok] full„burdh eth godz som hetter Hayka liggiändes i Borga sokn *vel„bornom manne Jonis Olaffson Höffwitzman på Wiborgh* foore „LXX mark *ryskä*" [an legendum *Rigiskae?*], „med allom tilla„ghom, etc. Scriptum Wijborgh a:o D:ni 1450 prima" (primo), „Dominica ante festum pentecostes in testimonium premissorum." Cujus apographon habetur in Archivo Palmsköldiano T. 61 *Karelen*, p. 361 (et 411).

144) Post *Nicolaum (Clauus) Fleming,* quem a. 1402-1424 huic muneri praefuisse, nostra monumenta docent (vid. supra p. 358-360), ac a. 1425 obiisse dicit Nob. Uggla l. c. p. 43 N:o 403, nullus suus in monumentis nostris successor occurrit ante *Petrum Fleming (Pedher Flämingh)* a. 1434, quem filium fuisse antecessoris sui credas? Hic et Nobilissimo v. Stiernman ignotus fuit et a Nob. Uggla siletur, (cfr. supra p. 452). Neque nobis mentio ejus nisi bis facta innotuit: primum in Literis Judicialibus summi Tribunalis (Landsrätten) datis a. 1434 *Torsdagen nästh epter sancti Erics dagh* (quo tempore et *Legiferum Österlandiae* fuisse, et simul potestatem judicialem regiam exercuisse reperitur, cf. supra p. 455), quarum apographon servatur in *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 97; deinde in Literis judicialibus in caussa privata datis, quarum ipsum exemplum autographon, in membrana scriptum, Bibliotheca nostra Acad. nuper acquisivit, quarumque hujusmodi est initium: „Thet see allom witherlikit som „thetta breff höra eller see, ath thet sin jak *Pedher Flämingh* „Laghman j Östirlandh laghmanz tingh hiolt medh almoghen af „Kymittä wid Ström, arom epter Gudz byrdh MCDXXXIIII lö„gherdaghen nest epter sancti Johannis dagh etc." Quamdiu antea

huic praefuerit muneri, nescimus; sed a. sequente 1435, quo tempore inter duos Legiferos Finlandia divideretur, mortuum jam fuisse, quoniam ejus nulla ratio habita reperiatur, credas: cfr. supra p. 452. In veteri illo Libro Sundholmensi, cujus nuper mentionem fecimus, cum duo nominantur filii *veteris Claudii Fleming* (idem ille, putamus, spectatur *Clauus Fleming*, Legifer Österlandiae, de quo supra?), *Henricus* et *Magnus*, quorum ille praedium Sundholm, hic praedium Willnäs, connubii jure acquisivit, hujus *Petri* nomen non occurrit: fortassis prolem nullam reliquit?

Cum a. 1433 *Henricum Görishagen Legiferum* appellari *Fenniae Borealis atque Alandiae*, Dn. v. STIERNMAN asserit (l. c. p. 194 sq.); facile intelligitur, non nisi *vicariam* potestatem illum exercuisse; quod neque illam postea retinuisse reperimus, neque inter duos Legiferos Fennia adhuc esset divisa. (Atque idem valere putamus de *Magno Tostheson*, qui a. 14-- et 1418 vocatur *Legifer* simulque *Advocatus Alandiae*, *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 211, cf. supra p. 357). Nomine *Petri Fleming*, illam partem muneris Legiferi Österlandensis, fortassis administravit?

Divisione vero provinciae Finlandensis a. 1435 facta, (supra p. 451 sq.) *Fenniae Borealis* Legiferum constitutum fuisse *Sunonem Sunonis*, supra jam significavimus; quem ex *Stålarmiorum* gente fuisse, arma sua gentilitia, indicante Nob. v. STIERNMAN produnt; qui, filius fuisse *Sunonis Haquini* (male Sunonem *Nicolai* appellat) praefecti Wiburgensis (*Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 226), videtur. Idem a. jam 1402 Judicem Territorialem in Töfsala, et a. 1418 Territorii Wemoënsis (ad quod illa etiam paroecia pertinuit) fuisse testatur. Nostra monumenta, hoc quidem munus ibidem a. 1417 (sive suo sive alterius nomine?) administrasse, ac a. jam 1415 inter Judices Territoriales commemorari, ostendunt; ab anno autem 1437 *ad a. 1446* Legiferi dignitate floruisse, docent: quo temporis intervallo pronuntiatarum ab eo sententiarum non pauca supersunt exempla. Cfr. Nob. UGGLA l. c. N:o 494. Successorem habuit *Henricum Claususson (Diekn)*, de quo supra egimus; cujus nec paucae adhuc servantur pronunciatae inter a. *1449 et 1458* in Judiciis Provincialibus sententiae. Cum vero *Sunonem Sunonis* a. 1455 Legiferum fuisse Alandiae, Ampl. HELIN adnotat, eumque *Tavasticae* gentis insignia gestasse addat; anni nota erronea deceptum fuisse, suspicamur?

Legiferi in *Fennia Australi* munus, per idem tempus gessit *Matthias Martini* (Mattis Mårtensson), quo in Fennia Boreali jus dixit *Suno Sunonis*. Supersunt ejus quoque sententiae judiciales plures, annis 1437-1446 pronunciatae. E qua gente oriundus fuerit, nos latet; cfr. tamen p. 377 not. 4, coll. p. 381 sq.

ter quos, *Judicum* quoque *Territorialium* numerum insigniter auctum jam fuisse, deprehendimus [145]).

De Agriculturae, Opificiorum Commerciorumque Fennicorum conditione sub hac periodo (prima dimidia parte seculi XV) quod dicamus, parum habemus; nec dispersa diligenter colligere vestigia, jam vacat. Inter Urbes tamen Fennicas Wiburgum [146]) et inprimis Aboam alte caput extulisse, apparet; quare huic etiam cum exteris libere facere commercia semper licuit, cum reliquae urbes Fennicae, servitio cuidam addictae, merces suas Stockholmiam mittere cogerentur [147]). Civitatum tamen Hanseaticarum jugo Aboënses, ut caeteros Sveciae mercatores, hoc aevo vexatos fuisse, dubio caret [148]).

---

not. et p. 383 not. 15. Ante dignitatem Legiferi susceptam ipse sese a. 1433 vocat *Armigerum* (a vapn). Inter Regni Senatores a Nob. UGGLA non recensetur. De successore suo *Henrico Bitz*, infra agemus.

[145]) *Judices Territoriales* hac aetate jam comparent nominatim in Fenniae Borealis Territoriis *Masku, Wemo, Satacundiae* inferioris et superioris, *Alandiae;* nec non in Fenniae Australis Territoriis *Pikis, Haliko, Nylandiae* occidentalis et orientalis, *Säxmäki* etc. Quae munera praecipuis fere harum regionum viris fuisse demandata, reperimus.

[146]) De cujus urbis incrementis et flore, situi suo maxime debito, infra in vita Episcopi *Conradi* diligentius agemus.

[147]) Apud Nob. LAGERBRING Sw. R. Hist. IV D. 5 C. 14 §. legimus: De nu mäst betydande Handels=städer woro Stockholm, Åbo, Söderköping, Calmar och Lödese. = = = Ibland de nämnda Städer hade Stockholm en slags Stapelrätt, ty alla Finska Fartyg, **utom Åbo,** därjämte Nyland, Roden eller Roslagen, Helsingeland och Gestrikelandsfarare **woro pliktige at resa til Stockholm och där affätta sina waror.** In quae curatius inquirere nunc non vacat.

[148]) Inter Consules, Senatores et Mercatores Aboënses aevi hujus, nomina hominesque Germanici generis passim occurrunt: Senatusque urbici dimidiam partem ex peregrinis his constitisse, reperimus. Quare mercatores praecipuos Fenni sua lingua Sarat, *Saxones* (s. *Germanos*, qui ex Urbibus Germaniae vel Saxoniae inferioris Hanseaticis huc migraverant) etiamnum vocant. Sed dabitur infra locus de hac re paullo diligentius disputandi.

Decimus Octavus.

D. OLAUS, nepos Domini *Magni*, praedecessoris sui, qui eum ab infantia enutrivit et magnis expensis Parrisiis aluit [68]. Iste in Paroecia Pijcke, villagio *Rungo*, oriundus erat. Magister Parrisiensis, et in sacra Theologiae facultate Bacchalaureus. Hic fuerat Rector Universitatis Parrisiis, et Lector Ethicorum, nec non Paedagogista ibidem [69]. Hic post liberam resignationem et renunciationem Domini *Magni*, in ejus locum eligitur, et anno D:ni 1450, ad mandatum D. Nicolai Papae, in Anno Jubilaeo Romae consecratur. Hic in *s*) omni facultate doctissimus, et agendis prudentissimus, et Rhetor extitit facundissimus. Iste *t*) apud Gallos, et praecipue Parrisienses, celebris erat famae, Consiliarius Regum Christophori et Caroli, ipso adhuc Praeposito existente. Hujus tempore erigitur et fundatur altare Undecim Millium Virginum in Ecclesia Aboënsi. Anno octavo Episcopatus ejus, combusta est civitas Aboënsis ex fulmine. Hic anno D. 1460, die Matthaei Apostoli, anno Episcopatus sui 10, in domo Episcopali Abo, singulis Ecclesiae sacramentis devotissime perceptis, viam universae carnis est ingressus, et in choro Corporis Christi, ad sinistrum latus praedecessoris sui, Domini *Magni*, est sepultus [70]. Hujus tempore Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis, opposuit se Regi Ca-

---

s) Omittunt M. et N. *t*) M. *Hic*.

rolo. De qua re consulantur Chronica regni Svecia etc. anno D. 1457.

Notae Editoris.

Nepotem Episcopi *Magni Praedecessoris sui* Auctor noster (concinente *Fragmento Palmsköldiano*) expresse vocat. Unde *Sororis filium* fuisse recentiores omnes, recte, ut putamus, colligunt. Singulare autem est, quod in monumentis nostris, quorum major ad vitam *Magni* quam ad cujusquam alius Episcopi Fennici illustrandam pertinentium copia superest, nulla neque sororis suae quae *Olavum* nostrum genuerit, neque mariti cui illum pepererit, certa mentio occurrat [1]). Quare, cum sorores *Magni* alias ignorarent, *Luciam* autem *Olavi,* viro nuptam nobilissimo *Henrico Clauusson (Diekne)*, MESSENIO praeeunte (*Scond.* T. X p. 19) sororem laudati illius fuisse Episcopi non dubitarent [2]); hanc nostri fuisse matrem, *Olavumque* ex *Dieknorum* gente ortum

[1]) In literis, quibus beneficia fratribus sororibusque suis, nec non harum liberis exhibita, ipse *Magnus* Episcopus persequitur, *Olavi* nostri patrisve sui nomen non comparet: nec vestigium ullum habetur, unde matrem suam agnoscere liceat. Cfr. supra p. 376 not. 4, p. 381 not. 1, p. 383 sqq. not. 15.

[2]) Sororis *Luciae* Episcopus *Magnus* nullibi meminit, nec aliam puto MESSENIUS rationem habuit hanc nobilis matronae cum Episcopo cognationem comminiscendi, quam quod patri utriusque commune nomen *Olavi* tribui invenisset: cujus conjecturae quam incertum sit fundamentum, quisque videt. Sed neque res ipsa ei favet. Praeterquam enim quod patri *Olavi* Episcopi, *Magno* non *Henrico* nomen fuisse, mox docebimus, nec *Luciam,* uxorem *Henrici Clauusson,* alii nuptam marito fuisse, antequam illi jungeretur, novimus. Aetas quoque ejus repugnare videtur. Credi vix possit, *Olavum* ante annum aetatis L ad sedem Episcopalem fuisse admotum; quare, si post a. 1400 natus ille non fuit, matremque hinc suam inter a. 1380 et 1390 lucem primam adspexisse statuamus, haec aetatem CX prope annorum attigerit necesse est, (si quidem *Luciam Olavi* fuisse credamus), cum a. 1490 praedium suum Saustila *Stenoni Sture* Regni Administratori venderet (vid. RANCKEN *Hist. Coenobii Nadhendal* P. Pr. p. 25 not. h): et tamen XXX fere annis post natum *Ma-*

traxisse, sine haesitatione affirmarunt. Unde *Olavum Henrici* Episcopum huncce confidenter appellari videas [3]); quod temere fieri, et literae docent plures in *Registro* veteri *Ecclesiae Aboënsis* servatae, ubi *Olavus Magni* constanter nominatur [4]), et arma gentilitia nomini suo in Templo Töfsalensi adpicta, quae a *Dieknorum* illis prorsus abeunt [5]). *Magnus* autem pater suus quis fuerit, aut ex qua gente

---

quam fratrem susceptam fuisse, sumsimus! Quae non admodum probabilia videntur.

[3]) Vid. RHYZELIUS in ejus vita; qui ducem sequitur HALLENIUM *Memorab. Territorii Wirmoënsis* P. Pr. p. 70, ubi simul *Olavo* nostro jus haereditarium in *Kankas*, praedium vetus familiae *Hornianae*, liberaliter tribuitur. Cfr. supra p. 433 not. In auctoritate DIJKMANNI (non illa maximi ponderis) ad quam provocat, parum habet praesidii; testamentum enim *Henrici Claussen* cujus fragmentum hic exhibet (*Antiquitt. Ecclesiast.* p. 207 sq.) *Luciam* neque matrem *Olavi* neque sororem *Magni*, Episcoporum fuisse, vel verbulo significat, neque votum suum och = = = beder jag ödmiukelig och tigger i Gudz namn, af wördigom Fader, min kiäraste (si recte haec lecta sunt?) Her Biskop Olof i Åbo etc. talem interpretationem necessariam reddit.

[4]) Loca supra attulimus, p. 425, ubi inter institutores Fraternitatis trium regum enumeratus noster vocatur Herre *Olaff Magni* Domproaster; et p. 461, not. 130, ubi literis Capituli Aboënsis nomen suum praemittens, similiter sese appellat *Olaff Magni* Domproast. Aliis literis (datis a. 1442 *Tisdagin näst äpter sancti Henrics dagh*) quibus idem Capitulum *Magno* Episcopo praedium *Heirkilä* paroeciae *Wirmo* sese vendidisse testatur, hoc modo nomen suum noster praescripsit: „For allom them ····· kwngörom vij *Olaff Magnusson*, Proast" etc. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 221 sq.); quo modo etiam sese vocat in literis Capituli a. 1439 datis, quas (indidem Fol. 235 init. descriptas) inseri curavimus *Foliis Hebdom. Ab.* a. 1789, N.o 42.

[5]) Illa, dum conspicere adhuc licuit (jam enim deletas esse comperimus) descripsit attentus et diligens rerum quarumlibet patriarum observator Maxime Rev. Praepositus et Pastor in *Orivesi* Dn. D:r ERICUS LENCQUIST, docens ea repraesentasse *Brachium cum manu compressa, pugno rosam tenente* (En Arm med en knuten hand och en ros i näfwen); vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 4. De insignibus autem *Dieknorum* cfr. supra p. 428 not. 70, et p. 431 sq.

palem administrasse, atque hinc ad altiorem illum locum fuisse evectum, et Auctor noster indicat, et aliis monumentis extra dubium collocari, mox videbimus.

68. Ab Episcopo *Magno* ab infantia enutritum [7]), et magnis expensis Lutetiae Parisiorum, studiorum suorum urgendorum caussa, sustentatum fuisse, Auctori nostro credendum eo libentius est, quod non solum institutum ibidem in commodum juventutis ex dioecesi Upsaliensi conflu-

---

fader meth Gud, Biscop *Magnus* j Abo, alt *mith möderne j Rungha* j Pike sokn liggiandhe -----. Tiil huilkis mere visso, medhan jach ekke siälff incigle hauer, bider jach ärlige men, som är *Mester Olaff, Domproast j Abo min broder*, Tuwa Niclisson Häredzhöffdinge, oc Niclis Magnusson a vapn, hengia theris incigle etc. Datum Abo anno Domini MCDXXXVIII in crastino b. Margarete virginis et martiris etc." (Ib.) Ex quibus simul patet, neque probabile esse quod supra (p. 376 sq. not. 4) suspicati sumus, *Olavum* nostrum ex *Ragnhilda* sorore Episcopi *Magni* natum fortassis fuisse: quam matrem credimus *Matthiae Martinsson* (ejusdem qui primus Legifer factus est Finlandiae Australis?); sororis enim filium hoc nomine inter haeredes suos numerat Episcopus a. 1439 (matre igitur jam tum orbatum, supra p. 383 not. 15); *Martinum Abramsson* inter affines suos sororum maritos, moghα) a. 1421 recenset (supra p. 381 not. 8), et biennio post (1423) *Martinus Abramsson*, Armiger, cum uxore sua *Ragnilda Olavi filia* praedium in *Rungo* Paroeciae *Pikis*, quod illa a parentibus suis haereditate nacta fuerat, pro suis parentumque suorum animis altari Corporis Christi donarunt (cfr. supra p. 386 not. 16), in quo eodem pago matrem quoque *Olavi* Episcopi praedium possedisse nuper vidimus: eam igitur ter nuptam fuisse, et singulis suis maritis liberos peperisse existimandum erit, si eadem *Ragnilda* putabitur?

7) Patrem praemature decessisse credas? [Quare ab infantia ab Episc. *Magno* fuisse *enutritum*, Auctor dicit]. Quum et ministerio Ecclesiae sese devovisset, et ab Avunculo munifice educatus beneficiisque insignibus mactatus fuisset, minus videri mirum debeat, *Olavi* nostri nullam a *Magno* Episcopo, fieri mentionem, cum bona enumerat quae reliquis suis haeredibus in praediorum suorum patrimonialium, Ecclesiae Cathedrali attributorum, compensationem distribuerat. Sed cur neque sororum nostri ullibi meminit? Quarum tamen mater decesserat, antequam literas illas *Magnus* consignavit?

entis Gymnasium, diu jam floruisse constat, sed illam Academiam haud segniter a nostris quoque hominibus frequentatam fuisse, vidimus [8]).

69. *Rectoris in Universitate Parisiensi* dignitatem, (quae temporibus illis nonnisi trimestris erat, et ad quam alios etiam septentrionis alumnos pervenisse scimus [9]), nostrum obtinuisse, a vero non abhorret. Ac eruditione, pro ratione temporis, insigni claruisse, non modo illa dignitas honoresque *Magistri et Theologiae Baccalaurei* ab eo reportati testantur, sed etiam munus *Lectoris* (idem quod postea *Professoris* nuncupari suevit) *Ethicorum*, atque simul *Paedagogistae*, ibidem ei delatum demonstrant: in quibus omnibus quominus Auctori nostro, simul doctrinam ejus, experientiam, prudentiam et eloquentiam impense laudanti, fidem habeamus, ratio nulla impedit. *Paedagogistas* autem explicat Dn. CREVIER [10]) *maitres des pensions*, quorum non exigua olim in illa universitate erat dignitas atque auctoritas. Namque hi singulos *Docentes (les Regens)* in Scholis suis eligebant, et nonnisi permissu *Facultatis Artium* ejusque sub auctoritate novum licuit Paedagogium condere [11]).

---

[8]) Cfr. supra p. 281 not. 125; p. 296; p. 426 not. 63; p. 462 not. 131. De *Gymnasio* autem sive *Collegio* illo Svecico Parisiis instituto, vid. LAGERBRING *Sv. R. Hist.* 2 Del, C. 20, §. 9; SCHEFFERUS in Notis ad *Chron. de Archiepisc. Upsal.* p. 120-126, et 129-137: cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Upl.* T. II p. 139 et 190. Meminit ejusdem etiam CREVIER, *Hist. de l'Université de Paris* T. II p. 282. Ut omnis *Juventutis Svecicae* usui dicatum, laudari passim videas; sed alumnos tantum Dioeceseos Upsaliensis spectasse institutores, ipsae literae eorum docent.

[9]) Vid. LAGERBRING l. c. III Del., 11 C., 11 §., et 12 C. 1 §.; cf. supra p. 296. Munus autem hoc *Rectoris*, ut et *Professoris* ibidem, a. 1439 ab eo gestum fuisse, quod asserit MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 19, et *Chron. Finl. Rhythm.* p. 35), cum veris temporum rationibus conciliari aegre posse, mox videbimus.

[10]) L. c. T. IV p. 123.

[11]) CREVIER l. c. p. 185 et 250. Quod BULÆI *Historiam Universitatis Parisiensis* consulere nobis non licet, hoc majoris operis compendio uti, necesse est.

uamdiu quibusve annis noster Parisiis vixerit, difficile est finire. Annis enim 1438, 39, 40, 41, 42, 43, 48 et 1449 rchipraepositum Aboënsem, et in his praesentem oris fuisse, agistri nomine jam tum ornatum, adeoque e Gallia reverm, monumenta nostra docent [12]): ex quibus etiam discius, eundem a. 1433, ante dignitatem *Archi-Praepositi* sibi llatam, Pastorem fuisse Ecclesiae *Kyrkslätt* in Nylandia; i igitur tempori itidem superiorem, suam in Gallia comorationem fuisse, credas? [13]).

Legitimo atque solito modo *Olavum* nostrum in *Magni* dicantis locum fuisse a Capitulo *electum*, recte Auctor gnificat. Non igitur premenda nimis sunt verba MESSENII, ii *Magnum Olao, sororis filio, assignasse cathedram dicit* [14]).

Romae a. 1450 *consecratum* fuisse, recte Auctor adjicit: ta occasione quos facere sumtus necesse habuerit, annotio vetus docet, apud Nob. LAGERBRING [15]) legenda.

---

12) Vid. supra p. 478 sq. not. 6; p. 477 not. 4; p. 461 t. 130; p. 437 sq. not. 79.

13) Cfr. supra p. 478 not. 6.

14) *Scond.* T. X p. 20. Accuratius in *Chronico Episcopor.* cet, eum *ultroneo cunctorum suffragio Antistitem fuisse designa-m:* quod tamen non impedit, quominus vel commendatio vel atia Avunculi sui vehementer ei profuerit!

15) Sw. R. Hist. III Del. II C. 4 §. p. 822, not. (2). i recte observat, pro a. 1470 legendum esse 1450. Etiam hac annotatione Episcopus noster *Olavus Magni* vocatur; od impedire non potuit, quominus *Olavum Henrici*, vanam njecturam secuti, alii eum appellare pergerent. Unde autem a annotatio desumta sit, nescimus. Ex b. Archiep. *Erici Ben-tii* Collectione MS. Conciliorum Sveciae se descripsisse testatur b. LAGERBRING; nos inter monumenta Bibliothecae R. Stock-lmensis, manu Ampliss. *Helini* descriptam, vidimus. Cum pensa Episcopi nostri ad minimum 364 Ducatos, aerario Apo-lico atque ministris curiae Papalis offerendos, effecerit; mirum leri nequit, hos sumtus pecuniam Ecclesiarum nostrarum haud ro penitus exhausisse. Cujusmodi exemplum supra vidimus vita Episcopi *Beronis*, ad cujus iter Romanum adjuvandum pitulum necesse habuit praedium Ecclesiae Cathedralis vendere: 336 not. 3. Simili inopia pressum Capitulum Upsaliense ntum *Nobulos auri Anglicani pleni ponderis* a *Magno* Episc.

Consiliarium Regum *Christophori* et *Caroli*, cum adhuc Praepositus esset, fuisse, neque illud a more temporum illorum abhorret: quo Auctoris nostri testimonio nixus, locum ei inter Regni Consiliarios sive Senatores, aliquanto (quinquennio circiter) superiorem tribuere, Nob. UGGLA potuisset? qui anno demum auspicati muneris Episcopalis, Senatorum ordini adjunctum sistit [16]. Literis autem a. 1441 et 1443 datis, quibus Rex *Christophorus* praediis quibusdam mensae Archipraepositi acquisitis immunitatem a tributo Regio impertit, nonnisi *Capellanum* suum (pro hodierno nostro loquendi more Hof-Predikant) appellat [17].

Aboënsi suoque Capitulo mutuos sumsisse, *pro expeditione negotii electionis Olavi Archiepiscopi*, ex schedula discimus, qua hanc pecuniam sibi a. 1445 fuisse redditam idem *Magnus* Episc. Capitulumque Aboënse testantur, legenda in edita nuper a Reverendiss. Archiepiscopo VON TROIL Actorum Ecclesiasticor. collectione (Skrifter och Handlingar til upplysning i Swenska Kyrko och Reformations-Historien) T. II p. 363 sq.

16) L. c. III Afdeln. p. 58. N:o 589; deceptus a RHYZELIO, et Olavum *Henrici* vocat, et filium fuisse *Henrici Claussen* asserit, utrumque male.

17) Literis datis a. 1441 *in castro Stockholm ipso die b. Calixti* notum facit "ath aff synnerliga gunst oc nadhe, oc swa „fore tienist, som thenna breffuisare, *Mester Olaff Magnussen*, „*Domproast j Abo, var älskeligen Capellan*, oss giort oc beuist „haffuer, oc *han oc hans epter komara* Provasta j Abo oss och „varom epter komarom Konunga j Sverige troligha göra mogha „oc scula: tha haffuom vj vnth och giffuit, och vnnom och giff- „nom honom oc *hans epterkomarom Provastom j Abo* friiheth „oc frelse pa eth godz som hether *Lolala* i Resa sokn liggiande, „swa mykit som for:ne Mester *Olaff* nw j värio haffuer och *hans* „*forfader Prouast Fredrich fore honom* j värio haffde" etc. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 261 fin. Aliis autem Literis, a. 1443 in *Castro Haffniensi ipso die Bartholomaei Apostoli* datis, immunitatem ei indulsit aliam, minus amplam, scribens: „Fore „sönderlika kerlighet och tieniste, som vy befunnet haue af „thenne breffuisare, Mester *Olaff* Domproast j Abo, var älskelika *Cappellan*: tha haue vy vnt honom met thetta vorth öpne „breff [et godz] som hether *Wentka*, liggiandis i Resa sokn, „met allom synom tillaghom, frij och frälse fore allom skath „och alegningh, *swo lenge vor nadhe tilsigher*" etc. Harum

Inter merita sua de Ecclesia Aboënsi, non ultimum occupare locum credebatur, quod suo auspicio *Altare Undecim millium virginum* ibidem erigeretur atque fundaretur, quod *sua impensa* eum fecisse, MESSENIUM secutus, RHYZELIUS pro more asserit [18]): Auctor noster nihil nisi *hujus tempore* factum fuisse, affirmat. Ad aliquam vero stabilitatem hoc institutum pervenisse haud videtur; cum neque tempore reformatae apud nos ecclesiae superfuisse reperiatur [19]), nec ulla vel ejus vel praediorum ei consecratorum in *veteri Registro Ecclesiae Aboënsis* mentio occurrat.

Incendium Civitatis Aboënsis, ex fulmine ortum, quod anno *octavo* Episcopatus *Olavi* (1458) accidisse Auctor noster testatur, idem credas quod anno demum 1464 (adeoque anno quarto Episcopatus *Conradi*, successoris sui) *Ecclesiae Cathedrali* contigisse, MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 20) tradit: fidem secutus *veteris Chronologiae* (de qua supra p. 415 sq. not. 38), ubi totidem verbis legitur: „Anno Domini „MCCCCLXIIII combusta est Ecclesia Aboensis ex fulmine". In *Chronico Finl. Rhythmico* (p. 37) *urbem* etiam *Aboënsem* eodem incendio laesam fuisse, addit; adstipulatorem habens

---

exemplum (ex eodem *Reg. Eccles. Ab.* exscriptum) typis expressum legitur in *Fol. Hebd. Ab.* 1785, *Append.* p. 78.

[18]) På sin kostnad, l. c. in vita nostri. MESSENIUS *Chron. Finl. Rhythm.* p. 36: där til stor Gaf inkomst. In *Chron. Episc.* hanc aram nostrum *sumtuose fundasse* dicit. *Scond.* T. X p. 20 sumtus ab Episcopo impensi nullam facit mentionem; fundationem autem arae factam a. 1455 (ex ingenio?) asserit. Reditus magnos huic altari non contigisse, vel inde patet, quod tam cito interiret.

[19]) Id quod ex Indice illo praediorum, hujusmodi institutis olim donatorum, quem confici sibique exhiberi jussit Rex *Gustavus I*, (cfr. supra p. 267 not. 98 et p. 423 sq.) apertum est, in quo de *Altari XI mill. virginum* nullum occurrit verbulum; uti neque in ampla illa collectione literarum, quibus fundorum ad Ecclesiam Cathedralem Aboënsem olim pertinentium legitimam possessionem munire Antistites ejus non neglexerant, quarumque exempla in veteri Registro ejusdem Ecclesiae servantur, nullum exstat illius Altaris praediorumve suorum (s. fundorum ei donatorum) vestigium.

Rhyzelium, qui tamen Auctorem nostrum in anno calamitatis hujus prodendo praeferens, 1458 contigisse narrat (in vita Ep. *Olavi*). Verisimile est, de eodem incendio et Auctorem nostrum et veterem illum Chronologum loqui; nam neque simile infortunium, si tempore *Conradi* Templum Cathedrale afflixisset, taciturus fuisse Auctor noster videtur, qui urbis calamitatem commemoravit, neque Chronologum illum, qui alia urbis incendia ordine percenset, hoc ex fulmine natum silentio praeteriturum fuisse, credas? Cuinam vero, in anno definiendo, potius sit assentiendum, judicare non valemus; nisi quod Auctoris nostri fidem, quem vetustiora monumenta diligenter consuluisse saepe reperimus, haud facile contemnendam esse, existimemus.

Jura Sedis suae diligenter tuitum esse, quaedam quae adhuc servantur monumenta, docent [20]).

70. Epitaphium sepulcro suo inscriptum, quod (aeque ac elogium *Magni* Avunculi sui) descripserat Nob. Brenner antequam infelici perirent incendio (vid. supra p. 458), legi potest apud Hallenium *Diss.* cit. p. 71, et Rev. Rhyzelium l. c. in vita nostri. De monumento autem ipso, cui inscripta erant, infra ad vitam Episcopi *Magni III* disputabimus.

De seditiosis et nefariis Archiepiscopi *Johannis* (Jöns Bengtsson) contra R. *Carolum* ausis, eo rectius Auctor noster silet, quo ab iis Episcopus noster fuisse videtur alienior [21]). Amicam Episcopi nostri in Regem voluntatem, vel

---

[20]) Sic in Judiciis publicis a. 1453 de piscatura in *Lammais* (fluvii Cumoënsis), a. 1455 de illa in *Abborfors* (fluvii Kymmene), in Pyttis et Kuusikoski, a. 1458 de limitibus praedii Episcopalis Kumo, caussam sedis Episcopalis defendisse reperitur. Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 155, 160 et 162.

[21]) De perfidis et sceleratis his Archiepiscopi hujus rebellis gestis consulatur Nob. Lagerbring l. c. C. 8, §. 38 sqq. Ad quaenam autem *Chronica Regni Sveciae* Auctor noster lectores, de his rebus edoceri cupientes, ableget, difficile fuerit definire; cum incertum sit, utrum haec verba a superiore aliquo scriptore profecta, an a Juusteno demum addita, haberi debe-

inde colligi posse putamus, quod inter judices, quorum arbitrio caussam suam contra Archiepiscopum ejusque asseclas permissurum sese Rex obtulit, nostrum ipse nominavit [22]). Injuriam igitur Episcopo nostro facere credas MESSENIUM, cum *ejus consilio* Finlandiae incolas a R. *Carolo* ad *Christianum I* a. 1457 defecisse asserit [23])? Neque consentire cum veterum nostrorum testimonio auctorum videtur, quod alibi idem MESSENIUS, HUITFELDIUM secutus narrat, a. 1456 R. *Christianum* classe Finlandiam invasisse, atque Wiburgum incendisse [24]): cui comminiscendae expeditioni retrahendo-

---

ant? cujus tempore, praeter antiquiores, *Olai Petri Chronicon* jam prodierat, etc.

[22]) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 43, p. 523, qui literas ipsas Regis, ab HADORPHIO (Bih. til Rimcrön. p. 200 sqq.) editas citat.

[23]) In *Chron. Finl. Rhythm.* suo canit modo: Ty måste Finnom behaga Honom (Christianum) til Konung taga (1457), Biskop Olaf därtil råd gaf; p. 37. In *Scondia* tamen simpliciter scribit: „1457 Finlandia *per Danos* et horum seducta fautores, a „R. *Carolo ad Christiernum, non tamen tota* deficit" (T. X p. 20). Et alibi: „Quo etiam die (24 Junii 1457) *Finnonum non-„nulli ab Erico Axelii et Christierno Benedicti*, fratre Archiprae-„sulis, seducti, Abogiae Danum simul pro Rege acceptarunt" (T. IV p. 16). *Danos* aliquos in Finlandia eo tempore fuisse praesentes, atque ad hoc consilium capessendum incolas impulisse, haud constat; nec opus fuisse videtur, cum proditores Regis sui Optimates Sveci, *Ericus Axelii* cum suis asseclis, invidia et dominandi libidine acti, satis diligentem *Christiano* operam praestarent. Quod autem *nonnullos* tantum Fennorum in ejus imperium concessisse dicit, eatenus verum est, quatenus utique Viburgum (cum sua ditione) paullo serius ejus sese potestati permitteret. Quo enim die (24 Junii) literae dabantur, quibus Finnones (ditionis Aboënsis), Svecorum exemplum secuti, homagium ei praestabant, nondum Viburgum erat captum nec omnes Praefecti R. *Caroli* sese factioni dominanti submiserant. Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41 p. 518; et HUITFELDT p. 868.

[24]) *Scond.* T. IV p. 13 scribit: „A. 1456 ---- Classe „Finlandiam invadit: Viburgum incendens." Et T. X p. 20, ad a. 1456: „Idem (*Christiernus* Rex Daniae), ut Finlandos ad suam „quoque compelleret subjectionem, *transmisso in eos non modico exercitu*, Viburgum aliquamdiu impugnat, et tandem concremat." Nihil de magno hoc exercitu in Finlandiam transmisso, superio-

que ad hunc annum eventui qui ad sequentem demum (1457) pertinet, aliquis error utrique ansam dedisse videtur. Certum enim est, anno sequente opera *Erici Axelsson*, talem calamitatem contigisse; qui postquam ab Archiepiscopo rebelli suaque factione [25]) Regi infesta, a. 1457, nomine ornatus *Regni Administratoris* (Riksföreståndare), quo superbire haud neglexit [26]), missus fuisset in Finlandiam, ubi jam

---

res nostri Auctores loquuntur, nihil de urbis Wiburgensis, ante adventum *Erici Axelsson* obsidione Danica, aut incendio a Danis profecto. Sed Ill. HUITFELDT (*Danmarkis Riges Krönicke*, V P. p. 866) meminit; quibus nixus monumentis, nescimus. Parum autem probabile videatur, Danos contra remotissima haec Finlandiae loca, praeteritis propioribus et felicioribus, vires suas adhibuisse? De expeditione autem *Erici Axelsson*, ita *Chronicon Rhythm. majus* p. 460: Medan thet ta allt skedde (quae sc. de Archiepiscopi pro R. *Christiano* Svecis obtrudendo dolis et moliminibus narraverat), Herr Erik Axelson fik til Wiborg redde:. Lyckan full tha honom swa, At han thet wan pa en stund tha; En fyrepijl kom i höddh, Therföre the oppe war komine i nöddh, Och tackade Gud the kunde eldin fly, Therföre wan Erik Axelson slotthet i thy, Ok war ey tha seen, Kom til Stockholm igen. Quum vero Nob. v. DALIN (l. c. II D., 27 C., 22 §., p. 736) obsidionem Danicam commemorans, alteram anni sequentis sileat; eandem utroque loco describi, putasse videtur, sed incertiorem annum certiori praetulisse? Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Magis probabile videri queat, quod MESSENIUS alio loco (*Scond.* T. IV p. 17) narrat, R. *Christianum* „militem in castri expugnationem Viburgensis *Erico Axelii* subministrasse.“ Sed neque ejus rei idoneus testis habetur.

25) Qui postquam regni administrationem fraude atque vi invaserant, Regni Senatus nomine sua ipsi acta probabant et confirmabant. Qui enim literas, Senatus nomine datas *a. 1457 die S. Benedicti* promulgabant, fere omnes ad rebellem illam pertinebant factionem. Cfr. HADORPH *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 199. Qualis approbatio quanti ponderis atque auctoritatis censeri debeat, facile patet: neque talis res mira videri debet. Cfr. LAGERBRING l. c. p. 517.

26) Vid. Nob. v. DALIN l. c. C. 18, §. 1; LAGERBRING l. c. p. 518; v. STIERNMAN *Höfd. Minne* I D. p. 101. Non nisi secundarium tamen hunc fuisse honorem, proximumque post Archiepiscopi *Johannis* auctoritatem, facile intelligitur, qui *Regni*

antea Arcis ditionisque Aboënsis Praefectura inclaruerat [27]), cunctas hujus regionis arces provinciasque ad partes rebellium, obsequiumque inde R. *Christiani* dolo atque vi pertraxit. Ac licet Praefectorum nonnulli, R. *Carolo* fidi (nomina eorum ignoramus) resistere ausis ejus conarentur, potius se Russis quam rebellibus Regis sui proditoribus sese dedituros minantes [28]); a Rege tamen ipso destituti [29]), co-

---

Sveciae Primatem et Administratorem (Swериges Förste och Föreståndare) sese vocare non desiit. Quod sine dubio respexit MESSENIUS, cum (*Scond.* T. IV p. 15) scriberet: „*Ericum Axelii* de „custodia productum *dolo nominat Regni Gubernatorem;* ad subactionem Finlandiae illum ablegat" etc.

[27]) Arci Aboënsi Praefectum a. 1450 fuisse, recte tradit v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del. MS. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 196), ad HUITFELDIUM provocans l. c. p. 852: cfr. LAGERBRING l. c. 8 C. 18 §. Sed non diu in hac statione aut his in oris permanserat.

[28]) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Sine dubio a Viburgensibus, utpote Russorum imperio proximis, hae minae profectae erant; magis quo principes factionis rebellis a vi sibi inferenda deterrerent, quam quod serio consilium desperationis adeo plenum amplecti in animo haberent: cujus consilii impietatem depicturi adversarii queruntur, quod Kong Carls Fogeder allerede truer dennem med at de alle befestninge udi Finland (quaedam tamen jam in rebellis factionis potestatem venerant!) skulle offwerantworde til Rytzen oc Hedninge, apud HUITFELDIUM l. c. p. 868.

[29]) Dicit quidem MESSENIUS *Scond.* T. IV p. 15 (quem sequitur v. DALIN l. c. C. 18, §. 3 fin.) de R. *Carolo:* „Suis „in Finlandia pressis ab *Erico Axelii*, ferens identidem suppetias." Sed quum hoc neque cum conditione rerum suarum optime consentiat, nec quidquam tale superiores (*Chron. Rhythmicum, Ericus Olai, Huitfeldius, Olaus Petri)* prodant; vereor ne illud ex ingenio addiderit? Cujus fere generis etiam est, quod ibidem scribit, Regem eundem *myoparonibus Sveones infestasse.* Quae calumnia, exigua ex re nata (cfr. HUITFELDT l. c. p. 872) aeque levis est ponderis, ac R. *Christiani* (suorumque assecларum) asserta, „per nuntios literasque Svecos certiores facientis, „*se certa et fide digna relatione cognovisse,* quod Rex *Carolus* „ingentem de Prussia parasset exercitum, et intenderet regnum „Sveciae manu hostili, igne vastare et gladio; seque ob nihil

piarumque suarum numerum, nulla auxilii spe erectarum [30]), quotidie minui videntes, sensim reliquorum sequi exemplum Danoque sese submittere coacti sunt. Viburgum autem, quod pertinacissime fidem suam defendere nitebatur, aperta vi expugnatum fuit [31]).

Rebus ita sibi ex voto succedentibus, R. *Christianus* cujus in favorem suscepti omnes hi motus fuerant, reliquo pacato Regno, Finlandiam quoque sibi devincire haud neglexit; praeter generalia privilegia, quibus totam ecclesiam clerumque Svecicum ornaverat [32]), Episcopo Finlandensi, cujus magnam in his oris auctoritatem haud ignorabat, suaeque ecclesiae, speciales literas protectorias, amplissimis conceptas verbis, impertiens [33]).

DECIMUS NONUS.

D. CONRADUS *Bitz,* natus ex famoso milite Domino *Henrico Bitz,* quondam Capitaneo Castri Aboënsis [71]. Magister Lipsiensis et Praepositus (ad tempus) Aboënsis, tandem per viam scrutinii in Episcopum con-

„aliud venisse, quam ut hanc tantam rabiem et tyrannidem a „regno Svecorum avertat et ab omni hostili conservet incursu." ERICUS OLAI L. VI, p. 205, Ed. Loccen.

30) Vid. LAGERBRING l. c. p. 518. Quod MESSENIUS narrat, *Scond.* T. IV p. 17 (adstipulatorem nactus Nob. v. DALIN l. c. p. 746) „quosdam R. *Caroli* fautores Viburgum Dano eripuisse (a. 1458), nuper ab illo subactum, quod difficulter ad„modum recuperavit," quamdiu nullius testis antiquioris confirmatur auctoritate, parum habemus certum. Ac difficile omnino est, ubique judicare, quibus et cujus generis nixus auctoribus MESSENIUS quae de horum temporum gestis narrat, congesserit.

31) Vid. LAGERBRING l. c. et Auctores quos nuper not. 24 laudavimus.

32) Horum exemplum, ex Vet. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 32 sq. descriptum, *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1789, N:o 17, inserendum curavimus.

33) Quae ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 32 descriptae typisque expressae legi possunt in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, *App.* p. 82.

corditer eligitur. Senis apud Minores consecratur, sub Pio Papa secundo. Hic conventum Vallis Gratiae confirmavit, et personas ejusdem conventus sub perpetua clausura inclusit. Sub eo sacellum Omnium Sanctorum in Ecclesia Aboënsi de novo erigitur, et per eum consecratur, simul cum undecim altaribus in eadem Ecclesia uno et eodem die [72]. Ita quod ante illud tempus altare Corporis Christi per totam dioecesin Aboënsem unicum et solum consecratum habebatur. Hic horas gloriosissimae virginis Mariae, in praedicto sacello in perpetuis temporibus decantandas instituit, et parochialem Ecclesiam in Nummis cum *u*) singulis obventionibus et reditibus Episcopalibus, et Curati, memoratae capellae in perpetuum incorporavit. Hic duos de novo *v*) in summo choro instituit Chorales [73]. Sub eo totum Caemiterium Ecclesiae Aboënsis instauratur, et quam plurimae Ecclesiae lapideae per totam dioecesin eriguntur [74]. Hujus tempore castrum Olaffsborgh [75] in Savolax, propter Ruthenorum insultum, per D. Ericum Absalonis, Equitem auratum, erigitur, et oppidum Wiborgh muro cingitur [76]. Castrum Cuusto funditus incendio casuali exuritur, et multa privilegia et litterae Ecclesiae comburuntur [77]. Tandem in bona aetate moritur in castro Ecclesiae Cuusto, anno D. 1489, in crastino b. Gregorii Papae. Sepelitur autem in choro Beatorum *x*) Petri et Pauli, sub lapide aliqualiter *y*) elevato [78].

---

u) N. *etiam*, vitiose. *v*) N. *denuo*, A. omittit. *x*) A. inserit *die*, male. *y*) A. *aliquo*, N. *aliquali*.

Notae Editoris.

71. De viro hoc, magnae in his terris, suo tempore auctoritatis, patreque *Conradi* Episcopi, legi quaedam possunt apud Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II D. MS. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 197 sqq.); cfr. Nob. UGGLA l. c. N. 546 p. 56. Nomen suum in nostris monumentis scribitur *Henricus Bidz, Biidz, Bitz,* et *Bytz.* Matrem suam sororem fuisse Magistri *Henrici* (*Magni* filii) primi Archidiaconi Aboënsis, supra vidimus (p. 355 sq. not. 20, cfr. p. 347 not. 7): sed ex qua hic gente fuerit, nescimus. Uxorem autem nostri, *Annam* nomine [1]), filiam fuisse *Nicolai Lydikeson,* vetus Genealogia (de qua supra p. 430 sq. not. 74, et p. 176 not. 18) asserit; quod testimonio confirmatur *Henrici Clauusson* fratris sui, qui Praepositum, postea Episcopum *Conradum,* sororis filium vocat: ap. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *App.* p. 193). Anno 1420 *Henricus Bidz* vocatur *Armiger* (wäpnare); dignitatem autem Equestrem s. Militarem (Riddare-wärdighet) a. 1411 in festo Coronationis R. *Christophori* accepisse videtur; a quo anno *Miles* (Riddare) in literis vetustis appellatur [2]). Ab a. 1437 *Judex Territorialis* (Häradshöfdinge) Territorii *Halikoënsis* salutatur; *quod munus* ad annum usque 1453 administrasse reperitur [3]). A. 1456 et se-

[1]) [Quae a. 1507 adhuc vixit *Anna,* Vidua *Henrici Bidz* (*Apogr. Broocm.* Fasc. 58 N:o 52), illa nupta fuerat *Henrico Bidz* juniori, Episcopi nostri ex fratre nepoti. Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 198.]

[2]) Literae quibus quidam *Hannus Marcusson* praedium suum *Attulaby* D:no *Henrico Clauusson* vendidit, hoc modo finiuntur: „Tiill thes breffs mera visso ok vitnisbyrdh bider jak är„liga men, *Här Henric Biidz, Riddare,* Nielss Olaffsson aff Särke„lax, oc Matthis Martinson Lagman j Suderfinne, hengiae theris „incigle fore thetta breff a mina vegna, mädhan jak ey siälffuer „incigle haffuer: huilkit scriffuit är j Stockholm anno epter Guds „byrd MCDXL primo, ipso die beate Birgitte etc.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 190.

[3]) In *Judicio Supremo Finlandiae a. 1437 die s. Barnabae* habito, cui praesidebat R. *Erici* nomine *Nicolaus Olavi de Särki-*

quenti *Legifer* audit *Fenniae Australis* [4]). Inter *Regni Senatores* anno jam 1449 comparet [5]). *Capitaneus* sive Prae-

---

lax, praesentes fuisse dicuntur *Sone Sonisson Lagman j Nordfinne*, *Mattis Mortensson Laghman j Suderfynna*, *Magnus* Episcopus et Capitulum Aboense, *Ioannes Kröplin* Praefectus arcis Aboensis, et sequentes *Judices Territoriales:* „*Tuva Nielsson* Hä„radshöfdinge j Pikie häradhe, *Henric Biidz* Häradsh. j Haliko „häradh, *Gregers Andresson* Häradsh. j Wemo häradh, ok *Jönis* „*Benktsson* Häradsh. i Masku häradh.“ *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 110 init. In literis de piscatura Episcopi Aboënsis in Lammais, datis a *Gustavo Laurentii* Praefecto Aboënsi et *Henrico Clauusson* Legifero Fenniae Borealis „j Kumo vid Lammas fors „aarom epter Gudz byrd MCDLIII, in crastino divisionis apo„stolorum,“ testantur se jussu R. *Caroli* caussam illam diligenter cognituros, adjunxisse sibi „tessa epterskreffna ärliga oc vel„borna män, som ära Hr. *Henrich Bitz Riddare, Häredzhöffdinge* „*i Haliko härede*, Bencth Lydikson Häradsh. j öffre Satagunt, „Olaff Broderson Häredzh. j Säxämäkij, Peder Karpalayn Hä„redzh. j Masko härede, Hartika Japson Häredzh. j Wemo hä„rede, Ragwald Stiwlson Häredzh. j Pike härede, Jusle Han„nusson, Peder Sverdh, Olaff Azsurson, Philpus Joanson, oc „Andris Japson, a vapn.“ Ib. Fol. 157.

[4]) Literae quibus quidam *Niclas Riddare* praedium quoddam, pro pecunia mutuo accepta Ecclesiae Aboënsi oppignorat, hoc modo finiunt: „Thil thessäs breff ytermera vissa ok stad„festilse, bidher jac ärliga män, *Herre Henric Bidz, Riddare oc* „*Lagman i Sudherfinne Lagsagu* oc Mikel Suripä Borgamästare „j Abo, at hängiä sin incigle met mino egno undher thetta breff, „som giffuit oc scriffuat är j Abo, die sanctorum martirum Gor„diani et Epimachi (10 Maji) anno incarnacionis Dominicae *mille*„*simo quadringentesimo quinquagesimo sexto.*“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 139 fin. Aliarum literarum ab eo ut *Senatore Regni* (?) *et Legifero Fenniae Australis* a. 1457 datarum meminit v. STIERNMAN l. c. vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 198. Cfr. etiam HUITFELDT l. c. p. 868.

[5]) Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 197, et UGGLA l. c. qui eum appellat *Henric Bitzer*, praeeuntibus HUITFELDIO l. c. et HADORPHIO (*App. ad Chron. Rhythm.* p. 156), apud quos scribitur *Henrik* (et *Henrich*) *Bitzer;* nescio an accurate ad fidem vett. MSS.? Filium certe suum *Conradum*, cujus nomen similiter apud HUITFELDIUM l. c. scribitur (cfr. UGGLA l. c. N:o 585 p. 60) ipsum aliter scripsisse credas?

fectus Arcis ditionisque Aboënsis a. 1452 fuisse dicitur [6]). Appellavit sese *Militem in Wik* [7]). Ante a. 1462 decessisse videtur [8]). Filium reliquit (praeter nostrum Episcopum) *Ericum Bidz,* patris in munere *Legiferi Austro-Finlandiae* successorem [9]), cujus plures literae exstant judiciales annis

[6]) Praeter Auctoris nostri testimonium, qui certum non prodit annum, l. c. tradit v. STIERNMAN a. 1452 nostrum huic muneri praefuisse; nescio quibus nixus monumentis? Eodem anno *Gustavum Laurentii* hanc provinciam administrasse, paullo antea ipse dixerat: quem anno etiam sequente eandem tenuisse, nostra monumenta docent: vid. not. praeced. 3. Fortassis igitur post hunc *Gustavum Laurentii* ad illam stationem admotus fuit? Nescio autem cur Auctori nostro, reliquas suas silenti dignitates, haec *Capitanei Castri Aboënsis,* qua nonnisi brevi tempore ornatus fuit, praecipue commemoranda visa fuerit?

[7]) Cfr. allatum supra p. 426 indicem *Fratrum Confraternitatis Trium Regum;* ubi cum proxime post *Henricum Claususson,* et ante *Magnum Gren* atque *Ericum Axelii Tott* nomen suum habeatur, noster hic, et nequaquam nepos suus *Henricus Bidz* junior, intelligi debet. Nob. v. STIERNNAN l. c. vocat eum *Henricum Bitze till Nynäs* (quamvis patrem suum appellasset *Ericum Erici in Wik*); quo jure? haud dixerim. Neque nobis constat, unde habeat quod ibidem addit, insigne ejus fuisse *cymbam* (an legit alicubi Båt pro Bock?) *nigram in campo albo;* quod ab insignibus filii et nepotis sui prorsus abit.

[8]) Ante a. 1467 decessisse, literae filii sui Episc. *Conradi* supra (p. 397 not.) allatae extra dubium collocant. Cum vero a. 1462 filium suum *Ericum* Legiferi Suderfinlandensis munere, quod pater suus antea administraverat, ornatum jam fuisse deprehendamus; hunc vivere desiisse, putes. Nob. v. STIERNMAN l. c. nostrum cum nepote suo *Henrico Bidz* juniore, *Legifero Norrfinniae* aperte confudisse, vel hinc patet: ac vel aetas Legiferi nostri ultra omnem probabilitatem extensa, virum Nobil. erroris sui admonere debuerat; parens enim Episcopi, quem a. 1489 in *bona* (h. e. *grandi*) *aetate* decessisse noverat, si a. 1506 adhuc judicia solennia exercuit, plus quam C annos natus muneri tamen suo praefuerit, necesse est, etc.

[9]) Non sine caussa suspicor hunc (patrem *Henrici Bidz* junioris) fuisse qui sese scripsit *Ericum Henrici* (non *Erici,* in quibus librarii facile aberrarunt, cf. supra p. 431 not. 74) *in Wik,* quemque per errorem Nob. v. STIERNMAN l. c. p. 198 patrem fuisse autumat *Henrici Bidz* senioris? In *Schemate* autem

1462-1464 datae [10]); quique filium habuit *Henricum Bidz* juniorem, *Legiferum Norrfinniae*, et *Canutum Bidz* caeterum nobis ignotum [11]). De illo dicit Nob. UGGLA l. c. N:o 633

Geneal. supra (p. 176 not. 18 et p. 430 not. 74) commemorato, idem hic *Ericus*, frater *Conradi* Episcopi, manifesto confunditur cum filio *Henrico*, qui male Eric (scribi n. debuit Henric) Bitze til Wik dicitur.

[10]) Ex. g. „viterligit skall allom vara, - - - at then tiidh „jak *Erick Bidz, Lagman j Suderfinne,* tingh hiolt met almoghan „j Lund sokn, j ärligh ok välborns manz närvaru, Här Cristiärn „Benktssons, Riddare i Salistha ok Höuidzman pa Abo, ok flerä „goda manna närvaru, anno D:ni MCDLXII, pa S:cti Tomas „affthon de Haquino" (Aquino) etc. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 214. „For allom them - - - kennes jak *Ragval Stywlson* Heredzhöff-„dinge j Pike Häredhe, ath arum epter Gudz byrdh MCDLXIIII, „förste tisdaghen j fulle wikw fasto, höllo ärlige men, *Eric Bidz,* „*Lagman* j Suderfinne lagsagu, ok *Hartik Japson* Lagman j Nor-„fynne Lagsagu, landzting j Abo met almoganom aff Osterlandh, „j närvara verdeligh Herre och andelighen fader Biskop *Korth* „*Bidz,* met Gudz nadh Biscop j for:da Abo, Herre *Birger Trwlle,* „Riddere oc Höfuidzman pa Abo" etc. *Ib.* Fol. 125. Exstat praeterea vidisse literarum *D:ni Karoli Ulfson* Militis de Tofftom (cfr. supra p. 337 not. 4) ab hoc eodem *Erico Bidz, Legifero suderfinniae*, et *Ragvaldo Stigulsson* Armigero (a vapn). Judice Territoriali Pikisensi consignatum, quod scriptum dicitur „uppa Kusto, ipso die beati Ypoliti Martiris (13 Aug.) *anno* „*Domini MCDLVI:o*" (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 162). Hanc anni notam ut mendosam putemus, cogunt nos laudatae a Nob. v. STIERNMAN (l. c. p. 198) literae patris sui *Henrici Bidz,* sequente anno 1457 datae, ex quibus hunc hoc anno vixisse adhuc et munus Legiferi Suderfinlandensis administrasse, efficitur! Nisi aut anni notam aut nomen Legiferi *(Henric* pro *Eric?)* ille male legit? Diligentiam non maximam in his literis recensendis adhibuisse, et Regii Senatoris titulus (nisi hunc temere STIERNMANNUS de suo addidit?) in literis judicialibus contra morem nomini suo adscriptus, et nomen Paroeciae *Kerpis,* [nomen fuit non paroeciae, sed praedii] manifeste vitiosum, prodere videntur? Nam quod ad literas ejusdem patris sui, die 10 Maji ejusdem anni datas (supra p. 491 not. 4), nihil impedit, quominus intra tempus trimestre, et mortuus fuerit et filium habuerit in munere successorem?

[11]) Utriusque nomen occurrit inter *Militares et Armigeros*

p. 65: „*Henric Ericsson (Bitze)* til Wik, Riddare, Höfuidsman „på Åbo slott 1480-1485, Lagman i Norra-Finne Lagsaga „1490-1499“ [12]). Quibus addimus, nostra monumenta sententiam exhibere judicialem, ab eodem ut *Legifero Fenniae Borealis* adhuc a. 1501 perscriptam [13]); quod munus eundem a. 1489-1506 administrasse, Nob. v. STIERNMAN significat [14]). Sed ad res patrui sui Episcopi *Conradi* persequendas properamus.

Magistri nomen ex Academia *Lipsiensi*, initio hujus seculi condita [15]), quam, ut etiam propiorem, nostros juvenes Pragensi praeferre coepisse, mirum non est, Auctor noster eum reportasse docet; ante vero quam Sedi admoveretur Episcopali, *Praepositum Aboënsem* fuisse quod addit, id alia quoque monumenta nostra extra dubium ponunt: quo loco cur verba *ad tempus* inseruerit (si quidem ab Auctore ipso

---

qui Confraternitati trium Regum sese adjunxerunt: vid. supra p. 426.

[12]) In nota subjecta (ex HADORPHIO l. c. p. 367) docet, eum ut R. Senatorem ultimo illo anno (1499) nomen suum literis subscripsisse quibus Principi *Christiano* (R. *Johannis* filio) jus Patri suo in Regno succedendi tribuebatur. Quod autem de insignibus ejus addit: Förde en Hjort i wapnet, och fyra nedstuckna Pilar på Hjelmen, vereor ne in illa re titubatum sit, et *Caper*, cujus haec gens figuram in armis suis gestabat, male effigiatus, pro *Cervo* habitus?

[13]) Literis quibus *Åke Jopson*, Armiger, praedium suum *Korvala* (Paroeciae *Sagu*) Archidiacono *Magno Laurentii* vendidit, talis subscriptio adjecta est: „Tiil huilkis breff mere visso „ok bätre bevarningh bidher iach verdugh fader Lawrens Swripa, „Electus i Abo ok meinogh Capitulum, *Hr. Henric Biidz Lag-„man i Norre Finlandh*, Magnus Frille Fowgte pa Abo Hws, „ath hengie theres incigle wpunder thette breff met mith egith: „Hwilkit [giffuit] ok scriffuit är i Abo aarum epter Herrens byrdh „MDI:o vpa X:m Riddere dagh,“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 276.

[14]) L. c. Licet per errorem avo suo *Henrico Bidz majori*, haec omnia adscribat; cfr. supra p. 492 not. 8. Literas tamen ipsas, aut monumenta, quibus haec confirmentur, non laudat.

[15]) A. 1409, post turbas vehementes Pragae exortas.

profecta sunt[16])?), existimare nequimus; nam per totum decennium illi praefuisse muneri videtur[17])?

Senis (Senae) autem *apud minores consecratum* fuisse, omnes nostri docent Codices; ita ut, quale exemplum MESSENIUS secutus sit, qui ibidem apud *Bernardinos* factum fuisse, asserit[18]), conjicere nequeamus[19]). In *Ms. Palmsköldiano* hic locus adeo difficilis lectu est, ut vel *denis apud imares*, vel *die apollinaris*, facilius quam *Senis apud minores*, inde haurias? Rev. RHYZELIUS nostrum non modo apud *Bernardinos Senenses*[20]) consecratum, sed eorum etiam *Abbatem* fuisse, *cum domi, opera cognatorum suorum Episcopus eligeretur*, confidenter narrat; illamque Abbatis digni-

---

[16]) Nam absunt a Codice Bibliothecae Acad.

[17]) Ut proximus nostri in munere Episcopali antecessor *Olavus*, Archipraepositi dignitatem statim a morte M. *Friderici Trast* accepit (sicut nuper didicimus p. 482 not. 17); ita verisimile est, post *Olavum*, nostro eandem, non minus quam deinde Episcopalem, mox fuisse delatam? Quamobrem ab a. 1450 ad a. 1460 munus Archipraepositi administrasse, videtur? Quod enim RHYZELIUS (in vita nostri) asserit, eum anno demum 1451 Magistri honore fuisse decoratum, illud donec argumento aliquo demonstratum fuerit, probabile haud judico. Annis certe 1455 et 1459 Praepositum fuisse reperimus: *illo* literas *Johannis (Jönis) Spora* Armigeri, quibus is praedium suum *Loppis* Paroeciae *Pemar* Ecclesiae Cathedrali oppignoravit, sigillo suo appenso confirmavit (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 128); hoc testamentum D:ni *Arvidi Claursson* similiter sigillavit; (vid. supra p. 387 not. 16 et p. 408 not. 27). Sed anno jam 1453, in testamento *Henrici Claursson*, Archipraepositum salutari, docet Nob. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 193); ut et a. 1457 nomen suum inter aliorum nomina Optimatum Fennicorum comparet, qui R. *Carolo* repudiato, *Christiano* fidem suam addicebant. Vid. HUITFELDT l. c. p. 868.

[18]) *Chron. Episcopor.* in vita nostri, et *Scond.* T. X p. 20.

[19]) Mirum autem in modum allucinatus est WEXIONIUS *Epit. Descr. Sveciae* L. X, C. XI, (licet MESSENII *Chron. Episcopor.* ante oculos haberet) scripsit: „In Italia apud Bernar„dinos *jam senex* cum a Pio 2 Episcopus est consecratus."

[20]) MESSENIUM imitatus (*Chron. Rhythm. Finl.* p. 37) scribit J *Senis*.

tatem sibi comparasse addit, curiae Romanae favore adjutum, quem, post *Magistri* nomen Lipsiae a. 1451 meritum, in Italiam profectus, conciliare sibi noverat. Quae omnia unde hausta sint, divinare non possumus: falsa autem esse, testimoniisque expressis cum Auctoris nostri, tum aliorum monumentorum repugnare, certum est [21]).

Inter gesta Episcopi nostri Auctor primo loco recenset, quod *Conventum Vallis Gratiae confirmavit* [22]), *et personas ejusdem Conventus sub perpetua clausura inclusit.* Quam rem ita explicat MESSENIUS, ut scribat: „1462 Nadendalenses *utriusque sexus* coenobitae, a Mag. Conrado „*solenniter inaugurati,* sub perpetuam *in diversis monasteriis* „introducuntur clausuram" [23]). Ubi, quod in *diversis monasteriis* coenobitas *utriusque sexus* inclusisse Episcopum dicit, inopinatum nobis visum fuit, cum de Monasterio *Ordinis Birgittini* sermo esset; qui Ordo, quam acriter pro combinatis Coenobiis (quale etiam fuisse Nådendalense constat) contra adversariorum suorum molimina pugnaverit (qui Sorores et Monachos ubique separandos urgebant, ne ut hactenus intra eosdem muros, licet diversis clausuris, cohabi-

---

[21]) Cfr. supra p. 495 not. 17. Unde aperte patet, *Conradum* nostrum ex Archipraepositura ad Episcopatum adscendisse: illius autem muneris a nostro administrati mentionem RHYZELIUS plane praeteriit, ut Abbatis stationem in Italia assignare ei posset.

[22]) An *reformavit? Fragmentum Palmsköldianum* habet *consummavit;* nec illud absurde.

[23]) *Scond.* T. X p. 20. Tomi autem IV p. 20 dicit: „Atqui „cum Monasterium, in Finlandia Nadendalense - - - jam ad fastigium esset perductum, Conradus provinciae Antistes, XIII Augusti (a. sc. 1462), praesente Ordinis Generali Confessore „Magno, coenobitas utriusque sexus *inauguratos, illic primum* „*introduxerat.*" Credas illum monumentum aliquod nobis non visum ante oculos habuisse, unde ipsum etiam diem inaugurationis didicerit? Episcopum vero non tam coenobitas nunc demum in Monasterium primo introduxisse, quam ad severiorem vitam regulisque ordinis magis conformem adduxisse, ex *Diarii Wadstenensis* verbis mox afferendis, palam est.

tarent), MESSENIO ignotum haud fuisse sciebamus[24]). Cfr. *Diar. Wazstenens.* p. 64 (A. 1422) et p. 70 sq. (A. 1428); inprimis autem A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveogoth.* S. I p. 176 sqq. N:o 38, 39, 43, 48, et p. 182 N:o 8; vid. etiam LAGERBRING *Sv. R. Hist.* IV D. 6 C. 15 §. Deinde, tum demum (a. 1462) coenobitas *solenniter inauguratos* fuisse, an accurate dictum sit, dubitari potest. Veram certamque totius negotii rationem luculenter tradit *Diarium Wazstenense*, p. 119 (ad a. 1462), haec verba habens: „Feria 3 „ante Oct. Ascens. Domini exiverunt fratres nostri, videli„cet confessor fr. Magnus, fr. Richardus et fr. Magnus Ha„quini laicus ad Finlandiam, ad monasterium nostri ordinis „Vallisgratiae *reformandum*, et ad reducendum personas „ibidem ad veram observantiae regularis sinceritatem, et „ad inclusionem, quod et factum est. Nam praedicti fratres „per totam illam aestatem ibidem morabantur, personas „monasterii ejusdem ad regularem observantiam reducendo, „ac *easdem cum eorum episcopo, Dn. Conrado Aboënsi, su„per nonnullis caussis et litibus, quae inter eos vertebantur, „concordando* [25]), et tandem ad perpetuam inclusionem se„cundum instituta regulae S. Salvatoris finaliter deducendo.“ Qua in re nihil nobis mirabile occurrit, nisi tam sero hoc consilium fuisse perfectum.

Sacellum porro *Omnium Sanctorum* (cum suo Altari) in Ecclesia Aboënsi *sub eo*, h. e. hujus Episcopi tempore, erectum fuisse, Auctor narrat; quod suis eum impensis fecisse (på egen bekostnad) RHYZELIUS addit, auctoritate Chronici nostri rursus spreta, ubi sumtuum in hoc institutum impensorum praecipua laus *Magno Nicolai*, tum Praeposito, atque *Conradi* nostri etiam in Episcopatu successore, disertis verbis (in vita ejus) tribuitur; ut mox videbimus. Fautorem tamen hujus consilii liberalem, ipsum quoque Episcopum fuisse, ex additis novae Capellae, etiam vectigalium

[24]) Vid. *Scond.* T. III p. 51, ad a. 1428.
[25]) Cfr. supra p. 436 sq.

Episcopalium impendio reditibus, de quibus ibidem Auctor commemorat, satis apparet.

72. Novum hoc Altare, simul cum XI aliis in Ecclesia Aboënsi, uno eodemque die Episcopum nostrum consecrasse, ubi Auctor significasset, addit: *ante illud tempus Altare Corporis Christi per totam dioecesin Aboënsem unicum et solum consecratum* exstitisse: quae fatemur esse nobis inexplicabilia. Quomodo enim existimabimus, per tam longum tempus tot fuisse Episcopos permissuros, ut per totam Dioecesin *in altaribus non consecratis* sacra perficerentur? Nisi hoc loco vocabulum *consecrandi* singularem aliquam habet significationem? [26]) Quod iis excutiendum relinquimus, qui mysteriis cultus Romano-Catholici, nobis parum cogniti, initiati fuerint. *Fragmentum Palmsköldianum* hic nihil juvat, ubi eadem fere verba leguntur: „Sub eo capella „omnium sanctorum in ecclesia Aboensi de novo erigitur, et „ipse memoratam capellam et undecim altaria in ipsa ec„clesia uno et eodem die *dedicavit*, ita quod ante illum „diem altare corporis Christi per totam diocesin unicum et „solum consecratum habebatur.“ Ex iis quae supra (p. 410 sq. not. 30) disputavimus, praeterea patet, praeter novum hoc Altare, et altare Corporis Christi (de cujus singulari consecratione nihil in superioribus Auctor prodiderat), *XII alia in Ecclesia Aboënsi* hactenus condita et dotata fuisse, quae tempore Reformationis Ecclesiae Fennicae suis adhuc et reditibus et Praebendatis praedita superfuisse deprehendimus [27]). Cur igitur haec non omnia jam *consecraverit*

[26]) Apud Dn. Du Cange, voc. *Consecrare* legitur: „*Dedi„cat* Pontifex atrium, templum, tabulam altaris. *Dedicare* enim „est locum Deo offerre, benedicere et sanctificare. *Consecrat* „autem Episcopus utensilia Ecclesiae --- Ea enim tantum *con„secrat* quae a communi usu in cultum Divinum separantur.“ Sed inde nobis, ad locum nostrum explicandum, parum subsidii proficiscitur.

[27]) Testante *Libro Veteri*, de quo nuper p. 483 not. 19 (cf. supra p. 267 not. 98, et p. 423 sq.).

Episcopus, sed *tria* praeterierit, plane nescimus; etc. [28]).

73. *Chorales* antea *sex* in Templo Aboënsi ministrasse, upra Auctor significaverat (p. 370); quibus *quatuor* ab Epicopo *Magno* Tavast additos fuisse, ibidem docuit. Duobus gitur jam ab Episcopo *Conrado* adjunctis, numerus eorum

---

[28]) Ritus quidem omnes et ineptias in *Consecrandis* Altarius observandas fuse explicat DURANDUS in *Rationali Divinor. Officiorum* L. I, C. VII; (cfr. BÖHMERI *Jus Eccles.* L. III, Tit. 0, §. 19—32); sed ad nostrum tollendum dubium, neque inde pis aliquid nacti sumus. Caeterum hujus nostri tempore Epicopi *Indulgentias* comparatas adhuc fuisse Altari *S. Catharinae* superiori jam condito seculo, vid. supra p. 300 et 309) a V Cardinalibus impertitas, apographon docet ipsarum literarum (quod ervatur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 173), quarum inscriptio talis st: „*Elauus* tytuli sancte *Praxedis, Jacobus* tytuli sancte *Ana*„*stasie, Johannes* tytuli *sancti Laurencii in Damaso,* et *Gerardus* „tytuli sancte Sabine, ac *Ludovicus* tytuli *sanctorum Petri et Marcel*„*lini,* miseracione Divina Sacriste" (Sacrosancte?) „Romane Eccle„sie Presbiteri Cardinales, Universis Christi fidelibus etc. --- „Cupientes igitur, ut Altare sancte Katerine situm in ecclesia „Aboensi, *in quo* ut accepimus, *singulis feriis quedam missa solet* „*annuatim solenniter decantari,* congruis frequentetur honoribus, „--- *libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis* decoretur, „--- fidelibus --- qui in *resurrexionis* ---- *Jesu Christi* et „penthecostes, ac sancti Henrici Episcopi et ejusdem sancte Ka„therine virginis et martiris festivitatibus, a primis vesperis usque „ad secundas vesperas inclusive ipsum altare devote visitaverint „et --- manus porrexerint adjutrices, --- Nos Cardinales pre„fati et *quilibet nostrum,* singulis festivitatibus prefatis, quibus id „fecerint, C dies de iniunctis eis penitenciis ---- relaxamus. „---- Datum Rome in Domibus nostris anno a nativitate Do„mini *Millesimo* quadragesimo" *(quadringentesimo)* „*sexagesimo* „*quinto,* Indiccione tertia decima, die vero vicesima mensis Au„gusti, pontificatus Pauli ---- secundi anno primo." Cum nullam harum mentionem faciat Nob. A CELSE *(Apparat. ad Hist. SveoGoth.),* commemorandas esse duximus. Nomina autem Cardinalium, in nostro exemplo corrupta, duce CIACCONIO (*Vitae et res gestae Pontificum Rom.* etc. T. I p. 1073 sq.) ita corrigenda sunt, ut pro *Elavo* scribi debeat *Alanus;* pro *Johanne, Ludovicus (Scarampus de Mediarota);* pro *Gerardo, Berardus (Herulus): Jacobus* autem est *Jac. Thebaldus*, et *Ludovicus* is qui *de Albreto* fuit nominatus.

ad XII excrevit. De his hominibus eorumque officio et stipendiis quaedam supra attulimus p. 423 sq.

Coemeterii Aboënsis instaurati laus, quae Episcopo nostro, ab Auctore tribuitur; areae Templum circumdantis Cathedrale (in monticulo exstructum) complanandae arenaque complendae, nec non muro ad subitum assultum repellendum apto cingendae [29]), ab eo praestitam spectat operam: cujus etiamnum, post tot perpessas calamitates factasque rerum et consiliorum commutationes, manifesta vestigia egregiaque conspicienda supersunt monumenta. Aedificia publica, Schola sc. Cathedralis, Templum Germanicum (nunc Palaestra, Fäktsalen) cum veteri Campanario, (quibus nunc aedes Bibliothecae Academicae superstructae sunt), Atria s. Auditoria Academica (quae cui usui primum exstructa fuerint, non constat [30])), Aedes quas fama fert Scholae Aboënsi

---

[29]) Ipsa structura Muri et Portarum, quarum duae adhuc versus austrum et forum urbis primarium sitae, veteri forma conspicuae habentur, (non modo fornicibus obtectae, sed domo etiam exigua duabus harum imposita, vigilumque, ut videtur, stationi destinata, ornatae) hoc consilium satis demonstrat. Ab occasu, ubi Scholae Cathedralis hodiernae aedes desinunt, murus solidus e saxo structus, septentrionalem coemeterii partem cingit, ad ortum usque porrectus, ubi Ustrina Templi Cathedralis occurrit. Quod solum coemeterii hac parte elevatius, insigniter super vicinam eminet planitiem, (quae palus olim fuit, unde minus igitur periculi erat metuendum); murus ille simplex, satis defensionis promittere videbatur. Ab oriente vero ad austrum atque porro ad occasum, solum coemeterii declive sensim sese demittebat, vicinae tandem sese aequans planitiei; quare hanc dimidiam partem muri, per quam omnes introitus in coemeterium patebant, quamque omnes portae (olim quatuor omnino) spectabant, propugnaculi instar, aedificiorum (quorum meminimus) mole interrupti, ex laterculis construere visum fuit, foraminibus pro tormentis varii generis adhibendis pertusum: ac inprimis ea pars quae inter Ustrinam et Aedes Academicas hodie interjacet, utpote caeteris situ humilior, diligentius fuit munita. Cfr. SAM. JUSTANDRI *Orat. de quibusdam Antiquitt. Abogicis* (Ab. 1679, 4:o) p. 7, et DAN. JUSLENII Disp. *Aboa Vetus et Nova* (Ab. 1700, 8:o) p. 13 sq.

[30]) Nullum licuit nobis reperire in monumentis nostris ve-

quondam fuisse dicatas, [31]) (in quarum locum jam successit Laboratorium Chemicum, cum Theatro Anatomico, etc.) muri locum ab ea fere parte quae inter Occasum et Orientem interjacet, subinde occupantia, habentur; quorum antiquiora illa ad hanc usque aetatem si referimus, non putamus nos a veritate aberrare.

74. Plurimas *Ecclesias lapideas* ejus tempore per totam dioecesin fuisse erectas, cum Auctor noster doceat (quae hactenus ligneae pleraeque fuerunt); hoc illos, qui in templorum diversorum lapideorum aetatem, per Finlandiam olim aedificatorum, inquirere voluerint, admonere debet, ne sine idonea caussa, pleraque eorum hoc aevo vetustiora statuant.

Caeterum, Ecclesiarum etiam numerum, amplioribus

---

stigium, vel temporis quo exstructae, vel consilii cui dicatae primum fuerint. Cellae subterraneae et fornices, quibus instructas ab initio fuisse videmus, totaque structurae ratio ostendunt, non Academiae demum aut Gymnasii hic conditi tempore aedificatas fuisse, sed aetate esse superiores. Scholae Aboënsi, aevo Papistico inserviisse, significare videtur l. c. JUSTANDER; sed et judicium prodit exiguum, et tantam rerum ignorantiam, ut ejus testimonio tribui vix quidquam possit, obscurius etiam atque confusius literis consignato.

[31]) Minus autem verisimilem hanc esse famam, nescio unde natam, vel domus hujus (quae portae, fornice tectae, olim superstructa fuit) magnitudo docere debuit: angustior enim fuit, quam ut illi usui inservire posset. Rectius JUSLENIUM disputare puto, qui l. c. „Apud eam *(Ustrinam) ad ortum*, pars ejusdem „muri in eximiam altitudinem evecta propugnaculi ferme refert „speciem: eodem enim penitus modo facta est, - - -; non parum „augetur opinio, propter hostium incursionem esse exstructam, „ut ibi machinae, quae eo tempore in usu esse potuerint, collo„carentur, iisque impediri quirent illi et ab urbe arceri: addo „quod superius etiam sub laqueari porticus sit et *domus adjuncta,* „*tanquam vigilum habitaculum, postea aedituorum hospitium.*" Scholae igitur inserviisse, non putavit. Hodie, domo illa et magna muri vicini parte diruta, portaque magis versus austrum remota atque aperta, hujus operis parum superest, quod tamen dum maneret oculis lustravimus.

paroeciis dividendis, ubi multitudo incolarum laetius creverat, his temporibus auctum fuisse, monumenta docent [32].

---

[32]) Sic, non diu ante a. 1477 Paroeciam *Ijo* a Paroecia *Kemi* Ostrobotniae borealis fuisse separatam, ex literis Episcopi anno nuper commemorato datis discimus, quas (e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 59 descriptas) exhibent cum MATHESIUS *Disp. De Ostrobotnia* p. 37, tum *Fol. Hebd. Ab.* a. 1784 N:o 13. Similiter Ecclesia *Ackas* Tavastiae a. 1483, per hunc eundem Episcopum separata fuit ab Ecclesia *Säxmäki*, demonstrantibus hoc literis ejus, dicto anno datis, quas inserendas curavimus *Foliis Hebd. Ab.* a. 1774 N:o 5: quod autem exemplum earum tum nacti eramus, minus accurate descriptum, diligentius descriptas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 15 sq.) hoc loco subjungemus. „Vy *Kort* „met Gudz nadh biscop j Abo görum allom vitherligit, swa ep- „terkomandom som nw liffwandom, at arum epter Gudz byrdh „MCDLXXXIII, j the dagha vj Prestemot hullom j Abo met „vort älskelige Klärkerij, komme for oss nogre merkelige ok „utualde bönder aff *Akas* sokn, huilkin som hauer aff alder legat „vnder *Säxmäki*, huilke bönder som vore vtsende aff mene Akas „sokn, och vore högeliga begerende aft oss och vore älskelige „Capitulo en asytiande Klärich viidh theres Kirkio Akas, besyn- „nerliga fore stoor siälevadhe schuldh, som framlidhne theris „fränder lidhit haffde fore prestemistningh, huilken alt for fiärre „fron them bodde. Epter swadane theris store begärelse, som „vj formerkie kwnnom at them thet högeliga behoff giordis, „sändom vi tiil them aff Akas nogre vore godha clericke ok „lekmen, som äre H:r *Jop i Hollola*, H:r *Oleff i Wonå*, H:r „*Oleff i Janackala*, H:r *Oleff i Haw*, H:r *Jöns i Kyro*, Kirki- „herre; Lekmän: Lauris Talraynen, Jöns Olaffsson, Laris Yl- „haynen, Olaff Reko, Lauris Nilsson, Abraam i Fittila, Bertil „Staffan, Caupi Pipa, Mattis Löpare, Philippus Ottesson och „Olaff Sontwla, vtsoknis och främande goda bönder, tiil at see, „skodha och offuerväghia om prestens sätrij j Akas oc om tess „tillighwr, aker, äng, skog, utmark och om all androm laglighet, „som bönder pläga göra syne Kirkiherrer her i landit, som la- „ghen vtuisar. Thenne sama forscripne gode cläricke ok bön- „der beskodde for:de prestesäthe; ok funno at clericker kwnno „ther vel vara, som ther oc behoff giordis. Thy haffuom vi nw, „met vore älskelige Capitulo samtickio them skickat en asythiande „clärich, H:r *Lauris Perko*, och quittat for:ne Akas kirkio och „soknins inbighiare vndan Säxmäki her epter tiil evigh tiid, och „nw met thetta vort breff quittom och lösom vndan for:de Säx-

De reditibus Cleri defendendis, diligenter exigendis et augendis curam intentam egisse, plura sua testantur edicta, quibus veteres de solvendis Decimis leges atque pactiones repetiit et inculcavit [33]).

„mäki, och" (deest aliquid?) „allahanda brwka oc niwtha al „laglighet, som anderstadz sidhvänie är offuer alt landit. Fram„delis haffde för:ne Akas sokins inbighiare oss loffuat och be„sworet oss sithiande fore vort prestemot, at the vilia fullborda „theris prestebool fulleligha och allaledis epter thy som lagen „utvisar oc sidhvänie är offuer alt vort biscopsdöme, och at the „vilie holla til evig tiid then sama siidhvänie *som the aff Kyro „aff alder hollit haffua, oc än holla, om prestens skal ok andra „vtgärder,* swa at the göre aff huar Konungx kroch III" (an II? cfr. supra p. 464) „prestekroka, och jbland thenne skat „scullo the göre fore theris *Krokskin* I öre peninga fore huart „hwit skin. Tesselikes haffua the och loffuat före vedh, haffra „och halm Kirkiherrenom til vntsätning, then tiid biscopen skal „thär färma och visitere. Sidhen haffue the loffuet at fylla vn„der prestebolet LX lass äng, swa och vedheskog och fää bethe, „ther epter behöffueligt är prestenom. Ytermera haffue for:ne „soknemen loffuat och besvoret, at the vilie, som the och skule „her epter tiil evig tiid holle theris Kirkiherre j verdoghet oc „all laglighet, som anderstadz her j landet sydvänie är bland „godhe men. Datum Abo Anno, die et loco ut supra." Nomina hominum (domiciliorumque suorum) non omnia esse recte expressa, facile liquet; sed defuit nobis opportunitas eadem emendandi; neque magni referre putamus. De reditibus autem Pastoris quae hic sanciuntur, et ad morem rationemque ecclesiae *Kyroënsis*, tanquam normam et regulam reliquarum Tavastensium referuntur, ex adducta supra p. 462 sqq. Annotatione Anonymi lucem accipiunt; ut illi vicissim explicandae prosunt. Caeterum ex hoc licet exemplo discere, quam caute et prudenter in novis constituendis ecclesiis Hierarchae olim versati sint, quamque sollicite viderint, ne Clerus inde detrimenti quid caperet. — Simul existimari facile poterit, quid de interpretamento RHYZELII judicari debeat, qui cum apud Auctorem nostrum legeret, *sub hoc Episcopo* quam plurimas *ecclesias lapideas* per totam Dioecesin fuisse *erectas*, ea verba ita reddit: Genom hans råd och hjelp äro monga kyrkior i Åbo Sticht upbyggda, quasi nulla omnino antea iis locis templa fuisse Auctor narraret, quae in lapidea fuisse tantum mutata ille significavit. Cfr. supra p. 501.

[33]) Cfr. quae supra, p. 185 not. 8 et p. 219 sq. not.

Neque ordinem in rebus Ecclesiasticis observandum minus severe custodivit, aut de toto statu Hierarchiae tuendo, perpetuum sollicitumque studium adhibere neglexit. Quare facta ab eo *Statuta* et multa et gravia, cum a veteribus saepe laudantur, tum hodieque supersunt [34]).

20, de Edictis a R. *Magno* unacum Episcopo Aboënsi (sive *Benedicto* sive *Hemmingo*) ad incolas cum *Careliae* tum *Ostrobotniae Borealis* missis, disputavimus; quae edicta noster observanda de novo praescripsit, anno quidem 1470 Careliis, anno autem 1478 Ostrobotniensibus, ad quos ipse etiam alias a. 1477 de hac eadem re dederat literas, quas ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29 descriptas, typis exprimi curavimus in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1789, N:o 13.

[34]) Defuit quidem nobis hactenus opportunitas, collectionem horum statutorum quae in R. Archivo Antiquitatum servata (in Codice A. 57, 4:o, inter reliquorum *Statuta Episcoporum Regni Sveciae*) inde in R. Bibliothecam Stockholmensem translata fuit, diligentius perlustrandi, (quam operam, fore ut alias nobis praestare liceat, speramus); sed haec interim inde exempla dabimus. Anno 1474, necessarium reperiens Capitulum Aboënse, ut Statuta et decreta, quae ab eo posthac fierent, literis consignata ac suis quaeque libris distinctis, pro rerum diversa indole, illata conservarentur, sub auspicio Episcopi nostri initium fecit talium sive Ephemeridum sive Collectionum condendarum. Cujusmodi libro praemissa praefatio (unde hujus instituti habemus notitiam) cum supersit, praeclare pro ratione temporis concinnata, eandem, licet longiorem, hoc loco apponere placet, qualem sua manu descripsit b. Archiepiscopus C. F. Mennander (quod apographon una cum egregia collectione multorum aliorum monumentorum, ad res illustrandas Fennicas pertinentium, Bibliothecae nostrae Academicae munifice donavit Filius, Paternae in Lyceum nostrum benignitatis Haeres, Generosiss. Dn. Reg. Cancellariae Consiliarius Car. Fr. Fredenheim), his conceptam verbis: „Per„necessarius litterarum usus tanto commendabiliores reddit vete„res ipsarum vigilantissimos inventores, quanto plus posteris di„noscitur multipliciter profuturus. Litteris enim facta jam dudum „preterita efficiuntur occulta fide presentia. Litteris labilis flui„daque humani sensus memoria fit stabilis, firma ac quodammodo „perpetua. Litteris denique clarescunt ratiocinia, tolluntur am„bigua, perit perplexitas et provenit securitas, atque evolat sepe „securus, qui sine litteris fuerat interdum vexationibus plurimis „involvendus. Paulum proderit preterea homini voluntas liber-

na vel intellectus potentia perspicacissima, nisi assit et fidelis stos memoria, ut quod una voluerit et altera decreverit, hec lut fida thesauraria scripture monumentis adjuta conservet. uidve valet rerum subtilium intellectio, quas sine litterarum pacinio brevis" (brevi?) „admodum delebit oblivio? Cum omnium bere reminiscentiam auditorum. Divine sit condicionis pocius am humane, hinc est quod nos N." (fortassis M. nempe *Ma-s* Nicolai, tum Praepositus Aboënsis, postea Episcopus, cujus ertiae ac eruditioni, cum totum hoc consilium, tum hanc ipsam efationem conscriptam, haud absurde adscribas?) „Prepositus Capitulares ecclesie Aboensis, propter diversorum vertigines suum et causarum per nos actenus" (hactenus) „decisorum ac futurum decidendorum, ad forum ecclesiasticum spectantium, i quoque *adeo graves his diebus preter solitum insurrexerant, patratores ipsorum nervum ecclesiastice discipline vi rumpere leantur:* consentanea communique omnium deliberatione deper sepe facta, volumus singulos et omnes casus et causas inceps emergentes, Deoque juvante, justicie ministerio et no-a sollicitudine terminandos, *in scripta plana redigi per ali-em juratum nobis scribam capitularem,* nudam gestorum et rendorum negociorum veritatem continencia, ad que tanquam annales autenticos, recursus in submovendis dubiis habeatur, *Layci rudes et opidani pericie litterarum expertes, negocia a sollicitissime conscribentes, viris ecclesiasticis illuminatis, et ycis merito exemplaribus, in hoc appareant quomodolibet pregari. Neque ob hanc nostri*" (nostram?) „*ceptam sero vigilanum, nobis aut nostris predecessoribus incuria*" (incurie?) „*desi-eque vicium quis* [*se?*] *juste estimet irrogari*" (*irrogare?*); „*dum ior populus tenacis obedientie filius desiderandeque pacis alum-us, suo tempore quicquid sancta mater ecclesia observandum xerat, sine contradictione qualibet subire gaudebat.* Quis ita-ie causam intentaret, cum nullus adesset qui de retroactis terum impugnaret? *Modernus autem predurus populus nervum bens ferreum, frontem eneam ac caritatem gelidam, velut homo stilens non amat eum qui se corripit, ymo non modo non amare, rum eciam, si detur copia, invadere non pavescit. Tres proinde nficere curavimus libellos, acta capitularia vel negocia com-ectentes: unum qui statuta, secundum qui causas mere spiri-ales, et tertium qui civiles debeant continere. Anno igitur omini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, prima e mensis Aprilis, hoc opus sumsit exordium,* Christi nomine vocato!" Ex ipsis statutis, quae maxime ad jura varia offique Capitularium spectant, animi caussa haec attulisse exempla fecerit: „Nullus recenter in Capitulum assumptus ecclesie

„Aboensis, prius admittatur ad secreta Capituli pertractanda, vel „vocem quovis modo habeat in eodem, utpote in Prelatorum electionibus, Canonicorum recepcionibus, beneficiorum collacionibus, „quam fisco dicte ecclesie Aboensis V Markas monete Holmensis „exsolverit cum effectu, pro libris aut aliis jocalibus (?) necessario reparandis.“ Item hoc: „Nullus residencium aut in Reso, „vel equali distancia et citra vicinus existens ecclesie cathedrali, „a *die Capitulari* que semper deinceps *die Mercurii*, nisi festi „sublimioris in eadem celebranda impediat“ (deest *solennitas*, vel tale verbum) „habeatur, se absentare presumat, sub pena „unius ore, ante diem capitularem sequentem presidi persolvenda „Capitulari, nisi illum corporalis infirmitas, Domini Episcopi vel „Capitularium specialis commissio vel auctoritas faciat excusatum. „De aliis diebus forte capitularibus in futurum ordinandis, simile „sit judicium. *Predicta vero emenda* (böter) *pro Capitularium* „*jucunda recreacione reservetur.* Qui vero penam dictam pertinaciter distulerit exhibere, tantum de suis redditibus pro residentibus deputatis, minuatur.“ Item: „Insuper concorditer et „capitulariter, statuimus, quatenus ceteris festis principalibus non „omissis, in his presertim sex solemnitatibus, videlicet utriusque „festi beati Henrici, Dedicacionis ecclesie, Pasche, Corporis Christi et nativitatis Marie, Prelati et ceteri Canonici capati in processione incedant. Quibus, sic ut premittitur, in predictis sex „festivitatibus capatis incedentibus, debebitur *una stopa vini ex* „*cellario sancti Henrici,* tociens quociens unicuique sigillatim. „Item statuimus, quatenus *Prelati et Canonici inferiores, quibus* „*opus est vino, tociens quociens voluerint, ex cellario beati Henrici pro quatuor ortonibus in promtum numeratis stopam obtinere*“ *(obtineant?)*, „*ceteris his privilegiis et gracia privatis*“. [Caeterum statuta haec Episcopi *Conradi* etiam illa ex Upsaliensibus fuisse magnam partem repetita, apparet. Cfr. ex. gr. quae haec de magis et incantatoribus habent (NETTELBLADT Schwed. Biblioth. P. II p. 150, 171, 195).] Meminit etiam b. JUUSTEN in *Oratione Synodali* a. 1573 Aboae habita (de qua infra), praeter alia statuta vetera, etiam decreti sequentis, quod inter hujus Episcopi illa exstare autumat: „Damnamus et reprobamus sortilegia, incantationes, divinationes, somniorum interpretationes, et quascunque litteras cum characteribus et ignotorum vocabulorum in S. Scriptura non expressorum inscriptionibus, quas quidam superstitiosi valere existimant contra aquam, „ignem, gladium et alia mortis et morborum pericula. Item improbamus omnes modos quibus nituntur homines occulta furta „investigare, et alia hujusmodi deliramenta. Si quis talibus utitur, „quasi perpetrato gravi peccato mortali puniatur. Sed si ea de-

Juventutis etiam literis (in Ecclesiae usum) imbuendae, olarumque publicarum, sedulam pro illius temporis con-one atque more, curam egisse, quae supersunt monu-nta demonstrant [35]**).**

---

aderit ut licita, ab ingressu ecclesiae suspensus publica poeni-ntia puniatur, cum poena quadraginta marcarum."

[35]) Stipem colligere pauperibus scholaribus, ecclesias cuique ignatas hoc consilio peragrantibus, dudum fuerat etiam apud permissum. Comparata autem hoc modo vitae studiorumque sidia, cum iis eripere atque furtim ad se trahere, avari qui-n Scholarum Rectores non vererentur; turpem hunc abusum, eque nonnullos, gravi edicto Episcopus compescuit. Cujus mplum subjungimus: „Nos *Conradus,* Dei gracia Episcopus boensis, universis ad quorum noticiam presentes poterint per-nire, salutem et bonorum omnium continuum incrementum. *uia insaciabile cupidinis desiderium adeo quorundam Rectorum olarium animos sua hactenus illaqueaverat pravitate, ut Chri-i fidelium elemosinas, pauperibus scolaribus ex longi temporis troacti consuetudine debitas, ipsi*" (an *sibi?*) „*non expaverant rperam vendicare; qui videlicet insolitorum censuum talias ngulis pene parrochiis imponentes, interdum vadia sive impi-oraciones, interdum integram iniqui census pensionem, antequam loco se transferant, ab ipsis suis scolaribus consveverant ex-rquere.* Unde sepe contactum est" (contigit, factum est?) „no-s insciis, ut qui plus in *blado* vel *pecunia,* variorum" (variis?) *ellibus* aut aliis rebus obtulerant, pinguiorem sue mendicitatis strictum, licet parvi vel nullius meriti extiterint, aut minimo mpore scolis vacaverint, optinebant, studiosis et modestis in-manite r parvipensis. Nos igitur hujusmodi detestandis abu-bus et gravaminibus officii nostri pastoralis diligencia volentes currere, sancivimus, cum venerabilis Capituli nostri consensu, resenti statuto perpetue valituro: Quod Rectores Scolarium turis temporibus instituendi, et *beneficiati, expensis liberis et lario scolastico consveto, non beneficiati vero, ultra victum et larium predictos, parrochia Lund in autumpno et parrochia awhu in hyeme sint contenti;* qui autem amplius a quoquam olarium temere presumpserit exigere, eundem *excommunica-onis sentencie ipso facto decernimus subiacere,* ex qua nequi-it prius absolvi, quam [sit] exactum illi cui tale quid ad-mptum fuerit, reddiderit cum effectu. Illos eciam simili volumus nathemate teneri, qui *libros scole* scienter alienaverint, aut ibi nequiter usurpaverint, aut cautam aliis suo neglectu dede-

Inprimis autem ad Hierarchiae aedificium firmandum atque exornandum pertinuit, adeoque non parvi momenti videri debuit consilium, quod idem iniit, cum Canonicos, quorum plerique hactenus per paroecias rurales (quibus praeerant) dispersi Aboae *residere* atque Capituli interesse deliberationibus nequiverant, ad *perpetuam residentiam* adduceret; quod fieri aliter non potuit, quam ut sufficientes illis reditus, aliunde quam ex cura ecclesiarum ruralium habendos, compararet. Quamobrem ad imitationem instituti, quod in aliis Dioecesibus totam per Sveciam dudum invaluerat, *Decimas* dictas *Pauperum*, (utpote ad hos sustentandos olim destinatas [36]) atque adhibitas), ad Canonicos alendos posthac impendi, a. 1486 jussit [37]); eaque lex deinde ad refor-

„rint usurpandi; et qui inhabiles sciencia et moribus vel quovis „morbo vel vicio laborantes, studiose *presentaverint ad sacros „ordines promovendos:* accepcius enim non ambigimus fore ipsi „Deo nostro, bonorum paucitate quam reproborum numerositate „in sua ecclesia deserviri. Datum Abo die jovis, octava Augu„sti anno MCDLXXXII, nostro sub secreto.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 71. — [*Stipis* colligendae hac venia Scholares etiam apud nos abusos saepe fuisse, monumenta docent (Cfr. NETTELBLADT l. c. p. 170, 189). Caeterum *Scholaribus* (qui inter *Clericos* olim numerabantur, NETTELBLADT l. c. p. 183) aliis quoque modis eo tempore prospicere moris fuit. Cfr. *Id.* ib. p. 184, 192.]

[36]) Vel ipsa earum denominatio hoc prodit. Praeterea expresse docent Leges Provinciales antiquae, plerisque locis usu invaluisse, ut postquam Decimarum trientem Curatus accepisset, reliquus bessis in tres partes divideretur, quarum prima ecclesiae parrochiali, altera Episcopo, tertia *pauperibus* cederet. Sic *Legg. Ostrogoth.* (*Kristnu B.* IX Fl.) habent: *En lut kirkiu, annan Biskupe, thridha a fatökum mannum.* In *Legg. Westrogoth.* (Kyrk. Bolk. XIV Fl.) post verba: *sidan* (ubi suum Curatus trientem abstulit) *skal skiptä i threr lötä, een a kyrkia, annan Biscuper, thridia väslir män* (pauperes), Codex recentior addit: *Thridi* (haec tertia pauperibus assignata pars) *skal skipta i tu; en lot til spetalsens* (Hospitali), *ock annan havi Bonde hemma medh sik, fatöka manna lot.*

[37]) Satis itaque sero in Finlandia fuit hoc consilium adoptatum, quod per Sveciam diu jam obtinuerat; ad quod igitur exemplum provocans Episcopus noster, in litteris hac de re datis,

dicit: *Huilken fierde dell utgiffues j menige Sveriges kirkior, ok hether fatige tiondh, Canickom til hielp ok uphälde.* In Upsaliensi quidem Dioecesi, seculo jam XIII hunc morem initium cepisse, SCHEFFERUS docet, *Not. ad Chron. Archiep. Upsaliens.* p. 37 sq.; qui literis Ducis *Birgeri* allatis demonstrat, audax hoc consilium, tributum a populo ad alium prorsus usum collatum, ad Hierarchiae confirmandas rationes adhibendi, primum non sine accedente consensu R. *Erici* (Balbi), Ducis *Birgeri* ac aliorum discretorum terrae (s. ut alio loco habetur, *principum regni*), h. e. eorum apud quos tum summa potestas Reip. residebat, fuisse tentatum atque perfectum (eo, putamus, tempore, cum sub Archiepiscopo *Jarlero* Collegium Canonicorum secularium in Ecclesia Upsaliensi primum institueretur, vid. ibid. p. 19): an decimae pauperum aliae, quam quae ex tribus Fulklandis (Tiundia, Attundia et Fierdhundia) provenirent, per Upsaliensem dioecesin neque postea (quod significare SCHEFFERUS videtur) Canonicis vindicatae fuerint, aliis disquirendum relinquimus. (Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Upland.* T. II p. 235.) Nostri autem tempore Episcopi, opes Hierarchiae adeo jam confirmatae validaeque erant, ut nullo Civilis potestatis aut incolarum consensu ad decimas has a pristino et legitimo suo usu transferendas ac loco stipendii Canonicis attribuendas, opus sibi esset; verum ipse, ex plenitudine suae potestatis eam facere mutationem, novamque legem Dioecesanis observandam injungere, nemine contradicere auso, haud dubitavit. Apud exteros, neque hanc rationem *Decimas* partiendi, neque consilium, ex parte earum, per totam Dioecesin Collectarum, Canonicis stipendia constituendi, adhibitum fuisse, suspicamur; quod Canoniae apud eos plerumque videntur fuisse *fundatae* (h. e. certi fundi sive praedia iis adnexa, ex quorum proventibus stipendium sufficiens haberent; *Praebendae, Beneficia?*). Sane *Decimae pauperum* quae sint, explicaturus Dn. DU CANGE (*Glossar.* in hoc Voc.) nullum alium adducit auctorem, quam nostrum SCHEFFERUM; *Decimarum* autem *Canonicalium* nullam prorsus facit mentionem. Ansam tamen Decimas suo more dividendi nostrates ex veteri instituto sumsisse, patet, quo olim „universi Ecclesiae (cujusque) reditus in quatuor partes“ (haud semper aequales) „dividebantur, ita ut prima cederet Episcopo, „secunda Clericis, tertia pauperibus, et quarta fabricae cujusque „Ecclesiae, ut sarta tecta conservari posset.“ THOMASIUS *Not. ad* LANCELOTTI *Instit. Juris Canonici* P. II, p. 1113. In *Aboënsi* vero *Dioecesi* admodum varia fuisse ratio Decimarum exigendarum constituta reperitur, ex variis pactis et conventionibus olim. primis religionis Christianae in Finlandiam introductae temporibus oriunda; quae cum incolis inire Episcopus et Clerus ne-

cesse habebant, ubi hominibus, nulli hactenus vectigali pendendo adsuetis, tam grave imponere tributum tentarent: ad quam rem accedebat, quod modo valde diverso vitae subsidia sibi comparare, terrae hujus incolae solerent; agro colendo alii, venatu alii atque piscatu, pecoribus alendis alii etc. Porro, nescio quo tempore institutum fuit, ut ex illa tertia Decimarum parte, quae Ecclesiae cuique parochiali obtingebat, *Sancto Henrico* (h. e. Ecclesiae Cathedrali Aboënsi) per totam Dioecesin dimidium cederet: ex qua utraque portione conjunctim sumta, *quadrantem* in usum Canonicorum subtrahendum atque insumendum Episcopus noster decrevit. In iis igitur Finlandiae provinciis, ubi Decimae ex frumento colligebantur (h. e. in ditione *Aboënsi*, *Nylandia* usque ad ecclesiam *Werelax*, *Ostrobotnia*, *Alandia*, nonnullisque paroeciis Satacundiae), omne *Secale* (Råg) quod ex agris quibuscunque redibat, trifariam dividebatur, cujus triens *Curato*, alter *Episcopo*, tertius *Ecclesiae* cedebat; ex tertia hac parte, *quadrans* (summae totius *uncia*) Canonicis dabatur, reliquus *dodrans* (totius decimae *quadrans*) in partes aequales inter *S. Henricum* et Ecclesiam quamque ruralem dividebatur. Sed *Hordeum*, *Avena*. *Triticum*, Pisa et Fabae (Ärter och Bönor) *Curatus* et *Episcopus* ita inter se partiebantur, ut nulla inde pars neque ad Canonicos, neque ad S. Henricum, neque ad Ecclesiam perveniret. Omnes hae Decimae in terris remotioribus, vendebantur, et collecta inde pecunia Aboam mittebatur. Sed sui loco trientis Decimarum, Episcopus multis locis, (in *Nylandia* usque ad Viburgum, *Alandia* etc.) cum incolis pepigerat, ut sibi *Butyrum* traderent, quod vocare moris fuit Räbbeskatt, (Räbbeskatts Smör), scilicet annuatim *unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus, septimum suae aetatis annum complente*, ut supra vidimus (p. 185, not.; cf. p. 464). Frumentum igitur, quod ex Decimis in his locis redibat, in duas aequales partes dividebatur, cum *Secale*, tum *Hordeum*; quarum alteram Curatus accepit, alteram Ecclesia, cujus rursus portio, modo quo diximus, inter Canonicos, S. Henricum et Ecclesiam parochialem dispertiebatur. In *Tavastia* tandem atque *Carelia*, ex pacto veteri, Decimae Ecclesiasticae numerata pecunia (postquam *Pellium* satis magnam copiam comparare incolae porro non valebant) pendebantur, pro *Arcuum numero* (efter Boga-tal), h. e. ab homine quovis annum aetatis XV supergresso: quae pecunia rursus, modo supra exposito, inter Canonicos, S. Henricum et Ecclesiam quamque parochialem dividebatur. Quam omnem rationem ex instituto explicat Praefatio Libri veteris, cujus supra mentionem aliquoties jam fecimus (p. 267 not. 98, p. 423 sq. et p. 483 not. 19).

ıationis usque ecclesiasticae tempora valuit. Duplices autem ı *Registro Ecclesiae Aboënsis* (Fol. 17 et 18) servantur Epicopi literae, quibus magni momenti hoc negotium peregit, odem die, sc. b. *Luciae Virginis et martyris,* datae: quaum unum exemplum Latine, ad *Praepositum et Capitulum lboënse,* alterum Svetice ad *Curatos et Oeconomos temploum (Kirkipreste och kirkiväränder)* per Dioecesin Aboënem, scriptum esse reperitur [38]). Mirari subit, MESSENIUM

[38]) Literarum Svetice exaratarum exemplum (ex *Reg. Ecles. Ab.* Fol. 17 sq. descriptum) typis exprimi curavimus in *Foiis Hebd. Ab.* a. 1785, N:o 15. Latinas illas hoc loco subjunimus, quo dilucidius totius rei ratio patescat: „Nos *Conradus* ,Divina miseracione Ecclesie Aboensis Episcopus, Venerabilibus ,viris, Dominis Preposito, Archidiacono ceterisque Capitularibus ,Ecclesie nostre prefate, fratribus nostris in Christo sincerissimis, ,salutem et perpetuam in Domino caritatem. Licet nostre solli- ,citudinis labor ad omnes nostre dyocesis incolas generaliter ex- ,tendi debeat, quia sapientibus et insipientibus debitores sumus: ,attamen ubi mayus imminet periculum, diligencius et caucius ,est consulendum. Hinc est quod curis continuis et assidua me- ,ditacione urgemur, ut juxta credite nobis dispensacionis officium ,subditorum commodis jugi, quantum nobis ex alto concessum ,fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Cum igitur pre ceteris ,sacrosancta mater nobis commendat ecclesiam Aboensem, sicut ,primatum optinet ceterarum, et oculis sue limpitudinis se et ,sibi subjectas regere habeat et debeat ecclesias, corpusque to- ,tum nostre dyocesane ecclesie illustrare; sic et pre ceteris luce ,quadam incomparabili sapiencie, morum et virtutum, ut eminere ,et nitere debeat, profecto opus fore arbitramur. Hoc sane licet ,felicis recordacionis predecessores nostri, hujus sedis Presules ,dignissimi ac sanctissimi patres, summo circumspectionis studio ,animadvertissent; ad ea tamen que intendimus, instituta salu- ,bria, quanquam et ipsi temptassent, certis ac racionabilibus ,causis obnitentibus, non poterant pervenire. Siquidem quanta ,consideracione, opera atque utriusque hominis sollicitudine circa ,statum et condicionem predicte nostre Aboensis ecclesie, post- ,quam ejus, utinam non immeriti Kathedram ascendimus, labo- ,raverimus, non facile dixerimus: presertim qualiter ipsam in ,structura lapidum vivencium, personis videlicet studiosis, sapien- ,tibus, gravibus et maturis poterimus adornare, et eandem hu- ,jusmodi personarum residencia personali decorare. Sed *ante*

„*hec tempora* quo modo id fieri potuerit, non facile erat medium „invenire: ex eo presertim, quod *prebende canonicales admodum* „*pauce exstiterant, velut de facto existunt, et eciam ipse non* „*fundate*, ex quibus hujusmodi residentes deberent sustentari. „Unde est, quod *maior pars Canonicorum* dicte ecclesie *apud* „*ecclesias rurales residencias duxerat;* matre autem, ecclesia sci-„licet cathedrali, suis debitis obsequiis in hoc quam plurimum „defraudata. Quamobrem, prehabito super hoc maturiori con-„silio et examine diligenti, summopere de ratificacione et appro-„bacione Reverendorum patrum, nostrorum successorum Episco-„porum fiduciam habentes, hanc nostram ecclesiam ejusque con-„svetudines, jura et instituta, quoad residencias canonicas, vete-„ris ecclesie Svecane consuetudini duxerimus in antea confirmari: „providentes vobis vestrisque successoribus, Prelatis ac Canoni-„cis, personaliter apud Cathedram residere, et onera sua con-„sueta supportare, et causis ecclesiasticis superintendere volen-„tibus, *de quarta parte Decimarum* ecclesias rurales, communi-„cata porcione beati Henrici“ (med S:t Henriks del inberäknad), „ex indiviso contingencium, in quibuscunque rebus hujusmodi „decime occurrerint, in *monetis*, in *blado*, in *pellibus*, sive *tela*, „aut quavis re alia: *quam quidem quartam ecclesia Svecana con-„suevit Decimas Pauperum appellare, usibus Canonicorum resi-„dencium deputatam.* Preterea presentibus nostris institutis et „decreto vobis vestrisque successoribus canonice intrantibus, le-„vandi ab universis nostre diocesis ecclesiis dictam quartam de-„cimarum plenam concedimus facultatem, et eam inter vos libere „disponendi. Et ut majoris firmitatis seu roboris hec nostra con-„cessio et institucio in perpetuum existere valeat, *concedimus* „*vobis auctoritatem suspendendi, et si opus fuerit, excommuni-„candi quoscunque contradicentes, seu aliter consilium, auxilium* „*vel furorem*“ (an *favorem?*) „*adhibentes, quo minus dicta quarta* „*decimarum ad manus vestras valeat devenire, cujuscunque status* „*existant.* Quam quidem suspencionis et excommunicacionis sen-„tenciam ipsos contravenientes incurrere volumus ipso facto. In „cujus nostre institucionis ac concessionis perpetuam in antea „firmitatem secretum nostrum presentibus duximus appendendum. „Datum in *Koross*, curia nostra, die beate Lucie virginis et mar-„tyris, anno Domini MCDLXXXVI.“ Exemplum Svecanum, quod huic Latino nonnullis locis clarius inservit explicando, praeterea docet Decimas illas Canonicales ex fide jurata *(med en besvoren ed)* quotannis Aboam mittendas fuisse, a duobus Clericis, huic negotio praefectis, deinde servandas, administrandas atque accurate Canonicis distribuendas, qui ab hoc tempore quovis die Mercurii in Capitulum venire, consultationibusque et judiciis ejus

hujus tanti consilii vel notitiam habuisse vel mentionem fecisse nullam; unde sequentes quoque scriptores rerum nostrarum latuit. Magis vero adhuc mirandum est, neque apud Auctorem nostrum negotii hujus ullum occurrere vestigium.

Neque minus celebre ad posteritatem alio consilio nomen Episcopus noster sibi comparavit: nempe quod *Missalem* Librum suae Dioeceseos, diligenter primum revisum, atque ad unam certamque formam exactum, inventae non multum antea admirabilis ope artis Typographicae imprimendum atque per singulas Ecclesias Fennicas dispertiendum, in usum sacerdotum promtum atque diligentem curavit: qui primus liber fuit, atque ante Reformationem Religionis unicus, quem, in usum Ecclesiae Fennicae, aut habito singulari ad incolas harum terrarum respectu, typis descriptum reperimus. Ad morem reliquorum hujus generis librorum est adornatus. Ex praemissa huic Missali praefatione atque approbatione Episcopi elucescit, hoc curante, librum diligenter fuisse correctum atque *ad verum ordinarium* (h. e. typum) Aboënsis Ecclesiae exacte conformatum [39]) per *Danielem de Egher,* Theologiae Professorem

interesse, necesse habebant. Caeterum poenae severitas, qua in novi juris violatores uti Canonicis permittit, satis ostendit, ad quod fastigium dominatio ecclesiastica apud majores nostros jam pervenerat. Quod autem de *paucitate praebendarum* conqueritur, et neque illas esse *fundatas* adjicit; id ita videtur explicari debere, ut quae hactenus institutae fundataeque ad Ecclesiam Cathedralem fuerant Praebendae, pleraeque non solis Canonicis possent vindicari (inprimis in quas posteri cognatique institutorum Jus Patronatus exercebant), neque horum optimatium ecclesiasticorum sufficerent lautiori splendidiorique vitae generi sustentando? Quare consultum videbatur, Decimarum parte his assignanda, novum in dioecesanos onus injungere, qui aliunde ecclesiarum et pauperum suorum necessitatibus prospicere, hac ope sibi imperiose ademta, deinceps cogebantur.

[39]) Recte observat Reverendiss. von Troil (loco mox laudando, p. 1) *Breviaria* atque *Missalia* Ecclesiae Svecanae, quae tempore dominantis apud nos religionis Romano-Catholicae adhi-

Parisiensem, atque a. 1488 *Lubecae* per *Bartholomaeum Ghotan* typis impressum [40]). Mentionem libri hujus, hodie admodum rari [41]), fecerunt plures Bibliographi nostri magis

---

bebantur, in omnibus Dioecesibus exacte eadem non fuisse, sed pro cujusque consuetudine, quae ex Episcoporum atque Auctorum vario olim judicio invaluerat, aliquantum discrepasse. Neque fieri aliter potuit, quam ut per librariorum inscitiam atque incuriam exemplaria passim varie corrumperentur, (quod de suae Dioeceseos Missalibus Episcopus noster in Praefatione queritur): unde cum typis essent imprimenda, necesse fuit ut ad fidem exemplorum praestantissimorum, maxime quae in Ecclesiis Cathedralibus adhibebantur, accurate exigerentur: quam operam noster per virum eruditionis fama sua aetate clarum, perficiendum curavit. Unde autem habuerit LEXELIUS (Diss. *de causis raritatis librorum,* Upsaliae Praes. Nob. IHRE 1743 editae Part. Post. p. 5 not. g) quod titulo Missalis nostri infulsit, illud adornatum fuisse *secundum ordinem fratrum Praedicatorum,* rescire haud potuimus.

[40]) Secundum itaque ordine nostrum Missale fuit, eorum quae nova imprimendi arte Antistites Svecanae Ecclesiae describenda curabant, (Missale Strengnesense anno proxime praecedente 1487 apud eundem typographum e prelo exierat): quod vigilantiam atque diligentiam Episcopi nostri satis demonstrat. Nomen Typographi, qui *Bartholom. Ghotan* in omnibus quas ego vidi librorum a se impressorum subscriptionibus sese vocat, caeteri rectius, sed Nobil. VON STIERNMAN *Bartholom. Johan de gentis* mire scribit *(Tal om de Lärda Vettenskapers tilstånd i Svea Rike, under Hedendoms och Påfvedöms-tiden* p. 59, not. 120); quod sphalma esse typographicum crederes, nisi in *Centuria II Anonymor. ex scriptoribus gentis Sviogothicae* p. 1 eodem plane modo corruptum exstaret. Versum scil. ultimum subscriptionis huic Typographo solennis, male legerat atque exscripserat, quem *(Ghotan, degentis et in urbe Lubeck residentis)* Nob. WARMHOLTZ *(Biblioth. Histor. Sveo-Goth.* Part. IV N:o 1776) et Reverendiss. VON TROIL (loco indic.) recte expressum exhibent. Ac ipse STIERNMANNUS alio loco *(Tal om de Lärda Vettensk.* etc. p. 61 not. 127), subscriptionem *Missalis Strengnesensis* adducens, ejusdem Typographi nomen rectius effert *Barthol. Gothan.*

[41]) In paucis Ecclesiis Fennicis ejusdem hodie supersunt exemplaria, atque ea misere lacerata. Completum exemplar vix ullum reperitur; inprimis ubi Praefatio et prima ultimaque folia adsint.

inusve accuratam [42]; sed diligentissime descriptus habe-

[42]) Laudati a nobis nuper, not. 39 et 40. SCHEFFERO ndum innotuerat. Neque apud MESSENIUM, neque apud RHY- LIUM laudabilis hujus, ab Episcopo nostro navatae in Eccle- e suae usum operae adhibitaeqne curae, mentio ulla occurrit; amvis jam tum, cum RHYZELII *Episcoposcopia* prodiret, et TIERNMANNI *Centuriae* et LEXELII *Dissertatio* lucem adspexis- nt. Mirum autem est, *Missale* nostrum et apud STIERNMAN- M et apud WARMHOLTZIUM *Breviarii Aboënsis* nomine laudari, amvis et a LEXELIO recte *Libri Missales* commemorarentur, cui oculis usurpare eosdem licuit, hunc errorem mox depre- ndere debuisset: STIERNMANNO etiam recte (*Tal om de Lärda tensk*. etc. p. 59) utriusque generis differentiam explicante. em accuratius exponit Rev. v. TROIL l. c. Cumque Praefatio evior *Missali* nostro praemissa, et consilium Episcopi et inge- um temporis non obscure prodat, eam hic repetendam esse tavimus. Talis autem legitur: „Reverendus in cristo pater et Dominus, D:nus *Conradus Bysttz*, dei et apostolice sedis gratia resul ecclesie Aboensis. Attendens in sua dyocesi *librorum issalium paucitatem Eorundemque corruptionem non modicam.* Et ex hoc quorundem" (quorundam) „*sacerdotum* celebrantium onsurgere *turbacionem et indevotionem. Hos libros missales ecundum verum ordinarium sue ecclesie* per eximium virum *Da- nielem de egher*, alme universitatis Parisiensis sacre theologie professorem insignem, optime correctos. Ac mgraliter" (magi- raliter?) „*ex inspiratione diuina* Per honorabilem virum *Bar- tholomeum Ghotan* pro gloria cristi ihesu, cum summa diligen- tia In inclita ciuitate lubecensi impressos. Auctoritate ordi- naria approbauit et confirmauit Et *singulis sacerdotibus ex eis- dem libris missas legentibus et celebrantibus totiens quotiens* De omnipotentis dei misericordia et auctoritate beatorum Petri et Pauli confisus, *quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitenciis* misericorditer *relaxauit*. Anno D:ni millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, die vero. XVII. mense augusti." Praeter abbreviaturas quibus scatet, quasque plenis xplicuimus literis, caeterum orthographiam et interpunctionis ra- onem tales dedimus, quales vetus exemplum exhibet. *Danielem e Egher* non cognovimus, quis fuerit? *Breviarium* aliquod *Abo- nse* nunquam vidimus; quod vel editum unquam fuisse, tanto ubitamus magis, quod inter fragmina hujusmodi librorum in ntiquissimis nonnullis ecclesiis Fennicis residua, nonnisi quae el secundum ordinem *Fratrum Praedicatorum*, vel *secundum con- suetudinem curiae Romanae* etc. concinnata fuisse dicantur, repe-

tur in Reverendiss. VON TROIL laudato a nobis saepius opere (Skrifter och Handlingar til upplysning i Swenska Kyrko- och Reformations-Historien), Vol. III Praef. p. XXII sq. Folio primo, quod frontis sive rubri vicem gerit, super brevem quam exhibet praefatiunculam, figurae quaedam conspiciuntur, tabulae ligneae insculptae atque inde chartae impressae, quae attentionem paullo diligentiorem merentur. Sedet sc. in medio Episcopus (mitram in capite gestans, dextra manu librum, sinistra pedum Episcopale tenens); cujus sub pedibus jacet homo capite nudo, in sinistra pileum sive galerum (biretum), in dextra securim habens, sine omni dubio barbarus ille qui S. Henricum interfecit, cuique nomen *Lalli* posteriora secula tribuerunt [43]): quae omnia sanctum hunc Ecclesiae Fennicae Patronum imagine illa depictum sisti, manifestum reddunt [44]). Scutum vero ante

---

rimus. Inter alios vero libros ecclesiasticos, hac aetate editos, atque a majoribus nostris in tales usus adhibitos, in pluribus vetustis invenimus ecclesiis *Psalterium Dauid prophete*, in Folio, sine addita anni nota, quod, ut subscriptio ultimae subjuncta paginae docet, *Bartholomeus Ghotan impressit in Lubeck.* Nec non aliud, cujus indolem explicat subscriptio hujusmodi ultimae subjecta paginae: „Psalterium Dauidis hymnis tam de tempore „quam de sanctis adjunctis felicem habet finem: nuperrime haud „modica diligentia reuisum ac castigatum. Et in Imperiali ciui- „tate Lubeck impensis honesti ac probi viri *Petri Geyer* ibidem „conciuis in officina defuncti *Stephani Arndes* impressum. Anno „virginei partus Millesimoquingentesimoprimo. Die vicesimasecunda Martii.“

[43]) Cfr. supra p. 107 sq. Praedium *Lallis* paroeciae *Wemo*. aut ab eo nomen accepisse, aut illi dedisse, (si habitasse ibi existimetur, illudque nomen vere gessisse), potius credas, quam praedii olim Regii *Saaris* fuisse dominum. Sed ultra leves conjecturas progredi in talibus non licet.

[44]) Ita enim ubique depictum fuisse, deprehendimus. Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerak.* p. 128 (et FONTENII Diss. de S. *Henrico*). Quare ut Aquila Jovem, Pavo Junonem etc. olim apud Graecos designavit; ita S. *Henricum* ex conculcato sub pedibus suis hoc inimico atque interfectore suo mox agnosci putamus: quam rem, in nostro exemplo, etiam veneratio a Praelatis adstantibus ei praestita, confirmat.

llum erectum, pedes suos tegens, corpusque premens homi-idae jacentis, insigne gentilitium *Conradi* Episcopi spectan-lum praebere videtur, *Caprum* nempe *nigrum, cornibus ru-bris, in campo flavo* (si coloribus fidendum est in exemplo Bibliothecae Academicae conspicuis, quibus tamen similes etiam exemplum Generosiss. D:ni FREDENHEIM exhibere, accepi) *pedibus posterioribus nixum, anterioribus in altum levatis, quasi saltum daturus, aut pugnaturus* [45]). A sinistra Sancti sedentis parte Episcopus (quod mitra Episcopalis capiti suo imposita demonstrat, post quem adstat Clericus, Canonicus ut videtur, pedum ejus portans), a dextra alius Praelatus, genibus uterque provolutus, virum sanctum vene-rantur; manibus scuta tenentes, quorum alteri, quod Epi-scopus gestat, *crux rubra in campo flavo,* alteri *stella can-dens, supra quam crux alba conspicitur, in campo fusco,* in-scriptae habentur. Quumque dubitari vix possit, quin alter horum Praelatorum (post quem Clericus, fortasse Canonicus, junctis manibus quasi orans conspicitur) sit *Magnus Nicolai de Särkilax* (Stiernkors), tempore Missalis hujus editi Prae-positus Aboënsis, (postea Episcopus), quem suae gentis in-signia, ab eo quasi ostensa, manifesto produnt: difficile fuerit, in altero illo, Episcopalibus ornamentis insignito, *Conradum* nostrum non agnoscere, qui gentilitio scuto S. *Henrico* quasi consecrato, in minori illo quod manibus ge-stat, nonnisi crucem, muneris sui signum, expressam offert? Sed haec hactenus.

Singularem rebus nonnullis Episcopi nostri lucem, cum literae affundant Pontificis Romani ad Praepositum datae Aboënsem (*Magnum Nicolai,* saepe nobis laudatum) ante-

[45]) Eadem insignia, sedem suam in Templo Saguensi olim distinxisse reperimus: de quo in Diss. illius paroeciae descri-ptionem exhibente, (Beskrifning öfwer Sagu sochn i Åbo lähn p. 8) a Maxime Rever. Archipraep. CHRIST. CAVANDER olim hic Aboae (Praeside Celeberr. PETRO KALM) 1753 edita legitur: -- En Biskops Bänck, efter gamla tidens sätt, wäl utarbetad, uti hwil-ken också en liten Bock eller gumse i fullt språng, är utskuren. Denna bänck skal Biskopen i Åbo *Conrad Bitze* låtit upsättia.

quam ad consilia gestaque Antistitis hujus politica considerandа procedimus, illas subjungendas putavimus [46].

---

[46]) „*Sixtus* (IV) Episcopus, servus servorum dei, dilecto „filio, Preposito Ecclesie Aboensis, salutem et apostolicam bene„diccionem. Regimini universalis Ecclesie, immeriti, disponente „Domino presidentes, ad ea partes nostri officii libenter dirigimus, „per que Prelatorum ecclesiasticorum statui valeat et indemnita„tibus provideri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vene„rabilis fratris nostri *Conradi*, Episcopi Aboensis peticio conti„nebat, *quod ipse, qui tempore quo ecclesie Aboensi* tunc vacanti „*in Episcopum prefectus extitit* et pastorem, *iuramento, ut moris* „*est, prestito promisit, quod apostolorum limina certis tunc ex„pressis successivis temporibus visitaret, propter* parcium illarum „a Romana curia distanciam et *guerras que in eisdem partibus* „*viguerunt, limina predicta hactenus minime visitavit,* et inadver„tenter quendam clericum sue dyocesis ad minores et subdiaco„natus ordines eadem die promovit, ac *dum una cum t. t. Dacie* „*et Svecie Rege, a quo tunc ipse Episcopus feuda tenebat, ab* „*ipsius Regis inimicis in certo loco obsidione teneretur, suos fa„miliares ad liberandum se et sua, una cum dicti Regis familia„ribus, ad id impulsus jussu Regis prefati misit, qui in bello,* in „*quo hominum strages subsecuta extitit, interierunt,* perjurii et „suspensionis ac alias ecclesiasticas censuras et penas in tales „promulgatos incurrendo, ac illis ligatus, Missas et alia divina „officia celebravit ac alias illis se immiscuit: quare pro parte „dicti Episcopi, qui, ut asserit, propterea a divinorum celebra„cione jam per annum abstinuit et ultra, prout abstinet de pre„senti et de premissis ab intimis dolet, nobis fuit humiliter sup„plicatum, ut ipsum ab excessibus ac censuris et penis premis„sis absolvere, ac secum super irregularitate per eum premisso„rum accione contracta dispensare, omnemque inhabilitatem et „*infamie maculam sive notam, ex premissis provenientem, abolere* „aliasque statui suo in premissis oportune providere de benigni„tate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod sancta „mater ecclesia nemini gremium claudat ad eam redeunti, volen„tesque eundem Episcopum favore prosequi gracioso, ac *eum et* „*ecclesiam prefatam a laboribus et expensis, quos eum subire* „*oporteret limina predicta visitando,* paternis studiis *relevare,* „discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eun„dem Episcopum, si hoc humiliter pecierit, ab excessu ac per„jurio, nec non sentenciis, censuris et penis predictis, auctoritate „nostra *hac vice duntaxat* absolvas in forma ecclesie consueta,

Ex his literis manifestum fit, non modo *Conradum* nostrum, cum dignitate Episcopali ornaretur, solenni promisisse juramento, ut aulam Romanam subinde (certis interpositis intervallis), testandae venerationis et obsequii caussa, visitaret [47]), quod tamen diu jam intermiserat, gravi hinc

„injunctis inde sibi pro modo culpe penitencia salutari, et aliis „que de jure injungenda, secumque super irregularitate predicta „dispenses, aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam, „per eum premissorum accione contractam, non obstantibus pre-„missis constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ceterisque „contrariis quibuscunque. Nos enim, si absolucionem, dispensa-„cionem et abolicionem hujusmodi per te fieri contigerit, ut pre-„fertur, *eidem episcopo, ut usque ad quinquennium a datis pre-„sencium computandum, limina hujusmodi visitare non teneatur,* „auctoritate apostolica, presencium tenore *indulgemus,* ac ipsum „episcopum a juramento predicto, quoad hujusmodi visitacionem, „duntaxat dicto durante quinquennio, dummodo ad eam facien-„dam alias realiter non teneatur, dicta auctoritate absolvimus, „volentes juramentum ipsum in ceteris aliis inviolabiliter obser-„vari. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnacionis „dominice MCCCCLXXXIII, decimo septimo Kalendarum Julii, „Pontificatus nostri --- *(anno undecimo)*". *Registr. Eccles. Abo-ens.* Fol. 255. Annum quem expressimus offert ipse textus; sed a rubro ei praemisso nostrum apographum habet 1473, (Pontificatus secundum): verius, ut videtur? Hujus Bullae non meminit Nobiliss. A CELSE *(Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.)*.

47) Hoc officium tanto videri sanctius debuit, quanto majus aerum ex talibus Episcoporum, inprimis procul degentium, itineribus ad Curiam Romanam redundaret; ut instaurationem venerationis et obsequii, novis quasi vinculis subinde firmandi, taceamus. Igitur in formula Juramenti, quod Pontifici Romano praestare Episcopi, *Decretal.* L. II Tit. XXIV, C. IV, jubentur, expresse illis injungitur, ut *Limina Apostolorum singulis annis, aut per se aut per certum nuntium visitent;* ubi Glossa addit: *vel rarius, juxta chirographum suum.* Ex quibus, ut et praxi nostrorum, patet, Episcopis, longius a Romana sede remotis, licuisse, longioribus etiam intervallis stata hujus officii peragendi tempora sibi definire. Cumque eadem Glossa significet, obligationem illam ad Episcopos pertinere qui Papae immediate subsunt, quales nostri non erant; hinc colligimus, his majorem saltem praebitam fuisse in talibus indulgentiam. Sic in formula Juramenti quod praestitit *Matthias* Electus Strengnensis (exhibita ab ÖRNHJÄLMIO

culpae obnoxius; sed etiam conscientiae quosdam morsus ideo sensisse, quod Regi, *tum temporis, Daniae et Sveciae,*

Hist. Ecclesiast. p. 516 sq.) legitur: *Apostolorum limina, Romana existente curia citra, singulis annis, ultra vero montes, singulis bienniis visitabo, aut per me, aut per meum nuncium, nisi et Apostolica absolvar licentia.* (Cfr. SPEGEL *Bevis til Kyrko Hist.* p. 94.) *Petro* autem Archiepiscopo Upsaliensi non nisi *singulis trienniis* hoc officium perficiendum incubuisse, *curia citra montes existente,* ex literis apud Dn. LAGERBRING (*Svea Rikes Hist.* Del. 3, C. 5, §. 7, p. 353, not. 6) legendis discimus; quin similes literae, apud eundem (Del. 4, C. 6, §. 6, p. 298) reperiundae, Archiep. Upsal. *Henricum singulis* tantum *quadrienniis, Romana curia citra montes existente, sedem Apostolicam visitare* necesse habuisse, docent. Quamobrem, cum *quinquennii* veniam ab hoc officio persolvendo Papa Episcopo nostro concedat; non fuerit improbabile, hunc, dignitate Episcopali a Pontifice augendum, sese obligasse, ad visitationis sive salutationis illud iter *singulis quinquenniis* suscipiendum? Facile autem intelligitur, perinde fere Pontificibus fuisse, utrum ipse, vel per legatum aliquem, Episcopus hoc officio fungeretur, modo numis vacuas is non afferret manus. Ex iis quae nuper disputavimus, *guerras* illas quae *Conradum* a suscepto debito perficiendo impediverant, bellum fuisse quod cum R. *Christiano* suisque asseclis, tum capti Archiepiscopi tum R. *Caroli* amici, ac deinde *Steno Sturius,* Regni Administrator gesserant, facile colligitur. Caussam qua nimium suum in R. *Christianum* obsequium Episcopus noster Papae excusavit, scilicet *quod ab eo feuda teneret,* adeoque ut Vasallus fidem ei deberet inviolatam; etiam impulisse nostrum, ut a. 1465 Regi *Carolo,* a factione inimica regno spoliato, adversum sese gereret, atque assignato ei a rebellibus Castro Raseburgensi eum arceret, valde verisimile videtur, utpote qui hanc ipse arcem, beneficio R. *Christiani* sibi permissam, eo tempore, *feudi jure* teneret? Quam itaque a rebellibus, se inconsulto, alteri datam, si libenter huic tradere noluit; mirum hoc videri nequit. Postea tamen, rem melius edoctus, Arcem ditionemque Raseburgensem (R. *Christiano* fortassis conscio? cfr. *Chron. Rhythm. Majus* p. 479), *Carolo* tradidisse, noster reperitur. (Vid. *Chron. Rhythm.* p. 480 sq. et *Ol. Petri* Chron. MS. ad hos annos; a quibus res pluribus exposita habetur. Cfr. tamen HUITFELD *Danm. Rigis Krönicke* p. 916 et 921). Ac cum R. *Christianus* iterum regno abdicatus fuisset, et Regi *Carolo* et Regni Administratori *Stenoni* fidem constantem Episcopus praestitit. Caeterum mox post

(Christiano), a quo feuda tenebat, auxilio profectus, atque una cum eo obsidione clausus, familiares suos praelii discrimini objecisset, quo cuncti perierant. Ubi et quo tempore hoc factum sit, facillimum definitu non est. Sed cum tamen Regem ipsum, una cum Episcopo, obsessum fuisse, dicatur; *Stockholmiae*, aut anno 1463 cum a rusticis tumultuantibus, ac postea ab Episcopo *Catillo*, oppugnaretur, aut anno sequente, cum ab eodem Episcopo ibidem obsidione premeretur [48]), contigisse, necesse est: quo gravius videri Episcopi delictum debuit, si moliminibus collegarum suorum se opposuit, qui pro liberando Archiepiscopo *(Johanne Benedicti)* contra Regem arma sumserant?

Ad merita Episcopi nostri de Clero atque Ecclesia sua, *Fragmentum Palmsköldianum*, saepe nobis laudatum, (quod in vita *Conradi* desinit), duo addit momenta, nec ab Auctore nostro, nec aut a MESSENIO aut a RHYZELIO commemorata: nempe primum, *Infirmariam* (h. e. Nosocomium)

---

reditum R. *Caroli* auctoritatem tamen ejus agnovisse, literae suae ad hunc Regem (a. 1464 die 9 Novembr.) datae testantur, a Nobil. LAGERBRING (*Saml. af Handl. i Svenska Hist.* 2 Del. p. 271 sqq.) exhibitae, quibus se excusavit, quod Stockholmiam ad eum venire, sicut jussus erat, non posset: nisi ficta excusatione usum fuisse credas?. Nescio an merito? Quum vero *Carolus* regnum brevi abdicasset, Episcopus, rebellium imperio spreto, *Christianum* ut verum dominum suum considerasse videtur, cujus injussu, arcem sibi creditam, quam neque *Carolus* sibi interim eripuerat, huic tradere noluit.

48) Anno 1463 Episcopum nostrum Stockholmiae fuisse, HUITFELDIUS etiam confirmat (*Danmarckis Rigis Krönicke* p. 898), qui inter Senatores Regni, quorum suffragiis nixus Rex Archiepiscopum custodiae mandavit, nostrum enumerat. Regem ex Finlandia abeuntem comitatus esse videtur? Contra a. 1464 in Finlandia mansisse, probabile est; quo anno non solum R. *Carolo* absentiam suam excusavit, initio Novembr. sed etiam Aboae praesens fuit cum Legifer uterque Finlandiae Judicium Provinciale (Lands-Ting) ibidem haberet, *Förste Tisdagen j fulle viku fastu*, ut verba sonant,. quibus Jejunium quadragesimale significari putamus? Vid. *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 125. Neque igitur nomen suum inter Senatores Holmiae eo anno versantes occurrit.

Clericorum per eum fuisse *fundatam;* quod institutum [49]), utrum mox interierit, an postea etiam fuerit sustentatum, ac quam late sese extenderit? penitus ignoramus. Deinde eundem „etiam ob Divini cultus augmentum et animarum „periculum evitandum, *quamplurimos* de novo instituisse ec„clesiarum Curatos". Quod confirmandis iis quae supra (p. 502 sq. not. 32) ex occasione conditarum ab illo ecclesiarum *Ijo* et *Akas,* disputavimus, egregie inservit [50]).

In praemium fidei sibi praestitae singularis, Episcopus noster a. 1463 (die 8 Octobr.) a R. *Christiano* confirmationem nactus est Privilegiorum Cleri Ecclesiaeque suae amplissimam [51]): quo igitur tempore (post ortos jam inter Regem et capti Archiepiscopi asseclas motus hostiles) *Conradum* Stockholmiae apud Regem degisse, verisimile est, atque stragem illam familiarium suorum, pro Rege dimicantium, de qua literae Papae nuper (p. 518 not. 46) adductae commemorant, etiam contigisse, credas? Nec multos adhuc optimatium, armis Episcopi Lincopensis (*Catilli*

---

[49]) [De *Infirmaria* ab Episcopo *Conrado* fundata, cfr. quae de tali instituto habentur apud NETTELBLADT *Schwed. Bibl.* P. II p. 184.]

[50]) Animi caussa sequens Inventarium penus Altaris Trium Regum, Episcopo nostro sedente conditum, et e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 191 descriptum, hic adjungemus: „Anno Domini 1480 in „crastino ascensionis Domini, tha vare thenne epther screffne „godhä men närstadhe oc asiandhe the stycken som var *i helgx* „*tre Konungha skrin,* tha *Mesther Magnus Johannis Scholamestare* anamadhe skrineth till sigh, pa myns herre Biscops „veghna ok Capituli: Först Olaff Olafson Rodhman, Hans van „Asken, Gertrud van Bykken ok Bern skriffuare. Tha var ther „inne I *Silff bullae* utan lok, Item I *silff skoll* utan lok, item „2 *beslagen horn,* item I par althare listher, item IIII alna *blath* „*säther,* item siäx besigldhet breff. Til ytermere vitnisbyrdh ok „vissä, tha äre thenne scriffther twa ordh fran ordh lydhandhe, „som forescriffuit staar, affskaarnä vidh thenne bokstaffua a b „c d e f g h."

[51]) Ex *Registro Eccles. Ab.* Fol. 34 descriptas litteras Regis legendas dedimus in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1785. *Append.* p. 83 sq.

Wase) rebellibus favisse, inde colligas, quod Regi, initio anni sequentis Stockholmiam redeunti, plurimi fidem suam offerrent [52]).

Anno jam superiore (1462) R. *Christianum* petiisse Finlandiam, Aboamque invisisse, tradit Nobiliss. VON DALIN, (*Svea R. Hist.* 2 Del. 18 C. 6 §. p. 751) ad auctoritatem provocans *Chronici Rhythm. Majoris*, ab HADORPHIO editi [53]); sed anno demum sequente (1463) iter hoc Regis Fennicum fuisse susceptum, nostra docent monumenta [54]), adstipulante etiam HUITFELDIO (*Danmarckis Rigis Krönicke* p. 897), qui simul caussam hujus itineris a Rege suscepti, ex literis illius ad Papam (Dominica post festum Bartholomaei s. d. 28 Aug. ejusdem anni, post reditum, Stockholmia datis) hanc affert, quod *irruptionem Russorum* impedire vellet, quam etiam feliciter averterat [55]). Russos quidem per ea tempora fines Fennorum, pro more, infestasse, literis

---

[52]) *Chron. Rhythm. Majus* suo modo canit: *Sva mange Riddare i Sverike boo, The sigha Konung Christiern thera troo.* P. 472.

[53]) Ubi annus ab auctore expressus non reperitur, sed HADORPHIUS annum 1463 margini, seriorem adposuit quam par erat; ita acta hujus anni ad superiorem male referens. Cfr. HUITFELD l. c. p. 897.

[54]) In literis Judicialibus *Petri Swerdh* et *Christierni Frille*, Judicum Territorialium, de praediis quibusdam Ecclesiae Cathedralis litigiosis lata, haec verba occurrunt: -- „Anno Domini „MCDLXIII:o naesta daghen äpther sancta Margareta dagh (die „14 Julii) hiolt var nadige Herre Konungh *Christiern*, met Gudz „nadh, Sverikes, Norregs, Danmarks oc Götha Konungh, oc „Rikesens Radh aff Sverige, Räfstatingh vid Abo sloth met al„moganom aff Österlandh.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 141. Et in literis quibusdam *Matthiae Syltae*, Civis Aboënsis, datis „arum „epter Gudz byrd MCDLXIIII:o ok fempte dagin i Junii manadh“ inter alia legitur: „Och nu i fiordh viid sancte Margarete dagh, „then tiid högborin förste, vaar nadige Härre Konungh Chri„stiärn i landet var, etc.“

[55]) Verba Regis hoc modo adducit: „at som hand vaar „udi Finland emod Rytzerne, at hindre deris Infald, huilkit (Gud „Loff) oc skeedde.“

quoque Episcopi *Conradi* anno sequente ad R. *Carolum* datis (de quibus supra) confirmatur; sed irruptionem illorum a Rege *Christiano* adeo non fuisse impeditam, ut ferro igneque Careliam crudeliter vastaverint, indidem simul discimus [56]: nisi a reliqua tamen Finlandia spolianda eos prohibuisse, existimare velis? Copiarum autem ex Svecia ad barbaros hosce reprimendos a Rege adductarum, nulla superest memoria.

Inter gesta autem Episcopi nostri Politica vere commemorari meretur, quod non modo pro patria contra Russorum impetus defendenda vigilavit, sed etiam urbium nostrarum sublevandarum curam benignam fovit. Exemplo est Privilegium quod urbi Raumoënsi a. 1476 impertivisse dicitur [57]).

---

[56]) Scribit Episcopus: -- „Pa sama tiidh vi oss tilreddom, „at sökia Idher Nadh, fingom vi budh oc breff aff Tune Ma-„gnusson um en stor resning the Rytzer uprest haffua mot thenne „lands änhden, som vi och formodhum at thet och Idher Nadh „är väl vitherliget, *huess the nest forlidhen tiidh bränth och skin-„nadh haffva Jeskis och flere andre sokner i Carelen.*" Apud LAGERBRING *Saml. af Handl.* etc. P. II p. 272: cfr. supra p. 520 not. (47).

[57]) *Collect. Palmsköld. N:o XIV Topogr.* T. LVIII, p. 716, et Disp. *D:ni M.* SVEN MELLENII *om Sjöstaden Raumo* (Praes. Cel. BILMARK Aboae 1770 ed.) P. I p. 11, ubi ex apographo admodum vitioso typis impressum legitur (sic pro *Sten Sture* legitur *Stins Str.* etc.) neque compendiis scriptionis, plenis literis, ut decuit, explicatis. Privilegium autem hoc, non ab Episcopo nostro solo profectum est, sed a summi Magistratus, imperium tum apud nos administrantis, delegatis, Proregis et Senatus Regni nomine, esse datum, ipsa inspectio ejus statim docet: quamvis nomen Episcopi primo occurrit loco, more temporis, quo Senatorum laicorum, ac ipsius etiam Proregis, dignitas Episcopis postponebatur. Porro RHYZELIUS dicit (praeeunte auctore anonymo, qui Hypomnemata in Juusteni Chron. Episcopor. Finland. scripsit, MSS. saepius nobis commemorata), *Episcopum nostrum Gratiaevallensibus jura civitatis* et privilegia a R. *Carolo acquisivisse;* quae nos quidem non vidimus, nec habet Auctor Disp. *De Coenobio Nadhenadal,* supra laudatae, qui contra, adductis literis R. *Christophori* (a. 1441 et 1443 datis) demonstrat, jura urbica (Köpstads rätt) Nådendalensibus jam tum fuisse concessa.

R. *Christiani I* in Finlandiam quae porro fuerint merita, ex iis quae supra attulimus, judicium fieri potest: quibus addi possunt privilegia urbi Raumoënsi (a. jam 1461) ab eo data [58]). A Papa autem jus sibi acquisivisse reperimus, *pro se et successoribus suis, praesentandi personas idoneas ad Praeposituras vacantes* Lundensem, Upsalensem, Slesvicensem, *Aboënsem,* Lincopensem et Aarhusensem (praeter Archidiaconatus et Decanatus aliquot), *ita tamen ut Romanae sedis confirmatio ocius expeteretur* [59]); quo jure utrum deinde Regibus semper uti licuerit, nobis non constat.

Postquam, mortuo R. *Carolo,* Regni administratio ad *Stenonem Sture* pervenisset, qui Fenniam ille quoque aliquoties adiit [60]); cum eo fida Episcopo nostro intercessisse amicitia videtur.

75. De hac Arce (quae illo nomine in honorem S. Olavi primum fuit insignita) ejusque initiis, confuse admodum scribit Nobil. von Stiernman, *Höfd. Minne* II Del. VII Bok. 1 §. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 224 sq.): illam fuisse olim dictam *Landscrona,* et a. 1300 a Regni

---

[58]) *Collect. Palmsköld.* l. c. p. 714; Disp. *om Sjöstaden Raumo* l. c. p. 10. Nådendalensibus etiam favisse, ex literis a. 1457 datis colligitur: v. Dalin l. c. §. 3, p. 744 not. (f).

[59]) Vid. a Celse *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I p. 203 sq.

[60]) Anno 1472 in Judicio Regio Aboae habito praesens fuit (*sancti Olaffs apton,* h. e. die 28 Julii) *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 138, 232. Eodem anno libertatem (Frälserätt) praediis quibusdam Ecclesiae Cathedralis concessit, literis datis *Nadendal in crastino S. Petri ad vincula* (Ibid. Fol. 34). A:o 1476 Privilegia Raumoënsium confirmavit, *in Castro Aboensi, die crastino Divi Petri* (cfr. supra p. 524 not. 57). A:o 1478 Aboae praedium suum *Mäkinpää,* in paroecia *Sagu* situm, permutationis jure in *Dominum Wilhelmum (Junker Williom)* nescio quem, suosque cohaeredes, transtulit (Ib. Fol. 275 sq.). Caeterum constat, Proregem hunc Arces plerasque Fennicas ab *Erico* et *Ivaro Tottiis* a. 1470 accepisse, ac illi rursus 1472 commissas, non sine magna difficultate a fratribus ejus recipere postea valuisse. Cfr. Messenius *Scond.* T. IV p. 31, 34, 39, 40, 41, 44, et *Chron. Rhythm. Majus* p. 519 sqq.

Mareschallo *Thorkillo Canuti* conditam, anno vero sequenti a Russis expugnatam; quarum rerum testem laudat *Ericum Olai* [61]). Facile patet, quae de Castro *Landscrona* a *Thorkillo* in fluvio Newa aedificato Historici veteres narrant, (cfr. LAGERBRING *Svea R. Hist.* 2 Del., 17 C., 11, 12 §§., p. 675 sqq.), ea ad castrum *Olaffsborg* (inter lacus *Haukivesi* et *Ruokovesi*) in Savolaxiae paroecia *Sääminge* situm, temere trahi, quod priori illo nomine appellatum a veteribus unquam fuisse, nobis quidem haud constat [62]). *Nyslott* autem, hoc est *Arx Nova*, (ut *Wiburgo,* altero ejusdem provinciae castro, aetate recentior), postea vocari coepit: quod nomen, vetustiori illo sensim obsolescente, usu tandem solum invaluit. Caeterum, licet hanc arcem anno demum 1477 plene munitam atque perfectam fuisse, recte asserat MESSENIUS (l. l. c. c.), tamen jam (biennio) antea fuisse e ligno primum aedificatam, sed postea curatius atque validius structam, e literis discere licet conditoris *Erici Tott,* quarum fragmentum (e *Collect. Palmsköld. N:o XIV Topogr.* T. 61 *Card.* p. 191 exscriptum) inserendum curavimus *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1793, N:o 15, p. 2. Locum s. insulam ubi condita fuit, eo tempore ad paroeciam *Jockas* pertinuisse (cui adhuc Sääminge subjacuisse videtur), ex sequentibus verbis *Fragmenti Palmsköldiani,* (quibus illud finitur), colligere licet: *Hujus* (Episcopi Conradi) *tempore castrum Olaffs-*

---

61) [De castro *Landscrona* in Ingria a *Thorkillo Canuti* condito cfr. LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II p. 131, et ARNDT *S:t Petersburg. Journal* V Band. p. 405.]

62) Dicit quidem MESSENIUS *Scond.* T. X p. 21: „1477 „Arx Nova seu *Lanscrona* vel Burgum dicta S. Olai, ab Erico Axelsonio, Finlandiae dynasta, aedificatur in Savolaxia"; qui similiter in *Chron. Rhythm. Finland.* p. 39 canit: „Nyslott i Savo„land bygger (Eric Axelson), -- *Landscrona* och sanct Olufs„borg Det kallar." Sed quo nixus fundamento haec scripserit, ignoramus. *Scondiae* suae T. IV p. 38 simpliciter habet: „Anno „1477 Arcem Finlandiae Novam, alias *Munitionem* Sancti *Olai* „nuncupatam, Ericus Axelii -- *magis firmavit;*" quae ultima verba innuunt, etiam antea aliquam ibi munitionem, minus licet validam, fuisse? De qua re mox.

borg in Jokas propter Ruthenorum furorem erigitur, et oppidum Wiburgense (muro cingitur etc.).

De ipso auctore hujus operis, pro usu ejus temporis sane utilissimi, *Erico Axelii (Tott)*, quaedam supra attulimus, p. 485 sqq.: plura habentur apud Nobil. von Stiernman *Höfd. Minne* P. I p. 14 et 101, P. II, L. V, C. 2, et L. IX, C. I (*Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 Append. p. 196, 202, 224 sq., 234; cfr. *Chron. Rhythm. Majus* p. 519 sqq., von Dalin l. c. p. 781 [63]). Quod autem Auctor noster illum vocat *Ericum Absalonis*, (cum Pater tamen suus *Axelius* esset non *Absalon*), ex pravo more ejus temporis provenit, quo nomina Gothica in alia notiora, maxime Biblica, quae cum iis aliquam soni similitudinem habere viderentur, commutare solebant. Quam ob rem nostrum eo minus reprehendere debuit Nobil. von Stiernman (vid. *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 225 not.) quod ipse in Operis sui *(Höfd. Minne)* Parte Priore (p. 101) observat, famosum illum Magnatem in Sigillo suo appellari *Ericum Absalonis;* quomodo etiam vocari in Indice fratrum *Confraternitatis Trium Regum* supra (p. 426) vidimus.

76. Quamvis Arx, bene munita, inter validissima Regni propugnacula diu jam habita fuisset, Urbem tamen muro hactenus caruisse, vel ex hoc loco patet: unde quod de impune spoliata a. 1411 a Russis hac urbe, veterem annotationem prodere vidimus, (supra p. 354), facile explicatur. Caeterum de urbis ipsius ortu atque incrementis, parum scimus; nisi hoc, ob situm loci commodum commerciisque faciendis aptum, et praesidium ab Arcis vicinia speratum,

---

[63]) Iis quae ex *Registro Eccles. Ab.* ad Nob. Stiernmanni Catalogum Praefectorum Finland. (*Fol. Hebd. Aboëns.* l. c. p. 203) addidimus, adjungi adhuc potest, quod in *Profesto b. Margaretae virginis et martiris* (d. 13 Julii) datis, quibus in favorem *Henrici Tavast* duobus praediis suis immunitatem a tributo regio (Frälse-frihet) impertit, sese ipse vocat Riddare och Swerigis Rikis Forestandare på then tiidh (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 240); et in literis quibusdam privatis a. 1464 vocatur Hoffmästare i Swerige (Ib. Fol. 216).

mature habitari coepisse [64]). Fata autem ejus persequi, ad nostrum jam non spectat institutum. Sed quod supra (p. 16, not. 23) nos mirari diximus, unde Nobil. STIERNHÖÖK et post eum multi alii, turpem hauserint errorem, quo Privilegia huic urbi a Rege jam *Erico sancto* concessa fuisse asserunt, atque opportunitatem postea nacti sumus ipsa haec Privilegia, ex *Collectione Palmsköldiana* (*N:o XIV Topogr.* T. 61 *Carelen,* p. 349 et 351) describendi: eadem hic subjungere placet [65]), ut lector intelligens judicare queat, quam

---

[64]) Anno jam 1318 exstitisse Wiburgi *Monasterium Dominicanorum,* scribit RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 309, atque in ejus asserti fidem ad Testamentum provocat Ducum *Erici* et *Waldemari* hoc anno conditum. Id quidem oculis ipsi non usurpavimus; sed apud Dn. LAGERBRING, qui bis illud diligenter recenset, (*Sv. R. Hist.* III Del. I C. 56 §. p. 139, et 515 C. 9 §. p. 536 sq.). *Wiburgi* nulla occurrit mentio; *Fratrum* tamen *Praedicatorum* Wiburgensium, posteriori aetate, monumenta nostra, ut vidimus, haud dubiam faciunt mentionem.

[65]) *K. Erichs som kallades den Helige, fordom Sveriges Konungs Privilegier för Wiborgs Stad, gifne uppå thet år när man skref efter vår Frälsares och återlösares nåderika födelse 1103.*

„Jag Erich med Guds nåde Sverigis etc. Konung, kunnogt „giörom thet med thetta vårt öpne Bref allom mannom, svå the „nu äre, som the här efter komma skule, at vij hafvom undt „och gifvit våre Borgere, som byggia och boo i vår kiöpstadh „Wiiborg stadz rätt, efter ty som Stadz Boken i Upsalom uthviiser. Ty förbiudom vij allom våre Fougedom och Embetzmannom, och allom androm ehoo the hälst ähre, at hindre them „i någre motto här emot, så framt the villie vår hylle haffue „och vår hämbd fly. In evidentiam praemissorum secretum nostrum praesentibus duximus appendendum."

Infantiam Artis Criticae et Diplomaticae prodat summam, qui turpissimis, quibus hae literae scatent, vitiis non offendatur. Lingua, stilus, loquendi formulae, ab ingenio et moribus seculi XI abhorrent. Cujus generis fuit *Liber Urbicus Upsaliensis* (*Stads Boken i Upsalom*), cui conformanda essent jura municipalia civium Wiburgensium? Aut quis de tali libro aliquid unquam inaudivit? Cogitaveram aliquando, ab *Erico* forsan *Magni* filio, qui a. 1357 Finlandiam adiit, Privilegium tale Wiburgensibus fuisse impertitum: sed exemplum ipsum literarum omni fidei repugnat. Cum nulla temporis nota adjecta sit, unde ineptae illius epigra-

putida vel fraus vel ignorantia eadem vel fabricaverit vel corruperit, quamque exiguam igitur fidem mereantur [66]).

---

phes auctor didicit, *Ericum sanctum* intelligi debere? aut unde annum, quem Chronologiae omni adversum apposuit 1103, hausit? Sed non attinet haec pluribus expendere.

[66]) Fatetur Dn. STIERNHÖÖK haec privilegia *suspecta videri posse, nisi Gustavo I et Carolo IX pro authenticis agnita et confirmata essent* (*De Jure Sveon. et Gothor. vetusto* L. I, C. I, p. 20). Non sunt nobis ad manus literae Regiae hae confirmatoriae, quae in *Collect. Palmsk.* (l. c.) illae quoque habentur. Sed nihil probare posse aliud putamus, quam sive fraudem sive oscitantiam hanc recentem non esse: Annotatio PALMSKÖLDII de hac re talis est (p. 287): „Denne stadh (Wiborg) är af framfarne „Sverige Konungar och Föreståndare medh månge härlige Pri„vilegier tiid efter annan begåfvad, hvaribland desse finnas ännu „för tiden vid handen“ (apographa, quorundam saltem?), „näml. „*K. Erichs den Heliges* 1103 (!) K. Birgers 1316, 1 Octobris, „Albrechts 1365, Herr Carl Ulfsons och Knut Carlsons Riddares „af Thyftom 1387, Hemming Gadds electi til Linköping 1520, „K. Erichs af Pommern 1443, K. Carl Knutsons 1449, K. Gö„stafs I, 1542, 17 Augusti, 1547, 2 Martii, 1552, 3 Dec., K. „Johan III:s 1569, 8 Aug., K. Sigismunds 1594, 9 Julii, K. Carl „IX:s 1600, 12 April, 3 Julii.“

[Cum in *Opere Diplomatico Örnhjälmiano* (in R. Bibliotheca Stockholm. servata, E. 15) in exemplum incideremus Privilegiorum quae a R. *Erico Pomerano* Urbi Wiburgensi fuisse data dicuntur, eaque cum exhibito supra (p. 528 not. 65) exemplo Privilegiorum (quae venditantur) eidem urbi a R. *Erico Sancto* concessorum; mox reperimus, easdem plane esse literas. Sed in illo primum titulus talis praemittitur: „*Wi Erich* medh „Gudz nåde, Sveriges, Danmarkz, Norgis, Wendis och Göthis „Konung, Hertog i Pomern.“ Deinde subscriptio additur hujusmodi: „Datum in castro nostro Wiborg, anno D:ni millesimo „quadragentesimo tertio, Dominica infra octavam assumptionis „Marie Virginis gloriose.“ Non itaque anno demum 1443 (quo neque Finlandiam Rex adiit, neque jam auctoritas sua his locis agnoscebatur) sed a. 1403 data esse, apparet: quamvis neque sic fidem eorum praestandam in nos recipimus. Eum certe, qui R. *Erico Sancto* ea primus adscripsit, non majori fide quam calliditate eminuisse, facile patet.]

Regis autem *Birgeri* Privilegia quae dicuntur, nihil aliud sunt quam literae ejus datae in *Yninge* (die 11 Octob. 1316),

77. De funesto hoc incendio, Historiae vetustiori terrae nostrae admodum fatali, merito conqueritur MESSENIUS [67]; jacturam vero hanc sese suo opere aliquatenus compensasse, parum et commode et modeste addit [68]).

De urbis autem et templi Aboënsis incendiis supra (p. 483 sq.) observavimus, illud quod a. 1458 tempore *Olai* Episcopi, ex fulminis ictu urbem afflixisse Auctor noster narrat (p. 475) a MESSENIO et Chronographo vetusto sileri; qui contra, *Conrado* sedente Episcopo ignem bis Aboae

---

de quibus supra (p. 173) commemoravimus, quarumque partem legendam exhibet Nobiliss. LAGERBRING (*Sv. R. Hist.* P. III C. I, §. 35, not. 3, p. 89 sq.). Diligentius perpensas, ad urbem quidem Wiburgensem, quae nondum exstitit nihil pertinere, sed significare videntur milites victores, in veteres incolas terrae, castrum circumjacentis, turpem hactenus licentiam exercuisse, atque inprimis feminas ipsorum passim violasse? contra quam potius petulantiam, quam contra veteres mores gentis victae, hujus feminis praesidium obtulisse, existimes? Caeterum exemplum quod ex *Collectione Palmsköldiana* (l. c. p. 353) nos descripsimus, initio truncum est, tempus datarum literarum exhibente, quod expressum videmus apud Dn. LAGERBRING l. c.

[67]) In *Chron. Rhythm. Finland.* p. 38 canit: „Men Bispens „slott Kustö led nöd, Hvilket brändes allt upp i glöd; *Kyrkio-„nes gamla bref också, Som gömde voro deruppå:* Bispen up-„bygde det igen, *Men ei de documenters men.*" Et in *Scond.* T. X p. 21 scribit: „Castrum in Finlandia Knustense" (leg. Kuustense) „*cum omnibus ecclesiae documentis Abogianae concre-„mantur.*" Quod, si ipsa scripta originalia spectes, non multum fortassis a veritate abludit. *Registrum* tamen *Ecclesiae Aboënsis*, quod etiamnum superest, apographa omnia haud periisse, demonstrat. Simplicius Auctor noster *multa* Privilegia et literas Ecclesiae interiisse dicit. Annum autem quo haec calamitas contigit, a nostro non proditum, MESSENIUS ex conjectura definivisse videtur.

[68]) *Scond.* T. X p. 21. „Circa 1471 Arcem M. Conra-„dus instaurat Kuustensem; monimentorum damna nequit; *quae „tamen ego aliquatenus hoc libello compensavi.*" Literarum sane originalium jactura, illa quam Episcopus reparare nequibat, nec a MESSENIO resarciri potuit. Caeterum collegisse eum sparsa quae supererant monumenta, ea consuluisse, atque ex iis seriem rerum quae evenerunt contexisse, grata agnoscit posteritas.

noxam intulisse scribunt, anno nempe 1464 ex fulmine, Templum feriente (quod diversum ab illa calamitate quam Auctor noster commemorat, non videri significavimus), et a. 1473, solita hominum incuria. De hoc infortunio vetus Chronographus (quem aliquoties laudavimus): *Aboënsis civitas anno D:ni* 1473 *combusta ex incendio;* unde hausit MESSENIUS (*Scond.* X p. 21).

78. Inscriptionem lapidi ejus sepulcrali (qui jam periit) insculptam, servavit nobis diligentia Nobil. BRENNERI; eam talem recte exhibet Rev. RHYZELIUS: *Sepulchr. Venerabilis Patris Domini Conradi Episcopi Aboënsis Anno* CIƆ. CD. LXXXIX: D. 13 *Martii.* Unde corrigenda est quam minus accuratam dedit *Chron. Episcopor. Spegelianum,* in vita nostri.

Supersunt quaedam, Auctori nostro non tacta, de statu Ecclesiae et Civitatis in Fennia, quamdiu utriusque gessit curam Episcopus *Conradus,* pro instituto nostro breviter commemoranda.

Primum *Coenobiis,* quorum quidem certa superest memoria, VI patriam hanc nostram hoc jam aevo fuisse vel instructam vel gravatam, reperimus: horum novissima nunc demum accessisse videntur. 1. *De Aboënsi (S. Olavi),* Dominicanorum, omnium in his terris antiquissimo, aliquoties jam commemoravimus [69]), in ea parte urbis sito quae hodieque appellationem inde retinet [70]). 2. De *Nådendalensi,* Birgittinorum, et *Fratrum* et *Sororum,* etiam satis pro nostro consilio, diximus [71]). 3. *Raumoënse,* Franciscanorum, etiam illud jam ante hanc aetatem floruisse, indubium est; licet nonnisi pauca, praeter ea quae Rev. RHYZELIUS tangit, ejus hodie supersint vestigia [72]). 4 et 5. *Wiburgensium* alterum

---

69) P. 162, 167 sq., 192 sq., 252 sq.

70) Klostret, Kloster-qwarteret, Kloster-gatorna. Rudera nulla, ac vix vestigia (quae non longe abhinc tempore spectare adhuc licuit) jam supersunt.

71) Supra p. 351 sq., 402 sq., 436 sqq., 496 sq.

72) Cfr. Disp. D:ni MELLENII supra cit. *(om Sjöstaden*

Dominicanorum, alterum Franciscanorum fuit: utriusque meminerunt in testamento suo nuper indicato (a. 1453) *Henricus Clausson* et conjux sua *Lucia Olavi* (*Fol. Hebd. Ab.* l. c.). *Illud* vero monasterium anno jam 1450 praedia possedisse, ex literis supra (p. 472 not. 143) allatis constat (cfr. etiam p. 528 not. 64). *Hoc*, sive *Franciscanorum*, anno demum 1481 (adeoque *Conrado* Ecclesiam Fennicam gubernante) exstructum fuisse, ex inscriptione ei addita demonstrat RHYZELIUS (l. c. p. 310 sq.). Singulare autem est, quod fide ÖRNHJÄLMII idem adjicit: Capitulum Provinciale hujus ordinis ibidem a. 1486 habitum fuisse, a *Ministro Provinciali*, Reverendo Doctore (D:no?) *Magistro Stephano*!

6. *Kökarensis*, Franciscanorum (ut putatur), adeo incerta aetas est, ut an nostro *Conrado* superior fuerit, definire haud valeamus: cfr. RHYZELIUS l. c. p. 301 et 305: qui anno 1485 huic Coenobio, *Conradum Hartvici* pro sua uxorisque suae anima, praedium et agros testamento dedisse narrat, cujus exemplum ubi lateat, ignoramus: aliud fuisse oportet, quam Testamentum a. 1484 a viro eodem conditum, quod in *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1784 (p. 257 sqq.) legitur, quoque nonnisi certam frumenti pondus eidem huic Coenobio legavit.

Addit his duo praeterea Monasteria Rever. RHYZELIUS, quae in Finlandia nostra olim floruisse atque Sororibus sive Virginibus fuisse consecrata, dicit: nempe *Aboënse*, quod ad Ordinem S. Dominici pertinuisse putat, et *Corosense*, non longe ab eadem hac urbe situm. Sed neutrius existentiam idoneis posse argumentis probari, existimamus.

Quod ad *Aboënse* illud attinet, neque mentionem ejus

Raumo) P. I p. 14 sqq. In testamento *Henrici Clausson* (*Dieken*) uxorisque suae *Luciae Olavi* (a. 1453 d. 7 Mart.) cujus meminit Nobil. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II, L. VIII, C. 2 (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 193) frumenti portio *Claustro* etiam *Raumoënsi* legatur. Ac in alio testamento ejusdem *Luciae Olavi* (scripto d. 25 Maji 1451) RHYZELIO, *Monasteriol.* p. 300 commemorato, (qui tamen male illam *Ceciliam* vocat), frumentum huic Claustro similiter tribuitur.

ullam in veteribus factam monumentis reperimus, neque locum ejus in urbe, ulla fama indicavit. VÅSTOVII testimonium, aeque parum ac RHYZELII auctoritatem, ad utriusque confirmandum assertum sufficere, supra (p. 306 sq. not. 28 et 29) observavimus: ac si vere ab Episcopo *Johanne* Petri illud fuisset institutum, ab Auctore nostro vix credas, in meritis ejus, silentio potuisse praetermitti? Quod autem addit RHYZELIUS, de praediis Testamento a *Matthia Olavi*, Curato in Jomala, a. 1414, et a *Cecilia Philippi*, Vidua Nicolai Kurck, *huic Coenobio virginum* legatis; rem adhuc magis turbat. Nam posterius quidem hoc legatum, non *Coenobio Virginum Aboënsi* (ante LX annos condito) sed monasterio *S. Annae Resoënsi, nuper inchoato,* a. 1433 aut 1434 relictum fuisse, aliunde discimus [73]). Unde RHYZELIUS ipse subjungit: „Thet hafver man ock funnit, at thetta kloster" (Coenobium Virginum Aboënse, a. 1370 conditum?) „varit „nämndt *S. Annae Kloster;* men om thes belägenhet är myc„ken ovisshet och tvifvelsmål, *om thet legat uti eller vid* „*Staden.* Af en gamul skrift har man funnit, *at thet*" (idem coenobium Aboënse, cujus ab Episc. *Johanne* 1370 fundati *Vastovius* meminit?) „*först blifvit anlagdt och bygdt i Resa* „*Sochn.* Är ock thet annorstädes [74]) berättadt, at thetta *St.* „*Annae Kloster hafver blifvit anlagt vid Åbo* [75]); *men efter* „*någon tid är thet, nemligen år* 1445 *vordit sammanlagdt*

---

[73]) v. STIERNMAN *Höfd. Minne* V B. 2 C. (*Fol. Hebd. Ab.* 1785 *Append.* p. 191): ex cujus tamen verbis haud liquet, utrum testamentum hoc a. 1433 an 1434 scriptum fuerit? — [Ex ipsis literis Testamenti, *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1796 N:o 7 a nobis insertis, apparet, datas easdem fuisse a. 1433, vespera Visitationis b. Mariae Virginis.]

[74]) Sollicite, et fere anxie, cavere hic Auctor videtur, ne lectoribus fontem narrationum atque traditionum, quas commemorat, prodat, hosque sic examinandi facultatem illis praebeat!

[75]) Non male *de Coenobio S. Annae* pronuntiatur; nam paroecia *Resoënsis*, in qua situm fuit, prope Aboam est. Sed quid hoc ad *Coenobium Aboënse*, quod multo fuisse antiquius perhibent?

„*med Vårfru- eller St. Birgittas Kloster i Nådendal*[76]).
„Ändteligen är ock thet enestädes[74]) förmäldt, at thet haf-
„ver tillika med Domkyrkian (men tå måtte thet hafva
„varit belägit uti Staden) år 1529 af en häftig vådeld blif-
„vit afbrändt, och af Biskopen *Mårten Skytte* åter upret-
„tadt igen[77])." Ex quibus apparet, hunc Auctorem in subsidium asserti *Vastoviani* testimoniis monumentorum quae de Coenobio *S. Annae* agunt male arreptis, ipsum sibi nodos nexuisse, atque novis tenebris rem per se obscuram operuisse. Nobis verisimile videtur, VASTOVIUM quod de fundato a *Berone II* Coenobio Virginum *Coroisensi* alicubi repererat, ad Episc. *Johannem* ex errore transtulisse, et annum institutionis ex conjectura (vel numerorum forte notis vitiosis deceptum) addidisse? *Monasterii* certe *Aboënsis*, (S. Olavi,) in numero singulari, saepe facta in monumentis hujus aevi mentio, aliud aliquod in eadem urbe simul haud viguisse tale institutum, non obscure prodit[78]).

[76]) Hunc testem cognoscere atque examinare, voluissemus: nam res ipsa a veritate haud abhorret, modo auctoritate historica confirmari queat idonea? Nostra parum adjuvant monumenta: cfr. tamen supra p. 437 sq. not. 79, (et p. 401 sq.).

[77]) Hoc assertum, ineptum esse atque insulsum, ipse observat RHYZELIUS, in memoriam revocans, per Decretum Arosiense Anni 1527 *(Wästerås-Recess)* Coenobiis Regni omnibus interitum jam fuisse publice denunciatum. Quo minus verisimile est, Episc. *Martinum*, Euangelicae praeterea religioni faventem, Coenobium virginum incendio destructum restaurasse; cui rei praestandae nec parem fuisse credas, reditibus Praelatorum valde jam accisis. Incendii praeterea a. 1529 Templum Cathedrale affligentis, monumenta nostra nullam faciunt mentionem. Probabile est, aliquem quod de incendio a. 1429 et *reparata*, post illud, *in melius* (per Episc. *Magnum*) Ecclesia Cathedrali traditur (cfr. supra p. 372), ad annum 1529 et Episc. *Martinum*, per oscitantiam traduxisse.

[78]) Sic in Testamento suo *Torstanus* Curatus Ecclesiae Wiburg. a. 1366 legavit *Coenobio Aboënsi (Clostrene i Åbo)* L Marcas (vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 25), et Episcopus *Conradus* in literis *super curia b. Erici* a. 1486 datis, scribit: „Huilken gord vi finge aff *Abo closter*" (a *Claustro Abo-*

De Coenobio *Coroisensi* (illo etiam Virginum) cujus ab Episcopo *Berone II* instituti ipse Auctor noster disertam facit mentionem (p. 334), non minus dubiam nobis tamen haerere mentem, supra jam significavimus (p. 351 sq. not. 12). Ad quem illud pertinuerit ordinem, nusquam indicatum legimus. Neque ulla ejus (si locum Auctoris nostri excipias) alia nobis obvia fuit in monumentis vetustis memoria. *Fragmentum Palmsköldianum* ejus fundati, inter merita *Beronis,* non meminit. Quam parum accuratam VASTOVIUS hujus Coenobii tenuerit notitiam, vel inde liquet, quod illud (*Corsense* appellans) in *Alandia* collocavit, cum *Kökarensi* sine dubio confundens [79])? Unde occasionem arripuit RHYZELIUS [80]), (valde pronus ad ea quae de Monasteriis

---

ënsi) „nw fore XXX aar etc.“ Quo igitur tempore adhuc unicum in hac urbe fuisse patet. Caeterum monumenta quaedam ad Coenobium hoc pertinentia typis impressa habentur in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1789 p. 360 sq. et a. 1793 N:o 43.

[79]) *Kökarensis* enim, quod unicum fuisse in Alandia constat, omnino non meminit: unde, cum *Koroisensis* illius nullam in monumentis suis aliam reperiret memoriam, atque nominis utriusque aliquam deprehendere similitudinem sibi videretur, ad *illud*, per famam notius, quae de *hoc* in veteri aliquo indice Episcoporum Aboënsium (uno ex illis quibus Auctor noster significat se usum?) commemorata legerat, applicuit, atque hinc Coenobium illud Alandicum *Virginibus* fuisse dedicatum scripsit, quod *Fratrum Franciscanorum* fuisse alii existimant, nec hi tamen certissimis nixi argumentis? Cfr. RHYZELIUS (l. c. p. 306 sq.) et TÄRNSTRÖM Diss. *de Alandia* (Ups. 1739, 4:o) P. I p. 37 sq. An ulla alia ratione quam infelici etymologia ductus, RHYZELIUS *Kökarense* Monasterium etiam *S. Crucis* fuisse dictum statuerit, ignoramus. Caeterum VASTOVII *Notitia* illa *Monasteriorum* vitiis omnis generis (ut orthographiam nominum haud loquar) scatet: sic Coenobium *Raumoënse* ad *Fratres Ord. Praedicatorum* pertinuisse, falso asserit. Longe autem adhuc imperfectior *Catalogus* ille est *omnium in Scandia Coenobiorum* quem exhibet MESSENIUS *Scond. illustr.* T. IX C. XXIX, in quo pleraque Fennica, ab ipso alias commemorata, desiderantur.

[80]) *Monasteriol.* L. VIII C. IV. Multa etiam alia de hoc Coenobio, sine ulla idonea ratione, idem fingit: Episc. *Beronem* et ipsum ei reditus dedisse et ab aliis dandos procurasse, quos

diversis in diversis monumentis obscurius memoriae prodita reperit, in unum conjicienda) de loco ejus dubium nectendi. Caeterum situs villae Episcopalis *Korois*, quam Auctor noster designat, dubius non est; ubi vestigia aedificiorum (eo loco ubi amnes *Aurajoki* et *Vähäjoki* confluentes linguam, en landstunga, formant) adhuc visuntur: sed quae non Coenobii, verum Curiae veteris Episcopalis, nos esse putamus[81]. Hariolatio RHYZELII (l. c.), qua nomen Fennicum *Korois* (pluribus in terra nostra praediis ex situs similitudine commune) a Svetico Kors (Lat. *Cruce*) deducit, valde aliena est. Ac licet mirum obveniat, Auctorem nostrum (sive etiam superiorem testem, quem ille secutus fuit?) Aboae, intra seculi fere spatium quo *Bero* Episcopus vixit, degentem, in tali re parum clare vidisse, vel eandem minus accurate exposuisse; non possumus tamen quin huic suspicioni indulgeamus. Nempe *fundasse* quidem *Beronem (in Korois) Coenobium Virginum*, h. e. consilium ejus condendi cepisse, ac fortassis initium quoque consilii sui exsequendi fecisse, existimamus[82]; sed neque illum, morte praeventum, perficere illud valuisse, neque successorem suum illud continuasse: unde brevi consenuerit? Descripsit tamen JUUSTENUS verba Chronici, qualia in exemplo a se adhibito erant; ante consilium illud abjectum, sine dubio, in honorem Episcopi meritis suis apposita? Quomodo de quibusdam aliis institutis, quondam factis, quae suo aevo jam interierant, veterum

---

testamentis et donis posteri deinde auxerint; eundem Episcopum *Moniales Ordinis Dominicani ex Coenobio Virginum Aboënsi* huc traduxisse, etc. Quae mera sunt somnia.

[81]) Cfr. supra p. 352 not. 12. Valle etiam horum ruderum auget RHYZELIUS magnitudinem et laudem, cum in agro praedii Korois reperiri scribit „rudera, spår och lemningar *efter* „*ett Kloster*, (hoc sane non apparet), *at the än therefter öfrige* „*stenhögar kunna synas intil Staden.*" (l. c. p. 303).

[82]) Annum 1400 huic instituto (supra p. 351 sq. et 402 sq.) tribuentes, quem JUUSTENUS nullum indicat, MESSENII et RHYZELII assertis abrepti sumus: qualia nonnulla quoque alia παροράματα ad calcem operis uno loco singula correcta sistemus.

uctorum (praedecessorum suorum) qui Chronicon hocce ensim composuerant, narrationes non eliminavit [83]), nec ıdicia eorundem, quamvis a sua mente saepe aliena, supprimenda judicavit [84]). An vero, cum hoc Episcopi *Beronis* ropositum, tum alia secuto proxime tempore varie inita ovi Monasterii aedificandi consilia [85]), ut praeparatoriae aussae atque occasiones *Nådendalensis* illius tandem conendi, spectari debeant, non aeque patet [86]). Non tamen nprobabile putes, vel *Korois* pro *Reso* culpa librarii in extum sive Auctoris nostri sive vetustioris quod exscripsit xempli irrepsisse, vel collocandum quidem primo, ex mente *Beronis*, in *Korois* (Ecclesiae S. Mariae s. Rendämäkiensis) Coenobium, deinde in alium locum, Ecclesiae Resoënsis, ransferri placuisse, ut idem tamen fuerit cujus non multis erius annis (tertio seculi XV decennio), nomine *S. Annae* ısigniti condendi consilia, agitata fuisse, indubium est? ive haec postea, Nådendalensis illius fundandi studio *Magni* mentem vehementius occupante, abjecta penitus fuerint, ive cum posteriori instituto coaluerint, atque in illud plane bierint? Non significant quidem expresse monumenta quae actenus nobis innotuerunt, utrum fratribus an sororibus Coeobium illud *S. Annae* habitandum fuerit assignatum [87]).

---

[83]) Ex. g. de Altari *XI mille Virginum* ab Episcopo *Olavo* recto atque fundato: de quo cfr. supra p. 475 et 483.

[84]) Cfr. quae monuimus Praefat. p. 6, et ad vitam *Magni I* p. 375. Etc.

[85]) Cfr. supra p. 401—404, 436 sq.

[86]) Cfr. supra l. l. c. c. Ex quibus liquet, Coenobium llud *S. Annae*, cujus aedificandi consilia tribus primis seculi XV decenniis ferbuerant, circa medium seculi jam occidisse.

[87]) Res minime esset dubia, si verba quae de testamento *Matthiae* Pastoris in Jomala (huic, ut putamus, Coenobio, non Aboënsi illi quod omnino exstitisse non credimus, facto) habet Rhyzelius (*Monasteriol.* p. 291) -- år 1414 testamenterat til detta Jungfru-kloster sin gård etc. ex ipso testamento esse hausta, et non ex conjectura addita, nobis constaret: sed valde suspicamur, parum iis esse fidendum; nec nisi exemplo testamenti collato, argumentari inde quidquam in hanc rem audemus. — [Quae

Uti neque ex verbis Senatus consulti Telgensis a. 1480 facti, cujus particulam legendam exhibet Rhyzelius (Monasteriol. p. 223), tuto existimari potest, utrum Monasterium illud Ordinis Dominicani, de quo condendo Finlandiae incolae diu sategerant, vel fratribus vel sororibus concedendum in animo habuerint [88])? Nihil tamen impedit, quo minus Virginibus destinata fuisse credamus, adeoque haec molimina cum reliquis hujus generis, hoc tempore susceptis, componamus?

De *bello Russico*, Episcopi nostri aetate Fenniam infestante, supra jam commemoravimus (p. 523 sq.): de quo nihil Historici nostri habent. In Actis praeterea atque monumentis olim in R. *Archivo Antiquitatum* (hodie in Bibliotheca Regia Stockholmiensi) asservatis, apographon oculis usurpavimus *Induciarum a. 1468 Dominica Palmarum cum Russis factarum, per annos quinque duraturarum*: de quibus item altum apud Historicos nostros est silentium. Neque Russici, quos quidem nobis consulere licuit, meminerunt. Continuatos hostiles hosce motus ad annum usque 1468, (parum quidem a nostrorum parte acriter, internis interim dissidiis occupatorum), facile colligitur; et post quinque Induciarum annos elapsos, adeoque circa a. 1473, rursus erupisse, eo est magis verisimile, quod et a. 1475 castrum *Olafsborg* (s. Arcem Novam) ab *Erico Axelii Tott*, ad Savolaxiam contra *Ruthenorum insultum* tutandam, exstructum fuisse [89]), supra didicimus (p. 526, cfr. p. 489), et ex literis Senatorum Regni,

dubitatio per literas ipsas Testamenti (quas *Foliis Hebd. Aboens.* 1796 N:o 7 inseruimus) ubi aperta fit mentio *sororum* illius Claustri, prorsus evanescit.]

[88]) Fatemur igitur, quod monasterium illud *fratrum Praedicatorum* appellavimus, non omni dubio vacare: sed verba Predike-Ordens kloster ad hanc inprimis sententiam amplectendam proniores nos fecerunt.

[89]) Opus belli tempore fuisse conditum, vel conditoris verba satis docent, qui in literis citatis scripsit; --- „och när arbetis „folket moste fara efter sand, steen och kalck, då måste jag „hafva en roote med hvar pråm, och 12 eller 14 mine egne „tiänare med harnesk oc hvärjor för Ryssarnes skuld“.

circa haec tempora datis [90]) de calamitatibus edocemur quibus miseri majores nostri per saevitiam hostium afflicti sint, cui resistendae atque compescendae parum efficacia adhibita fuisse consilia reperiuntur [91]). Nec cito hoc bellum resedisse, sed per annos bene multos saeviisse, tristibus infra testimoniis confirmabitur [92]). Interim paullo tamen

---

[90]) Apud HADORPHIUM, *Bih. til Rijm-Chrönik.* p. 288 sqq., quibus nulla quidem adscripta esse nota temporis reperitur, sed quas ad haec tempora pertinere, facile docetur.

[91]) Episcopum *Conradum* (*Carl* apud Ill. VON DALIN *Sv. R. Hist.* II D. p. 786, manifestus est error typographicus) Dominum *Ericum Axelii,* et plures honestos viros Finlandenses, Clericos et Laicos, literis ad Senatum datis graviter esse, nomine incolarum, conquestos scribunt, de saeva Russorum crudelitate, inprimis in illis qui proxime ad fines hostium habitabant, exercita: cujus rei testes, in Sveciam profecti aderant *Ericus Axelii, Praepositus* Aboënsis aliique multi illius regionis incolae. Auxilium autem quod petierant, quodque promissum illis fuerat, *non accepisse* (contra ac apud Dn. VON DALIN l. c. legitur: -- „begärte och *erhöllo undsättning*") ipsae literae loquuntur; ex quibus patet, militum nihil, commeatus parum, idque *nimis tarde,* fuisse transmissum, Fennis qui in praesidio arcis Wiburgensis impositi erant dividendum.

[92]) De crudeli Russorum irruptione a. 1479 facta, MESSENIUS *Scond.* T. IV p. 38 et T. X p. 21 commemorat: fontes suos ignoramus. Quam ille addit (T. X p. 21) post *Olavum Petri,* observationem, hanc irruptionem factam fuisse, postquam *Johannes Basilius,* (Basilides, *Iwan Wasiliewitsch I) Novogardensem Ducatum* (Civitatem) *modo sibi subjugasset* 1478: (cfr. MÜLLER *Samml. Russ. Gesch.* V B. p. 447-478); ea magnum trahit momentum. Demonstrat enim bella Russica, quae hactenus cum solis fere Nowgorodensibus gesta fuerant, atque saepe non nisi impetus praedonum erant, spoliandi caussa a barbaris vicinis suscepti, posthac multo formidolosiora, utpote a Monarchae potentis ducibus administrata, facta fuisse; rem exitus docuit. Quod suspicantur nostri Historici (vid. v. DALIN l. c. p. 786) R. *Christianum* hos in patriam nostram hostes suscitasse, (more quo filium suum *Johannem* usum fuisse constat, qui *paternum affectum* in subditos, in quos imperium, h. e. facultatem benefaciendi curamque salutis eorum tuendae affectabat, illo studio pie demonstravit!) id nullis idoneis confirmatur rationibus; nec sane Russi illis stimulis opus habebant.

diligentiorem validioremque, antequam noster e vita discederet, opem Fennis praestitam operamque hostibus castigandis adhibitam fuisse, ex felici quam circa a. 1480 *Ericus Axelii* in Russiam suscepisse dicitur expeditione [93]), in-

[93]) Scribit *Olaus Petri* (*Chron. Svec.* MS.) „Och tu åår „therefter" (post a. 1477 quem proxime indicaverat, itaque a. 1479?) „foor Her *Erich Axelson*, medh thet folk Herr *Steen* ho- „nom tilskickat hade in i Ryssland, vel 20 eller 30 miler, och „gjorde ther stoor skada: han slog ihiäl både folk och fää, man „och quinno, unga och gambla, til ganska mong tusend. Hade „och Ryssana något tilförene gjort stoor skada in i Finland." Morem igitur bella gerendi a vicinis suis nostri didicerant, non illum sane laudandum! Apud MÜLLERUM (l. c.) nihil de hac expeditione occurrit. MESSENIUS qui illam a. 1480 factam fuisse dicit, (T. IV p. 38, T. X p. 21) nunc XXIV nunc XX tantum millia militum (satis puto liberaliter!) Duci Svecorum tribuit, cujus haec gesta magni laudem imperatoris ei vindicare haud credo! Caeterum de hac expeditione ab *Erico Axelii* suscepta, nihil prorsus habet *Chronicon Rhythmicum* majus; ubi contra (ex MS. *Bureano* p. 518 sq.) de copiis a Prorege *Stenone* in Fenniam duce *Erico Carlsson* (Wase) et *Nicolao Sture* contra Russos missis, commemorabilis sane legitur narratio; de qua silet plane MESSENIUS. Series rerum, susceptam fuisse maturius quam illam a MESSENIO commemoratam, atque mox, ut videtur, post quinquennales inducias finitas, ostendit. Russis pacem offerentibus (quae res valde videtur probabilis, Novogrodensibus tum et turbis internis et metu magni Ducis Russiae sibi iratioris, fractis ac perculsis), *Nicolaus Sture* illam concedendam putabat, et foedus cum iis faciendum; sed ferocior *Erici* animus bellum, vindictam et praedas praeoptabat: unde *ille* domum reversus fuit, *hic* per triennium fortiter contra Russos bellavit. Num diversae hae ab *Erico Caroli* et *Erico Axelii* contra Russos susceptae erant expeditiones? Aut num potius idem utriusque ducis nomen (quorum uterque in Fennia versatus aliquamdiu fuit) confundendis eorum gestis occasionem dedit, turbisque hinc in hanc rem inferendis? Nihil definio; aliis diligentius rei examen commendans. — Anno ante mortem Episcopi nostri proximo (1488), Proregem *Stenonem* ipsum contra Russos, Fenniam infestantes, expeditionem movisse atque molestum hunc hostem castigasse, tradunt MESSENIUS (T. IV p. 45, T. X p. 22) et VON DALIN (l. c. p. 810 sq.): qua de re nihil apud vetustiores reperio. De formidoloso autem quod paullo post, a perpetuis his Fenniae

telligere licet. De quibus rebus uberius exponere, instituti ratio non permittit.

Pro *Arcium* praecipuarum numero in Quatuor Provincias principales, a suis singulas Praefectis administratas, (qui tamen in fide potentioris alicujus ex optimatibus viri, feudi quodam jure easdem tenentis, saepe erant), Finlandiam his temporibus fuisse divisam, constat; *Aboënsem* videlicet, *Tavastburgensem*, *Wiburgensem* et *Raseburgensem*. *Olofsburgensi*, ditio nisi admodum exigua, nondum fuisse tributa videtur; *Korsholmensis* nulla in monumentis nostris occurrit mentio, ita ut dubium haberi queat, utrum Ostrobotnia peculiari paruerit Magistratui, an ad provinciam aliquam superius memoratarum, pertinuerit?

Praeter Urbes antiquiores *(Aboënsem, Wiburgensem, Ulfsbyensem)*, *Borgoënsis* quoque (ante a. 1424), *Nådendalensis* (ab a. 1441) et *Raumoënsis* (ante a. 1442) hoc aevo jam innotescere incipiunt [94]); exigui licet momenti et mercaturam et caeteros quaestus urbanos in iisdem exercitos, fuisse credas [95]). Caeterum, cum hac aetate consilia de impotenti frangenda Civitatum Hanseaticarum in mercaturam urbesque patrias dominatione, iniri coepta fuissent [96]),

---

hostibus, motum fuit bello, infra, in vita Episc. *Magni III* commemorabimus.

[94]) De Urbe *Borgoënsi* cfr. Diss. Dn. MAGNI ALOPÆI *(Hist. Urbis Borgoae)* P. Pr. p. 20; de *Raumoënsi* Disp. cit. Dn. MELLENII *(om Staden Raumo)* P. Pr. p. 9 sqq.; de *Nådendalensi* Diss. cit. D:ni RANCKEN (*Coenobii Nadhenadals* Hist.) P. Pr. p. 15 et 23.

[95]) Ad coenobitarum commoditatem opifices atque mercatores quosdam in vicinia eorum privilegiis et lucri spe allectos, sensim sedes fixisse, indubium est. Propinquitas autem urbis Aboënsis magnas spes concipere illis non permisit.

[96]) Vid. VON DALIN l. c. p. 780. Mirum sane est, caedem audacem et atrocem quam Germani Stockholmiae a. 1389 fecerant, maturius oculos nostris non aperuisse, et de periculo noxaque turpis hujus instituti edocuisse, quod nostrorum ruditas et in rebus ad urbium commerciorumque administrationem pertinentibus imperitia, necessarium fortasse primis temporibus reddiderat.

turpemque aboliri morem Senatui Regni sapienter placuisset, (quo dimidia pars Magistratuum Consulum atque Senatorum) qui urbi cuique praeessent, hominibus constare nationis Germanicae deberet [97]); etiam nostris his in oris eundem sublatum fuisse abusum, animadvertimus.

Literarum facies eadem quae superiori aevo, fuit. Schola Cathedralis *Aboënsis* [98]), cui accessisse sensim Claustrales Wiburgensem (Dominicanorum?) et Raumoënsem [99]) Franciscanorum reperimus, juventutem patriam doctrinae rudimentis, pro more temporis, instituere pergebant; ad cujus opes augendas, qui majorem eruditionis famam amplioraque munera ecclesiastica spectabant, exteras deinde Academias haud pauci adibant [100]). An aliqua apud *Nådendalenses*

[97]) Cfr. supra p. 474 not. 148. Hinc inter Consules et Senatores Aboënses sec. XIV et XV tot reperiuntur Germani: *Alb. Nyendorp, Matth. Skalenberg, Henr. Finckenberg, Hannes Koortzhagen, Bern. Grothe, Brandh Lamppen, Hans van Hamelen, Hannes van Asken* etc. etc. Ac multae familiae Germanicae perpetuas deinde in urbibus nostris sedes fixerunt. Sic annis jam 1322-1330 occurrit *Marquardus Fleeg*, a. 1373-1397 *Hartika Fleeg*, a. 1443 *Olavus Fleeg;* a. 1431, 1439, 1448, 1449 nominatur Consul Aboënsis *Jac. Frés* vel *Freese;* a. 1414 *Henr. Fanth;* a. 1439 et 1442 *Laur. Dobbin*, etc.

[98]) Cui a. 1480 praefuisse reperimus Magistrum *Magnum Johannis (Mesther Magnus Johannis, Scolamesthare)* qui simul fuit *Capitularis;* cf. supra p. 522 not. 50, atque p. 426, ubi inter *Canonicos* enumeratum reperimus, qui *Confraternitati Trium Regum* nomina sua dederunt. Cfr. praeterea Literae Episcopi *Conradi* supra p. 507 sq. not. 35.

[99]) Quo tempore vel haec vel illa fuerit condita, nos latet. In literis tamen a. 1409 scriptis (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 246) commemoratur *Jop Jönisson Scolemestare j Wiborgh.* Dubium autem videri potest, an Schola illa *Monasterialis* fuerit? Sub tempora reformatae apud nos Ecclesiae, utramque Scholam inprimis floruisse reperimus: qua de re infra.

[100]) Observavimus supra p. 426 not. 63 (cfr. p. 462 not. 131), non paucos inter viros ecclesiae nostrae praecipuos *Magistri* fuisse nomine honoreque ornatos, adeoque Academias, extra patriam sitas, adiisse; atque laudatis antea exemplis addere possumus Magistrum *Arvidum Jacobi*, Archidiaconum, de quo mox,

Schola floruerit, (cfr. VON STIERNMAN l. mox citando, *Tal* etc. p. 108) rescire non potuimus: literatis autem, pro ingenio seculi, monachis non caruisse, vel notae ad nostram quoque aetatem famae vir *Johannes Budde,* suo confirmat exemplo; qui illic et Wadstenae per vices degens, plura diligentiae suae reliquit specimina [101]).

---

nec non Magistrum *Haquinum Andreae* Canonicum Aboënsem (a. 1452-1472), qui Altari S. Catharinae domum legavit: ex familia nobili oriundum fuisse vel inde colligas, quod avunculus suus fuit *Magnus Frille*, quem filium fuisse *Christiani Frille*, Legiferi Fenniae Australis asserunt (vid. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II MS., L. V, C. 3 in *Fol. Hebd. Ab.* 1785 Append. p. 206), de quibus infra. Inter cohaeredes suos praeterea occurrunt *liberi Christiani Frille,* nec non *Thordo Carpalainen, Magnus Balk* etc. Anno 1489 e vivis jam decesserat. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 195). — Magister *Petrus Benedicti,* Canonicus Ab., qui supra p. 426 inter sodales *Confraternitatis Trium Regum* comparet, a. 1459 Testamentis *Arvidi Clauusson* subscripsit (supra p. 387 et 408 not.) — Notari autem meretur, uberioris hos eruditionis studiosos, publico popularium suorum subsidio haud omnino caruisse videri: nam in libro rationum Capituli Aboënsis (eo de quo supra p. 267 not. 98, s. p. 423 sq., p. 483 not. 19, et p. 498 not. 27) R. Gustavo I redditarum, dicitur: „*Student Smöret* „görs uth aff Loyo (Socken) VIII tunnor, aff Wictis IV tr., aff „Kirkeslet (paroeciis Nylandiae) 6 tr.“ Observatur porro, ex his XVIII tonnis, II tum censui Regio a *Gustavo I* imperato (Taxan) fuisse assignatas, adeo ut nonnisi XVI Studentibus remanserint. Tandem additur: „Item Smöred aff Kirkeslet är Capitels „samfelt Smör: *och unsettes ther af understundom Studenterne,* „när icke Capittelet hafuer noghen synnerligh uthferdh i Rijg-„xens ärende, nemplich til Rydzland etc., eller och medh Bisco-„pen till Stocholm eller noghen annen samquemd i Rijkith, på „Kirkens vegna:“ Cum hi *Studiosi* (Studenter) a *Scholaribus* (Dieknar) distinguantur; non possum alios commode intelligere, quam qui exteras adierant Academias?

[101]) De operibus Monachi hujus literariis agit VON STIERNMAN *Tal om de Lärde Wetenskapers tilstånd* etc. p. 23, et diligentius LOENBOM *Utkast til en Historia om Svenska Bibel-Öfversättningar* p. 14-17, (cfr. *Hist.* nostra *Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* §. 31, XXXIX). Cum autem praeter scripta ibi recensita, etiam alia supersint (ejusdem fere pretii, versiones ex idiomate

Honores Ecclesiasticos praecipuos, per octo lustra quae tetigimus, ab abdicatione *Magni* ad mortem *Conradi* Epi-

---

Latino, in gratiam Monialium factae) in volumine chartaceo, formae 4:tae, in Templo Cathedrali Aboënsi (ut illud quod Bibliotheca Acad. jam possidet volumen) reperto, et a. 1758 ad R. Archivum Antiquitatum transmisso, eorum recensionem, ex Catalogo egregio ejusdem Archivi (cujus opes magnam partem in R. Bibliothecam Stockholm. nunc transierunt) a Nobiliss. Carolo Reinh. Berch diligentissime facto exscriptam, subjungere placet, (Vol. A. 38):

„*Anshelmi Elucidarius* på Svenska, med mera. — Fol. I. „*In nomine patris et filii et spiritus sancti. Incipit Elucidarius.* „*Här byrjas een book, som kallas Elucidarius, ok utthydes här* „*först Prologus Misticus eller Dichtarens förtalan eller föroord* „*i bokena i sva mattho. Rogatus sepe a condiscipulis. Jak offta* „*bidhin aff mijnom sambrödhrom at uthtyda nogre klook ok lön-* „*ligin spörsmaal i the helga scrifft ok kenädome, ey ytermere* „*förmaandes genstridha* etc. Obs. Denna absurda explication in- „das Fol. 48 v. *Lyktas Elucidarius, hvilka dichtade S:tus An-* „*selmus ok uttyddes i Nadhendall aff broder Jenes Räk eller* „*Budde a. D:ni MCDLXXXVII.*

„Fol. 49 med en annan hand något på Latin otydeliga „skrifvit om Psalterii härliga värkan. Nederst: *Oretur pater no-* „*ster s. Ave Maria pro scriptore Fr. Erico Nicolai, Ordinis* „*Minorum.*

„Fol. eod. v. Med samma hand et Fragment af en Exe- „gesis öfver Mariae Litania.

„Fol. 50 börjas åter broder *Räks* hand, med *S:ti Juliani* „och *S:tae Basilissae* lefverne och undervärk, som slutas Fol. 65 „verso. *Thenna scrifften utthydde broder Jenes Räk eller Budde* „*i Nådendals closter a:o D:ni MCDXCI.*

„Fol. 66. *Tundalus, ok hans syn ok openbarelse.* Slutes „Fol. 84 verso, med dessa ord; *Lyktas eens syndogh mands* „*openbarelse, Thungulus aat nampne. Akte hvar christen men-* „*niskia ok serdeles renlifve personer, Munka ok Nunnor, huar* „*sith lifuerne, ok huar syna återlön i ondhom ok godhom gier-* „*ningom, fforthy scal, som ingen ey the minsta gierningh bliffuer* „*utan aterlön i ärono, sva ok ey minsta syndh uthan hempndh i* „*pynono. Loff ok ära vare Gud nu ok everdeliga amen. Frater* „*Jens Räk scripsit hec.*

„Fol. 85. *Guidonis siels openbarelse.* Slutes Fol. 100 med „thenna suck: *Ac lys oc tu Guidonis siell, Bed for allom tik*

coporum (a. 1450-1489), in Finlandia administrasse repeiuntur: I. *Archi-Praeposituram*, noster M. *Conradus (Bitze)*,

---

vilia väll, At the effter liffuets ändha Maghe med tik i hymerike lända. Thetta screff broder Jönes Räk, Utan at scrifften är allom otäkh. A:o D:ni MCDXC primo facta sunt haec.

„Fol. 101. *Udo Biscop hans lefverne ok ändalykt.* Slutes Fol. 108 med sådana ord: *Gudi vare loff ok ära, ok hans värdogaste modher, Jungfru Maria, som med thennes ena usla mandsens eftersyn andra vilia frelsa ok forvara, at the maghe undfly dieflarna skara. Amen.*

„Fol. 108 verso. *Här begynnes S:ti Bernardi Thenkelse Bok* (Meditationes S:ti Bernardi). Går til Fol. 124. Skrifuit a:o. 1491.

„Fol. 124 v. *Aff S:to Alberto Biscope.* Ändas Fol. 126.

„Fol. 126 v. *Aff XII gyllene Fredagom.* Hvarom säges Fol. 128 v. *Huar een thenna XII Fredagar fastar om aaret, ther till haffuer S:tus Gregorius Pafve giffuit stort afflat; som är M aar oc VII aar ok XX Karena etc.* -- Lacuna.

„Fol. 129 felas början af et företal om Svenska Helgon.

„Fol. 130. *Aff helga Fru Kadrin S:te Birgitte dotter*, til 65. Detta innehåller intet annat än sådant som redan står i *Vastovio* och *Messenio*. Altsammans med samma broder *Räks* hand. Sidsta bladen saknas, hvilka dock icke lära hafva innehållit annat, än slutet på Miraclen efter fru Kadrins död."

Cfr. Lagerbring *S. R. H.* III D. p. 827 sq. not. (5). Ex iis igitur patet, Monachum hunc diligentiae laude prae aliis sui aevi apud nos Caenobitis praecipuae, haud fraudandum, (licet argumentis laborem impenderit parum dignis), nomine gemino et *Räk* et *Budde* appellatum fuisse; quod olim nobis non constitisse, l. c. significavimus. — Caeterum plures Monachos Wadstenenses, qui Nådendalense quoque aliquando Monasterium habitasse repeiuntur, literis, pro temporis et situs sui ratione incubuisse, constat. Sic in *Diar. Wadsten.* p. 96 legimus: „Sabbatho ante Dominicam Reminiscere obiit *Finlandiae* fr. *Johannes Borquardi* (a. 1447) anno a Professione sua XIX. Hic fuit *bonus Scholaris*, scriptor, *legista, sermocinator bonus*, habens proferentiam bonam." Ac conjicere quis possit, fratrem *Thornerum Andreae*, eum qui in caussa Padisensi testimonium dixit (quemque igitur in Finlandia olim habitasse oportet), eundem fuisse *Thorirum* vel *Tyrrerum*) Andreae, cujus de Wadstenensi instituto merita, in *Diario* laudato pluribus locis celebrantur (vid. p. 11, 24, 33, 34, 39, 51, 59), quique sua pecunia libros Parisiis emisse atque

Episcopalem inde evectus dignitatem, M. *Henricus Freese*, cujus nulla alia, quantum scimus, memoria superest, nisi quod inter socios *Confraternitatis Trium Regum* nomen suum (proxime ante M. *Magnum Nicolai)* occurrere supra p. 425 vidimus [102]), et M. *Magnus Nicolai (Stiernkors)* proximus *Conradi* nostri in munere Episcopali successor, de quo mox plura. (Cfr. supra p. 505, not.). II. *Archidiaconatum, Nicolaus Muulle* [103]), *Sigfridus Olavi* [104]), et M. *Arvidus Jacobi* [105]). III. Inter *Oeconomos* Ecclesiae Cathedralis occur-

---

Monasterio suo donasse dicitur. Cfr. de eodem Diss. AD. FRID. KJELLIN (Praes. Nobil. LAGERBRING) *de statu rei Literariae in Svecia per tempora Unionis Calmariensis* (Lond. Gothor. 1772) p. 32.

[102]) Ex eadem sine dubio gente ac Consul ille Urbis Aboënsis, de quo nuper, not. 97.

[103]) In literis a. 1440 datis vocatur *Herre Niles Mulle, Canik j Abo* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 186 init.), et in testimonio Notarii Publici a. 1454 perscripto „Dominus *Nicolaus Mulle, Yconomus nec non Canonicus* Ecclesiae Aboensis“ (Ibid. Fol 40). In literis autem a. 1477 datis audit Herr *Niles Muulle fordom Ärchidegn* j Abo (Ib. Fol. 187). Unde patet, circa medium seculi (inter a. 1454 et 1464) honore Archidiaconi auctum fuisse; quo fungens *Confraternitati Trium Regum* nomen dedit (supra p. 425).

[104]) Caeterum nobis ignotus, nisi quod in catalogo sodalium *Confraternitatis Trium Regum*, inter Archidiaconos, proximum locum post *Nicolaum Muulle* occupat (l. c.). Fieri autem potest, ut serius vixerit? nam post eum mox adjungitur *Magnus Griffoth* (vel *Grisefoth*), quem initio seculi sequentis (a. 1501) eidem huic muneri praefuisse, infra videbimus.

[105]) In literis a. 1464 datis, vocatur „hederlighen Herre, *Mester Arvidh Jacobi, Archiaedegn* j Abo“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 217): unde *Nicolao Muulle* successisse conjicimus, licet nec repugnaturi simus, si quis huic superiorem fuisse, docuerit? Vixit adhuc a. 1467 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 95). Quominus *Arvidum Kurck* (postea Episcopum) fuisse eundem suspicemur, obstat primum aetatis ratio (cum anno demum 1510, 46 annis serius, Kurckium ad Episcopale evectum esse fastigium novimus, in quo ultra 10 permansit annos); deinde quod *Magistri* titulo Episcopum hunc nullibi ornatum reperimus. Sed de eo infra. Dn. BÅNG *Tavastiska Släcktens Ättaretal* (post Nob. STIERNMAN, vid. Tab. Geneal. in Annott. ad PETRI NIGRI Hist. Episcopor. Arosiensium

idem *Nic. Muulle, Petrus Henrici*[106]), *Johannes Suu-*[107]) et *Petrus Petri*[108]). IV. E reliquorum cohorte

---

') hunc M. *Arvidum Jacobi* e gente *Tavastica* fuisse asserit, *Jacobi Niclisson*, *Magni II* Episcopi ex fratre nepotis; quo non dicam: nam Genealogiis istis, nisi ubi indubiis veterum rum testimoniis confirmantur, magnam non tribuimus fidem. supra p. 376. not. 4. — [Hunc M. *Arvidum Jacobi*, Archinum, fratrem fuisse Legiferi *Hartichini* (Hartwig Japson), a didicimus. Vid. infra. Quod autem de Episc. *Arvido* (alio prorsus ab illo) additur, illud etiam infra emen- n legitur.]

[106]) Hunc a. 1455 Oeconomum fuisse Ecclesiae Cathe-, annotatio docet successoris in munere, *Petri Petri* (de quo *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 20 legenda. Anno 1460 jam e vita sisse, literae ostendunt *Petri Karpalainen* Judiciales hoc datae, in quibus legitur: --- „j Herr *Pedher Henricssons* na, *Gud hans siäll nodhe*, som tha var *Domkirkionna Syz-na*". (Ibid. Fol. 97). Proximus itaque successor fuit *Ni- Muulle*, quem a. 1454 aut 1455 Archidiaconatus dignitate m fuisse, hinc colligitur.

[107]) *Jönis Supalt.* (Vox Fennica *Suupaltti* significat *loqua- dicacem*). Annis 1460-1464 huic praefuisse muneri reperitur. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 97, 131, 137 etc.

[108]) Munus hoc annis 1466-1471 administrasse, Annota- suae in *Registro Eccles. Aboënsis* (Fol. 20) reperiundae t, ubi de se in prima persona loquitur: „Ego *Petrus Petri* feci quandam commutationem" etc.; omnia haec sc. ex parte siae Cathedralis. Unde simul colligas, officium fuisse Oeco- rum Ecclesiae, ut monumenta quae ad jura possessionesque muniendas pertinerent, congererent atque conservarent: quo- igitur virorum diligentiae illam quae superest, talium litera- collectionem, sive laudatum nobis toties *Registrum Ecclesiae sis* (descripta talium monumentorum exempla continens) tum debet posteritas! E *Petri* autem nostri Annotationibus lam hoc loco placet adponere: „Anno LXVI:o (1466) con- us est *Nicolaus Justisa* pro sedili Regio erigendo, pro XX cis. — Anno eodem (1466) conductus est *Petrus Murator Kymitto* pro testudine erigenda in Ecclesia cathedrali, a mo choro usque ad turrim, tribus sibi sociis junctis, pro marcis. Levavit 38 marcas, V oras." Ubi mirari primum homines iis temporibus in his oris fuisse repertos, qui tali do operi essent pares. Deinde ad Disputationem illustran-

Canonicorum, sufficit commemorasse, praeter M. *Haquinum Andreae* nuper (p. 543 not. 100) nominatum, *Johannem Tavast* [109]), *Laurentium Skytte* [110]), et *Birgerum Magni*,

---

dam quam supra (p. 483 et 530 sq.) attigimus, de incendio Templi Cathedralis vel a. 1458 vel 1464, vel utroque eveniente, hic locus adhiberi poterit? -- Porro legitur: „Anno LXX:o (1470) „Consulatus et cives Aboenses emerunt unam campanam ab ecclesia cathedrali, ponderantem IIII Skip:d et I lisp:d, et refundebant ecclesie quinque Skip:d cupri cum XXX marcis denariorum. — Anno LXXI (1471) pro ereccione capelle Omnium „Sanctorum una cum testudine, percepit *Henricus Murator* LXX „Marcas et I pecus in valore XII orarum". Caeterum etiam hunc *Petrum Petri* inter socios *Confraternitatis Trium Regum* fuisse, supra (p. 426) vidimus. — Annotationum vero in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrentium quum meminerimus; addere placet, easdem, quae supra (p. 530 not. 67, 68) monuimus confirmare, de exemplis originalibus monumentorum Ecclesiasticorum in Kustoënsi incendio circa a. 1470 destructorum. Tales enim v. g. habentur: „*Quaeratur* (omissum hoc loco monumentum) *infra et in libraria Originaria*", Fol. 140 (similiter Fol. 143: „Litere D:ni Johannis Christiernsson Militis --- *sunt in Libraria*). Quae tamen de Archivo Ecclesiae Cathedralis Aboënsis intelligi possunt. Sed Fol. 157 annotatum legitur: „*Originalia istarum copiarum* (literarum de variis juribus sedis inprimis Episcopalis agentium, in *Registro* nostro descriptarum) *sunt in Kuusto* (ita recte nomen Arcis insulaeque hujus scribitur, male *Kustö*; est enim contractum ex voce Fennica *Kuusisto*, Granskog, silva abietibus constante, ut ex veteri libro fundorum publicorum Provinciae Aboënsis, Jordeboken, didicimus).

[109]) Etiam ille inter sodales *Confraternitatis Trium Regum* (l. c.) comparet, proximo loco ante M. *Petrum Benedicti*. A. 1447 jam erat *Canonicus*. A:o 1454 *Praebendam* habuit *Corporis Christi* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 212); in qua ei a. 1464 successerat M. *Magnus Nicolai* (postea Episcopus), quo anno ille vocatur *Herre Jönis Tavast*, *Canik* j Abo (Ib. Fol. 216 fin.): aliam sine dubio Praebendam, ditiorem, interim nactus fuerat? Nepotem ex fratre *Magni II* Episcopi fuisse, BÅNGIO (*Tavast. Släcktens Ättaretal*) facile credimus; ac confirmat VON STIERNMAN *Annott. ad* PET. NIGRI *Hist. Episcopor. Aros.* p. 87. — [De *Johanne Tavast*, Canonico, (cfr. supra p. 385 not.) postea didicimus, eum peregrinationem religiosam ad Sepulchrum Christi fecisse. In *Opere* enim *Diplomatico Örnhjälmiano* (in R. Biblioth.

Archipraepositum Upsaliensem ac postea Episcopum Arosiensem [111]).

Stockh. E. 20) habentur Literae a. 1467 datae a Senatore urbis Aboënsis *Brand Lamppen*, ex quibus patet, hunc anno proxime praecedente, sententia Summi Tribunalis Finlandensis *(Landsrätten)*, cui praefuit ipse Dn. *Ericus Axelii* (Tott), *Regni administrator*, praesentibus Episcopo *Conrado*, *Johanne Christierni* Equite, *Johanne Olavi (Jusse Oloffsson) de Kariskylä*, et *Hartichino Jacobi* atque *Christiano Frille* Legiferis, jus nactum esse in bona dicti Canonici praedialia, pro 100 Florenis Rhenanis *(Rinska Gyllen)* quos huic, ad Sanctum Sepulchrum profecturo, mutuos dederat. Cum autem *Lamppen* tantundem pecuniae haeredibus deberet D:ni *Olavi Tavast;* quod jus ille in praedia Canonici (praesente *Henrico Tavast* aliisque) obtinuerat, illud in virum Nobilem *Nicolaum Tavast* transtulit.]

[110]) E nobili et vetusta gente, quae Praefectos Arcium Canonicosque Ecclesiae Aboënsis plures, atque Episcopum unum, Fenniae dedit. Cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109, 143, 164, 215 etc.

[111]) De quo cfr. Peringsköld *Monum. Ulleraker.* p. 195; Petri Nigri *Hist. om Westerås Stifts Biskopar* p. 18 et 72 sq.; Rhyzelius *Episcoposc.* p. 258, qui neque ignoravit illum Canonicum fuisse Aboënsem: qua ornatum dignitate nos rescivimus ex duobus exemplis *Instrumentorum*, ut vocantur, *publicorum*, quae in *Registro Ecclesiae Aboënsis*, Notarii Publici munita auctoritate et fide habentur. Eorum alterum continet Confirmationem Privilegiorum Cleri, a. 1436 Sudercopiae a Senatu et Magnatibus Regni solenniter factam, apud Johannem Magnum (*Hist. Metropolitanae Ecclesiae Upsaliensis* p. 97 sq.) legendam; de qua cfr. Lagerbring *Sv. R. Hist.* IV D. C. VI §. 18 p. 326: alterum exhibet *Juramentum Militum* (h. e. Equitum Auratorum) a R. *Christophoro* a. 1441 creatorum, quod hactenus integrum typis vulgatum alicubi me vidisse, non memini; quod igitur si apposuero, non ingratam me veterum rerum patriarum studiosis praestiturum esse operam, confido. Sed alterum illud quoque monumentum adjungere placet; quoniam inter exemplum hoc nostrum, et quod Johannes Magnus offert, non omnino levem in quibusdam intercedere varietatem lectionis deprendimus. Tale autem l. c. Fol. 25 habetur: „In nomine Domini amen. Cunctis pateat „evidenter, quod anno a nativitate ejusdem Millesimo quadrin„gentesimo quinquagesimo 4:to, Indiccione 2:da, XXV die mensis „Februarii, hora VIII vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Chri„sto Patris et domini nostri, Domini Nicolai, Divina providencia

De Praefectis Arcium et Provinciarum Fennicarum, nec

„pape quinti anno VIII, venerandus ac discretus vir, Dominus „*Birgerus, utriusque Juris Doctor, Prepositus Upsalensis et Ca-„nonicus Aboensis*, in loco Capitulari Cathedralis Ecclesie Streng-„nensis, in mei Notarii Publici testiumque infrascriptorum pre-„sencia constitutus, produxit in medium, ostendit et ad manus „meas legendam tradidit quandam *litteram protectoriam* de per-„gameno, nobilium virorum, Dominorum Consiliariorum regni „Svecie, Dapiferi, Marscalci, Militum, Militarium et Armigerorum, „de quibus infra fit mencio, eorumque veris, sanis, illesis et in-„tegris *XLVI sigillis* impendentibus roboratam et signatam, non „abrasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte suspectam, „super juribus et legibus, privilegiis, libertatibus et immunitati-„bus Ecclesiarum Cathedralium et parrochialium, aliorumque „quorumcunque spiritualium locorum, nec non et Archiepiscopi, „Episcoporum, Prelatorum, Capitulorum, tocius cleri secularis et „regularis utriusque sexus, ac ecclesiasticarum personarum regni „Svecie; cujus tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

„In nomine Domini amen. Universis et singulis, ad quo-„rum noticiam presens scriptum pervenerit, *Christiernus Niclisson*, „Miles et Dapifer regni Svecie, *Gotzscalcus Bentzson, Nicolaus „Eringislason, Boecius Stenson, Gotzstauus Algotzson, Broderus „Sucnson*, Milites; *Karolus Knutzson* Marscallus, *Niclavus Jönis-„son, Benedictus Jönisson, Karolus Ormsson, Karulus Bonde, Ka-„nutus Jowanson, Benedictus Udson, Ericus Puke, Benedictus Gotz-„scalkson, Nicolaus Stenson, Karolus Cristiernson, Mathias Ödk-„gislason, Boecius Knutson, Olavus Ragvaldson, Gregorius Ma-„gnusson, Magnus Gren, Eringislo Niclisson, Johannes Karlson, „Birgerus Trwlde, Otto Ulfson, Nicolaus Plata, Johannes Gädda, „Henricus Swerdh, Benedictus Ludekason, Suno Swanson* (Suna-„son), *Nicolaus Olafson, Gotzstauus Ulffson, Gotzstauus Stwre, „Thwre Stenson, Ericus Thureson, Ericus Stenson, Faderus Ulff-„son, Haraldus Stenson, Holmstavus Jowanson, Albertus Peccatell, „Ericus Jönisson, Karolus Magnusson, Haraldh Ulffson, Ragval-„dus Magnusson, Nicolaus Krok, Gregorius Niclisson, Magnus Pük, „Laurencius Snakenborg, Sten Päderson*, Armigeri, ejusdem regni „*Consiliarii et Homines*, salutem in Domino sempiternam. Ad „futuram rei memoriam, omniumque et singulorum quorum in-„terest, aut quomodolibet in futurum interesse poterit, deducere „cupimus noticiam per presentes, Quod quia de omnipotentis Dei „singulari et infallibili ordinacione et gracia speciali Regnum „Svecie cum suis omnibus inhabitatoribus, spiritualibus et secu-

non *Legiferis* aliisque viris majoris, per haec tempora, in

„laribus, ad hoc devenerant, quod inposterum poterint et debeant „suis juribus et legibus, privilegiis et libertatibus ac antiquis „laudabilibus consuetudinibus uti pariter et gaudere, prout in „littera placitacionis inter serenissimum Principem, Dominum no-„strum generosum, Dominum *Ericum* Dei gracia Regem Svecie, „Dacie, Norvegie, Ducemque Pomeranie, ex una, et nos ex parte „regni ex altera partibus, prima die Septembris anni presentis „facte Calmarnie, et auctoritate sacrosancti generalis Concilii „Basiliensis, per venerandum Patrem, Dominum Nicolaum, Epi-„scopum Wexionensem, potestatem specialem desuper habentem, „confirmate plenius continetur. Hinc nos pro nobis et nostris „successoribus bona et immobili fide promittimus et in futurum „absque contradiccione et dolo malo firmiter observari volumus, „quod ecclesie cathedrales et parrochiales, Monasteria, Capelle, „Hospitalia et alia quecunque spiritualia loca, Archiepiscopi, Pre-„lati, Capitula et totus clerus, secularis et regularis, utriusque „sexus, regni Svecie, suis eciam juribus, privilegiis libertatibus „et immunitatibus, cum omnibus eorum colonis, hominibus et „seruitoribus, coloniis, bonis et possessionibus, mobilibus et im-„mobilibus, libere frui et gaudere valeant, juxta formam, modum „et tenorem eorundem jurium, legum, privilegiorum et libertatum, „in omnibus suis articulis nullo dempto, prout ea ipsis a san-„ctissimis Romanis Pontificibus, Catholicis Regibus, aliisque po-„tentibus Magnatibus et Ducibus data et concessa sunt usque ad „presentem diem, et in futurum, auctore Domino concedentur. „Quorum tenores omnes et singulos, cum omnibus suis clausulis, „hic habere volumus pro expressis. Hanc autem nostram appro-„bacionem et ratihabicionem pro nobis et nostris successoribus „et heredibus adiicimus, et quantum in nobis et in ipsis est, in „perpetuum inviolabiliter observari volumus, nec in aliquo con-„traire: ad laudem et honorem omnipotentis Dei sueque gloriose „Matris, et specialiter Patronorum hujus regni, ad exaltacionem „orthodoxorum fidei, nec non ad bonum et tranquillum statum „tam ecclesiarum quam ecclesiasticarum personarum, ut eo libe-„rius et deuocius quo quiecius, divino cultui velint et valeant „inservire. Et si, quod absit, quisquam cujuscunque status aut „condicionis existeret, qui dictos ecclesiam, prelatos et clerum, „cum eorum supradictis attinenciis, in eorum juribus, legibus, „privilegiis, libertatibus et immunitatibus, molestare aut pertur-„bare presumeret, hujusmodi perturbatoribus et molestatoribus „nos pro viribus efficaciter et fideliter opponere et resistere vo-„lumus, et tales nos in eorum exhibere perturbacione, quales

„ipsos affectamus, si nos in nostris juribus, legibus, privilegiis, „libertatibus et bonis regni consuetudinibus a quoquam contingeret molestari. Et merito, cum Ecclesia, Prelati et Clerus „sepedicti nobiscum hactenus ad hoc fideliter pro extremis eorum viribus cooperati sint, quod regnum et nos seculares ad „usum Privilegiorum et libertatum nostrarum pervenimus, quibus „longo jam tempore superiorum violencia fuimus destituti. In „cujus rei firmitatem et majorem evidenciam Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Sudercopie, anno Domini „MCDXXXVI, quinta die mensis Octobris".

„Post quas quidem produccionem, ostensionem, tradicionem „atque diligentem mei ejusdem examinacionem, requisivit me idem „venerandus Dominus Prepositus supradictus, *nomine suo et tocius* „*Capituli Aboensis*, quatenus sibi super hiis omnibus et singulis „unum vel plura conficerem instrumentum publicum seu publica „instrumenta. Acta sunt hec anno Domini, Indiccione, die mensis, hora diei et Pontificatu prout supra continetur: presentibus „ibidem venerandis viris Dominis *Birgero Hammar* et Magistro „*Michaele*, Canonicis Strengenensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis."

„Et quia ego *Andreas Petri*, Clericus Strengenensis Dyocesis, *publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius*, predicte „littere produccioni, ostensioni, leccioni ac examinacioni presens „interfui, una cum testibus prenominatis, eaque ut premittitur „fieri vidi et audivi, Ideoque hoc publicum instrumentum propria „manu scriptum exinde confeci, signoque et nomine meis solitis „signavi in fidem et testimonium firmius omnium premissorum."

Infra, in imo paginae scriptum est: „Promittunt et obligant se Consiliarii ad defendendum ecclesiam, personas ecclesiasticas, jura et libertates ecclesiasticas. In Sudhercopia."

Conferenti facile patebit, non parvam libertatem in hoc monumento exhibendo *Johannem Magnum* sibi sumsisse, aut apographo usum fuisse admodum corrupto. Ex loco autem a Nobil. LAGERBRING l. c. not. **) adducto colligere licet, illud quo ipse usus est, exemplum, cum nostro accuratius consensisse.

Alterum Instrumentum, recisis iis quae a Notario Publico, similibus plane ac in superiori quod attulimus, formulis praemittuntur et subjiciuntur, hujusmodi est tenoris: „In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate ejusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, Pontificatus sanctissimi in Christo „patris et Domini, Domini *Felicis*, Diuina prouidencia Pape quinti „anno secundo, Indiccione quarta, decima quarta die mensis Septembris, puta exaltacionis sancte crucis, post coronacionem in „regno Suecie Illustrissimi Principis Domini *Cristoferi*, Dei gra-

„cia Regnorum *Suecie et Dacie Regis*, Comitis Palatini Reni et „Ducis Bauarie, sub inchoacione summe Misse, *in summo choro* „*Cathedralis ecclesie Upsalensis*, fuerunt quamplures regnorum „supradictorum nobiles Milites concreati: quibus ante lectum fuit „Juramentum infrascriptum in Svecico siue Danico, per venerandum in Christo patrem Dominum *Thomam*, Episcopum Strengenensem; omnes vero Milites creandi jurauerunt per viuentem in „secula, erectis in celum manibus, se infrascriptum juramentum „in forma inuiolabiliter in perpetuum seruaturos, juxta eorum „vires et ultimas facultates. Cujus juramenti tenor sequitur in „hiis verbis: *Jach bidher mik swa Gud hullan, Jomfru Mariam*, „*Sancte Erick oc Sancte Knut, at jac vil epter min yterste mactk*, „*mel liiff och godz beskerma the helga cristna tro oc euangelium*, „*oc halla oc wäria Kirkiona oc henna tiänara vid sina frihet* „*och frälse, standa moth oräth, och störkia fridh oc räth, oc be*-„*skerma fadherlöös och modherlöös barn, Jomfrwr, änkior och* „*armt folk; och vara trygger och tro minom Konungh och mino* „*rike, oc rätfärligha halla oc öwa mith riddarscap Gudi til he*-„*ders, eptcr mine büzste formagho, swa hjelpp mik Gudh*. Spe-„cialiter autem Dominus *Ericus Niclisson*, Miles de Thym (?), „interrogavit singulariter singulos ante suscepcionem milicie et „gladii vibracionem, an suprascriptum juramentum in forma ser-„uare vellent? Quod iterato tunc prestiterunt, et facere pro viri-„bus promiserunt. Et quia juramento sic solenniter facto Mili-„tum tunc creatorum ego presens interfui, requisiverunt me No-„tarium Publicum reuerendissimi in Christo patres Domini *Tho*-„*mas Strengenensis, Ulricus Arosiensis*" (Aarhusiensis?), „*Torlanus* „*Wibergensis* et Magnus Aboensis, Dei gracia Ecclesiarum Epi-„scopi, in presencia testium infrascriptorum, ut eis super hujus-„modi sacramento Militum protunc facto conficerem unum vel „plura instrumentum publicum seu publica instrumenta. Actum „sive factum fuit juramentum supradictum anno Domini, Ponti-„ficatu, Indiccione, mense, die mensis, hora diei et loco quibus „supra. Et ego requisitus ut prefertur, presentibus venerandis „viris Domino *Erico Birgeri* Decano Strengenensi, et *Christo*-„*foro* Scholastico Upsalensi, *Sacre Theologie Doctore eximio*, ad „mei requisicionem vocatis testibus specialiter et rogatis." (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29 sq.). Meminit hujus monumenti, cujus notitiam sibi a Nob. PERINGSKÖLD, in Literis, exhibitam fuisse significat, Nob. GUST. ADLERFELT, Disp. *de Ordinibus Equestribus* (Praes. PET. LAGERLÖF, Ups. 1696) p. 55, ac formulam ipsam Juramenti inde adfert p. 57, hinc repetitam a Nobil. HENR. ROSENSTIERNA Disp. *de Ordinum Equestrium in Svecia usu* (Praes. OL. CELSIO, Ups. 1748) p. 37.

Republica Civili dignitatis, ad vitam *Magni III* Episcopi, quaedam addemus [112]).

VICECIMUS.

D. MAGNUS *Nicolai de Sürkilax z)*, hujus nominis tertius, ex generosis parentibus Paroeciae Töffsal natus [79], et Magister Parisiensis. Hic fuit vir magnae severitatis et constantiae, atque morum gravitate praeclarus. Eligitur concorditer in Episcopum Aboënsem, videlicet per viam scrutinii *a)*, ex Praepositura ibidem,

---

Quando caeterum in Svecia adoptatus primum sit mos, satis ille absurdus, *Publicos Imperiali Auctoritate Notarios* ad fidem literarum apographarum firmandam adhibendi, mihi non constat. In Fennia ad medium fere seculi XV ignotus fuisse videtur; certe nullum ejus in *Registro Eccles. Aboënsis* antea occurrit vestigium. Fidem apographorum testatam contra videmus ab Episcopis, Capitulo, Legiferis, Praefectis, uno vel pluribus, Magistratu Urbico etc. Prima *Notarii Publici Imperialis* mentio in literis a. 1390 habetur, ad caussam Padisensem spectantibus; sed illae in Estonia dabantur. Primum domesticum exemplum praebet *vidisse* a. 1434 hic Aboae, in forma solenni et diligenti, pro more, editum a *Petro Olavi*, presbytero Curato in *Corpo* (paroecia insulari Fenniae), *Clerico Dyocesis Upsalensis, publico Imperiali Auctoritate Notario.* Superest etiam unum a. 1454 itidem Aboae editum a *Martino Lesken, Clerico Wladislaviensi:* adeo ut appareat, hujusmodi Notariorum testimonia avide fuisse expetita!

[112]) De aucto sensim, quo tempore Episc. *Olàvus* et *Conradus* sederunt, Ecclesiarum ruralium per Finlandiam numero, supra quaedam attulimus (p. 502 sq. not. 32): quibus addimus, hoc aevo non modo paroeciarum mentionem jam occurrere *Äffra (Eura)* Satacundiae et *Pyttis* Nylandiae (a. 1452), nec non *Hollola* et *Janakkala* Tavastiae (a. 1483); sed etiam Capellarum *Kiula* (hodie paroeciae Satacundiae) et *Tyrwendö* in paroecia *Hattula* Tavastiae, a. 1455.

z) Villa Paroeciae *Töfsala.* *a)* A. *ex* (recentiore manu supra scriptum est *in*) *via scrutinii.*

anno D:ni 1489, 16. Cal. Aprilis, et anno sequenti, (die) Joannis Baptistae, Upsaliae consecratur. Hic apud magnates Regni magnae existimationis extitit *b*). Circa regimen *c*) Ecclesiae suae diligens fuit, et pro reformatione Cleri multum laboravit; multa quoque adversa, pro libertate Cleri atque Ecclesiae tuenda, sustinuit [80]. Erga pauperes misericordiam exercuit, eleemosynam ipsis propriis manibus frequenter largiendo. Ejus tempore Rutheni Careliam totam, superiorem Tavastiam, atque partem Nylandiae usque ad *d*) Pyttis *e*), inclusive *f*), totaliter exusserunt. Idque factum anno D:ni 1496 *g*), prima hyeme; cum autumno superiori profligati fuissent ab oppugnatione civitatis Wiburgensis, die S. Andreae Apostoli, consilio et opera *h*) Canuti Posa *i*), qui obsidionem Wiburgiae *k*) pertulit a feriis divi Matthaei Evangelistae ad ferias Andreae [81]. Hic statim post consecrationem suam, duas praelaturas, videlicet Diaconatum et Archidiaconatum *l*), in Ecclesia Aboënsi reparavit et adauxit *m*). Hic mensam communem inchoavit, et ceteras *n*) Canonias instauravit. Canonicos etiam *o*) ad personaliter residendum *p*) induxit [82]. Memoriam Corporis Christi et beatae Mariae virginis in medio pavi-

---

b) A. *existit.* *c*) A. *regionem*, a prima manu; male. *d*) *in* M. et N. *e*) N. *Pictis*, vitiose. *f*) A. *inclusione*, a prima manu. *g*) A. supra scriptum habet 1486. *h*) A. *opere.* *i*) M. Påse utrobique. *k*) A. a prima manu *in obsidione Wiburgiae.* *l*) A. *Diaconum et Archidiaconum* a prima manu. *m*) M. *adjunxit.* *n*) A. *alteras*, a prima manu. *o*) A. omittit. *p*) A. *resedendum.*

mento *q*) decantari voluit. Hic sacellum Omnium Sanctorum bonis praedialibus magnifice dotavit, et ornamentis ac dotalibus preciosis decoravit, quod in tempore Praepositurae suae impensis Ecclesiae fecit erigi. Lapidem etiam aeneum ad chorum Corporis Christi, de Flandria afferri curavit, et supra sepulchra duorum Episcoporum, videlicet *Magni* et *Olavi*, collocavit [83]. Sedit autem annis decem, minus sex diebus, et moritur Abo in domo Episcopali, ipso die b. Gregorii Papae, anno D:ni 1500, tempore Jubilaei, et sepultus est in sacello Omnium Sanctorum, ante altare S. Salvatoris. Eodem anno, die Annunciationis Mariae, moritur famosus Vasallus Canutus Posa, rebus bellicis strenuus, in consiliis sagacissimus, et ejusdem D. *Magni* amicus sincerissimus; quare et *r*) in morte non sunt separati [84].

Notae Editoris.

79. Pater scilicet suus fuit *Nicolaus Olavi (Stiernkors)* de *Särkilax* (villa nobili paroeciae Töfsala), Senator Regni; de quo cfr. Nobb. von Stiernman *Höfd. Minne* P. II, L. V, C. 2 (in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1785 Append. p. 188 sq.) et Uggla (sive verius Illustr. Baro Shering Rosenhane, Reg. Cancellariae Consiliarius, cujus singulari diligentiae et in his rebus peritiae partem III operis utilissimi totam debemus) *Sv. R. Råds-Längd,* III Afdeln. N:o 501. Ex gente *Stiernkorssiorum*, non *Carpelanorum* (quod male asserunt Hallenius, *Wirmoënsis Territ. Memorab.* P. Pr. p. 70, Rhyzelius [1]) Episcoposc. p. 388, alii) Episcopum

q) N. *pavimenti.* *r)* A. *ut.*

[1]) [Hic tamen postea errorem ipse in Annotationibus ad *Episcoposcopiam* suam P. II p. 150 sq. agnovit et correxit. Ve-

ostrum ortum duxisse, recte monuit jam VON STIERNMAN Annott. *ad* P. NIGRI *Hist. Episcopor. Aros.* p. 87, aliique postea demonstrarunt: cfr. illustr. ROSENHANE l. c. N:o 653, qui non improbabilem erroris caussam in prisca Insignium Gentilitiorum familiae utriusque similitudine quaerit [2]). — Magna in his oris auctoritate *Nicolaum Olai* floruisse, vel inde liquet, quod in *Summo Finlandiae Tribunali,* Landsritten, (vid supra p. 452 sqq.) partes Praesidis (Judicis Regii) haud raro, inter a. 1415-1446 egisse reperitur (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 166 sq., 110, 148, 93, 271, 94, 126; cfr. *Col. Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 46, et a. 1785 Append. p. 56, 58, 69). Quod autem in Sententia Judiciali, hujus Tribunalis a. 1415 perscripta vocatur Riddare [3]), *Eques Auratus,* sine dubio vitium est librarii: hac enim dignitate ornatum non fuisse, constat, neque illo postea honoris titulo unquam usum esse reperimus, sed nomini suo semper adjunxisse i Särkilax [4]); ex qua formula male lecta illud Riddare ortum fuisse, non dubitamus. Matrem Episcopi nostri *Elin (Helenam?) Tavast,* neptem ex fratre *(Nicolao)* fuisse Episcopi

---

um, quod ibidem dicit nomen matris Episcopi fuisse *Elisabetham Nicolai, Tavast,* male addit: nisi ostendi queat, Suecanum illud *Elin* hoc potius nomen, quam *Helenam*, significare?]

[2]) Colores quibus haec arma in exemplo Missalis Aboënsis quod Bibliotheca Acad. possidet pinguntur (supra p. 517) veros non esse, ex collatis insignibus gentis *Stiernkorssianae* apud Nob. CARLSKÖLD (*Sv. R. Riddersk. och Adels Wapenbok* pag. 2, N:o 6, Nobb.) facile colligitur. — Utrum *Olavus* ille *de Särkilax,* qui in literis quibusdam Judicialibus a. 1417 nominatur, vel *avus* vel *frater* Episcopi nostri fuerit, existimare non possumus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 111 fin.).

[3]) Cfr. supra p. 454 not. 114.

[4]) Idque filium etiam, Episcopum *Magnum* fecisse, constat: cfr. supra p. 425. In literis Coenobii Nådendalensis vocari *Magnum Nicolai de Serkilax Archipraepositum Aboënsem (Magnus Nielsson af Särkilax* Domprouest *i Åbo)* annotavit Ampliss. HELIN, ac in Sigillo appenso legi: *S. Magni Nicolai Presbyteri,* cum armis gentilitiis familiae *Stiernkorssianae;* literas autem datas esse *d. 1 Maj a. 1468,* indicavit. [Hae literae inter *Coenobii Nådendalensis* illas supersunt.]

Magni II, Auctores consentiunt: de qua re nostra monumenta nihil produnt [5]).

Post absoluta Parisiis studia [6]), unde nomen honoremque Magistri reportavit, *Canonicum* Ecclesiae Aboënsis creatum fuisse, reperimus [7]); indeque ad dignitatem *Praepositurae* evectus, ultra XX annos accurate ei praefuit [8]). Quo tempore rerum quoque civilium patriae haud nullam gessisse curam, vel legatio (de qua supra p. 539 not. 91 commemoravimus) in Sveciam, una cum *Erico Axelii (Tott)* aliisque compluribus harum regionum incolis, pro implorando

[5]) Commemoratur tantum in literis Episc. *Conradi* datis a. 1488 (d. 5 Aprilis) Fundus atque Domus *Omnium Sanctorum*, in urbe Aboënsi, ad hoc altare atque chorum pertinens (eis donata a matrona *Helena de Serkilax suisque haeredibus, („Alle „Gudz Helgone gord, som hustru Elin aff Serkilax och hännes „ärvingia hade giffuit under alle Gudz helgone altare"). Registr. Eccles. Ab.* Fol. 182 fin. Sacellum autem *Omnium Sanctorum* munificentia inprimis *Magni* nostri *de Särkilax* et conditum et ditatum fuisse, diserte Auctor noster testatur.

[6]) Egregie doctum, pro sui aevi ratione fuisse, etiam exemplo supra (p. 504 sqq. not.) allato illustratur.

[7]) Anno jam 1463, quo Rex *Christianus I* Finlandiam adiit, noster vocatur *Mester Magnus Nicolai, Canik i Abo ok helge licams Prebendatus* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 216 fin.). Cognationis jure commendatum ad hoc munus obtinendum fuisse, credere licet (cfr. supra p. 402 not.); quo adhuc a. 1465 functum esse reperimus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 239 init.). Sine dubio idem fuit, quem Episc. *Conradus* a. 1464 ad R. *Carolum* misit legatum una cum *Petro* Curato in Saw (h. e. Sagu,) de negotiis ejus cum Rege acturos; licet in literis a D:no LAGERBRING editis (*Saml. af Handl. i Sv. Hist.* II D. p. 272) vocetur *Mester Magnus Nicon* (voce hac male lecta, pro *Nicolai*) *var Kanik*.

[8]) Nostra monumenta *Praepositum* fuisse *Aboënsem* annis 1467-1477, demonstrant (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 95, 231, 215 fin., 232, 138, 224). In literis a. 1470 vocatur „Hederlighen Herre och velboren man *Mester Magnus Nicolai, Domprouast j Abo*" (l. c. Fol. 231). In scriptis autem Latinis ubique audit *Praepositus* Aboënsis. — RHYZELIUS a. 1465 Praepositurae dignitate auctum fuisse scribit (in vita nostri); quod improbabile non videtur. Eo igitur anno mortuum fuisse *Henricum Frese*, credi debet?

contra Russorum saevitiam auxilio suscepta, indicat. — Singularis autem atque in tota Svecia unici est exempli [9]), quod idem, nescio quam ob caussam quibusve usus intercessoribus atque commendatoribus, ab Imperatore Germanico *Friderico III Sacri Lateranensis* [10]) *Palatii Comes*, una cum *successoribus* suis (Praepositis Aboënsibus) *in perpetuum*, fuit creatus. Cujus rei memoriam nobis conservavit exemplum ipsius Diplomatis in *Registro Ecclesiae Aboënsis* Fol. 267 sq. occurrens; unde typis expressum habetur in *Actis Literariis et Scientiarum Sveciae Anni* 1733 p. 46-49. Observationes quaedam circa hoc Diploma cum expositione jurium *Comitibus* his *Palatinis* competentium, legi possunt cum in Diss. MARCHELII nuper laudata, §. VII sqq., tum in Diss. M. JOH. ARENII *de Praepositis Aboënsibus Comitibus quondam Palatinis*, quae hic Aboae a. 1772 (Praeside Cel. BILMARK) prodiit. Nos lectiones quasdam variantes, quae nobis apographum nostrum cum exemplo typis expresso conferentibus observatae sunt, subjecisse [11]) satis habebimus.

---

[9]) Vid. Disp. NIC. HENR. MARCHELII *de Comitibus Palatinis imperii Romano-Germanici* (Upsaliae a. 1741 Praeside Nobil. IHRE edit.) §. VI p. 15.

[10]) „*Lateranensis* dicuntur a Palatio ejus nominis, non quod *Romae* est, sed quod *Aquisgrani* fuit". MARCHELIUS l. c. §. III p. 7 not. d.

[11]) *Act. Liter. Sveciae* 1733 p. 46 lin. (Diplomatis) 4 *Marchie, Slavonie,* in nostro exemplo *Marchie Slavonice;* l. 5 *Pherreris et in Kuburgk Martisburgonie,* in nostro *Pherretis et in Kiburgk, Marchio Burgonie* (Burgouie, i. e. Burgauiae); l. 7 *Niclisson,* nostrum legit *Nicolai;* l. 12 *quo* leg. *quod;* l. 13 *indesinenter* leg. *indesinentius;* l. 15 post *subjectos* nostrum habet punctum (.); l. 16 post *prodeuntes,* nonnisi comma (,); l. 17 *quam,* legit *quod;* l. 20 *perfunditur,* legit *profunditur;* l. 27 *decreta nostra strenua,* leg. *de certa nostra sciencia.* P. 47 lin. 2 *generosius,* leg. *graciosius;* l. 7 *fruiti,* male? ibid. *quomodo libet potuerint,* leg. *quomodolibet pociuntur;* l. 8 *quocunque,* legit *quoque;* l. 15 *calmarium,* legit *Calmarnem;* l. 21 *fiendis,* legit *faciendis* (sed deinde tamen *fienda* et *fiendi,* ut in impresso); ibid. *coram,* leg. *eorum;* l. 29 *tentetur,* legit *tractetur;* p. 48 lin. 4 *simulacionis,* leg. *simulacione;* l. 17 *creandi per,* leg. *creandi,*

Temporis nota quo Diploma datum fuit, in veteri libro desideratur; adeoque accurate definiri nequit.

Ex Praepositura [12]) ad dignitatem Episcopalem a. 1489, 16 *Cal. Aprilis (17 Martii),* cum antecessor suus *crastino b. Gregorii Papae* (13 Martii) decessisset, concordi electione sublatum fuisse, quum disertis verbis Auctor noster doceat; nescio cur RHYZELIUS, MESSENII errorem (vel potius mendum in textu ejus, *Scond.* T. X p. 22) adoptans, *d. 1 Aprilis* praetulerit. Quo tempore grandem jam aetate fuisse, idem (RHYZELIUS) addit; vere, ut videtur? Nihil tamen Auctor noster tale. Quod non ante diem *Johannis Baptistae,* anni sequentis, consecraretur, ac confirmationem Papae interim sibi comparasset; in literis a. 1490 d. 8 Febr. *(Monsdagh nest epter Quindelmesso)* datis, *Electus confirmatus j Abo* dicitur (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 277).

Quae Auctor de laudibus Episcopi nostri commemo-

---

possunt per; l. 18 *constituere,* leg. *conscribere;* l. 27 *manseres,* leg. *manseres;* p. 49 lin. 14 *derogare,* leg. *derogari;* l. 20 *igitur,* leg. *ergo;* l. 23 *quoquis,* leg. *quovis;* l. 25 *faciens quociens,* leg. *facientes tociens quociens;* l. 26 *mansuros,* leg. *incursuros;* l. 27 *imperiali,* leg. *imperialis;* l. 29 *present.* leg. *presentibus,* ib. *Sigillo,* leg. *sigilli;* l. 30 *litterarum. Dat. Gretz etc.* legit *litterarum datis Gretz etc.* Nemo non Apographi nostri (quod accuratae diligentiae ac peritiae D:ni Secretarii *Stechau* debetur) prae exemplo impresso praestantiam in plerisque saltem his lectionibus, facile agnoscet! — Singularis autem generis obligatio et officium cuique videbitur, credo, Notariis Publicis *in Finlandia* ab homine Fennone creandis imponendum, *quod erunt* (ut verba Imperatoris sonant) *nobis et sacro Romano imperio et omnibus successoribus nostris Romanorum Imperatoribus et Regibus legittime intrantibus fideles, nec unquam erunt in consiliis ubi periculum nostrum tentetur* (s. tractetur), *sed bonum nostrum et salutem nostram defendent et promovebunt, dampna nostra pro sua possibilitate evitabunt et avertent.* Sed nondum ex animis hominum mira de suprema quadam Imperatoris Romani in omnem Remp. Christianam auctoritate, opinio evanuerat!

[12]) Qua decedens a. 1490, Inventarium et praediorum et rerum reliquarum ad eam pertinentium confecit diligens, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 266 sq. legendum.

rat, in dubium vocandi caussam non habemus; licet facta specialia, eadem confirmantia, nec ille adferat, nec aliunde nobis innotuerint.

80. Quae noster *adversa pro libertate Cleri atque Ecclesiae tuenda sustinuerit,* penitus ignoramus. Neque existimare possumus, a quibus, brevi illo tempore quo Ecclesiae Fennicae praefuit, haec infestari potuerit? Num sensim exoriens Cleri atque Hierarchiae invidia, ex impotenti Praelatorum dominandi libidine reliquisque malis Clericorum moribus (de quibus *reformandis,* emendationis igitur indigis, nostrum *multum laborasse,* Auctor indicat) enata (cfr. etiam supra p. 505 not.), Nobiliumque et inprimis Magnatum secularium invalescens quotidie licentia, superbia et violentia (ex frequentibus exemplis, quae hoc aevum exhibet, gratuiti hospitii jurium, vi et armis etiam Clero, spretis privilegiis suis, extortorum, Wåldgästningar, satis manifesta); num haec, inquam, mala, Episcopo nostro obicem iis ponere conanti clerique sui jura atque libertates tuituro, molestias ac injurias ab hujusmodi latronibus pepererunt? Non liquet.

81. De hoc *bello Russico,* infra, inter res hujus aetatis civiles, ex instituto disputabimus.

Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam merita porro expensuris, primum se offert quod Auctor dicit eum *duas Praelaturas, videlicet Diaconatum* (ita omnes nostri Codices pertinaci consensu legunt) *et Archidiaconatum in Ecclesia Aboënsi reparasse et adauxisse.* Ac quod ad *Archidiaconatum* quidem attinet, fieri omnino potuit, ut noster eum novis atque locupletioribus ornaret reditibus: nam quibusdam circa haec tempora auctum praediis atque commodis reperimus (vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 219 sq.) quorum superior non existit memoria; licet literae ipsae hujusmodi donationem attingentes, nullae supersint, cum contra tempore successoris sui Episc. *Laurentii,* magno hanc dignitatem ornatam fuisse redituum incremento, monumenta testentur: de quo infra. *Diaconatus* autem factam a nostro *reparationem* (sive *institutionem,* sive *amplificationem* et largiorem dotationem?) quomodo intelligere debeamus; plane nescimus. Inter *Prae-*

laturas enim, (h. e. Dignitates Ecclesiasticas maj ctoritatis atque eminentiae,) munus *Diaconi* referi test? Cum *Praepositum* contra atque *Archidiaconum* i quis Canonicis praeeminuisse reperiamus, ut hi, ad illos habito, *Canonici inferiores* appellarentur: (pra p. 506 not). Ac *Archidiaconatus* Auctori etiam *Praelatura* audit, p. 334: quod igitur de *Praeposit* to etiam magis valet. Deinde *Diaconi* hujusmodi in nonicos vel Capitulares nulla usquam mentio postea rit. Contra autem *Decani* (de qua dignitate, quand quo instituta fuerit, nullibi proditum invenimus) in quoties mentio injicitur. Quare ad rationem Messeni plectendam animus valde inclinat, qui, loco nostro *Diaconatu Decanatum* legisse videtur (in quibus vo inprimis per abbreviaturam scriptis, facilis fuit ab legentium); quem more suo secutus est Rhyzelius [13]) Upsaliensi quidem Ecclesia *Decanatum* unam ex dignit suis fuisse primariis, satis constat [14]).

Quod ad *Mensam Communem*, ab Episcopo nostro Auctor habet, *inchoatam*, (unde porro a successoribus locupletatam et ornatam fuisse intelligitur,) attinet, hoc stitutum Messenio, in *Chronico Episcoporum* audit *Co ctus Canonicorum communis;* et *Scond.* T. X p. 22 idem bit: „Circa 1498" (ex conjectura) „Praesul Abogensis me

[13]) Messenius, qui in *Chronico Episcoporum* reparatu nostro *Diaconatum et Archidiaconatum* scribit (evidenti argument suum Chronici Juusteniani exemplar nostris prorsus fuisse co sentiens), in *Scondia* (T. X p. 22) habet: „A. 1493 (sua e conjectura) Episcopus Abogiae Magnus *Decanatu Instituto*, Archi diaconatum restituit." Quod suum esse interpretamentum, facile patet, haud licet incommodum: nisi quod *restitutio* Archidiaconatus (pro ejus amplificatione) innuere videtur quasi abolitum, aut certe labefactum, antea fuisse; quod falsum esse constat. Asserit tamen fidenter Rhyzelius: „År 1493 upprettade han „Archidieknedömet, *som tå var af sig kommit*, och stichtade De„canatet."

[14]) Cfr. vetus *Chronicon de Archiepiscopis et Sacerdotibus caeteris Ecclesiae Upsaliensis*, a Scheffero edit. p. 164-172.

lssessoribus communem, seu convictum, ordinat Cano-
Nescio igitur unde RHYZELIUS hauserit, quod (ab
,uctoritate temere recedens) asserit: „inrettade han
victorium eller mensam communem, ett allment bord
'carier och Messeprester" (Canonicis plane exclusis).
n non negem, hoc beneficium etiam ad minores
acerdotes pertinuisse, quod vel vulgare hujus insti-
men, *Präste-Commune* [15]), prodit; certum tamen est,
ıonicos inprimis spectasse, sed ita, ut aliis quoque
bus, maxime ad ordinem ecclesiasticum quocunque
ertinentibus, benigne prospiceretur [16]). Pulcrum sane

—

) Ita in variis audit literis ad res hujus instituti perti-
; cfr. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 270.

) Tota res satis illustratur loco sequenti, quem ex Libro
n a Capitulo Aboënsi R. Gustavo I redditarum (quem
ıs supra laudavimus) descriptum adponemus: „Smör aff
år (Mustasaari) 2 tunnor; aff *Nerpis* 7 t:r, aff *Espo* (Esbo)
aff *Korpo* 1 t:a. Thet Smöret var *Canickers samfelt smör,*
rdom brukades i Communet till maat-smör, ther alle ginge
dz som thå sidvenie var, till middagz och afflon maltiidh,
er, Koorprester och gamble vanmechtige men och brödh-
'rester her j Åbo vore; ther och skifftes uth myckin al-
mest fattighe Degnär". Alio loco ibidem notatur de pe-
nam Curati quidam annuatim pendere debebant (Curatus
la 40 marcas, in *Kangasala* 6 marcas, in Orivesi 4 mar-
te etiam ex aliis ecclesiis superius ibidem nominatis, 116
in summa?): „Thesse fören:de penningar kommo fordom
mmunes bord til vin; och nu gå de til *Taxan,* och then
them som ther til besynnerliga skickas, uppå alles
. Quibus mox subjungitur: „Thesse ford:ne penningar
r Domkirkienes vinkellaren till hielp, och stundom tages
smör aff Sysslomannen ther till, som merkt är vidh
rentthenn." *Rectorem Scholae Aboënsis* (qui simul ple-
erat Canonicus) *victum et expensas liberas* anno jam
deoque ante *Mensam Communem* fundatam, habuisse, su-
507 not. 35 didicimus. Ac non omnibus sacerdotibus
gratis hoc beneficium contigisse, ex sequentibus liquet
„Jak *Johan Durhake*, Prebendatus j Abo, bekennes oc
r oc met thetta mijt öpne breffue fullelige tilstaar, at
net beradne modh oc god wilie haffuer uplatid *Erlige*

in suo genere institutum, et temporum rationi admodum accommodatum.

Caeteras quoque *Canonias* Episcopum nostrum *instaurasse* Auctor addit, hoc est, ut nos interpretamur, reditibus auxisse et ornasse. Rev. autem RHYZELIUS explicat largius: „samt *märkeligen förökte Kanikernas* både *antal* och vilkor". *Numerum Canonicorum* auctum fuisse, vetera monumenta nullibi produnt, nec ullum ejus rei exstat vestigium. Praeter illos igitur IV Canonicos, quos primum constituit Episcopus *Catillus*, quibus II adjecit Episc. *Benedictus*, et rursus IV Episc. *Magnus* [17]), ita ut essent numero X; alios postea accessisse non putamus. Adjunctis praeterea ab Episc. *Hemmingo Praepositura*, et ab Episc. *Berone Archidiaconatu*, numerus Capitularium ad XII excrevit [18]); qui an per institutum *Decanatum* amplificatus fuerit, dubium videri potest: quod hunc nonnisi dignitatem majorem, novumque honoris nomen, uni Canonicorum priorum attulisse, Canoniarum vero aut etiam Praebendarum numerum non auxisse, credi queat [19])?

„*Herrer oc gode men*, *Capitulum j Abo*, allan then deel mik är „tilsackt, för vitherligit geld, j then tompt oc gardh hustru Thole, „borgerske fordom i Abo aa säle omynnilse, haffde, liggende vidh „fägathan, for CLX marker; aff huilken summa jak haffuer upburit XX marker Svenska, oc for the CXL marker igen, saa „haffue for:de gode Herrer loffuat mik oc tilsagkt frij kosth oc „therningh j-*theris Commune* til myn liiffstiid, som mik hopes „the oc swa göre: Thy affhendher jac mik all then rääth jac „haffuer til for:de tompt oc gordh, oc tilegnar for:de gode Herrer, „eller huart the them skickande warde til ewigh egha. Til ytermere visso oc bätre forwarningh trycker jac mit signet nedhan „för thetta breff, som giffuit oc scriffuit är Anno Domini MDVIII „pa Sancte Öriens dagh". *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 269; ubi inscriptio quae his literis praemittitur, *Mensam* illam *Communem* vocat: *Commune Canonicorum.*

17) Cfr. supra p. 147 sq., 178, 180, 370, 410.

18) Cfr. supra p. 207, 209 sq., 334, 346 sq., 408 sq.

19) Quod idem fere in Upsaliensi quoque Ecclesia evenisse, ostendit vetus *Chronicon* cit. (Ed. SCHEFFERI p. 165)? In Aboënsi certe Ecclesia Praebendam aliquam peculiarem huic muneri

82. Errorem hoc loco Auctori nostro obrepsisse, atque hinc *Magno* Episcopo male tribui, quod antecessor suus *Conradus* jam fecerat; ex iis quae supra p. 508-513 adduximus, liquere putes? Si enim vel ita explicare hunc locum velis, ut repetiisse et severius inculcasse consilium ab antecessore suo initum dicas; obstat tamen huic rationi quod totius rei, in vita *Conradi,* nulla omnino ab Auctore facta sit mentio, quodque de parte Decimarum Ecclesiasticarum Pauperibus olim debitarum, Canonicis residentibus assignata, ne verbulum quidem habeat: adeo ut non plenissimam de historia hujus consilii habuisse cognitionem videatur? Quod sane mireris! An *Magni,* tum Praepositi, consilio et opera, licet *Conrado* adhuc pedum Episcopale tenente, res perfecta fuit? Non constat. Cfr. supra p. 511 sqq.

De *Sacello Omnium Sanctorum, quod* hic Episcopus *in tempore Praepositurae suae, impensis Ecclesiae fecit erigi,* supra (p. 497) pauca diximus. Verba autem Auctoris aperte indicant, neque Episc. *Conradum,* neque *Magnum suo sumtu* illud *construxisse;* licet uterque benignum se in illo consilio urgendo atque adjuvando praestiterit: quod *Conradus, (sub quo* opus perfectum fuit, quique illud *consecravit,* et *horas Virginis Mariae* in hoc Sacello perpetuo *decantandas* instituit) *Parochialem Ecclesiam in Nummis* (probe Aboam) *cum singulis obventionibus et reditibus Episcopalibus et Curati memoratae Capellae incorporavit* [20]*);* *Magnus* vero (qui et auctor et effector operis fuerat praecipuus) illud et *bonis*

---

attributam haud fuisse, non modo ex defectu literarum quarumcunque idem commemorantium colligimus, qui in *Registro Eccles. Ab.* observatur; sed etiam inde, quod in Libro Rationum Capituli, saepe laudato, tempore reformatae apud nos Ecclesiae confecto, nulla omnino talis Praebendae fit mentio. Videtur itaque Decano nunc haec nunc illa Praebendarum antiquiorum (aliquando forte plures?) cessisse?

[20]) Cultum igitur Divinum in Ecclesia *Nummis* per constitutos *Vicarios* perpetuos postea celebratum fuisse, verisimile est: quales in *Rusko* fuisse, supra vidimus (p. 351 not.): cfr. etiam supra p. 209 not.

praedialibus magnifice dotavit, et ornamentis ac dotalibus preciosis decoravit. Quo magis mirum obvenit, quod hanc Episcopi nostri curam atque liberalitatem prorsus silet Rev. RHYZELIUS (in vita ejus); qui de *Conradi* quoque consilio minus commode memorat [21]). Anno 1471 Capellam hanc (sive Sacellum hocce) fuisse perfectum, ex annotatione *Petri Petri* supra (p. 548 not. 108) allata didicimus: unde intelligitur, male MESSENIUM hoc opus ad a. demum 1476 retulisse (*Scond.* T. X p. 21). Aliorum etiam (amicorum suorum) liberalitatem huic suo consilio subvenisse, reperimus [22]). —

[21]) De Episcopo nempe *Conrado* scribit: „Han tilsatte och „vissa *Sångare* som alla dagar skulle siunga *Jungfru-Mariae horas Canonicas,* förordnandes them til årliget underhåll the vanliga Pastoralier af Numis Sokn.“ Quam haec ab Auctoris nostri verbis ac testimonio abeant, facile quisque videt. MESSENIUS rectius significat, *Horas* illas canendas Episcopum instituisse *in Sacello quod fundaverat in Divorum omnium honorem. Sed praeter altare illius Sacelli, XII* alias *Ecclesiae* Aboënsis *aras* initiasse, male ibidem dicit; nisi XII mendum est typographicum, pro XI?

[22]) Inter literas quae ad Monasterium Nådendalense olim pertinuerunt, in Bibliotheca Regia Stockholmensi jam servatas, sequentes occurrunt: „I Herrans nampn Amen. Jach *Knut Posse* Väpnare och Höfvidsman på Kastilholm på thenna tijdh, „kennis och kungör, thät jak medh godhan vilia och beradho „modhe, medh mijne älskelige Huusfrues Brigittä Götzstafs dotters jaa, samptykkio och godvilia, hafver undt och gifvit och „medh thetta mit närvarandes opne breef unnet och gifver, *alle* „*Helgone Capella* i Aabo Domkyrkio, Gudi till loff och ära, „Jomfru Mariae, sancte Jacob och alle helgona i hymmerijke, „fore min och minne föräldra siälegagn, til een evige messe „uppehelle i föreskrifna capella, alt mit köpe goodz i Talliala „by liggiande i Kalvola Sokn i Säxemäki häredhe. Ty afhender jak mik och minom arfvom, och allom androm, åhoo the „helst kunno vara, för:de godz, boo och boskap, medh huus och „tompt, aker och ängh, skogh och skiul, uthmarker, fiskevatn och „äre-skogh, quarn och quarnestada, torp och torpestadha, och „medh alla andra tillagor och uthagor, thät thy nw tilhörer äller „af alder tilhört hafver, äller och upspöries kan, och tilegnar thet „för:de alle helgone Capelle till ewerdeliga ägo. Til meera visso „och vitnesbördh, bedher jagh ärliga och välbördiga män Gödeke

n parum vero difficultatis nobis creat, quod hujus Calae altarisque sui, praediorumque ac redituum ad illud tinentium, non modo in Libro Rationum Capituli Aboüs saepe nobis commemoratarum ac R. *Gustavo I* exhiarum, nulla prorsus occurrat mentio (quasi omnino non stitisset), sed etiam in *Registro Eccles. Aboënsis* praedion ei donatorum, (de quibus tamen magnifice adeo Auctor ster loquitur), nulla fere notitia exhibeatur [23]). Quam

---

lelsson och Torsten Biörnsson, Väpnere, at hängia theras ingle medh mine egne nidhan undher thätte breef, som skrifvat h gifvet är i Abo anno D:ni Millesimo quadringentesimo nogesimo quarto, in crastino passionis b. Henrici Episcopi et artiris.“ Exscripsimus has literas ex Apographo, cura ÖRNLMII olim (non maxima diligentia, inprimis quo ad veterem hographiam) confecto, quod inter monumenta Reg. Academiae tor. Antiquitt. et Literar. Humanior. servatur. Autographon Regia Bibliotheca Stockh. reperiri putamus.

[23]) Adest quidem (Fol. 254) titulus, *Copie litterarum Calam Omnium Sanctorum concernencium.* Sed nullae tamen s reperiuntur literae, nisi illae quibus *Helvicus Stoltefoth* (cfr. ra p. 392 not. 20) anno jam 1418, adeoque longe ante c Capellam fundatam, Ecclesiae Cathedrali *ad ejus fabricam* tum loquebantur, h. e. ad ipsum ejus aedificium exstruendum reparandum) praedium suum *Ventiala* (Paroeciae Lundo) legaat, quaeque eaedem jam Fol. 124 descriptae habentur. Inptio tamen iis hujusmodi nunc praemittitur: „Littera Donaonis D:ni Heluici super predio Ventila *pro altari Omnium nctorum.* 1418:“ Forte huic altari postea tributum fuit, ob ba donatoris, quae eum tamen sensum non involvebant. Inia nempe literarum tale est: „Fore allom them thetta breff re eller see, kennis jach *Heluich Stoltefoot,* Kirkiherre j ffuesala, met tesso myne opne breffue, at jak met godan ilia och berodno modhe, epter myne vener och frender rodh h samtickio, hauer vnt och giffuit och met allom räth uplah j Gudz heder *oc alle Guds helgone,* oc sancti Henric, Domrkionne j Abo *tiil henne byggningh,* före myna föräldra siäla h myna, alt myt Godz j Wentialaby i Lunda Sokn lighiande“ . Caeterum, cum toto deinde Folio (254) nullae aliae, praebreves has literas, reperiantur; caeterarum descriptionem, pedimento aliquo interveniente abruptam fuisse, credas: unde uberior huic rei praerepta fuit. Domum tamen in Urbe ad

[illegible]

[illegible] MESSENIUS [illegible] *Regin.* [illegible] p. [illegible] Minus commode in *Chron. Episcopor.* [illegible] vocat laminam vero aeneam recte *Scond.* T. X p. 2[illegible]

de re utraque, nostra quidem monumenta nihil commemorant.

84. De *Canuto Posse*, viro summis in Patriam meritis clarissimo, cfr. von Stiernman *Höfd. Minne* II Del. IV. Bok. 4 Cap., VI B. I C., IX B. I C. (in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 214 sq. et p. 234; Cel. Gjörwell *Svenska Mercur.* a. 1757, mens. *Sept.* p. 271 sq.) [et Frid. Wilh. Radloff *Beskrifning öfver Åland*]. Praefecturam *Castelholmensem* (s. Alandiae) a. 1466, 1484, et 1494 gessisse reperitur; *Croneburgensem* (s. Tavastiae) a. 1485, 1486 et 1487 [26]: *Wiburgensem* a. 1483, in qua urbe a. quoque 1495 contra Russos defendenda egregiam praestitit operam. A. 1487 arcem Raseburgensem, quam vidua *Laurentii Axelii* (Tott) tenuit, expugnatam Regni Administratori (Stenoni Sture) restituit; cui etiam Gothlandiam occupaturo suppetias attulit [27]. Inter Regni Senatores a. jam 1473 comparet [28], classi Armigerorum (Wäpnare) semper annumeratus, utpote qui Sturii constans amicus, ad Equestrem (Riddare) dignitatem nunquam pervenit [29]. Inter res suas gestas nulla celebrior est clade Russorum, ab oppugnatione urbis Wiburgensis

---

[26]) Est quoque nobis ad manus *apograhon* Literarum *Olavi Johannis (Olaff Jönissons)* Judicis Territorii Säxmäkiensis, a. 1479 datarum, quibus scribendis adfuisse et Sigillum suum appendisse dicitur *Ärlik ok välboren mann* Knwt Posse, *Hoffvitzman på Croneborgh;* nisi in anni nota error insit?

[27]) Vid. *Chron. Rhythm.* Majus p. 524, 525, 526. Nec dubium videri potest, quin expeditioni adfuerit, quam *Swanto Sture* contra Iwangorodiam a. 1496 suscepit. Cfr. l. c. p. 550. Ac in Praelio *Brunkebergensi* a. 1471 insignem praestitisse fortitudinem constat. Ol. Petri *Chr.* ad h. a.; cfr. v. Dalin *Svea Rikes Hist.* II Del. 18 Cap. 19 §. p. 779.

[28]) Vid. Hadorphii *Append.* ad *Chron. Rhythm.* p. 281. Anno jam 1470 hac dignitate auctum fuisse, ait Nob. Uggla *(Svea Rikes Råds-Längd)* P. III N:o 612 p. 62.

[29]) Nisi inter multos illos Equites auratos locum forte invenit, quos R. *Johannem* a. 1497 creasse, constat? (Cfr. von Dalin l. c. C. 19 §. 20 p. 836). Nulla enim monumenta, quae *Possii* nostri meminerint, ab eo tempore usque ad mortem suam nobis hactenus innotuerunt.

sua fortitudine et arte repulsorum; quod facinus múltis mirabilibus auctum figmentis [30]), Magicarum etiam artium infamiam ei, a posteritate credula, comparavit [31]). Recte scil. observarunt viri docti, nullam talium artium ab eo adhibitarum mentionem in monumentis coaevis fieri [32]), sed fabulam insulsam multo post, ex fama plebeja ab hominibus superstitiosis, credulis, ingeniique obtusioris temere arrepta atque propagata, fuisse enatam [33]). Non est improbabile, hostes, partim per turris partem bombardis discussam irrumpentes, partim in murum invadere scalis admotis conatos, casu turris a nostris incensae horumque resistendi callida audacia turbatos, terrore fuisse panico captos, ac effuse fugientes magnaque strage affectos, ipsos (ut et nostros) putasse, non sine coelesti ope contingere haec potuisse: unde apparitionum, iis temporibus plebi superstitiosae saepe visarum aut

---

[30]) Cfr. BAHDE Diss. mox citandae p. 13-18; STIERNMAN *Höfd. Minne* II D. IX B. I C. in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, *Append.* p. 235-239.

[31]) Cfr. Diss. M. ANTONII BAHDE *de Tonitru factitio Viburgensi*, Praeside Nobil. JOH. IHRE Ups. 1740 ventilatam, p. 7 sq.

[32]) Nihil hujusmodi habet *Chronicon Rhythm.* Majus, rem diligenter persequens, p. 541-544; nihil OLAUS PETRI *Chron.* ad a. 1495; nihil noster Episcopus *Magnus Nicolai* in Literis ad Archiep. *Jacobum Ulphonis* ap. v. STIERNMAN (*Tal om de Lärde Vetenskapers tilstånd i Svea rike under Hedendoms och Påfvedöms tiden*, p. 68 sq. not.). Cfr. BAHDE l. c. p. 9 sqq., v. DALIN l. c. §. 14 p. 823, et Anonymus qui Historiam Svec. Nobilissimi LAGERBRING continuare aggressus est (*Fortsättn. af Svea Lagerbring Svea Rikes Historia*) ad a. 1495 p. 63.

[33]) Qui aetatem et narrationes Auctorum qui de hoc facto egerunt, conferre voluerit, facile deprehendet, famam de magicis *Possii* artibus, ex plebeja et absurda traditione diu post ortam, versus finem seculi demum XVI in lucem prodiisse. Ad quam refutandam si argumenta adferre opus esset, vel hoc sufficeret, quod opinatus ille Magus non modo insignem liberalitatem erga ecclesiam Aboënsem demonstraverit, atque summis suae aetatis viris (inter hos *Stenoni* Pro-Regi) carus honoratusque fuerit, sed etiam, teste Auctore nostro (qui impense eundem laudat) *amicus sincerissimus* Episcopi *Magni*, viri pii ac *morum gravitate praeclari*.

fictarum, varie comminiscendarum locuples oblata fuit materies [34]). Neque tamen repugnabimus, si cuniculo pulvere pyrio impleto (Mina) turrim, cum hostibus illam occupantibus, fuisse disjectam, atque inde hos vehementer conterritos, quis docuerit? Caeterum insolitam atque mirabilem aliquam caussam, ad talem consternationem pariendam, non semper necessariam fuisse, Historia testatur [35]). Nimis au-

[34]) Auctor antiquissimus et gravissimus, Episcopus noster *Magnus Nicolai,* in literis nuper laudatis (Not. 32), datis a. 1496 *ex curia* sua *Korois ipso die Epiphaniae D:ni* (6 Jan.), visam ait Russis, *urbem* expugnaturis, hanc *plenam armatorum,* licet praesidium Svecicum minime esset numerosum, ac *sub coelo ignitam crucem b. Andreae.* Fortassis vel parhelio viso, vel cum summo mane (*Chron. Rhythm.* ait *arla morgon*) urbem aggressi sunt, aurorae boreali, hoc phantasma ortum debuit? Cumque dies esset Apostolo Andreae sacer, ejus crucem in illo agnoscere phaenomeno, difficile non fuit! Cui reliquas species, terrore excita phantasia, facile mox associavit. Vehementis illius fragoris, (*Wiborgska Smällen*) quem arte sua *Possium* excitasse recentiores tradunt, neque Episcopus, neque *Chronicon Rhythm.* (reliqua multis exponens p. 541-545) neque OLAUS PETRI l. c. ac ne MESSENIUS quidem in *Scondia* (T. IV p. 50, T. X p. 22) vel verbulo meminerunt; tantam rem, si de illa quidquam inaudivissent, haud facile silentio involuturi. Cfr. Anonymus continuator Historiae Lagerbringianae l. c. Caeterum literas Episcopi nostri, apud STIERNMANNUM l. c. foede corruptas (quod ipse alibi fatetur, cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 289), utpote ab homine descriptas in veteribus monumentis legendis et explicandis, ut apparet, prorsus imperito, infra legendas dabimus saniores et accuratius propositas.

[35]) Quamobrem eo minus necesse est, simplicem veterum narrationem conjecturis vel commentis quibuscunque augere; eoque nomine parum nobis placet ratio D:ni BAHDE, qui l. c. (p. 13) putat *antiquiores scriptores nonullas reticuisse circumstantias, ut inveteratam magiae suspicionem ab illustri adeo persona averterent* etc.: quae non modo gratis asseruntur, sed etiam novum de Magia *Possii* figmentum, *inveteratae suspicionis* nomine, contra fidem veterum, ornant. Veremur etiam, ne quae de apparatu *Possii* Chemico ibidem (p. 8 et 21) dicuntur, ad fidem insulso eidem figmento foenerandam, postea confabricata sint? Quem magnum fuisse virum ac heroa, licet Chemicae artis rudem, facile

tem aperte et nostris[36]) et Russorum monumentis[37]) repugnat Nobiliss. VON DALIN, qui (l. c. p. 823) vim pulveris pyrii, in reliquo septentrione hactenus parum notam, Russis plane incognitam fuisse asserens, inde rationem eventus hujusce deducit. — Praemii loco ob merita in patriam, cum

credere licet. Neque etiam, quibus testibus (scriptoribus veteribus atque idoneis) doceri queat, nobis quidem innotuit, *Possium* Academiam Parisinam ad perdiscendas liberales artes adiisse (BADHE l. c. p. 7. et Diss. ADOLPHI FRID. KJELLIN *de statu rei literariae in Svecia per tempora unionis Calmariensis*, Lundae a. 1772 Praeside Nobil. LAGERBRING editae p. 20): quod consilium rarissime Optimatium filii, nisi qui Ecclesiae ministerio se addixerant, suscipiebant. Nec aliud quidquam, nisi studium posterorum, fidem qualemcunque rumori populari de arte *Possii* sive Magica sive Chemica comparandi, demonstrare nobis videtur conservatus diu in arce Viburgensi Lebes ille magnus, (sive muro arcis, ut alii tradunt, insertus), cfr. BADHE l. c. p. 21 et *Fol. Hebd. Ab.* l. c.: quem olim vel nitro excoquendo vel alii tali usui inserviisse, utique credas.

36) Usum pulveris Pyrii in septentrione recentem non fuisse, ac in Svecia ante finem seculi XIV cognitum; tertio seculi XV decennio inter merces civium Stockholmicorum commemorari; eodem tempore bombardas (*Canoner*) ibidem fundi jam consuevisse, et circa medium seculi fabricatores pulveris tormentarii ibidem jam repertos fuisse: accurate docet Cel. MURBERG (*Anmärkningar om Krutets ålder och bruk*) in Actis R. Academiae Literar. Humanior. Hist. et Antiquitt. T. IV p. 329 sqq. Quia usum pulveris pyrii, sclopetorum et bombardarum, Russis adeo non fuisse incognitum, demonstrant cum Literae *Magni* Episcopi saepius laudatae, tum *Chronicon Rhythmicum* (l. c.), ut hujusmodi machinis et multis et magnis eosdem in ipsa hac oppugnatione urbis Viburgensis esse usos, expresse testentur: quod testimonium Auctoris coaevi (Chronici Rhythm.), erroris arguere haud debuerat Nob. v. DALIN (l. c. p. 824 Not. 10), qui ipse, ut hypothesi suae serviat, in vitio est manifesto.

37) Docet Cel. MÜLLER (*Sammlung Russischer Geschichte*, V Band p. 491) *Aristotelem Bononiensem* a. jam 1475 Muscoviae fuisse, ac Russos artem bombardas fundendi iisque utendi docuisse: quibus etiam a. 1482 contra Livonos usi sint. Sed ille, *Dalini* errorem corrigens, hujus tamen fide usum pulveris pyrii et bombardarum tum demum apud Svecos incepisse (serius sc. quam apud Russos?) asserit.

alias tum inprimis obsidionis hujusce Viburgensis tempore demonstrata, *Possio* nostro *Angermanniam* et territorium *Åsense* in *Westrogothia* [38]), feudi jure a Senatu Regni concessa sunt. — Scriptores Russici parum et de obsidione hac et de toto bello a Johanne Basilide I. contra Svecos gesto, commemorant, ita ut ex iis nihil fere opis ad historiam ejus illustrandam haberi queat [39]). Inter nostros autem auctores veteres, de tempore obsidionis et susceptae et finitae, dissensio quaedam levis intercedere videtur [40]). — Annum mortis *Possii* nostri, JUUSTENI verba aperte produnt [41]).

---

[38]) Non totam *Westrogothiam*, ut prodere videtur Anonymus continuator Hist. *Lagerbringianae* l. c. Concessum autem ei fuit hoc feudum (una cum praediis Coronae quae pater suus in Dalia Westrogothiae habuerat) ad dies vitae, haeredibusque suis proximis per annos XXX post ejus mortem. Vid. Litteras R. Senatus apud Dn. BAHDE l. c. p. 22 sq. Cfr. v. DALIN l. c. p. 824 et Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* l. c.

[39]) Meminit Ill. MÜLLER l. c. atque maxime copias Novogrodensium, duce inter alios *Jacobo Zachariae (Sachariitsch)*, imperatore magnae apud suos famae, jussu Magni Ducis, Viburgum oppugnasse, docet.

[40]) *A feriis divi Matthaei Euangelistae* (d. 21 Sept.) *ad ferias S. Andreae*, (d. 30 Nov.) Possium *obsidionem Viburgiae pertulisse*, Auctor noster diserte testatur; die demum S. Andreae ipsam illam vehementem Russorum impetum contra urbem factum esse (qua de re omnes consentiunt) innuens. *Chronicon Rhythmicum* Russos, post infelicem oppugnationis eventum, *nocte S. Barbarae* (d. 4 Dec.) inde fugisse narrat (p. 544). Literae autem Episcopi *Magni*, *obsidionem* illam *ante festum b. Annae, quod apud nos XVIII Kal. Januarii* (d. 15 Dec.) *celebratur*, fuisse *dissolutam*, asserunt. Quae conciliari ita fortassis poterunt, ut jam mense Septembri hostes urbem cingere atque commeatu privare inceperint (cfr. *Chr. Rhythm.* p. 236, 537, 538), sed praecipua oppugnationis vis in fine Novembris eruperit, cujus eventu infelici territi, *nec ulterius pugnandum esse decreverant, ymmo post hoc ad recedendum occulte se disponebant* (ut verba audiunt Episcopi). Quamobrem exercitus hostilis, *Olofsburgum* invasurus, die jam 4 Decembris, a Wiburgo recessit; parte tamen copiarum, ad urbem molestandam, in vicinia ejus relicta, donec in medio Decembris omnes tandem abirent?

[41]) Annum igitur (1500) et diem (25 Martii) quo *Canutus*

Caeterum amicitiam hujus herois cum Episcopo *Magno*, ab Auctore nostro celebratam, non modo liberalitati suae in Capellam ab hoc institutam (qua de re nuper, not. 22 commemoravimus) ansam dedisse, sed alia quoque benignitatis suae in Ecclesiam Aboënsem documenta peperisse, credi potest [42]): quem in his oris mortuum sepultumque fuisse, ex ipsis verbis JUUSTENI non absurde colligas [43])?

Posse obiit, fide Auctoris nostri tuto definire potuisset Nobil. UGGLA l. c.

[42]) Reperimus eum Domum Ecclesiae Cathedrali in urbe Aboënsi donasse („Litzle vorefrw garden, som Kirken fick af „*Knwt Posze*, liggendis ginmooth Gertrud Karwotaska pa Färga-„tan", in *Registro Eccles. Ab.* vocatur (Fol. 270), et *CXL Marcis* aestimatur).

[43]) Magnam praeterea in Finlandia vitae partem egit: cujus rei plura supersunt documenta. Inter quae memorabiles sunt Literae *Stenonis Sture*, datae a. 1485 d. 5 Aug. quibus testatur *Possium* non modo rationes accuratas reddidisse pecuniae 1000 Marcarum, quam pendere quotannis debebat, quamdiu *Tavasteburgum* cum sua ditione obtinuit, sed etiam redituum ex Arcis Viburgensis ditione, quamdiu illam (antea) obtinuerat, perceptorum. Etiam suis Literis Senatus R. eum liberavit omni accusatione et ratione porro reddenda munerum suorum publicorum, confirmans literas sibi antea datas (*Jomfruhamn* d. 9 Aug. ej. a.). Servantur in Bibliotheca Regia Stockholmensi. Ubi etiam vidisse habetur, a *Jacobo Petri* (*Jeppe Persson* Legifero Fenniae Australis (Vicario?) a. 1482 exaratum, literarum *Johannis Petri (Hans Pehrsson)* Judicis Territorii Hollolensis, quibus hic *Canutum Posse*, ex testimonio incolarum paroecias Tavasticas *Hauko* et *Tuulois* habitantium, omni culpa liberat caedis, cujus particeps fuisse arguebatur. — Obliti nuper fuimus significare (not. 33, 34, aut 35), putidos illos rumores, quos exemplari suo *Chronici Olai Petri* MS. versus finem seculi XV adscripsisse Pastorem Ecclesiae Stenby Ostrogothiae *Jonam Klint*, docet Nob. v. STIERNMAN (Vid. *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 236 sq. [de absurda hac narratione cfr. Fol. Hebd. ER. EKHOLM, inscripta *Svenska Fatburen*, IV Öpning N:o 21 p. 161 sqq.]), neque MESSENIO fuisse ignotos; e cujus Schedis *Sigfridum Aroneum (Forsium)* eosdem in vita Episcopi *Magni* (nostri) legendos exhibuisse testatur PALMSKÖLDIUS (*Archiv.* N:o XIV *Topogr.* T. LXI Carelen, p. 295), easdem nugas adferens, quas ex *Klintio* protulit (l. c.) STIERNMANNUS, atque

De toto hoc bello Russico, Finlandiae admodum funesto, multis agit *Chronicon Rhythmicum* Majus, p. 536-554 (HADORPHII *Append.* p. 343 sq., nec non Nobil. v. DALIN l. c. p. 812, 818 sq., 822-829). In vetustis quibusdam monumentis hoc bellum, ob diuturnitatem et vehementiam suam, nostratibus audit *Russicum bellum magnum,* in quo Episcopus etiam noster, ad patriam defendendam, et opem et curam laudabilem Reip. exhibuit [44]). An vero Administrator Regni *Steno Sture* omni culpa illius negligentius et segnius gesti, atque hinc permissae hostibus potestatis Fenniam crudelissime vastandi [45]), prorsus liberari possit, dubium videri

---

haec modo verba interserens: „Sjelfwa dhen Kettlen hwaruthi „smällen tillreddes, såsom ock et Köksswerdh, thermedh en Kock „skall hafwa många af Ryssarne nederlagt, wijses ännu i dagh „på Slåttet. Georg. Haveman de Wiburgo Oratio, edita Dorpati „1694.“ Vel illa de duplici urbis obsidione, a qua utraque *Possius* Russos artibus suis depulerit narratio, quam parum fidei rumor hicce mereatur, satis prodit. Ipse MESSENIUS contentus fuit, *Scondiae* T. X p. 22, scripsisse, Russos a Viburgo *per admirabile quoddam Canuti Posse Stratagema* fuisse depulsos; T. IV p. 50, *funesto sub turribus fumo excitato, plurimos hostium ex superioribus illarum tabulatis acriter pugnantes, suffocasse, fugasse, obsidioneque urbem liberasse,* dicit, *Chronici Rhythmici* narrationi simpliciter insistens, nullaque *fragoris* illius mentione injecta; in *Chronico* autem *Rhythm. Finn.* cum eadem fere adduxisset, haud insulse addit: *Thetta var Smällen i Wiborgh, som gjorde Ryssen sådan sorgh* (p. 41; cfr. *Fol. Hebd. Åb.* l. c. p. 237).

[44]) Praeter eam quam supra laudatae Literae suae testantur harum rerum curam, idem confirmat *Chronici Rhythmici* narratio de 50 militibus Episcopi *Magni,* qui in eruptione a *Possio* ex urbe Viburgensi contra Russos facta, occubuerunt. (*Chr. Rhythm.* p. 538).

[45]) Totam *Careliam, Savolaxiam,* magnam *Tavastiae,* et quandam *Nylandiae* partem, nec non *Ostrobotniam septentrionalem,* crudelissime fuisse igne ferroque vastatas, et incolas barbarica saevitia afflictos et occisos, docet (praeter Auctorem nostrum) *Chron. Rhythm.* suo more canens: (p. 548) *Kareel, Savolax, halft Tavasteland ligger öde; Ther vare nu ingen boo, Hwaske hund, kane eller koo. Hoo kan sik ther hwijla? Landit*

queat [46])? quamvis et Episcopum nostrum [47]) et alios prae-

ligger öde mer än 80 'mijla. Cfr. p. 536, 546 sq. et HADORPHII *Append.* p. 343 sqq.; VON DALIN l. c. p. 812, etc.; MESSENIUS *Scond.* T. IV p. 48 sqq., T. X p. 22, et *Chron. Finl. Rhythm.* p. 40 (quo loco, ut et *Scondiae* locis laudatis, nomina Territoriorum Carelicorum misere corrupta, ita restitui debent, ut pro *Laskis* l. *Laschis* l. *Lasche* legatur *Jääskis*, et pro *Egreste* l. *Egrepe*, *Euräpää* s. secundum Carelicam dialectum, *Egräpää*).

[46]) Minus faventer de consiliis atque diligentia sua judicare videntur Auctor *Chronici Rhythmici* p. 537, 538, 540 sq., 545, 547, 550, 552 (554?) et OLAUS PETRI, *Chron.* ad a. 1495 et 1496; cfr. Anonymus continuator Historiae Lagerbringianae, ad eosdem hos annos. Ac sane sollertia satis, promta, idonea et sufficientia ad Finlandiam ejusque fines contra saevorum horum hostium irruptiones tutandos, consilia et adminicula capta atque adhibita non fuisse, res ipsa docet; si etiam Proregi infelix ac perniciosum non minus quam turpe consilium, Russis Fenniae partem quam postulabant concedendi, (quo melius regnum Sveciae, ac suam inprimis auctoritatem et munus eminens, contra Regis Johannis molimina tueri valeret), haud tribuamus. Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. IV p. 48-53, ad a. 1494-1497.

[47]) Quam hic fuerit sollicitus, de fama *Sturii* contra adversariorum suorum criminationes tuenda, literae suae ad *Magnum Laurentii*, Praefectum Viburgensem suosque socios qui urbis arcisque hujus praesidium susceperant, etc. satis superque demonstrant, quibus favens et benignum testimonium in caussa ejus, ab illis efflagitat, quasque, cum egregiam huic rei lucem afferant, ex apographo veteri descriptas hic adponere placet: „Vi „*Magnus* med Gudz nåde Biscop i Abo, helsom eder oss elske-„lige *Magnus Larensson*, Fougte på Wijborg, och flere the gode „män och dandeswenner, som liggie i Slottzlofven ther samma-„stadz, thessligest Borgmestere och Rådh i Wijborgz stadh, och „vore Landzprovest i then landzaende, kärlige med Gudh. Käre „vener, skal eder witterligt ware, at wår Käre broder Herr *Sten* „*Sture*, Riddare och Hoffmestere i Sverige, haffuer ofte och tijdt „iblandh andre ärende rört och talat med oss om then skada „och förderff som skedd är på thenne fattiga landzände aff the „omilde Rydzer i thenne förlidne åhr, *och fruchter han endelis* „*före, att några skola wara the som honom vele förwijte och* „*förkaste, at thet skulde wara hans brest och försumelse at så-* „*danne skada skedt är, och att thenne landzände ey bleff unsatt* „*i tijdh och i thyma år: hwilket medh Gudz hielp doch icke be-*

claros viros nactus sit defensores [48]).

Praecipuas in Ecclesia Aboënsi dignitates, *Magno* nostro sedente Episcopo, sequentes gessisse viros reperimus: Praepositi munus post nostrum suscepit M. *Laurentius Michaelis Suuripää,* qui eidem deinde in Episcopali quoque dignitate successit. *Archidiaconi* nullius nomen ad nostram cognitionem pervenit. *Decanum* a. 1492 fuisse M. *Magnum Johannis* reperimus [49]). Inter *Canonicos* eminuerunt *Magnus Laurentii* (idem, ut putamus, qui cognomen habuit *Grisefoth* vel *Griffoth,* et *Archidiaconi* postea dignitate auctus fuit?) et M. *Arvidus Kurck* (qui factus deinde fuit Episcopus): de quibus infra.

De *Praefectis* Arcium ac Provinciarum Finlandicarum, tempore quo *Olaus, Conradus* atque *Magnus* noster Eccle-

---

„*finnes i sanningen, när thet komber til en rätt ransakan.* Hvar„före tå bedie wij eder, att i hafwe almogen tillhopa ther i läh„net, och förhörer med them om the vele göra ,vår käre bro„ders ursächt häruthinnan; eller och om någor är then som „honom vilde skylde therföre, hvilket oss hopas att ingen biu„der til: och när i hafven fongit svar aff them, to scriffuer oss „till oförtöffvet hvad the eder svara, under alles edre insigle „och flere gode mäns, som ther i then Landzänden stadde äre, „och sender oss sodane breff hijt oförtöffvat, hvilket Vij och „Vår käre broder gerna förskylla medh allo godho, och bevisen „eder häruthinnan som hans och våre gode troo är till eder, „som oss hopas at i och gerna göre. Ider her medh alsmectig „Gudh everdelige befallandes. Ex Castro nostro *Kustha* ipso „die beati Clementis anno Domini MCDXCVIII, nostro sub si„gillo.“ Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1791, N:o 49, ubi easdem inseri curavimus.

48) Vid. Nobil. v. DALIN l. c. C. XIX §. 14 et 15, qui diligens magni Viri patrocinium suscepit.

49) Meminit DIJKMAN *Antiquitt. Ecclesiast.* p. 256 literarum, quibus Senatus Regni potestatem belli Russici dirigendi viris quibusdam praeclaris, a. 1492 d. 28 Octobr. dedit; inter quos recenset, praeter *Canutum Posse, Magnum Johannis,* in artibus Magistrum, *Decanum Ecclesiae Aboënsis* (qui forte primus fuit hac dignitate ornatus?), *Ericum Ragvaldi* militarem, et M. Henricum --- *Canonicum Aboënsem.* Quae literae, diligentiori sane dignae examine, ubi jam deliteant, ignoramus.

siae Fennicae praeerant, alio loco, ex instituto, egimus [50]). *Legiferos*, quos eodem hoc tempore fuisse in *Finlandia* reperimus, in subjecta nota nominabimus [51]): quos, ut et *Ju-*

---

[50]) Vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785 Appendix, ubi Stiernmannianum eorum Catalogum supplere et emendare conati sumus. De *Aboënsibus* agitur p. 196—205; quibus nunc addimus, *Christiernum Benedicti* in Salestad etiam a. 1457 et 1462 vocari Praefectum Arcis Aboënsis *(Höuidzman pa Abo)*; *Johannem Haquini* a. quoque 1472 audire Praefectum Fenniae Borealis *(Fowgde i Norrfinne)*; *Martinus Johannis (Mårten Jönsson)* Advocatus Aboënsis a. 1480 fuisse reperitur; *Johannes Kyle* non modo a. 1487 et 1488, sed etiam a. 1490 idem munus obiisse. — *Praefecti Tavastenses* ibid. p. 219 sqq. enumerantur (coll. Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercur.* a. 1755 Sept. p. 268 sqq.): quibus addendus est *Engelbertus Jacobi (Engelbrecht Japson)* qui hoc munus annis 1448 et 1449 administravit; cui *Olaus Nicolai Tavast* a. etiam 1458 praefuisse reperitur. Male itaque hunc a. jam 1455 obiisse narrat Nob. STIERNMAN (apud Dn. GJÖRWELL l. c.); quod vel ex inscriptione sepulchro suo incisa (atque a Nob. ELIA BRENNER, antequam incendio Templi Cathedralis a. 1681 periret, delineata ac in Bibliotheca Regia Stockholmensi conservata) patet, quae hujusmodi fuit: *Anno D:ni MCCCCLX in crastino S. Petri de Cathedra obiit nobilis vir Olavus Thavasth Miles. Orate pro eo.* — *Praefecti Viburgenses* adferuntur in *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 225 sqq. Addere licet, a. 1438 *Bothe Benedicti (Benktsson)* Armigerum, vocari *Herr Iwar Niclissons fogethe* in iis partibus; a. 1455 *Jacobus Petri (Jäppe Pederson)* dicitur *K. Carls Ämbitsman här i landet* (in Vib. provincia); et literae Ep. *Magni* quas nuper attulimus (not. 47) missae sunt ad *Magnum Laurentii* Praefectum Viburgensem. Tandem inter *Praefectos Korsholmenses* s. Ostrobotniae (de quibus ibid. p. 216 sqq.) reperimus a. 1445 fuisse *Ingwarum Nicolai (Ingwar Nielsson, Fogate uppa Korsholm)*; e cujus antecessoribus nominatur *Olavus Henrici*.

[51]) Legiferi Fenniae Borealis fuerunt, post *Henricum Clausson* (de quo supra p. 433 sqq. Not. et p. 473). 1. *Hartichinus Jacobi (Hartik* l. *Hartvig Japson* l. *Jacobsson)* clarus et potens in his terris vir, qui ab a. 1459 ad a. 1486 ei muneri praefuisse reperitur. Antea *Judicem* fuisse *Territorialem* (Häradshöfdinge) invenimus, cum Territorii *Vemoënsis* (a. 1449, 1453 et 1454; nisi Vicarium aliquando egerit?) tum in *Kaland* (a. 1450 et 1451), quod ubi quaerendum sit, nescimus. [*Kaland* olim *Alandiam* significasse, postea didicimus: cfr. ex. gr. AGRICOLAE Prae-

dices Territoriales, non alios fere nisi illustri loco natos, electos fuisse atque constitutos, comperimus.

---

satio altera ad N. Testamentum a se Fennice editum.] Hunc familiae *Tavasticae* temere inserit BÅNG, (in Schemate saepius citato; de re ipsa cfr. etiam v. STIERNMAN Ad Petri Nigri Hist. Episcopor. Arosiens. p. 86 sq.), cum tamen vel insignia sua gentilitia (Wapen) ad aliam omnino gentem pertinuisse doceant, tres quasi domos a parte laterali visas (gaflar), duplici serie (quarum una sursum altera deorsum spectat), linea vel fascia separatas, ostentantia, quae a superiore sinistra ad dextram inferiorem partem scuti transverse porrigitur: cum quibus insignibus, illa quae *Gregorius Andreae (Gregers Andersson til Koskis)* Judex olim Territorii Vemoënsis, vir non contemnendae ille quoque in his oris auctoritatis gestavit, magnam similitudinem (inprimis qualia nonnunquam sistuntur) habere videntur. Quorum omnium effigiem in tabula aenea, huic operi adjungenda, spectandam dabimus. Fratres Legifer noster habuit M. *Arvidum Jacobi* Archi-Diaconum Aboënsem (de quo supra p. 546) et *Johannem (Jöns) Jacobi,* cujus vidua *Ingeburgis* deinde nupsit *Ulfoni Benedicti (Ulf Bengtson).* Ipse autem noster in matrimonio habuit *Ingeburgim Magni (Fleming),* neptem Legiferi *Nicolai (Clawus) Fleming:* prolem nullam reliquisse (quamvis BÅNG l. c. filias ei tribuat) ipse testatur literis in Coenobium Nådendalense munificis, datis a. 1466, die Veneris proxima ante diem S. Henrici aestivum: unde etiam discimus, matrem suam fuisse *Ragnildam in Laetala.* Idem hic *Hartichinus Jacobi* Templum Laetalense fundasse (in *Libro Sundholmensi,* de quo infra) perhibetur. Inter Senatores Regni a Nob. UGGLA l. c. non recensetur. 2. *Ericus Ragvaldi (Eric Ragvaldsson* l. *Ravalsson),* cui ex insignibus suis gentilitiis nomen *Fargalt* (caput enim *Verris,* vel forte *Apri?* illa exhibent) tribuit Nob. UGGLA l. c. (III Afdelning. N:o 647), quique a. 1487 et 1488 Legiferi munus administrasse reperitur; a. autem 1489, quo praesens fuit in Judicio a successore suo *Henrico Bitz* habito, vocatur *Praefectus Satacundiae (Höfwidsman öfwer allt Satkegwndh).* Num itaque munus Legiferi abdicaverat? Quod facere haud solebant. Vel nonne potius, utrumque conjungens officium, a Judicis tamen partibus peragendis illo tempore, ex aliqua caussa abstinuit? 3. *Henricus Bitz* jun. nepos senioris ex filio *Erico* (de quo mox). Cfr. supra p. 490 sqq. Hunc a. 1490-1504 functum esse hoc officio, ex literis suis adhuc superstitibus discimus. Anno autem 1506 mortuus jam erat. Vocavit se *Militem* in *Nynäs.* Uxorem habuit *Annam Johannis (Hans*

---

dotter, Tott). Cfr. v. STIERNMAN l. c. (in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 198) et UGGLA l. c. N:o 633, qui ex his nostris emendari et suppleri debent. *Thomas Olavi* de Torkila, *Judicium* quidem *Provinciale* (*Lagmans-Ting*) aliquoties habuisse legitur (a. 1497 et 1489); sed *vicarii* tantum *Legiferi* partes peregisse, suspicamur? ut *Judicium Territoriale* (*Härads-Ting*), idem in Territorio *Maskoënsi* et *Vemoënsi*, loco Ordinariorum Judicum (a. 1472, 1477, 1480 et 1487) habuisse reperitur. Inter *Legiferos Fenniae Australis* eodem hoc aevo occurrunt: 1. *Henricus Bitz* senior (s. avus), pater Episc. *Conradi*, *Miles* in *Wik* (cfr. supra p. 490 sqq.); quem a. adhuc 1458 in vivis fuisse didicimus. Reliquis suis liberis addenda est filia *Birgitta*, uxor *Olavi Drake*, armigeri. Patri successit 2. *Ericus Bitz*, de quo itidem supra commemoravimus, p. 492 sq. Hujus filiis addendus videtur *Andreas Bitz*, qui inter Haeredes Episc. *Conradi* occurrit? 3. *Christiernus Frille*, cujus literae judiciales supersunt a. 1467-1469 datae. A. 1463 et 1464 Judex fuit Territorii Halikoënsis (*Härads-Höfdinge*). Uxor autem ejus (secunda?) *Helena* (*Elin*) *Magni*, (quae nupta antea fuerat *Henrico Horn*, cui filium *Claes Henricsson*, postea Legiferum, pepererat?) a. 1442 die S. Petri ad Vincula (1 Aug.) viduam ejus se appellat (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 195). Inter hunc et *Claudium* (*Nicolaum? Claws*,) *Henrici* (de quo mox) vixisse et *Judicium Provinciale* (*Lagmans-Ting*) habuisse a. 1482 reperitur *Jacobus Petri* (*Jeppe Pehrsson*), qui *Legiferum Suderfinniae* sese vocat (cfr. supra p. 574 not. 43). Num nonnisi vicarius erat? [Nec quidquam obstat, quominus *ordinarium* fuisse *Legiferum* credamus, cfr. infra.] 4. *Claudius* (*Nicolaus*) *Henrici Horn*; cujus literae annis 1487-1517 datae exstant. De duobus his Legiferis (N:o 3 et 4) ac Regni simul Senatoribus, cfr. Nob. UGGLA l. c. N:o 605 et 668, ex his emendandus et supplendus. *Claws Henriksson* vocatur a. 1470 Armiger, et a. 1486 Judex Territorialis. Anno 1520 in vivis adhuc fuisse, ex literis R. *Christierni II* (d. 10 Junii) ad Senatores Regni in Finlandia degentes (inter quos noster nominatur) scriptis discimus, quas inserendas curavimus *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 30). Quando autem et quomodo mortuus fuerit, ignoramus. Inter eos quos Tyrannus occidi fecit, non comparet: sed eo circiter tempore tamen obiisse videtur. Inter *Judices* quoque *Territoriales* hujus aevi, plures occurrunt viri, nobilibus in hac terra familiis orti, et ipsi clari atque auctoritate praecipua pollentes: sed quibus enumerandis nolumus immorari.

il habemus quod iis quae passim jam attulimus, adda- s [52]).

VICESIMUS PRIMUS.

D. LAURENTIUS *Michaëlis Suurpä s)*, natus in civi- e Aboënsi, de honestis parentibus. Magister Parrisi- sis, concorditer in Episcopum, via scrutinii, ex Prae- situra eligitur, anno D:ni 1500, 21 Martii, et anno quenti Upsaliae consecratur, die Assumtionis divae ginis. Hic homo mitis et mansvetus fuit, qui in Epi- opatu suo laudabiliter vixit. Hujus tempore, videlicet no D:ni 1502, die visitationis Mariae, obsedit exer-

---

52) Inter Regni Senatores Magnum nostrum variis consiliis licis capiendis ac Literis scribendis adfuisse, (jam ut Prae- itum in Reip. negotiis versatum) monumenta temporis sui do- t: inter quae ad nostras res pertinent Literae quas una cum hi-Episcopo *Jacobo* (Ulphonis), *Stenone Sture* (Prorege) et *nuto Posse* a. 1490 die Johannis Baptistae Upsaliae dedit, bus nonnulla praedia, quae a *Lucia Olavi* (vidua *Henrici sosson*) emerant, Monasterio Nådendalensi donabant (inter Li- as hujus Monasterii servatae: in quibus etiam comparent, quae ent a. 1458, d. 29 Junii, cum mater sua *Helena Nicolai*, post rtem mariti bona ejus relicta inter liberos suos divideret, no- am *Magnum* absentem ac peregre profectum fuisse, qui cum nde rediisset, post diem 1 Maji rursus abiit. Utrum studio- a persequendorum caussa, an (quod verisimilius est, vocatur m jam *Magister*) ob alia negotia exteras terras eo tempore erit, existimare non possumus. Ad res vero ecclesiae suae strandas pertinebit fortassis, quod praeter caeteras Fraterni- es Sacras, Convivium etiam S. Annae suo tempore Aboae flo- rit: ut ex literis patet, quibus cum a. 1461 tabernae quaedam rcatoriae ac cellae vinariae Altari S. Annae, Templi Aboën- dono darentur, curae illarum fratres hujus Convivii (*S. Anna lesbröder*) praeficiebantur. (Litt. Monast. Nådendal.). [De *Fra- ritate S. Annae* cfr. supra monita p. 424 sq.].

s) A. *Sump.* vel *Suurp.*

citus D:ni Stenonis Sture Castrum Aboënse, et infra festum Nativitatis Mariae illud obtinuit de manibus Magni Frille, qui tunc Praefectum Castri *t*) egit; non negligentia sui, sed quorundam Almannorum, qui nolebant diu obsessi esse, propter quandam notabilem summam pecuniae, quae tunc in eodem Castro sub deposito erat [85]. Hujus tempore exclusus fuit de regno Svethiae Rex Johannes, Danus, et in brevi amisit omnia castra et fortalitia *u*), quae in regno occupaverat, idque maxime propter Danicam suam perfidiam et multiplicem injuriam, qua Svecos circumvenire et afficere studuit. Sedit hic D. Laurentius quasi annis septem [86], et infirmari coepit in passagio Hyndskär *v*), quando visitaturus erat in Olandia *x*), et subito tactus est Apoplexia. Supervixit autem diebus quadraginta tribus, et simili eodemque die quo correptus est morbo, videlicet die Lunae, in profesto S. Michaëlis, hora quasi undecima obiit, et sepultus est in sacello Omnium Sanctorum, ante *y*) summum altare, ad latus D. *Magni*, in Ecclesia Aboënsi [87].

Notae Editoris.

Patrem hujus Episcopi, *Michaëlem Suurpää* (l. *Suuripää*, quod cognomen Latine *Capitonem* significat, Svetice Storhufwud) Consulem Anno 1455 et 1456 fuisse urbis Aboënsis, ex monumentis adhuc superstitibus discimus [1]). Me-

---

t) A. omittit. *u)* A. *portalitia.* *v)* A. Hynsker; (hodie Jungfruskär, inter paroeciam Korpo et Alandiam?). *x)* M. *Ålandia.* *y)* N. *circa.*

[1]) Cfr. Litt. his annis datae, in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 216 et 133. *Ragwaldus Suuripää*, civis item Aboënsis, qui a.

itis ac dotibus ingenii (quas Parisiis excoluerat, Magistri nomen honoremque inde reportans) animique eminuisse, credas, quum ad Episcopalem dignitatem, prae nobiliorum familiarum candidatis, ascendere valeret? Caeterum de vita factisque suis antecedentibus, ac per quos honoris gradus ad Praeposituram ierit, nihil omnino nobis constat. In munere autem *Praepositi* (ut postea in Episcopali) *Magno Nicolai* a. 1490 successit; a quo tempore in multis literis, quarum exempla supersunt, illo honoris titulo ornatur. Cum post electionem suam, a. 1500 initio fere anni (d. 21 Mart.) factam [2]), tamen non ante d. 25 Mart. sequentis anni 1501

1456 ille quoque Consul Aboënsis vocatur, ex eadem sine dubio gente fuit? (In Litt. Coenobii Nådend.) Idem a. 1462 et 1465 Senator Urbis Aboënsis in aliis audit Litteris, in Bibl. Reg. Stockh. servatis. Cognatione tamen noster cum nobilibus quibusdam familiis fuisse conjunctus reperitur. Ita in literis a. 1490 scriptis, dicitur M. *Laurentium* Archi-Praepositum Aboënsem cum virgine sibi *cognata*, *Anna Johannis*, filia *Johannis Petri* (Jens Pedersons) *de Nijttygård*, quae Monialis facta fuit, praedium quoddam Monasterio dedisse; quibus literis sigillum suum appendit etiam *Arvidus Olavi*, Armiger (a vapen), *cognatus* Praepositi.

[2]) Frustra igitur Nob. v. STIERNMAN inter *Magnum Nicolai* et nostrum *Laurentium* intrudere voluit Episcopum quendam *Andream*, quem sigillum suum appendisse dicit Literis deditionis (a. 1502 proximo die Martis ante diem Nativitatis Mariae, h. e. d. 8 Sept. datis) quibus *Magnus Frille* Praefectus Arcis Aboëns. hanc exercitui Proregis *Stenonis Sture* tradidit. Vid. Cel. GJÖRWELL *Sv. Merc.* a. 1757 Sept. p. 272, et *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 205. Non solum auctor noster, cujus locum ipse STIERNMANNUS allegat, expresse testatur, deditionem hanc factam fuisse *tempore Episcopi Laurentii;* sed etiam plures literae docent hunc Episcopale munus gessisse a. jam 1501 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 275 et 276), quem ante a. 1506 diem non obiisse, simul constat (cfr. ib. F. 285 etc.). Sine dubio apographon laudatarum literarum nactus Nob. STIERNMANNUS fuerat, in quibus vitiose nomen Episcopi, *Anders* pro *Laurens* (l. *Larens*) scriptum exhibebatur; aut si autographon oculis usurpavit, illud male legit, quod ei non raro accidisse reperimus. Itaque ille *Andreas*, de quo superiorum (ac prope coaevorum) hominum nemo quidquam inaudivit, relegandus rursus est in tenebras ubi hactenus delituit.

Upsaliae consecraretur [3]), interim in literis quibusdam nonnisi *Electus Aboënsis* salutatur [4]).

85. Inter eventus memorabiles, qui brevi illo tempore quo hic Episcopus Cathedram Aboënsem occupavit, in Finlandia contigerunt, refert Auctor noster obsidionem et oc-

---

[3]) Qua occasione Confessionem et literas submissionis atque fidelitatis Archiepiscopo Upsaliensi exhibuit, quarum autographon adhuc in Bibliotheca Regia Stockholmensi superest, quasque ex Apographo quod Reg. Academia Litterar. Humanior. Historiae et Antiquitatt. servat, exscriptas, subjungemus: Ego „*Laurentius* Aboënsis sedis ordinandus Episcopus et sacrosancto „ministerio vestro praedicationis officium suscepturus, confiteor „sanctam et ineffabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiri-„tum Sanctum, unum Deum naturaliter esse unius substantiae, „unius naturae, unius majestatis et virtutis; coaeternum Patri ac „Spiritui Sancto filium, in tempore de eodem Spiritu Sancto con-„ceptum et de Maria virgine natum credo, qui passus pro salute „hominum, ad inferna descendit, indeque victor surgens et in „caelos ascendens, venturus est in fine seculi, ut reddat singulis „secundum opera ipsorum. Praeterea instituta ac praecepta qua-„tuor principalium Synodorum, videlicet Niceni, Constantinopoli-„tani, Ephesini et Calcedonensis, Canones quoque Synodales et „decreta quae orthodoxa fides suscepit, me suscipere et praedi-„care velle confiteor. Haereses et Schismata, et quicquid sanae „fidei adversatur condempno et anathematiso. Tibi etjam et pri-„vilegio Upsalensis Ecclesiae, tuisque successoribus, secundum „sacros canones et decreta Sedis Apostolicae ex sacris canonibus „ac legibus promulgata, pro scire et posse me obediturum pro-„mitto, et absque illius consensu nullum me praebere in magnis „negotiis vel ordinationibus assensum; pro ejusdem quoque Me-„tropolitani publicis et privatis negotiis studio, consilio, societate, „me elaboraturum, nisi in eo quod ad propriam pertinet paro-„chiam meam, profiteor. Et huic professioni meae coram Deo „et Sanctis ejus sub testimonio quoque praesentis ecclesiae, „subscribo. Datum Upsaliae anno Domini MD primo, ipso die „Assumptionis Mariae, meo sub sigillo praesentibus appenso. Et „ego Laurentius praefatus manu mea propria haec subscripsi, in „majorem evidentiam praemissorum.“ Sigillum Episcopi in Tabula adjungenda spectandum praebebimus.

[4]) Vid. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 276, ubi vocatur *werdugh fader Laurens Suuripää, Electus j Abo.*

cupationem Arcis Aboënsis per exercitum *Stenonis Sture*, Regni administratoris (post arrepta rursus in Regem *Johannem* arma) perfectam, ab aliis rerum hujus aevi scriptoribus (ne MESSENIO quidem excepto) non commemoratam, quamobrem nec omnes ejus circumstantias, quas ille nonnisi paucis tangit, illustrare jam valemus. Ipsum *Stenonem*, gravioribus in Svecia negotiis districtum, has oras tum non adiisse, constat: quis vero exercitui suo, hic collecto vel huc misso, summo imperio praefuerit, remque gesserit, nisi quantum ex ipsis literis deditionem probantibus colligere licet, nescimus [5]). Obsidionem licet a d. 2 Julii ad d. 6 Septembris toleratam, (quo tempore Episcopus interim Sveciam petiisse videtur) longiorem tamen futuram fuisse, Auctor significat, nisi milites Germani qui in praesidio erant, Praefectum *Magnum Frille* [6]) ad deditionem faciendam coë-

---

[5]) His literis sigilla sua appendisse, docet Nob. v. STIERNMAN (vid. *Fol. Hebd. Ab.* loco nuper cit.) Episcopum Aboënsem *Andream* (lege *Laurentium*, qui itaque jam ex Svecia factus redux fuerat), *Henricum Bitz* Equit. et Legiferum Fenniae Borealis, *Antonium (Tönne) Erici* Praefectum Arcis Raseburgensis, *Henricum Stenonis* Praef. Arcis Tavastburgensis, *Dieterícum Johannis* (*Dijric Hansson*, qui a. 1498 fuit Judex Territorialis in Masko, et 1504 Praefectus Arci Aboënsi), *Matthiam Philippi (Mats Filpusson)* et nonnulli alii ibidem nominati, cum nobiles tum cives urbici et inferioris ordinis, officiales ac ministri Proregis *Stenonis Sture*, Arcem Aboënsem eo tempore circumsedentes. Unde exercitum hunc, ex nominatarum Arcium Fennicarum praesidiis, quae ad partes mox Proregis accesserant, conflatum, ducibus usum nobilibus nuper laudatis, colligi potest.

[6]) Cfr. de hoc Nob. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785, App. p. 205 sq.). Ubi tamen quod de matre ejus dicit, eam filiam fuisse *Jacobi Petri* (*Jacob Pehrsson til Hapanim*, lege *Haapaniemi*), emendari ex illis debet quae supra p. 580 not. 51, docuimus. Fuit enim filia *Magni* (*Fleming*, *til Villnäs*, ut videtur). Male hunc *Magnum Frille* Nob. v. DALIN l. c. C. XIX §. 25 p. 849 vocat *Johannem (Hans)*. Caeterum superest Epistola ad eum R. *Johannis* („Til *Mogens* Frille, vor Embitzman paa Abo,") data Kioebenhavn a. 1502 D:nica Reminiscere (in R. Bibl. Stockh. servata) qua ei imperat, ut sibi Stockholmiam obsidione liberaturo, veniat auxilio. Anno autem jam 1501

gissent, quo pecuniae summa ibi deposita, (ut videtur) ipsi potirentur [7]): qua re commemoranda Auctor noster, *Frillii* amicus, hujus fidem atque diligentiam vindicare studuit. *Danis* autem atque Regi *Johanni* infensiorem simul Auctorem fuisse, probra in hos mox subjuncta satis testantur; quae ex recenti dolore spoliatae ab his et crudeliter vastatae urbis Aboënsis (de qua re in vita Episcopi *Johannis IV* dicetur) inprimis profecta esse, facile credas?

Cum Russis autem inducias his temporibus factas esse, exemplum literarum hoc super negotio confectarum, (quod in R. Archivo Antiquitatum, haud ita pridem asservabatur, sed cujus legendi opportunitas nobis hactenus non contigit) testatur, hujusmodi rubro, ut ex indice monumentorum egregiae hujus collectionis (jam inter R. Bibliothecam Stockholmensem, Archivum Regni et R. Acad. Literar. Humanior. Hist. et Antiquitatum partitae, didicimus) ornatum: *Copia Literarum confectarum super pace et treugis factis inter regnum Svecie et Ruthenos, duraturis per XX annos, ab a. D:ni MD quarto.* Harum induciarum nullam omnino Historici nostri, horum temporum, faciunt mentionem, nec facile credas, easdem esse quas commemorat Olaus Petri (Chr. ad a. 1510) et post eum Messenius (*Scond.* T. IV p. 69) et v. Dalin l. c. C. XIX §. 7 p. 867) fuisse a. 1510 a *Svantone Sture,* Regni administro, cum Russis ad LX annos factas [8])? In quam rem ulterius inquirendum est.

---

eum arcem Aboënsem (R. *Johannis* nomine) tenuisse, novimus. Vid. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 216.

[7]) Nempe pecuniam illam ad Regem pertinuisse credas? De qua tamen circumstantia, totaque adeo re, utrum quid lucis ipsae literae, quibus *Frillius*, cum militibus suis in fidem receptus fuit, exhibeant, dicere non possumus, utpote qui illarum exemplum videndi opportunitate hactenus caruimus.

[8]) Easdem tamen (quas Messenius l. c. dicit Proregem per *Antonium Turonis,* quem Nobil. v. Dalin vocat *Tönnes Ericsson* Tott? in Russiam expeditum, fuisse elicitas, ac deinde Stockholmiae constitutas) nonnisi ad XXX annos pactas fuisse, male narrat Celsius (*K. Gustaf I:s Historia,* 1 Del. p. 231, Ed. 2):

Ad conditionem Finlandiae, qualis hoc esset tempore, et Episcopi nostri de Dioecesi sua curam illustrandam, egregie pertinent Literae Senatus Regni de augendo in Fennia numero Templorum et Ecclesiarum, illo monente ac flagitante Stockholmiae a. 1504, in crastino b. Calixti (d. 14 Oct.) datae: quare illarum exemplum ex *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 258) describendum atque *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1789 (*Åbo Nya Tidningar*) N:o 42, p. 337 sqq. inserendum curavimus. Unde discere licet, paroecias, maxime in Savolaxia et Carelia, 12 aut 13 centenis constitisse Rusticis (colonis s. praediorum possessoribus vel cultoribus), quorum quidam 15 aut etiam pluribus milliaribus a Templo suo essent remoti, ac ob viae longioris, partim terrestris partim aquatici, impedimenta, raro cultui adesse possent Divino publico, aliqui vix semel tertio aut quarto quovis anno, aliqui nunquam: quare religionis ignari Christianae, Lapponum ac ethnicorum instar viverent, nec ecclesiae Sacramentis uti possent.

86. Quasi (h. e. fere) annis VII Episcopum nostrum gestasse pedum Episcopale, accurate dici nequit; cum circa initium a. 1500 electus, versus finem a. 1506 (in profesto S. Michaelis, h. e. d. 28 Sept.) obierit, adeoque nonnisi VI annos cum dimidio Ecclesiam rexerit Finlàndensem: sed in talibus summa accuratio non spectatur. Die S. *Simeonis* (18 Febr.) literis sigillum suum appendisse adhuc reperitur (inter Monum. Coenobii Nådend. servatis), ejusdem anni, quo, in medio mensis Augusti, *Olandiam* h. e. *Alandiam, Åland* [9]) visitaturus, apoplexia correptus fuit.

87. Ante *summum altare* Sacelli omnium Sanctorum cum noster fuisse (juxta antecessorem suum Ep. *Magnum*

---

nescio quibus nixus testimoniis? Russorum monumenta de his induciis plane silent; teste MÜLLERO l. c. p. 503.

[9]) Male MESSENIUS (*Chron. Episc.* in vita nostri) ac post eum WEXIONIUS *Descr. Sveciae* L. X, C. XI, n. 21); SPEGEL (*Bisk. Chrön.* p. 398) aliique, legunt *Oelandiam*, quae ad Dioecesim Aboënsem nec pertinuit unquam, nec pertinere potuit.

III) sepultus dicatur; etiam hoc conjecturam nostram confirmat de pluribus Sacelli hujus altaribus: cfr. supra p. 568. Ac si de aliis Templi Cathedralis Sacellis idem valuisse putemus; facile difficultas solvi poterit, de XII altaribus in Ecclesia Aboënsi uno eodemque die ab Episcopo *Conrado* consecratis: licet quod de unico altari (Corporis Christi) per totam Dioecesim ante illud tempus consecrato additur, aeque nobis adhuc maneat obscurum.

Vicesimus Secundus.

D. JOHANNES *Olavi*, natus in paroecia Pargas, Magister Parrisiensis, et Archi-Presbyter Ecclesiae Aboënsis. Hic eligitur via scrutinii in Episcopum Aboënsem, anno D:ni 1506, in profesto b. Francisci, post mortem D. *Laurentii*[88]: et acceptavit castrum Cuusto die Birgittae proxime sequenti: prius tamen numeratis *z*), licet invite, familiaribus in castro existentibus, 200 marcis *a*) Svecicae monetae, priusquam castrum de manibus eorum extrahere poterat; quod vix unquam prius attentatum fuerat[89]. Consecratur Upsaliae anno salutis 1507, die Conceptionis Mariae, et statim ad sedem suam rediit; in die vero Natalis Domini missam suam Episcopalem celebravit, et quasi totam dioecesin suam in anno cum dimidio visitavit. Sedit autem quasi annis tribus, et moritur in Cuusto (rediens ex visitatione Careliensi) *b*) die Primi et Foeliciani martyrum, satis improviso. Dicitur enim bolo suo proprio quasi

---

z) A. *numeratur*; l. forte *numeravit? a*) A. *marcas*. *b*) A. *Cardiensi.*

focatus interiisse, anno D. 1510: et sepelitur in salo Omnium Sanctorum, ad latus antecessoris sui.

Hujus tempore, videlicet anno D:ni 1509, die 2 gusti, qui tunc fuit dies jovis, et sequente die ve-is, circiter *c*) horam 12 noctis, hominibus velut in fundiori *d*) somno existentibus et nihil mali suspi-ntibus, subito et *e*) improviso exercitus Regis Danon Johannis latenter civitatem intraverant, et suscitato ribili clamore, cum terribili sonitu tympanorum at-e clangore tubarum, civitatem hostiliter diripiunt, nines hinc inde miserabiliter et crudeliter trucidando laniando, civibus potioribus interfectis. Tunc tem-is etiam spoliabant Ecclesiam Cathedralem preciosa ra Episcopali, et baculo, pastorali, atque aliis pre-sis rebus, et clenodiis quam plurimis, nec non libris lioribus [90], cupro, stanno, ferro et aliis rebus mobus quibuscunque; auferendo etiam omnem substan-n civitatis, et ducendo secum cives complures ca-os usque ad Haffniam. Dux ejus exercitus et capieus principalis fuit quidam praedo *f*) Otto Ruuth, is iniquitatis, qui mansit Abo usque ad feriam ter-n proxime sequentem, spoliando omnia bona civi-s, et deportando ad naves, una cum pretiosis orna-ntis Ecclesiae, de quibus frustra longior instituitur rela. Sed hanc rapinam, caedem interfectorum, et

---

c) A. *circa*. *d*) A. *profundo*. *e*) A. *ex*. *f*) M. et N. *atennus*.

crudelitatem Danicam, Finnonibus injuste illatam, ulciscatur Deus omnipotens, qui justus judex est totius mundi, et requirens sanguinem suorum ab omni animante [91].

Hactenus Veterum monumenta secuti haec collegimus; nunc adjicienda sunt et alia [92].

Notae Editoris.

Hic ex qua familia ortus fuerit, omnino nos latet; nec sigillum suum videndi nobis facultas contigit. Ex verbis tamen Auctoris nostri fere colligas, humiliori fuisse loco (in paroecia *Pargas*) natum [1])? Eruditionis inprimis fama, utpote qui *Magistri* titulum Parisiis reportaverit, viam ad Episcopalem dignitatem sibi muniisse, verisimile est. *Archipresbyterum* Ecclesiae Aboënsis antea fuisse, Auctor prodit: in qua voce interpretanda Historici nostri non consentiunt. *Decanum* interpretatur Nobil. NETTELBLADT (*Schwed. Biblioth.* III Stück. §. XXI, p. 25): *Praepositum,* antequam Cathedrae Episcopali admoveretur, per VII annos fuisse, ac *Laurentio Suuripää* in utroque munere successisse, narrat RHYZELIUS (*Episcoposc.* in vita nostri p. 346); quod unde hauserit, nescimus [2]).

88. Electum fuisse Episcopum a. 1506 *in Profesto S.*

---

[1]) Non ad alia quam ecclesiastica munera (alicujus quidem momenti) homines plebejos illis temporibus potuisse ascendere, notum est. Facilius autem fuit civibus urbicis, inprimis Mercatoribus (quorum magna pars erant Germani), cum quibus jam tum familias nostras Nobiles connubiorum juribus non raro fuisse conjunctas monumenta docent, harum coetui aggregari.

[2]) Etiam *Archi-Diaconum* aliquis possit interpretari? Si literae (inter Monasterii Nådend. illas servatae) quibus a. 1448 (1498?) Sigilla sua appendisse dicuntur Episc. *Magnus*, *Henricus Bitz in Nynäs*, Eques Auratus, et M. *Paulus Archipresbyter*, significant eundem M. Paulum qui a. 1512 vocatur *Erchedieku?* ibid.

Francisci (d. 3 Oct.), Auctor testatur; RHYZELIUM igitur l. c. annum 1507 habentem, merito erroris arguit Nob. UGGLA l. l. (Rättelser uti III Afdeln. til pag. 72), provocans ad literas Senatus Regni d. 3 Sept. a. 1507 datas, in quibus *Johannes* noster *Electus Aboënsis* jam vocatur. Qui error inde natus fuit, quod antecessorem suum *Laurentium* anno demum 1507 mortuum fuisse existimaret, verba Auctoris nostri de tempore Episcopatus *Laurentii* male explicans; cf. supra p. 587.

89. Cum de Arce Episcopali Kuusto a nostro (*die Birgittae*, d. 7 Oct.) recepta loquens, Auctor non sine indignatione addit, coactum illum tamen fuisse, CC marcas monetae Sveticae *familiaribus* in illa arce existentibus numerare, priusquam arcem de manibus eorum extrahere posset; recentiores scriptores hos *familiares* interpretari videas *cognatos* atque *Haeredes antecessoris* sui: cujus interpretationis Auctor MESSENIUS fuisse videtur [3]). *Familiares* autem Episcopi vocabantur quibus ille stipendium dedit (Hans tjenare och löntagare); atque hoc loco milites Episcopales, qui in dicta arce in praesidio erant (Slotts-Besättningen): qui seditiosa licentia, nonnisi accepta prius pecunia definita, ei arcem tradebant et homagium praestabant. Cfr. supra p. 228.

Consecratum Upsaliae sequenti demum anno (1507) *die Conceptionis Mariae* (8 Dec.), fuisse, Auctor docet. Nempe confirmationem electionis suae interim a Pontifice

---

[3]) Vocabulo *familiaribus*, ab Auctore nostro adhibito, addidit modo in *Chronico Episc.* vocem *Antecessoris*. *Scond.* T. X p. 23 de Episcopo nostro scribit: „1508" (male!) „*is non* „*prius* castro potitur *Knustensi*" (ita perpetuo in exemplo impresso nomen illud corrumpitur, pro *Kuustensi)* „quam *haeredibus* nu„merasset antecessoris, CC Sueciae monetae marcas." Quam eandem assertionem in *Chron. Rhythm. Finl.* (p. 43), poëtica scil. licentia, ita exornat, ut fere credas litem cum iis actam ad Judices detulisse, canens: „Men Bisp *Johan* har en träta Med „mäster *Månses* (lege *Larses) til rätta* Fränder går, och dem „af sin arck" (sua ex arca!) „Måtte gifva tuhundrade marck." Unde SPEGEL atque RHYZELIUS suum deinde habuerunt sin företrädares fränder.

Romano sibi comparare necesse habuit: cui praestiti ab eo homagii formulam cum nacti simus, eam subjungere placet[4]).

---

[4]) „Ego *Johannes* Electus Aboënsis, ab hac hora in antea „fidelis et obediens ero beato Petro et sanctae Apostolicae Ro„manae Ecclesiae, a Domino nostro Domino *Julio* Papa secundo, „suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio „aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu „capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, „vel injuriae aliquae inferantur, quovis quaesito colore. Consi„lium vero quod mihi credituri sint per se aut Nuntium seu li„teras, ad eorum damnum me sciente nemini pandam: *Papatum* „*Romanum et regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum* „*et defendendum, contra omnem hominem.* Legatum Apostolicae „sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis ne„cessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia et auctoritatem „Romanae Ecclesiae, Domini nostri Papae et successorum prae„dictorum, conservare, defendere, augere et promovere curabo: „nec ero in consilio, facto seu tractatu in quibus ipsum Domi„num nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra „vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potesta„tis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque procurari „novero vel tractari, impediam hoc pro posse, et quantocius pot„ero commode, significabo eidem Domino nostro, vel alteri per „quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum „Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, promis„siones et mandata Apostolica, totis viribus observabo, et faciam „ab aliis observari. Haereticos, Schismaticos et rebelles Domino „nostro et successoribus praedictis, pro posse persequar et im„pugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi praepeditus fuero „canonica praepeditione. Apostolorum limina, Romana curia exi„stente citra, singulis annis, ultra vero montes, singulis bienniis „visitabo, aut per me aut per meum nuntium, nisi Apostolica „absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam perti„nentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, neque „de novo infeudabo, neque alio modo alienabo, etjam cum con„sensu Capituli Ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice. „Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia! Datum „Upsaliae ipso die consecrationis meae, Dominica secunda Ad„ventus, Anno Domini Millesimo quingentesimo septimo, meo sub „sigillo.“ Servantur in Bibliotheca Reg. Stockholmensi; apogra„phon autem, unde exscripsimus, inter monumenta Reg. Acad. Litt. Human. Hist. et Antiquitt. Sategisse Pontifices Romanos,

Mortuum esse per suffocationem, post reditum ex suscepto ad visitandas Ecclesias Carelicas itinere, cum glutisset frustrum cibi (carnis?) nimis magnum, nec manducando satis comminutum atque mollitum, Auctor dicit [5]).

De hostili dolosaque Danorum invasione ac saevitia, passim Historici nostri commemorant. Sic OLAUS PETRI (*Chron.* ad hunc annum) scribit: „A. 1509 skinnade Konung „*Hanses* folk Åbo Stadh, och brände honom opp." MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 23): „1509. Quando *Johannes*, Daniae „Rex, Finlandiae similiter subjugandae invigilat, et spe fru-„stratus, flammas oppido subdit Aboënsi" [6]). Nemo autem hanc irruptionem vel adeo accurate, ac Auctor noster, describit, vel ducem praedatoriae hujus manus nominat, quem *Ottonem Ruuth* noster appellat [7]). De *Ottone Rud*, quem

---

non de Pastore ovibus Christi praeficiendo, sed de suae dominationis adminiculis et ministris constituendis, sibique omnes Reip. Christianae Praefectos obsequio devoto et fide coeca devinciendo, vel haec Jurisjurandi formula apertissime demonstrat. — [Affertur similis formula in *Appendice ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 94. Cfr. quae supra p. 519 sq. disputavimus.]

[5]) Minus igitur accurate Nob. UGGLA l. c. N:o 684 scribit: „Död *på en Visitation*" (Auctor noster post reditum, in arce Kuusto evenisse, aperte docet), „i Carelen *af et ben*, som under „en måltid fastnat honom i halsen, d. 9 Julii 1510." Auctor noster dicit *bolo* suo; quod recte vertunt MESSENIUS (*Chron. Finl. Rhythm.* p. 43, SPEGEL et RHYZELIUS l. l. c. c. *fin bete*. Male autem hic diem 9 *Julii* habet, qui *Junii* fuit (dies *Primi et Feliciani*).

[6]) SPEGEL et RHYZELIUS l. l. c. c. Verba Auctoris, *civibus potioribus interfectis - - - ducendo secum cives complures captivos usque ad Haffniam*, mire vertunt: *ichjelflogo thet fattiga (gemena) folket, och bortförde the förnämare.* MESSENIUS T. IV *Scondiae*, ut et Nob. DALIN, hujus expeditionis non meminerunt; nisi hic eam intellexerit, l. c. pag. 867 scribens, *Severinum Norby* a. 1510 Aboam incendisse, Alandiam vastasse, atque Castelholmia capta, *Stenonem Turonis* cum uxore sua captivos abduxisse?

[7]) Auctor dicit *Quidam Praedo* (ex facto suo eum describens); alii tamen Codices habent vel *praetensus* (quasi illud nomen pirata hicce falso sibi arrogasset)? vel *praefectus* (non sine tautologiae culpa?).

fortem, callidum, rei militaris peritum, ac R. *Johanni* admodum carum fuisse, docet HUITFELD (*Danm. Rigis Krönicke*, ad a. 1502, p. 1046 sq.; cfr. v. DALIN l. c. p. 851), nescio an cogitare liceat? Humanitatis certe aut magnanimitatis laudem, hoc facto, bestia illa, quisquis fuit, haud meruit. — [De expeditione hac ipsa scribit (l. c. p. 1073) HUITFELD: „Kong Hans befalet Herr *Söffren Norby, Tille Gisler* oc „*Otthe Stisön*“ (num hic ille fuit *Otto Ruuth*, in quem noster invehitur?) „at löpe til Finland, oc der giöre Landgang, huor „de brende Aabo, oc meget aff Landet der omkring.“ Hanc etiam calamitatem respicit Prorex *Steno Sture* in Literis (datis Aboae d. 8 Aug. a. 1513), quibus praediis quibusdam Ecclesiae Aboënsis immunitatem a tributo Regio concedit, „for then store drapelige skadhe hon“ (Ecclesia Aboënsis) „figh aff Rikesens fijende, Konungh Hansses parti nw „try (4?) aar nästh forlidhen, swa ok for then store uthleg„ningh oc bygningh hon nw udi stadt är.“ *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 35. (cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, Append. p. 68.)]

90. Sine dubio haec calamitas Historiae etiam Patriae exitiabilis fuit, monumentisque multis, rebus antiquioris aevi lucem allaturis, interitum attulit?

91. Condonanda est acerbitas atque vehementia hujus querelae dolori auctoris antiqui, quem haec recenti adhuc vulnere et pungente scripsisse, apparet: meritoque detestandum est consilium Regis *Johannis*, qui ut sceptro potiretur Svecico, officii oblitus cum hoc honore conjuncti (ut civium salutem tueretur et promoveret), non modo Russos in miseros immisit Finnones, ab his barbaris inhumana saevitia afflictatos, sed etiam a Danis suis flamma ferroque provincias urbesque regni Svecici crudeliter vastari jussit: quae sane artes ad amorem, fidem, venerationemque civium comparandas, sine quibus vis regni neque tuta, neque firma est, parum pertinebant!

92. Quod supra jam monuimus (Praef. nostrae p. 5 sq. et Not. 7 p. 93 sq.; cfr. Auctoris Praef. p. 9 sq.) ex his *Juusteni* verbis manifestum fit; nempe eum antiquiores Episcoporum Finlandensium Catalogos, ab aliis confectos, par-

tim fideliter descriptos edidisse, partim in unum fudisse, ac nonnisi recentioris temporis eventus ipsum, a vita Episcopi *Arvidi* incipiendo, literis primum consignasse.

Vicesimus Tertius.

D. ARVIDUS Kurck, natus ex nobili familia Satacundia, Laucko [93], prius Decanus Ecclesiae Aboensis; eligitur in Episcopum anno-D:ni 1510. Hujus vitam, velut mihi minus cognitam, praetereo; addens tantum ea, quae in Episcopatu ejus acciderunt.

Anno 1513 obiit Magister Henricus Wenne, Praepositus Aboënsis: illi successerat Magister Paulus Käáll *g*), qui obiit Anno 1516. Anno vero 1520, Dominica infra octavas Omnium Sanctorum, coronatur malis avibus Rex Christiernus Danus, tyrannus et sanguisuga, et sequenti feria 5:ta, hoc est, d. 8 Novembris, decollantur Episcopi Matthias Stregnensis et Vincentius Scarensis, cum tota fere Militia regni Sveciae, ac potioribus civitatis Holmensis, exhumaturque sepultus in Conventu Praedicatorum Steno Svantessonus, (qui obierat die beati Sigfridi vere praecedente), et una cum praescriptis decollatis, Sabbatho sequenti, hoc est, 10 Novembris, in campo australi incineratur. Item 4 calend. Decembris, decollatur D. Oke Georgii in castro Tavasthus *k*). Dominica 3 Adventus decollatur Nicolaus Eschilli *i*), et Doctor Hemmingh Gadd, ante Castrum Rasborgh, per

---

g) [Add. *(Skäl* vel *Skel)*; cfr. infra.] M. et N. Skär. *k)* M. et N. *Tavastiae.* *i)* A. Eskelsson.

Rooleff Madtzonum *k*). Anno 1521 *l*) spoliatur civitas Aboensis per Severinum *m*) Norby, 10 calend. Junii *n*). Quo audito, Episcopus *Arvidus* dicitur in Norbotniam esse profectus, ut hostem fugeret: et in paroecia Nerpis naviculam conscendens, ut in Sveciam trajiceret, vehementia tempestatum submersus est, una cum Decano Magistro Conrado, et aliis suis cognatis ac familiaribus [94]. Post ejus obitum vacavit sedes Episcopalis annis fere sex. Interim tamen erant in Finlandiam deputati *Johannes* Vestgotus [95], praefectus redituum Episcopalium, et post eum M. *Ericus*, quem vocabant Electum [96]; illi adjunctus erat quidam *Vincentius* nomine, qui homines exemplo aliorum Episcoporum Chrismate confirmaret [97].

Hic non est silentio praetereundum istud singulare et ingens Dei beneficium, quod Deus, misertus generis humani, dedit mundo repurgatorem doctrinae Evangelicae, virum insignem, Doctorem *Martinum Lutherum*, qui in eo labore non tantum prosperos, sed et mirabiles habuit successus, divina suffultus *o*) ope. Coepit autem Lutherus scribere et docere contra indulgentias pontificias, et alios eorum in doctrina Evangelii errores, anno D:ni 1517 *p*), et supervixit in hac sancta vocatione usque ad annum 1546, quo in Domino obdormivit, relictis post se multis Tomis et libris, in quibus

---

k) A. Matzson. *l*) A. a secunda manu 1522. *m*) N. *Söffverinum*. *n*) A. *Julii*. *o*) M. et N. *fultus*. *p*) M. et N. male 1518.

loctrina Prophetica et Apostolica repurgata a coeno apistico vehementer illustratur. Venit autem ex illo Vittembergensium coetu primus in Finlandiam M. *Petrus Särkilax,* qui in Scholis et Ecclesia Aboënsi de hac octrinae Evangelicae repurgatione ex idolomania paistica fideliter docuit, et constanter admonuit.

Anno D:ni 1522 Illustrissimus Dominus et sereissimus Rex Gostavus Danorum Regem Tyrannum hristiernum toto suo cum exercitu potenter e regno rofligavit; cujus coronatio deinde facta est, anno 1528.

Notae Editoris.

93. *Laucko,* ubi nostrum fuisse natum, Auctor prodit, raedium est, ad familiam nobilem *Kurckianam* adhuc pernens, in paroecia Satacundiae *Wesilax* situm. Antiquios [1]) gentis Kurckiae, e qua sc. ortus fuit, igitur arma quoue gentilitia gessit; quae aeri incisa postea adjungemus. eque patris sui neque matris nomen certum prodere valeus [2]); arcta vero cognatione Nobilem Matronam *Luciam*

---

[1]) [Male itaque Nobil. v. DALIN eum Kurckianae genti juori adsociat, ut infra docetur.]

[2]) *Nicolai Kurck,* Equitis, monumenta vetera meminerunt id. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 191, et a. 1799 N:o 7), iem inter Regni Senatores (a. 1413) recenset Nob. UGGLA l. N:o 415. Etiam *Jacobi Kurck* (vel *Korke,* utroque enim modo omen olim scribebatur) Senioris mentio fit circa annum 1373 *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 66), et junioris anno 1435 (supra pag. 05 not. 26) nec non *Nicolai* (*Clawes*) *Korke,* ad quem, Arcis boënsis tum praefectum (*Slotts-Fogde*), literae exstant *Erici 'axelii Tott,* a. 1457 datae, quibus ei mandavit, ut earum exhitori *Christierno Benedicti* (*Oxenstierna*), Equiti aurato, arcem ox traderet (in Bibl. Reg. Stockh.). Sed ut illi Episcopum ostrum gignere, per temporum rationes non potuerunt; ita nec la adsunt argumenta, quae *horum* alterutrum illius fuisse pa-

Olavi (conjugem *Henrici Clawsson,* Legiferi, de quibus supra p. 433 sq.) contigisse, novimus [3]). Literis ad exteras Academias operam navasse, nomenque *Magistri* inde reportasse, vetera monumenta docent [4]). Reducem Collegio Cano-

---

trem demonstrent. Vetus quidem Genealogia familiae Kurckianae, cujus exemplum nobis ad manus est, Episcopum filium fuisse *Joachimi* (vel *Jeppe?* quod nomen alii rectius *Jacobum* interpretantur) *Kurck,* et nepotem *Nicolai* Equitis, ostendit, duce usus MESSENIO (*Theatr. Nobilit. Svec.* p. 58), qui uxorem ejusdem *Jacobi Kurck* junioris, fuisse filiam *Nicolai (Claws) Lydicksson* ac sororem *Henrici Clawsson* dicit, nomine *Catharinam:* sed an haec satis firmo nitantur fundamento, non dixerim? (Cfr. supra p. 405 et 431 not. 74). Certum vero est, nostrum Episcopum inter haeredes fuisse *Luciae Olavi,* viduae *Henrici Clawsson;* de qua re mox.

[3]) Inter monumenta hujus aevi, in R. Bibl. Stockh. servata, Literae reperiuntur (a. 1490 datae) quibus *Ridkil* l. *Roskil* (l. *Rotger*) *Olavi* et *Martinus Johannis, Armigeri,* testantur, se a *Lucia Olavi,* vidua *Henrici Clawsson,* recepisse omnia quae ad se haereditario jure pervenire possent ab *ipsorum parentibus* ac *ipsa.* Item aliae, quibus *Anna Willmari* (an *Waldemari?*) testatur se recepisse eas 42 marcas quae ab eadem *Lucia,* sorore ac cognata sua, pro *sororia* sua *parte* (sin systerdel), ut ejus haeres, exspectare posset. Item aliae quibus *Ingeburgis Magni* (*Fleming, Hartichini* Legiferi vidua?) et *Henricus Nicolai* juri suo haereditatis in ejusdem *Luciae* bona, renunciant: quibus similes a *Martha* (Maeretha) et *Catharina Nicolai,* ac aliae a M. *Arvido Kurck,* datae reperiuntur. Tandem aliis testantur eadem *Ingeburgis Magni, Hartichini* Legiferi vidua, et *Helena* (*Elin*) vidua *Hermanni Fleming,* cum filio suo *Magno Hermanni,* dictum *Hermannum* ante mortem suam omni juri suo haereditario in bona *Luciae* laudatae sponte renuntiasse. Ex quibus simul patet, hanc jure cognationis proximo Flemingianam familiam attigisse. (Omnes a. 1490 datae sunt).

[4]) In laudatis nuper literis, ab Haeredibus *Luciae Olavi* datis, quarum plerisque noster sigillum suum appendit, vocatur *Magister Arvid Kurke, Canik och Kyrkoherde i Åbo:* unde, quod nonnisi per conjecturam elicuit Rev. RHYZELIUS (*Episcoposc.* in vita nostri), extra dubium ponitur; ac simul edocemur, quod supra (p. 546, not. 105) his ipsis nondum cognitis literis scripsimus, Magistri titulo ornatum nosmet *Arvidum* nostrum non reperisse, hinc esse emendandum.

nicorum Aboënsium adscriptum fuisse, ac primo *Curatum* urbis [5]), deinde *Decanum* (ut Auctor noster docet) Ecclesiae Aboënsis, constitutum.

Aut absentem (in Italia versantem) electum fuisse, aut quod verisimilius videtur, post electionem suam (a. 1510, sine dubio mox post Episc. *Johannis* obitum, factam) in Italiam profectum (multorum utique antecessorum suorum exemplo; vid. supra p. 336, 379, 481, 495,) confirmationem Electionis suae ibi a Pontifice Romano comparasse, subscriptio docet literarum suarum quibus homagium Papae praestitit, *Ravennae* d. 17 Martii a. 1510 datarum [6]). Post

---

[5]) Cfr. Litterae in Nota proxime praecedente (4) laudatae. Quibus addere licet literas *Luciae Olavi* (quarum autographon in Bibliotheca nostra Acad. servatur), quibus, nominatis supra haeredibus suis *Rotgero Olavi* et *Martino Johannis* praedia quaedam tribuit, quibusque sigillum suum appendit etiam *Mesther Aruidh Kurke, Kanik i Abo.* Datae sunt *Nadendal aarom epter Gudz byrdh Tusandh fyre hundradh* - - - (caetera adjicere scriptor oblitus fuit: annus sine dubio significari debuit 1490)!

[6]) Ipsae hae literae illis plane similes sunt, quibus Episcopum *Johannem* fidem suam Pontifici Romano mancipasse, supra (p. 592 sq. not. 4) docuimus; nisi quod noster hoc modo iis subscripsisse reperitur: „Datum *Ravennae* anno incarnationis „Dominicae millesimo quingentesimo decimo, sexto decimo Kalen„dar. Aprilis, Pontificatus“ (hic exciderunt vitio descriptoris, verba „sanctissimi Patris ac Domini nostri, Domini *Julii*, Papae II) „anno octavo.“ Ac postea adjecta haec leguntur (quae repetitam fuisse ipso die consecrationis hanc homagii formulam, prodere videntur?): „Datum *Strengenes* anno D:ni MDXI *in cra„stino b. Francisci* confessoris, meo sub Sigillo praesentibus ap„penso“. Cum autem in Codice vetusto, qui praedia recenset ad *Iwarum Flemingh*, (de quo infra) Dominum in *Sundholm* olim pertinentia (*Herr Iwar Flemings Jordebok*, inter monumenta praedii Sundholmensis, prope Neostadium siti, adhuc servato) legitur: „A:o 1512 Lögerdaghen näst epter S. Birgitte dag (d. 9 Oct.) „tå satt erlige Herre *Herr Electus* på min Herres vägnar Herr „*Sten Stures* för rätta hem til *Dirich Hanssons*, i ärlige mäns „närvaro *Nils Eskilssons, Clawus Henrikson, Knut Erichson, Hen„rik Stensson*, Borgmestare och Råd“ etc. intelligi celebrem illum *Electum Lincopensem, Hemmingum Gadd*, existimamus. Nam de nostro *Arvido* capi nullo modo potest.

reditum, *Strengnesiae* insequente proxime anno d. 5 Octobris, ab Archiepiscopo Upsalensi (*Jacobo Ulphonis*) consecratum fuisse, reperimus [7]).

Satis mira est Auctoris nostri confessio atque excusatio, se *vitam* hujus Episcopi (Antecessoris sui, 40 annis ante se ad sedem Aboënsem translatum, mortui!) *velut minus* sibi *cognitam, praeterire;* cum acta Episcopatus sui in Archivo Ecclesiae Aboënsis multa sine dubio adhuc superessent (quae postea perierunt), nec memoria sua adhuc mentibus hominum excidisse poterat!

Hujus Episcopi tempore, a. 1514, *Actum Inscrinationis b. Hemmingi* (qua de re supra egimus p. 285 sqq.) quem vehementer celebrat MESSENIUS [8]), contigisse, jam antea monuimus.

Russos Finlandiam, Danis instigantibus, crebris irruptionibus rursus infestasse, Historici nostri docent. Anno vero 1516 eos, finitimas regiones (factis nuper induciis fractis) vexasse, si MESSENIO credimus [9]); quomodo legationem anno proxime praecedenti (1515) ad inducias renovandas a Prorege *Stenone Sture* ad Russos expeditam, feliciter haec mala avertisse, cum Nobil. v. DALIN [10]) contendere poterimus?

---

7) Quo tempore Archiepiscopo Upsalensi literas, obsequium fidemque suam illi obligantes, tradidit, similes iis quas Episcopum *Laurentium* eidem dedisse, supra (p. 584 not. 3) docuimus. Literis autem *Arvidi* nostri subscriptum legitur: „Strengenes anno D:ni MDXI, die" (crastino?) „b. Francisci confessoris." Reperiuntur in Bibliotheca Regia Stockholmensi.

8) *Scond.* T. X p. 23; T. IV p. 52 et 55; *Chron. Finland. Rhythm.* p. 41 sq.

9) *Scond.* T. X p. 23; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 44.

10) L. c. C. XX, §. II, p. 877. Inducias LX annorum, per *Ericum Thuronis (Bielke)* et M. *Paulum* Archidiaconum Aboënsem (de quo infra) in Russiam ablegatos, confirmatas, atque sic consiliis Danorum (Russos perpetuo in nostros incitantium) hostilibus obicem fuisse feliciter positum, docet. MESSENIUS de hac re nihil. An cum priori illa legatione ac induciarum harum confirmatione, tempore *Svantonis Sture* facta, eandem putavit?

Inter Senatores qui partibus Proregi *Stenoni* adversis favebant, nostrum etiam Episcopum recenset Nob. v. DALIN [11]); sed postea saltem, a Danicis consiliis alienum atque Proregi ejusque Conjugi fidum fuisse, reperimus [12]). Lanienam vero Stockholmensem cum aliis Fenniae proceribus cautus effugit [13]); nec postea a tyranni satellitibus, qui mul-

[11]) Quia scilicet, cum aliis quibusdam ad foedus accessit, quod plerique Senatores Regni de Recessu Malmogiensi d. S. Georgii a. 1511 facto, observando et tuendo inierant: vid. HADORPHII *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 427. Quae forte ratio firmissima non est?

[12]) Non modo subscripserat Decreto de arce *Stäkensi* demolienda, atque Archiepiscopo *Gustavo Trolle* a muneris sui administratione suspendendo (UGGLA l. c. N:o 699); sed etiam Capitulationi Stockholmensi (a. 1520 cum tyranno inita), a *Christina* Sturii vidua inclusus fuerat, ut ei fidus atque amicus (v. DALIN l. c. §. 23 p. 906), utpote qui et patriae bene cupiit et *Christinae* rebus adjuvandis in Finlandia operam praestitit: quare ipse Nob. v. DALIN alio loco eum vocat *en god Svensk och Christinas vänn*, som *var hennes bistånd i Finland.* Quemadmodum idem postea *Gustavo Erici*, liberatori patriae, ad Finlandiam tyranno eripiendam, auxilium lubens praestitit. Testatur nempe TEGEL (*K. Gustafs Hist.* P. I p. 33) cum ad Arcem Aboënsem occupandam *Nicolaus Arvidi* missus a. 1521 cum exercitu fuisset, ad arcis hujus obsidionem Episcopum nostrum insignem illi opem exhibuisse („til huilken bestalningh Biskop Arffued i Åbo „var Niels Arffuedson mycket förforderligh, och undsatte honom „*Byssor, Lodh, Krut och Hoffmän*").

[13]) Qui nempe a tyranno Stockholmiam vocati, sese illi credere tutum non putabant; adeoque domi manebant. Literas, quibus illos allicere in laqueos suos tentavit, inserendas curavimus *Foliis Hebd. Aboënsibus* a. 1796 N:o 30; quibus nominatim invitavit Episcopum *Arvidum, Aconem Georgii (Åke Jörgenson,* Tott) Praefectum Arcis Tavastburgensis, *Antonium Erici (Tönnes Erichson,* Tott) Praefectum Raseburgensem, *Nicolaum (Claudium?) Henrici (Clawes Hendrichson,* Horn), Legiferum Fenniae Australis, *Henricum Stenonis* Legiferum Fenniae Borealis, et *Canutum Erici (Knut Erichsson,* Kurck, qui in literis eodem anno datis vocatur *Legifer Satacundiae,* Lagman i Sategunda Lagsagu, ac sine dubio, loco *Henrici Stenonis* jus in hac provincia dicebat?), ut consiliis suis ei ad salutem publicam tuendam adjuvaturi praesto forent!

torum hic optimatium, nec non reliquorum civium sanguinem passim effundebant [14]), ad caedem rapi potuit [15]).

94. Cum interim illustris heros *Gustavus Erici (Wase)*, pro oppressa liberanda patria, arma feliciter cepisset, atque celeriter magna regni parte recepta, ad Finlandiam quoque saevitiae tyranni eripiendam strenuos aliquot fidosque sibi viros cum copiis huc misisset [16]), iique, licet arces expu-

---

[14]) Nonnullas tyrannicae hujus crudelitatis victimas recenset Auctor noster; docens, *Christierni* jussu, *Aconem Georgii* d. 27 Novembris *Tavastburgi* (non *Aboae*, ut habet Nob. UGGLA l. c. N:o 691), *Nicolaum Eskilli* et *Hemmingum Gadd, ante castrum Raseborg* (non illum *Aboae*, neque hunc *in castro* Raseborg, ut habet Nob. UGGLA l. c. N:o 677 et 674, aut *Gaddium* Tavastburgi, quod asserit TEGEL l. c. p. 35, et post eum v. DALIN T. III Vol. I p. 56 not. q.) d. 16 Decembris (non 11, factum enim fuit *Dominica 3 Adventus*), fuisse decollatos, quod fatum eo tempore *cum aliis Sveciae Heroibus, Gaddium sub Rasborge* subiisse, MESSENIUS narrat (*Scond.* T. IV p. 89). Accesserunt a. 1522 in Januario, ex novo tyranni jussu, in Arce Aboënsi capite truncati, *Antonius Erici* (Tott) et *Henricus Stenonis* (*Renhufvud*); *Stigson* apud Nob. v. DALIN T. II C. 20 §. 28 p. 916, erratum esse puto typographicum? (cfr. idem T. III l. c.): praeter plures alios, omnis ordinis homines, a digno saevitiae tyrannicae ministro *Thoma*, illius arcis Praefecto, variis modis trucidatos. Vid. TEGEL l. c. p. 34 sq. It. p. 33.

[15]) Sine dubio procul a tyrannorum potestate, intra arcem Kuustoënsem, vel aliis locis tutis, cum viris quibusdam aliis patriae amicis, versabatur?

[16]) Mox post comitia *Wadstenensia* a. 1521 in Augusto celebrata. Misisse autem has copias mense Septembri, iisque praefecisse *Nicolaum Arvidi*, ac proxime post eum *Henricum Johannis* (*Hendrich Jönson* till Haga i Åland) narrat TEGEL l. c. p. 31; iis sese adjunxisse multos Fennos et nobiles et plebejos, tyranno infestos, ac inter hos praecipue *Nicolaum Grabbe* (de quo infra). MESSENIUS non tam copias fuisse ex Svecia transmissas, quam viros quosdam idoneos, auctores ac duces Fennis ad jugum tyranni excutiendum futuros, significare videtur, scribens: „strenuos *aliquot* eo viros ablegat (*Gustavus*) *ut indigenis* „*convocatis*, propugnacula regionis expugnent.“ (*Scond.* T. V p. 5). Quem verius rem expressisse putamus: quod difficile *Gustavo* fuit, in illo rerum statu, quae ad exercitum in Finlandiam trajiciendum requirebantur conquirere et comparare?

gnare non valerent [17]), partim tamen has circumcingerent, partim alio modo hostibus negotium facesserent [18]); Praefectus Classi Danicae *Severinus Norby* illos depellendos, suisque auxilia ferenda esse necessarium duxit. Quare cum classe atque copiis Aboam veniens, urbem cepit atque spo-

[17]) Quas valido praesidio, inprimis militum peregrinorum, tyrannus firmaverat. Notum enim est, anno jam 1520 arces *Aboënsem*, *Raseburgensem* et *Viburgensem*, per copias quas famosus ille *Hemmingus Gadd*, tyranni assecla factus, in Finlandiam adduxerat, sine magno labore, in consternatione illa generali quae mortem *Sturii* et Svecorum alias calamitates sequebatur, fuisse occupatas. Neque *Tavastburgum* diu restitisse credas; quod ex (perfide violato illo) pacto deditionis Stockholmensis, *Sturii* viduae, una cum sua atque Kumoënsi ditione, concessum erat (HADORPH. l. c. 446 sqq.). Literae tyranni (datae Stockh. die S. Martini, 11 Nov. 1520) ad *Petrum Huid* et reliquos duces praesidii Tavastburgensis, qui *Christinae* nomine arcem tenebant, habentur apud HUITFELDIUM l. c. p. 1162, quibus iis mandat, ut cum Illa caeterique crimine *manifestae haereseos* essent, *secundum leges Sveciae*, damnati, arcem literarum exhibitori *Johanni Matthiae (Jöns Matzson)* confestim traderent. De *Thoma* arcis Aboënsis, et *Rolfone Matthiae* (Roloff Matsson) Viburgensis Praefectis, infra commemorabitur. — Obsidionem arcis Aboënsis a *Nicolao Arvidi* susceptam, feliciter non cessisse, passim Historici nostri docent (vid. TEGEL l. c. p. 36; et v. DALIN T. III C. 2 §. 3 p. 56, qui ducem illum vocat *Nils Westgöthe*, et p. 52 not. (f) fratrem fuisse *Arvidi Gustavi, Arvid Gustafsson*, celebris inter *Gustavianos* imperatoris, male addit): quam (d. 25 Nov. inceptam) cum a *Severino Norby* vere sequente coactus esset solvere, ille cum reliquis ducibus copiarum Fennicarum, in provincias interiores recedere necesse habuit, ac spei arcium expugnandarum interim renuntiare. Cfr. TEGEL l. c. Hoc tempore, praeter mentem quidem *Nicolai*, non tamen sine ejus culpa, urbs Aboënsis incensa fuit (qua de re idem TEGEL ibid.): unde vetus annotatio, in *Actis Palmsköld*. N:o XIV T. 59 p. 235 habet: „1523. d. 22 Maji, combusta est civitas Aboënsis per Nicolaum „Arvidson!" Ubi in anni tamen nota (1523 pro 1522) errorem inesse, apparet.

[18]) Inprimis *Nicolai Grabbe* de Grabbacka (quem male vocat *Krabbe* til Grafbacka v. DALIN l. c. T. III C. 2 §. 2 p. 52) callida audacia (vid. TEGEL l. c. p. 31 sq.); de quo viro infra quaedam addemus.

liavit [19]). Cujus adventu, vi et acerbitate comperta [20]), Episcopus noster, merito sibi timens, fugiendi primo in Ostrobotniam, indeque porro mare transeundi consilium cepit; in Svecia, ubi *Gustavus* magno jam successu vires tyranni fregerat, tutius sibi asylum quaesiturus [21]). Sed infeliciter ei hoc consilium cessit. Quam enim, nave [22]) e paroecia

---

[19]) De hac ejus expeditione passim Historici nostri agunt: cfr. TEGEL l. c. 35 sq.; MESSENIUS *Scond.* T. V p. 7; v. DALIN l. c. §. 3 p. 56, §. 6 p. 63. Praeter Aboam alia quoque loca Finlandiae maritima fuisse hoc tempore a Danis infestata, vel annotatio docet in laudato supra (p. 599 not. 6) codice Sundholmensi talis occurrens: „1522 skinnade K. Christierns „folk Sundholm".

[20]) Aboae praesentem sub his turbis Episcopum nostrum haud fuisse, praeter rem ipsam, verba ostendunt Auctoris, de impetu *Severini Norby* in urbem facto eum *inaudivisse* dicentis. Non erat scil. consultum, prope ad loca ubi duces tyranni dominabantur, accedere.

[21]) Res ipsa docet, eum, cum mare trajicere constitueret, ac in Sveciam proficisci, apud *Gustavum,* cujus partibus impense adeo faverat, praesidium atque tutamen quaerere voluisse: quod etiam expresse testatur TEGEL l. c. p. 36. Ac magnam jam Sveciae partem tyranno eripuerat, atque in libertatem vindicaverat, sibique obedientem effecerat *Gustavus;* ita ut amicis suis tutae in iis locis sedes offerrentur.

[22]) *Naviculae* (parvi admodum navigii) ibi ab eo *conscensae,* Auctor noster meminit; qui tamen non accuratissima se praeditum fuisse rei cognitione, ipse prodit, cum ex fama tantum vulgari se eandem hausisse significet *(dicitur).* Diligenter autem ac dilucide TEGEL (l. c.) rem enarrat, fugamque describit Episcopi, scribens: „Samma tiidh" (cum *Severinus Norby* copias Fennicas, arcem Aboënsem obsidentes, recedere coëgisset) „måste „Biskop *Arffuedh* i Åbo rymma, och gaff han sigh först til „*Raumo,* ther han hadhe *sitt Skep* liggiandes, och så siöledes „tädhan och til Ulffsby. Men effter han ther icke säker och „frij bliffua kunde, och fick altijdh tijdender, at fienderne drogho „allastädes omkringh och söchte effter honom, gaff han sigh *medh* „*många aff then Finska Adel, Frwer och Jungfrwer,* som aff fruch-„tan och räddhoga flydde för samma Konung Christierns tyran-„niske påbudh skuld, til sjöss och *achtade sigh åth Sverige til* „*Konung Gustaff.* Men them kom en gräseligh stoor storm och

Nerpis profectus, mortem fugiebat, eam in mari, tempestatum vehementia turbato invenit [23]), una cum *cognatis* multis ac *familiaribus* suis [24]), aliisque, ut traditur, itineris sociis [25]). Quae aestate anni 1522 evenisse videntur [26]); ita ut in textu

---

„owäder uppå, så at the alle med skep, folck och godz förgin„ges och bleffue borta, *utan för Öregrund* i Wiggian" (sinu *Grepen?*). Quae ex certa et accurata notitia eum scripsisse, simul apparet. Si igitur Episcopus ex paroecia Ostrobotniae *Nerpis* iter versus Sveciam direxit, (ut Auctor noster narrat) illuc, littus legendo, ex urbe Ulfsby (hodie Björneborg) prius navigaverat.

23) Die 22 *Julii* contigisse, SPEGEL et RHYZELIUS (l. l. c. c. in vita nostri) dicunt: quod unde didicerint, nescio.

24) Inter *cognatos* suos *Decanum M. Conradum* referre Auctor videtur? *Familiares* autem, *ministros* atque *domesticos* suos significare credas? Fortasse etiam *amicos?*

25) Vidimus nuper TEGELIUM plures *Nobilium Finlandensium*, eorumque *Uxores et filias* comites ei infelicis itineris dedisse. Nec aliter MESSENIUS (*Scond.* T. V p. 7) *multos de Clero Proceribusque* cum eo profectos una periisse, narrat. Si igitur in *una* navi omnes erant, non sane admodum esse potuit exigua; ex eo sine dubio genere quo Rustici nostri maritimi adhuc utuntur (Svet. Skuta)?

26) Anno 1521 et adventum *Severini Norby*, urbisque Aboënsis direptionem, et fugam exitiumque Episcopi evenisse, Auctor noster dicit? Cujus textum licet vitio laborare putaremus, tamen corrigere ausi non sumus; non solum quod is error in optimis deprehenderetur codicibus (*Nettelbladiano* et Academico nostro, cujus tamen margini recentior manus adscripsit a. 1522), sed etiam apud MESSENIUM, cum in *Chronico Episcoporum* (in vita *Arvidi*) tum *Scondiae* T. X (p. 23): quod ostendit, eum quoque in *Chronico Juusteniano* annum eundem reperisse, licet postea, errore deprehenso, eundem correxerit, et T. V p. 7, nec non T. XV p. 99, ad a. 1522 recte retulerit. Caeterum hunc errorem ab ipso nostro Auctore profectum haud esse, ut jam credamus, non ipsa modo res jubet (ut mox monebitur), sed etiam quod de *sex fere* illis addit *annis*, quibus sedes Episcopalis (a morte *Arvidi* ad electionem *Martini*) vacaverit: cum enim hunc *in feriis trium Regum*, adeoque initio mensis Januarii (d. 6), a. 1528 in Episcopum fuisse narret electum, per *septem fere* annos vacasse sedem, si anni jam 1521 aestate *Arvidum* periisse credidisset, pronuntiare debuisse videtur? Adeoque textum ejus corrigendum esse, et pro 1521, scribendum 1522, nunc quidem haud dubi-

Auctoris nostri, qui annum 1521 exhibet (?), vitium inesse putemus [27]).

Infelici fato ita periit Episcopus *Arvidus*, qui ultimus fuit Episcoporum Finlandensium religioni Romano-Catholicae addictorum. Post cujus mortem, *fere 6 annis* vacasse sedem Episcopalem, Auctor monet: quo tamen tempore vicariis quibusdam curam Ecclesiae Fennicae fuisse commissam, simul significat; quorum etiam nomina prodit.

95. *Johannem* hunc Westrogothum inter Episcopos Fin-

---

tamus: nam eodem anno interiisse Episcopum *Arvidum*, quo urbem Aboënsem *Severinus Norby* occupavit et spoliavit, dubio vacat.

[27]) Praeterquam quod Tegelius (l. c.), et Messenius re accuratius pensitata, annum 1522 habent; ipsa res idem credi jubet. Namque cum *Gustavus Erici* opus liberandae Patriae non ante a. 1521 inchoare potuisset, ac post *Comitia* demum *Wadstenensia*, eodem hoc anno, mense *Augusti*, celebrata (quibus *Regni Gubernator* constitutus fuit) duces copiasque in Finlandiam, ad eam liberandam arcesque ejus expugnandas, misisset, a quibus non ante mensem Novembrem Arx Aboënsis obsessione clausa fuit (cfr. supra p. 602 sq. not. 16 sq.); neque Episcopus obsidentibus subsidia praebere (supra p. 601 sq. not. 12), neque *Norby* obsessis opem adferre, neque ille tutum in Svecia refugium sibi promittere, aut *Severini* adventu territus illuc proficisci, ante aestatem a. 1522 potuit. Fateri tamen cogimur, ut verisimile non est, Fennos, ante Comitia Wadstenensia missaque sibi auxilia, arma contra tyrannum capere ausos fuisse; ita mirum videri debere, Episcopum nostrum inter tyranni satellites armaque tam diu potuisse salvum versari, et vim illorum effugere? Intra castrum puto *Kuustoënse* (quod oppugnare illis non placuit), sese continuit? Quamquam *Antonio* quoque *Erici* et *Henrico Stenonis*, qui etiam arci Aboënsi sese credere ausi sunt, (ubi initio demum a. 1522 capite plexos constat), quique sine dubio obsequium tyranno, reliquorum civium exemplo professi, in fidem ejus (dubiam sane ac formidolosam!) recepti erant, tyranni ministros interim pepercisse videmus. Caeterum chronologiam a Messenio (vitioso Chronici exemplo decepto) primum adoptatam (*Scand.* T. X p. 3), secundum quam *Gustavum* Arces Finlandiae anno jam 1522 expugnasse statuit, falsam esse, inde etiam patet, quod hoc non ante expugnationem Arcis Stockholmensis, anno demum 1523 (mense Junio) factam, fieri potuisse, expresse docet Tegel. l. c. p. 86.

landiae recenset MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 23, cfr. T. V p. 12), locum illi XXIII assignans, (licet inauguratione caruisse fateatur), et a. 1522 constitutum fuisse significat; atque in *Chronico Finl. Rhythmico* laudibus, ut Lutheranorum conatibus (veterem doctrinam mutare audentibus) adversarium, ornat [28]). Sed eundem Auctor noster nonnisi ut *Praefectum redituum Episcopalium* fuisse huc missum, significare videtur, ipsius vere muneris Episcopalis officia omnino non attigisse? Quare quod de *Vincentio* mox narrat (*illi,* priori? *adjunctum fuisse* etc.) ad eundem *Johannem* trahere possis? Quamquam etiam de M. *Erico* commode interpretari queas. Caeterum de *Johanne* illo lepidam annotationem scriptor exempli *Chronici Juustenìani,* quod in Bibliotheca nostra servatur Academica, textui subjunxit; quam eo libentius adponimus, quod ad aetatem codicis aestimandam simul pertinet [29]).

---

[28]) „*Johan Wästgöthe* dernäst kom, På sin vigsel ej fick „lof från Rom" (quasi tamen confirmationem Papae petiisset?) „Kung Gustaf will ock ej dertill, Medan Bispen ei anta will „Trones förändring i sit stikt; För sådant och annat mer slikt, „Ifrån det kallet afsättes han, Ändock han var en tjenlig man" p. 44 sq.

[29]) „Eo tempore quo ego *Michael Stwth* eram in servi„mine *Joannis* Wesgothi in *Wexö*" (praedium nobile paroeciae *Kangasala*) „ab ejus ore audivi verba talia. *Tå jag var i Bi„scops stad,* så upbar iag någre penningar aff Presterna för the„ras oächte barn. Som iag kom fram för Kon. Göstaf med the „penningar, så sporde han hvad penningar the sculle vara? Jag „sade hvarföre the voro upburne aff presterna. Svarade Konun„gen, Medan the peningar äre hijt kompne, så må the här wara; „men här effter scal thet icke så skee, utan prester scola haffua „theres äckta hustrur". [Quo nomine pecunia illa a Sacerdotibus, *ob spurios suos* exacta sit, non liquet; utrum per modum dispensationis, an per modum poenae? Prohibitum quidem saepe fuisse Episcopis, ne huic vitio sacerdotum, pecunia ab his recepta conniverent, reperimus; sed ipsa illa repetita saepius prohibitio, prodit multis hos reditus placuisse. Cfr. Statuta Upsal. apud Ill. NETTELBLADT *Schwed. Biblioth.* P. II p. 148, 155, 180, 194.] Dominum praedii illius fuisse, ibique postea habitasse putes? Sa-

96. Hunc *Magistrum Ericum Svenonis*, quem antea *Decanum* fuisse *Lincopensem* recte dicit [30]) MESSENIUS, a R. *Gustavo, Johanni* deposito a. 1525 subrogatum, XXIV idem numerat Episcopum Aboënsem [31]). Etiam Auctor noster *post Johannem* fuisse in *Finlandiam deputatum* testatur. Unde RHYZELII narratio (l. c. VII Bok. III Cap. p. 343) minus accurata est, qui ita rem proponit, quasi simul *Johanni* redituum Episcopalium administratio, et *Erico* Capituli regimen curaque Dioeceseos demandatae fuissent [32]). Quum vero hunc *Electum* vocatum fuisse constet, non a Rege solo pro imperio constitutum, sed etiam Capituli suffragiis more fuisse solito designatum, inde colligas [33])? Circa a. 1525 et

cerdotem vero fuisse, non apparet; ac reditus Episcopales collegisse, ex his etiam verbis liquet. Quid si eidem hoc negotium commissum fuit *Johanni Westgotho (Jöns Westgöthe til Wexöö)* qui his florens temporibus ejusdem praedii Dominus audit, atque inter annos 1524, 1525 et 1526 *Praefectus Arci Aboënsi* fuit, a. 1536-1544 Judex Territorialis superioris Satacundiae, a. autem 1545-1550 vicarius Legifer Fenniae Borealis, ac fide apud R. *Gustavum* haud exigua valuit? Vid. de eo *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 45.

[30]) *Scond.* T. V p. 12 scribit: Abogensis in Finlandia *Praesul (?)* fuit aliquandiu post *Arvidi* mortem *Johannes Westrogothus*, et illo per Gustavum remoto, M. *Ericus* Decanus Lincopensis illa potitur hoc tempore (circa a. 1523) Cathedra." Num alios habuit hujus asserti fontes, quam Auctoris nostri verba nimis libere explicata atque ornata?

[31]) *Scond.* T. X p. 24: „Circa eundem (a. 1525) *Gustavus* rex, *Johanni cathedrae candidato* Abogensis, *ceu dogmatis Lutherani adversario deposito*, M. *Ericum* subrogat, XXIV ibi „Episcopum."

[32]) Adoptat ejus rationem Nob. UGGLA l. c. N:o 723, atque adhuc apertius affirmat divisam inter illos fuisse muneris Episcopalis curam.

[33]) Idem significat TEGEL l. c. p. 42, scribens: „Och förthenskuld *skreff sielff* (ipse Rex *Gustavus*) *sampt medh Canickerne* -- Påven i Rom här om til ---- Sammaledes bleff tå „*med Påvens samtykke* Mester Knut --- aff Canickerne i Upsala postulerat och uthwaldh til Erchiebiskop, --- Theslijkes „Mester *Erich*, som var Decanus i Linköpingh til Biskop i Åbo." Addit CELSIUS l. c. p. 165, *Gustavum*, pro hoc negotio proca-

1526 Dioecesi praefuisse, atque inter Regni quoque Sena-

---

rando et confirmatione Pontificis novis Episcopis comparanda, *Magnum* quendam *Magni* Romam misisse. Quod a. 1522 factum fuisse, levi errore uterque narrat. Cum vero Bibliotheca nostra Academica apographa ipsarum Epistolarum R. *Gustavi* possideat, (cum trium aliarum, eodem circiter tempore ad Papam, *Adrianum VI*, ab eo missarum, quas omnes Romae ex Archivo Pontificis Romani descriptas, Generosiss. D:nus FREDENHEIM, *Summus Aedificior. Regior. Praefectus* etc. benigne huc transmisit) hoc de negotio Pontifici datarum; illarum exemplum, multis nominibus memorabilium, adjungendum esse merito duximus, quod tale est: „Devota pedum oscula beatorum. Beatissime Pater. Vaca„verant diu ecclesie Cathedrales in terris nostris. Tandem Pre„positi et Capitula earum supplicaverant clemencie nostre, quod „pro eis *quos rite et canonice elegerant,* literas nostras ad San„ctitatem vestram dare vellemus, ut eo citius solatio Pastorum „et Episcoporum gaudere possent. Elegerant Prelati et Canonici „Upsalenses, post resignationem D:ni Gustavi Archiepiscopi Up„salensis, Reverendum Patrem D. Johannem Ghotum, Sanctitatis „Vestre Commissarium et Canonicum ejusdem Ecclesie Upsalen„sis, in eorum Archiepiscopum: elegerant Canonici Scarenses „post mortem Vincentii Episcopi Scarensis Magistrum' Veige „ haralli" (leg. *Magnum Haraldi*) „Archidiaconum in Episcopum „Scarensem. Similiter Strengenenses post mortem Domini Mat„thie Episcopi elegerunt prepositum Dominum „Sommaz" (leg. *Magnum Sommar*) „in Episcopum Strengenensem. „Prelati etiam et Canonici Arosienses post mortem D:ni Ottonis „Episcopi eorum postulaverunt in eorum Episcopum religiosum „patrem D:num Petrum Magni, qui jam est provisor Domus „sancte Birgide in urbe Roma. *Et quamvis Episcopus Aboënsis* „Arindus" (leg. *Arvidus*) „*superiori anno*" (itaque 1522!) „*mortuus* „*est, non tamen adhuc processit Capitulum Aboënse ad electio*„*nem novi Pastoris et Episcopi, propterea quod ipsa Ecclesia* „*Aboënsis occupata fuerat per inimicos, a quibus eam nuper cum* „*toto Ducatu Finlanche*" (leg. *Finlandie*) „*eripuimus et corone ad*„*jecimus.* Grati sunt nobis et populo nobis subjecto omnes pre„fati electi Episcopi, quos Sanctitati Vestre confirmandos offe„rimus, supplicantes quod Sanctitas Vestra, attento periculo quod „in his malis temporibus religioni ex vacantibus ecclesiis acci„dere possit, quantocius confirmet, *atque gratiose de solutione* „*debitorum Camere Apostolice cum eis agere dignetur, ex quo* „*ecclesie jam pauperrime sunt, et omnibus rebus penitus spoliate:* „*et ultra hoc prefati electi singulos Episcopales census contra*

tores locum obtinuisse, extra dubium est [34]). Etiam hunc consiliis Regis, tributa Clero imponentis, ut et novae do-

---

„*inimicos Ecclesiastice libertatis jam expenderunt, et adhuc quo-* „*tidie expendunt:* qua liberalitate S:a Sedes Apostolica ex Nobis „et Regnis nostris majora beneficia consequetur, nosque in majus „obsequium Sanctitati Vestre astringet, quam diu et felicissime „valere optamus. Ex civitate nostra Regia Stocholmensi A:o „D:ni 1523, 14 die Septembris, sub nostro sigillo.

Gostavus Dei gratia
Svecorum et Gothorum Rex.
De mandato Serenissimi D:ni Regi - - -
L. (Laurentius) Andree Secretarius subscripsi."

Ex quibus patet literis, Mag. *Ericum* neque a Capitulo Aboënsi fuisse (tum quidem adhuc) electum, neque Papae nominatim commendatum. An igitur a Papa fuit ipso nominatus? Vel an literarum exhibitor in mandatis habuit, ut privatim eum Papae proponeret Episcopum Fenniae constituendum? Non liquet. Quod autem de expensis Camerae Apostolicae debitis condonandis, Rex petiit, tale fuit, ut totum negotium irritum reddere facile posset.

[34]) In Actis Magistratus Urbici Stockholmensis, ab *Olavo Petri* consignatis, quae edita habentur in Collectione praeclara Reverendiss. Archiepiscopi v. Troil, *Skrifter ock Handlingar til uplysning i Svenska Kyrko ock Reformations Historien*, T. II p. 269 legitur: „Feria 6:ta ante Birgitte saate för rätte epter vor „nadigaste Herres befallningh" (Stockholmiae) „Electus af Upsala, „*Electus af Abo*, Mester Larens, Peder Hard etc. offuer et skuld- „fordringsmal". Ut Regni Senatores hoc judicium habuisse, recte observat Editor. — In Collectione Actorum Publicorum *Stiernmanniana, Riksdagars och Mötens Besluth*, T. I p. 48 sqq., literae habentur Holmia a. 1526 d. 8 Aug. ad eundem *Electum Aboënsem* scriptae (nescio a quo, neque enim hoc investigavit prodiditque Editor, ut neque significavit ex quali exemplo aut ubi reperiundo descripsit etc.) *de subsidio* Regi *a Clero*, vi Decreti Comitialis faciendo: unde discimus, Clero Dioeceseos Aboënsis 3000 Marcarum tributum, *juxta* Electi *moderationem* (h. e. definitionem et partitionem) pendendum, fuisse impositum, praeter duas partes decimarum ejus anni ad ecclesiam quamque parochialem pertinentium (*Kyrko-tionden;* Nob. v. Dalin dicit 8 nonas partes, l. c. T. III P. I p. 144, sed cfr. ib. p. 134) Regi vindicandas, et Equites bene armatos ab Episcopo pro redituum suorum magnitudine (6 equites ex 400 marcarum reditibus) praestandos.

ctrinae (Lutheranae) per Fenniam propagari coeptae, restitisse, non improbabiliter MESSENIUS narrat, eamque ob caussam fuisse a Rege beneficio privatum addit [35]).

97. *Vincentium* hunc MESSENIUS *Gadensem* [36]) vocat *Episcopum* (*in Partibus* infidelium?) et Electi Erici *Vica-*

[35]) *Scond.* T. X p. 24: „Antistes, (a. 1525) decimarum ad „belli usus ecclesiasticarum applicationi, per Regem mandatae, „et stationi militum in coenobiis, communicato cum Lincopensi „consilio, audacter fuit reluctatus". Unde „Circa a. 1527 M. „*Ericus*, Finlandiae Antistes, quod *per Vicarium*, scilicet *Vincen-* „*tium* Gadensem Episcopum, suo muneri satisfaceret, innovationi „religionis ita obsistendo, a Rege privatur beneficio". (Cfr. supra not. 31). In *Chronico* autem *Finl. Rhythm.* canit: „En „het Mäster Erik så begick *Han ämbetet af Kungen fick.* - - - „*Pekr Särkelax* sig företog - - Utsprider then Lutherska tro „Hos alla them i Finland bo - - - Thetta gjorde han säkert då „*Medan i landet ingen var Wigd Biskop som thet värk förtar.* „- - Men Biskopen ej lida kan Kungen vil så Luther hjelpa, Och „Påfvens sak härmed stielpa; At han ock tionden lade Til Krigs- „hielp, och hofmän hade I Klostren til borgaläger, *Så förtärde* „*hvad Guds folk äger.* Biskopen en suffragor (Suffragator s. „Suffraganeus) har Med hvilken han kring landet far Och sit „ämbete beställer, Mot Luthers sak resan gäller. Wred på ho- „nom ty Kungen blef, Och utur Biskops-sätet dref". Nemini non patet, MESSENIUM et libenter commemorare, quomodo Regis consiliis sese *Ericus* opposuerit, laudi ei hoc non exiguae tribuens, et caussam successus quo doctrina Lutherana in Finlandia utebatur haud levissimam in eo quaerere, quod nullus hoc tempore Dioecesi praeesset *Episcopus consecratus.* Quae omnia ingenium suum mentemque satis produnt! — Caeterum vel illa res, quod *Ericus* ille Lincopensis Capituli fuerat membrum, ubi *Johannis Braskii* contra novam doctrinam odium imbibendi consiliaque ejus pro Hierarchiae interitu impediendo discendi opportunitatem habuerat, (a quo etiam literas illas fuisse ad nostrum scriptas conjicimus, quarum supra p. 610 not. 34 meminimus?), valde verisimilem reddit MESSENII narrationem, quae reformationi ecclesiae *Ericum* obstitisse docet, idque *communicato cum Lincopensi consilio* factum asserit, cujus callidam rationem ipsae quoque illae allatae a STIERNMANNO literae non obscure produnt.

[36]) [Hujus *Vincentii, Gadensis Chorepiscopi,* opera antea usum fuisse (a. 1523, 1524 et 1525?) *Johannem Magnum,* Archiepiscopum Upsaliensem, narrat MESSENIUS *Scond.* T. V p. 16.]

rium [37]), caeterum nobis ignotum: qui cum Consecrationis Episcopalis jam antea factus fuisset particeps, Episcopali quoque jure potuit homines *Chrismate confirmare,* quod *Erico* ordinationis Episcopalis experti, per canones Ecclesiae Romano-Catholicae non licuit [38]).

De primis moliminibus reformandae Ecclesiae Fennicae, hoc ipso tempore factis, nullam aliam vel certiorem vel pleniorem aliunde notitiam habemus, quam quae paucis verbis ab Auctore nostro traditur. Hinc enim MESSENIUM quoque sua hausisse, apparet. Neque de M. *Petro Särkilax,* primo hujus operis in Fennia auctore, plura quam quae hic docentur, scimus [39]). Quo igitur anno ille Wittemberga do-

---

[37]) H. e. Adjunctum ei in iis muneris partibus, quas ipsi, ut nondum consecrato, peragere haud licuit, adjutorem: qui unde venerit, et a quo constitutus fuerit, omnino nescimus. Raros caeterum in patria nostra tales fuisse Episcopos, consecrationem sine Dioecesi (nisi nomine tenus) simul sibi tributa nactos, constat. Vocabatur autem ille, *Episcopus (Biskop Vincentius)* etiam ab ipso Rege *Gustavo,* ut verba ejus apud RHYZELIUM, *Monasteriol.* p. 301 legenda, ostendunt.

[38]) Non est improbabile, *Ericum* in Sacerdotibus quoque consecrandis opera hujus *Vincentii* fuisse usum, quod asserit RHYZELIUS (*Episcoposc.* l. c. p. 343), scribens: „Thenne (Ericus) „emedan han, såsom ovigd, icke vågade sig viga Präster, be- „tjente sig til Prästevigning af en som hette *Vincentius,* som „hade fått vigsel“: sed non de hac re, verum de Sacramento Confirmationis, nonnisi ab Episcopo consecrato fidelibus communicando, Auctorem nostrum loqui, manifestum est. Male autem mentem RHYZELII (qui non de *ordinibus sacerdotalibus,* quibus caruisse *Ericum* credi nequit, sed de *Episcopalibus* illis loquitur) cepit Nobil. UGGLA l. c. scribens: *Emedan han* (M. Ericus) *ej var vigd til Präst, förrättades Prästvigningarne* (ad quas non suffecit ordinationem sacerdotalem accepisse, sed opus fuit etiam Episcopali) *af en vid namn Vincentius, som var sjelf Prästvigd.* Admodum autem turbat SPEGEL, qui (l. c.) ait: „Oansedt *Jo-* „*hannes Vestrogothus,* och M. *Ericus* i medlertid *stodo efter Stif-* „*tet;* doch förestod thenne *Ericus* så länge Biskops Ämbetet, „och *Vincentius* hafver något thertil hulpit, *besynnerliga at up-* „*bära räntor och inkomsterna.*“

[39]) Quae MESSENIUS, *Chron. Finl. Rhythm.* pag. 75 sqq.

mum redierit, definire haud valemus: quod enim Auctor noster (Editionis *Nettelbladianae* p. 82) ad a. 1522 hoc referre videtur, id ex minus accurata Textus sui constitutione provenit; quem pluribus consultis codicibus, ac Academico inprimis diligentius examinato, ipsoque etiam nexu orationis perpenso, ita constituendum jam judicamus, ut post verbum *admonuit* punctum apponatur, subsequentia autem verba *(anno D:ni* 1522) ad sectionem sequentem *(Illustrissimus Dominus* etc.) referantur [40]).

Porro seriem primorum Episcoporum Evangelico-Lutheranorum, qui Dioecesi Aboënsi praefuerunt, ad ductum Auctoris nostri percurremus.

Vicesimus Quartus.

Reverendus Pater D. MARTINUS *Skytte.* Ille in Episcopum eligitur Aboënsem anno D:ni 1528, in feriis Trium Regum, dum illustrissimus Princeps et Dominus Gostavus Erici in Regem coronatur Sveciae. Hic *Martinus* ex nobili et honesta familia originem traxit suam. Fuit enim ejus pater Legifer Tavastensis [98], qui curaverat filium suum primum institui in Schola Raumensi et Aboënsi [99], unde se in Sveciam contulerat, et quorundam blanditiis illaqueatus, adjunxerat se ordini Sictunensium, qui, considerantes ejus bonam indolem, miserunt eum in Germaniam, ubi postquam aliquot an-

---

habet, (nam in *Scondia* ejus meminisse non reperimus) hinc esse illa quoque hausta, facile patet.

[40]) Accurate loquendo, non ante a. 1523 *Christiernus* cum suis penitus fuit e regno Sveciae profligatus. Si igitur Auctoris verba rigide explicamus, novum forte hinc oritur argumentum suspicandi, Chronologiam suam toto anno esse veritate seriorem? Cfr. supra p. 605 sq. not. 26, 27.

nis operam dederat bonis literis et doctrinae religionis, ac perlustrata Italia et magna parte Germaniae, rediit tandem ad praedictum coenobium, et post annos aliquot factus est omnium consensu et approbatione Vicarius ejusdem coenobii et totius ordinis Praedicatorum, cui ordini longo tempore laudabiliter praefuit. Inde vocatus est in Episcopum Finlandensem. Erat ipse D. *Martinus* vir summa pietate, sobrietate, modestia, vitae integritate *q*) conspicuus. Deinde sicut ipse erat amans Christianae Religionis, et propagator veri cultus Dei, sic erga omnes liberalitate fuit maxima; singulis enim diebus veneris, in qualibet hebdomada, (quoties domi erat) in eleemosyna pauperibus quinque aut sex marcas pecuniarum distribuere consuevit, praeter cibum, quo etiam ejus mandato pauperes ac mendici saepissime alebantur, adeo ut de eo vere dici posset: Orationes et eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam coram Deo. Sic ille in omni genere virtutum, aliis velut splendidum jubar praeluxit; donec curriculum vitae suae absolveret. Habuit praeterea ille adhuc apud Collegium suorum Canonicorum illam jurisdictionem, ut conferret studiorum subsidia adolescentibus idoneis ad humaniores artes perdiscendas, et ad doctrinam religionis cognoscendam. Quare et in hac re memor sui officii, diligenter procuravit, ut Ecclesia non tantum suo tempore, verum etiam ut sequens posteritas idoneos et fi-

q) A. *gravitate*.

deles haberent ministros in instituenda pube Scholastica, et reliquo coetu Ecclesiae [100]. Missi ergo erant ad studia in exteros nationes (eo procurante) Canutus Johannis *r*), Thomas Francisci *s*), Simon Henrici Viburgius *t*), Michael Agricola, Martinus Teittus, Paulus Juusten, Ericus Herkepaeus, Jacobus Teittus; qui omnes facti sunt utiles ministri in Ecclesia Domini, unusquisque juxta donum et talentum sibi a Deo concessum [101]. Porro sicut aliorum Episcoporum temporibus status et dignitas Clericalis accrevit et floruit; ita a tempore Episcopatus D. *Martini* coepit immutari, decrescere et decidere, donec tandem prorsus in aliam propemodum formam transformatus est [102]. Retinuit quidem Episcopus reditus consuetos, sicut et alii Praelati et Canonici; sed imposito censu in frumento, pecunia, piscibus salsis et siccis, quae omnia quotannis regio fisco pendere consuevit: ad eundem modum et reliquis ordinibus Cleri mulcta fuit imposita, quam singulis annis Holmiam versus deferre debuerunt; donec tandem decedentibus per mortem Canonicis et Praebendatis *u*) [103]. Nullus enim illis succedebat, sed omnes coloni et reditus Regiae cedebant Camerae *v*). Sic desiit Archidiaconatus, M. Petro Sillae in Domino obdormiente, anno 42, Junii 20; Domino Andrea, Canonico Beati Johannis, Domino

---

r) A. a secunda manu additum habet: *Effraominne* (in Eura Åminne) *natus*. *s)* A. a secunda manu additum: *Raumae natus*. *t)* A. *Wiburgensis*. *u)* M. addit: *plane defecerunt*. *v)* A. et N. *Coronae*.

Jacobo Blomen, relicto Canonicatu Petri et Pauli, D. Henrico Graculo, Canonico Clericorum, Praebendatis Trium Regum, Georgii, Annae *x*), cui omnium postremus praefuit D. Arvidus Nicolai, qui e vivis decessit anno D. 1544 *y*) [104]. M. Johannes Praepositus, vir magnae reputationis, constantiae, et prudentiae, reliquit Praeposituram, in Domino moriens *z*) anno 47, Junii 3 [105]. Paulo ante obierant in Domino Magister Simon Henrici Viburgius, vir in bonis artibus apprime doctus, et in Theologiae studio feliciter exercitatus, anno D:ni 1545. Similiter et M. Martinus Teittus, agens Paedagogum juniorum Principum Holmiae. Item anno 46 mortuus est in Domino M. Thomas Francisci, *Pastor in Kyro a*) [106]. Eodem anno obierat Reverendus Pater Doctor Martinus Lutherus in Germania, Islebiae, Feb. 18; unde Wittembergam transfertur *b*) Feb. 22, et sepelitur *c*) in templo arcis. Hujus Episcopi Martini temporibus corruit Papatus in tota Finlandia, abolitae sunt missae privatae et angulares, desiit aqua lustralis, cinerum et palmarum consecratio, cantus ecclesiasticus immutatus et correctus est. Svecicam missam in Ecclesia *d*) Aboënsi primus celebravit D. Laurentius Canuti, Sacristanus, natus in Sarfflax *e*); coacti sunt deinde eam ordine celebrare omnes, intercedente regio man-

---

x) A. *Amices*. *y*) Desiderari hic quaedam verba, facile est videre; quae autem supplere nescio. *z*) A. *dormiens*. *a*) Haec tria verba absunt ab M. et N. *b*) A. *translatus*. *c*) A. *sepultus est*. *d*) A. *templo*. *e*) Villa Paroeciae Perno in Nylandia. Sed Codex A. habet *Sawlax*, h. e. Savolaxia.

dato, anno (si recte memini *f*)) 38. Oleum vero et chrisma papisticum finem accepit circiter annum D. 1540 [107]. Coenobium ordinis Praedicatorum Aboënse conflagravit totum die inventionis crucis anni 37; quod nunquam inde reparatum est, Monachis huc illuc per Presbyteria dispersis [108]. Anno D:ni 1546 *g*) conflagravit civitas Aboënsis fere tota, casuali incendio, una cum tecto templi Cathedralis et Curia Episcopali, relicta tantummodo septentrionali parte civitatis, quam amnis dividit. Id factum est Martii 22, circiter *h*) Dominicam reminiscere.

Hanc tantam mutationem multarum rerum in Clero vidit Episcopus *Martinus*, jam senio confectus, quae tamen in juventute sua in toto Christianismo scivit reverenter longo tempore observata fuisse [109]. Anno D:ni 1548, obierunt strenui viri, Equites aurati *i*), D. Ivarus et D. Ericus Flemming, Decemb. 14, qui *k*) postea sepeliuntur *l*) in templo Pargas, Dec. 19. Supervixit autem Reverendus in Christo Pater D. *Martinus* usque ad finem anni 1550 [110]. Tunc senio et curis confectus, (prius tamen rebus suis omnibus per testamentum dispositis), in Domino obdormivit, Dec. 30, inter 9 et 10 horam noctis, et sepultus est in choro Corporis Christi, sub aeneo lapide, ad latus australe. Post ejus mortem vacavit sedes Episcopalis *m*) annis tribus cum dimidio.

---

f) A. (*ni fallor*). *g)* A. 1549. *h)* A. *in mense Martii post*. *i)* A. addit: *et fratres*. *k)* A. omittit. *l)* A. *sepeliti* (l. *sepulti*). *m)* Omittunt A. et N.

Nicolaus Grabbe, qui in patriae defensione et Danorum expulsione virum fortem et strenuum se exhibuerat, obiit anno [1549]. Hoc ipso tempore discessit e vivis Biörn Classon *n*) [111].

Notae Editoris.

Ab Ecclesiae suae Capitulo hunc fuisse *electum* et *vocatum*, licet Regis commendatione et auctoritate intercedente, num credere debemus? An a Rege solo nominatum et constitutum? *In feriis* certe *trium Regum*, (s. ut habet TEGEL l. c. p. 184, *die 5 Januarii*) ex mandato Regis, *Strengnesiae*, cum duobus aliis Episcopis *Electis*, a *Petro Magni*, Episcopo Arosiensi, *consecratus fuit*. Jam igitur antea fuerit electus, necesse est. Die autem 12 ejusdem mensis Rex fuit coronatus. Cfr. TEGEL l. c.

98. Notum est, hoc tempore in Finlandia nonnisi duos fuisse *Legiferos, Fenniae* scil. *Borealis* et *Fenniae Australis* (ad cujus provinciam etiam *Tavastia* pertinuit). Cum igitur Patrem Episc. *Martini* Legiferum fuisse *Tavastiae* Auctor dicit, intelligendus est sine dubio *Legifer Vicarius*, cui potestatem juris per partem hanc provinciae suae suo loco dicendi, Legifer Fenniae Australis demandaverat? An ille fuit *Jacobus Petri (Jeppe Pehrsson)* de quo supra p. 574 not. 43, p. 580 not. 51 et 585 not. 6 commemoravimus? [1]) quique idem ille fuisse videtur *Jacobus Pehrsson*

---

n) Hoc additamentum omittit A.; spatio tamen vacuo majori relicto.

[1]) Mentio quidem fit a. 1455 *Jacobi Pedersson*, Officialis R. *Caroli:* an vero hic idem fuerit, non dixerim? Verba literarum judicialium *Caroli Mattsson* Judicis Territorialis Nylandiae Orientalis, habent: „Then tidh jak Tingh hölt med almoghen i „Pyttis Sokn --- 1455, fredaghen näst for St. Anders dagh, „*ärlighom manne Jeppe Pädersson*, mins nadugh Herre *Konungh* „*Karls embidzman här j landith*, ok flerom godhom mannom, „*Bothe Benktson*, *Andris Jonisson* ok *Paeder Rook* a wapn, när- „warandhe, etc.“ *(Regist. Eccles. Ab.* Fol. 160). Certius vide-

de Pidkala, Legifer, qui inter membra *Fraternitatis Trium Regum* comparet (supra p. 426)? Rhyzelius certe (l. c. pag. 343) confidenter patrem nostri hunc eundem fuisse asserit *Jeppe Pedersson af Porkala,* (utrum rectius quam quod *Registrum Eccles. Ab.* exhibet, *de Pidkala,* illud praedium Ecclesiae *Lampis* in Tavastia, hoc Ecclesiae *Siundo* in *Nylandia,* non dicam?); sed quo auctore, nescio. Mirum autem putes, Auctorem nostrum non prodere nomen viri in patria honorati, qui parens fuit Episc. *Martini,* fautoris et benefactoris sui, in cujus laudibus celebrandis haud segniter versatur. Caeterum e nobili familia *Skyttiana,* in his oris et antiqua et celebri, viros haud paucos cum civilibus tum ecclesiasticis functos muneribus, hac et superiore aetate floruisse, reperimus [2]).

99. De Schola *Aboënsi* supra aliquoties commemoravimus (cfr. p. 236, not. 41, p. 237, not. 42, p. 380 not.

---

tur, nostrum fuisse qui in literis Consulum et Senatus Urbici Aboënsis a. 1466 datis, vocatur *ärligh ok velbyrdugh man Jeppe Pädersson* (ib. Fol. 276).

[2]) Cfr. supra pag. 549 not. 110. Sic *Geriko Skytte* in literis R. *Magni* de piscatura Episc. Aboënsis in *Lammas,* datis *Kumo* anno 1348 die b. Scolastice virginis, vocatur *Fogdhe j Österlandom. Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109 et 164. *Henricus Skitte* ante a. 1441 Praebendam habuerat *Corporis Christi* (adeoque Tavastianam familiam cognatione attigisse videtur, cfr. supra p. 382, not. 14); *Laurentius Skötta* a. 1441—1450 *Canonicus* audit *Aboënsis,* et a. 1441 simul *Curatus in Hattula* (Litt. Coenobii Nådendal.), anno autem 1442 *Curatus in Perna* (Nyland.), ac a. 1454 *domum S. Henrici* Aboae inhabitasse dicitur *(Herr Laurens Skytta som j sancte Henriks gaardh sitther).* Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 215, 149, 143. Praeterea in hujus aevi monumentis occurrunt *Menichinus Skytte* a. 1378; *Benedictus Skytte* a. 1423; *Haquinus Skytte de Lynninpä (Linnunpää)* a. 1429 sqq. cujus uxor fuit *Truda de Linnunpää,* postea nupta *Laurentio Bartholdi, Lasse Bertilsson,* Armigero, quaeque avunculum habuit *Magnum Diekn); Carolus Skytte* et *Nisse Skytte* a. 1439; *Paulus Skytte,* armiger (cujus uxor fuit *Ragnilda,* filia *Petri Dani, Ragnild Peder Danskes dotter)* a. 1466, etc. (l. c. Fol. 249, 280, 210, et Litt. Coenob. Nådend.). Omnes tamen hos ad eandem pertinuisse gentem, non asseveraverim.

11, p. 507 sq. not. 35, pag. 542 not. 98). Praeter Cathedralem autem illam, etiam aliam apud Monachos *Dominicanos* floruisse vel inde liquet, quod inter fratres *Conventus Aboënsis* a. 1418 numeratur *Nicolaus Olavi, Lector Sententiarum* ibidem (in *Apographis Broocmannianis* Fascic. XXXIX N:o 9). *Raumensis* ante haec tempora mentionem factam haud quidem reperimus, quibus sub nomine *Collegii Raumensis* inclaruit: ipso tamen Monasterio *Franciscanorum* in ea urbe condito, multo juniorem non fuisse, putamus [3]).

MESSENIUS [4]) et post eum RHYZELIUS l. c. docent, *Martinum* nostrum post reditum ex peregrinatione Italica et Germanica (RHYZELIUS addit *Gallicam)*, primum factum fuisse *Priorem* Coenobii Sigtunensis, et inde *Visitatorem Dominicanorum generalem* (s. ut Auctor noster habet *Vicarium totius ordinis Praedicatorum)* in Svecia. Auctor, qui *Priorem* fuisse non significat, (rem per se claram existimans?) *post aliquot annos* (ex quo redierat) factum docet Vicarium generalem ordinis sui, *cui longo tempore praefuit:* num hoc recte dicere potuit, si ante annum 1522 (quo *a Rege, Norvegum deponente Rohertum, designatum* fuisse MESSENIUS autumat, *Scond.* T. X p. 23) ei officio praefectus non fuit? Occulte *Luthero* (monachis indignantibus), favisse addit MESSENIUS [5]); quod cum Regi innotuisset, hoc ei Episcopatum meruisse; quem suscipiens licet Papae obedientiam promisisset, fidem tamen non servasse [6]). Quae nihil habent admirationis.

[3]) Cfr. RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 299.

[4]) *Chron. Rhythm. Finl.* p. 47, *Scond.* T. X p. 23.

[5]) *Chr. Rh.* l. c. Dubitanter *Scond.* l. c. p. 24. „*Martinus*, „nobilis genere Finlandus, *Monachorum Prior Sigtunensium et* „*Vicarius per Scondiam totius Ordinis Dominicani generalis*, „quod Lutheri caussae magis quam antecessor“ *(Ericus, Electus)* „*fortassis videretur* favere, Finlandis Superintendens *assignatur.*“ RHYZELIUS Wittembergae, dum peregrinaretur, Lutherum audivisse addit; cujus placitis amicum si jam tum sese prodidisset, vix a Monachis Dominicanis Coenobio et Ordini suo per totam Sveciam praefectum fuisse, credas?

[6]) L. l. c. c. Cum ritu moreque Catholico fuisset consecra-

100. Reformationem Ecclesiae Fennicae sub hoc Episcopo peractam, describit etiam Messenius l. l. c. c. Qui licet in plerisque Auctorem nostrum presso pede sequatur; quaedam tamen, ex ingenio pleraque, nec sine sensu indignationis prodito, addit. Neque vero omnia sua judicia fundamento carent. Mox post celebratum Concilium Örebroënse, atque ad praescriptam ibi normam, inprimis anno proxime sequente 1530, Episcopum opus fuisse aggressum, et fidem veterem expulisse, narrans, idem contendit Canonicis atque multis Curatis Ecclesiarum ruralium reluctantibus hoc contigisse; quod facile credi potest. Vix autem aliis nixus fuit testimoniis, quam Auctoris nostri de censu, reditibus Canonicorum et Cleri imposito, illorumque praediis aerario sensim adjudicatis, narratione; interpretationibus et conclusionibus malignis aucta? Suspicionem hanc auget nostram, quod eosdem ut reformationis negotio oppositos recenset Capitulares, quibus mortuis Auctor noster haec munera cessasse, simpliciter audit. Porro itidem affirmat Messenius, Episcopum (quem ipsum vitam egisse coelibem libenter observat) *contentum modica redituum* suorum *portione annuorum, ex reliqua, sub D. Lutheri et Philippi disciplina VIII sustentasse alumnos; quorum opera, domum Witeberga deinde reversorum, tota sensim Finlandia Lutheranismum fuit amplexa* (*Scond.* l. c. p. 24). Etiam hanc rem paullo aliter Juustenus; qui primum non dicit Episcopum ex suis fortunis subsidia juvenibus literarum studiosis peregre versantibus praebuisse; deinde, non Wittebergam tantum missos, sed *ad exteras nationes* (adeoque alias etiam sine dubio

---

tus, veteribus legibus nondum abrogatis, facile patet, eum Pontifici fidem non potuisse non obligare. Addit vero Rhyzelius, idem hoc docens, nostrum anno sequente, in Concilio Örebroënsi, juramentum suum revocasse Regique reddidisse: quod suo loco relinquimus. Praesentem certe in eo Concilio fuisse, (quod tamen Messenius *Chr. Rhythm.* l. c. affirmat), non apparet; nec Decretum Örebroënse nomen ejus praefert. Cfr. Tegel l. c. p. 216. Neque necessarium fuisse, ut fidem Papae datam solenniter rescinderet, putes.

Germaniae Academias adeundi potestatem habuisse) significat. Cum Auctor noster asserat, Episcopum *habuisse adhuc apud Collegium suorum Canonicorum illam jurisdictionem, ut conferret studiorum subsidia adolescentibus idoneis ad humaniores artes perdiscendas;* et mox addat, hos *ad studia* fuisse peregre *missos, eo procurante:* Rev. RHYZELIUS scribit „Konungen -- lät honom“ (Episcopum) „icke allenast behålla the gamla Biskopsinkomsterna; utan ock lämnade honom fri disposition öfver alla the rentor, som varit „Collegio Canonicorum tilhöriga; dock med thet förord, at „han, för en viss summa theraf skulle --- vid the utländska „Academier, helst Wittenberg, underhålla 8 qvicka Finska „Studenter.“ Utrum talem conditionem Rex ei praescripserit, nos quidem nescimus; ex reditibus autem his ecclesiasticis tributum non exiguum aerario simul fuisse pendendum, mox videbimus. Certe VIII simul Wittembergae sustentatos fuisse literarum studiosos Fennos, non reperimus; neque hoc postulasse Regem, aut Episcopum constituisse, putamus. Neque de aliarum Canoniarum stipendiis, nisi vacantium, potuisse Episcopum disponere, certum est; quum Canonicis, qui in munere essent, non minus quam Episcopo, Auctore nostro teste, reditibus suis per dies vitae frui concederetur, praeter eam partem quam Rex aerario vindicavit, ex qua certe nihil ad juvenes studiosos sublevandos decerptum fuit. Putamus igitur, hanc veram esse et Auctoris sententiam et rei rationem, licuisse adhuc Episcopo nostro, (Rege hanc ei potestatem permittente) partim ex reditibus sustentationi adolescentium studiosorum olim jam tributis [7]), partim ex illarum reditibus Canoniarum et Praebendarum, quarum possessores ultimi morte decesserant, stipendia juvenibus quibusdam ingenii felicioris (quorum VIII Auctor recenset) ad studia sua persequenda sensim praebere [8]): sed

---

[7]) Cfr. supra p. 507 not. 35; p. 542 sq. not. 100; et p. 563 not. 16.

[8]) Illustrant rem literae *Michaëlis Agricolae* (in Monumentis Palmsköldianis legendae) de quibus infra, datae Wittembergae

quae benignitas postea cessavit, non sine gravi rei literariae Fennicae jactura. Utrum de suo Episcopus aliquid peregrinantibus his popularibus dederit, omnino nescimus.

101. Ne credas, simul hos omnes fuisse in Germaniam missos ibidemque sustentatos; sed sensim exteras oras adierunt: ut ex sequentibus apertum erit. Neque aliud dicit Auctor. Caeterum de fatis plerorumque horum virorum, pro sui temporis apud nos conditione doctissimorum, atque de Ecclesia atque literis nostris meritissimorum, Auctor nonnihil postea commemorat. *Canutus Johannis*, natus in *Eura Åminne* (paroecia Satacundiae inferioris), *Magistri* honorem Wittemberga sine dubio reportavit. Anno jam 1541 Canonicum, simulque Pastorem fuisse Urbis Aboënsis, reperimus: quo munere fungenti (circa a. 1550, vid. infra) ei, una cum M. *Michaële Agricola,* Visitationis Episcopalis officium, loco senis Episcopi *Martini,* fuit commissum; neque hoc tantum, sed etiam a. 1556 a R. *Gustavo* in Russiam missum, pro salvo conductu Legatis Regiis, illuc profecturis, a Magno Principe Russorum impetrando [9]). Inde, a. 1563 in locum Pauli Juusten ad Episcopatum Wiburgensem fuisse admotum discimus (infra; cfr. *Folia Hebd. Aboëns.* a. 1793, N:o 1, p. 1): ubi sequente anno obiit (ut infra docebitur).

Thomas Francisci, cognomine *Keyoy (?) Raumae* natus, Magistri honore Wittembergae ille quoque ornatus fuit; unde rediens, Rector Scholae Aboënsis fuit constitutus (circa a.

---

1. 20 Aug. a. 1537, quibus apud Regem de Praebenda S. Laurentii supplicat. Ac idem tamen in Libello rationum Ecclesiae Cathedralis Aboënsis R. *Gustavo* exhibito (de quo saepe commemoravimus) ipse dicit, Praebendam S. *Bartholomaei* sibi ex Germania reduci, ab Episcopo *Martino* fuisse in subsidium collatam, ac priori suae illi Praebendae (S. *Laurentii)* additam.

[9]) Nob. VON DALIN, qui eundem (male) vocat *Archipraepositum Aboënsem*, missum fuisse Muscoviam cum conditionibus pacis dicit, (cfr. TEGEL l. c. P. II p. 336 sqq.) ut aptissimum qui experiretur in quantum fidere spei oblatae liceret. *Svea Rikes Hist.* III Del. I B. 8 C. 126. p. 457.

1535?), de qua reformanda et docendi modo ibidem egregie emendando, insignia ejus fuisse merita, infra videbimus. Factus Pastor Ecclesiae *Kyroënsis* in Satacundia superiore (*Tavast-Kyro*), a. 1546 e vita abiit, ut narrat Auctor p. 616 [10]).

---

[10]) In *Actis Palmsköldianis*, N. XIV, Tom. LVIII, *Finl. och Tavastl.* p. 95 sqq. occurrunt *Annotationes quaedam memorabiles rerum gestarum in oppido Raumo et alibi* (inter a. 1536 et 1563); quas, cum ad illustrandas res Fennicas hujus temporis non ineptae sint, apponere hic placet:

„Ego *Henricus Matthei Raumoënsis* (ut conjicio ex relacione „aliorum natu grandiorum) sum natus anno etc. 1536 vel potius „1535 circa ferias Rogationum."

„Anno D:ni 1536 combusta est civitas Raumae ex incendo „casuali."

„A:o D:ni 1537 combusta est curia sacerdotalis ibidem."

„Eodem anno grassata est pestilentia acriter satis in op„pido Raumae, adeo ut mortui sint 200 homines."

„Eodem anno *Nicolaus Thomae* Öfveråminnensis" (leg. *Effraåminnensis*) „ex *Lavila* natus, ordinatus est ad officium sacer„dotale in profesto sanctorum Angelorum."

„A:o D:ni 1538 die Translationis S. Henrici (h. e. die 18 „Junii) expulsi sunt Monachi cum sua mala larva" (an *caterva?*) „in malam crucem de *Claustro Raumensi*, quod ex gratia Regiae „Majestatis facta est curia sacerdotalis."

„A:o D:ni 1539 adauctum est tributum Regiae Majestatis „in oppido Raumå in 200 marchis; antea vero fuit 80 marchae."

„A:o D:ni 1542 obiit Dn. *Andreas Sassi*, Raum."

„Eodem anno obiit Dn. *Andreas* Canonicus, pie memorie, „Raum."

„A:o D:ni 1545 obiit Dn. *Paulus Henrici Barni* (?) Raum."

„A:o D:ni 1546 obiit Dn. Magister *Thomas Francisci Kei„joji*, Raumensis."

„Eodem Anno obiit Dn. *Nicolaus Thomae*, Oeconomus id „temporis Aboënsis."

„A:o D:ni 1545 obiit D:nus Magister *Sveno* Canonicus, pie „memorie, Wiburgensis."

„A:o D:ni 1546 combusta est civitas Aboënsis ex incendio „casuali, 21 Maji", (leg. Martii), „Dominica Reminiscere."

„A:o D:ni 1547 obiit Mag. *Johannes* Praepositus Aboënsis, „felicis memorie."

„A:o D:ni 1549 obiit Dn. *Matthias* Sacellanus Raumensis „et institor" (institutor) „juventutis ibidem, in vigilia divi Erici."

Simon Henrici Wiburgius (quae appellatio Wiburgi natum fuisse prodit; *Henricus Simonis* in *Chronico Finland. Rhythmico* MESSENII p. 49 male vocatur), redierat ex Germania (circa a. 1538, eodem fere tempore quo *Michaël Agri-*

„A:o D:ni 1540 (1550?) obiit Dn. *Matthias Remer.*"

„A:o D:ni 1551 obiit Dn. *Martinus* Episc. Aboënsis die „Silvestri."

„A:o D:ni 1557 obiit Reverendus in Christo Pater Mag. „*Michaël*, Episcopus Aboënsis."

„Eod. A:o obiit *Sigfridus Bartolli* Borgensis, Pastor Eccle„siae *Öffraåminne*" (*Effra s. Eura-åminne).*

„A:o D:ni 1551 depulsi sunt cives Raumenses ad Helsing„forsiam."

„A:o D:ni 1555 inchoatum est prelium (bellum) Rutheno„rum et Svecorum, *Jacobo Baggen* ductore."

„A:o D:ni 1555 constituti sunt duo Ordinarii (Episcopi) „in Finlandia, alter videlicet Mag. *Michaël* ad Abo, [alter] *Pau„lus Justenus* ad Wiburgum."

„A:o D:ni 1557 repulsi sunt cives Raumenses et Ulfsby„enses a Helsingfors denuo ad sua priora habitacula."

„Eodem anno obiit *Ericus Torkelli* Raumens."

„A:o D:ni 1556 adveni ex Forsia Wiburgum, circa ferias „Philippi et Jacobi; Julii 9 anno promemorato coepi hospitari „apud Laurentium Andreae Keiffve; anno vero 1559 Julii 22, „quae est Mariae Magdalenae, coepi hospitari apud Dn. Ordi„narium M. *Paulum.*"

„A:o D:ni 1557 constituebar a Rectore *Laurentio Biure* (?) „in Collaboratorem."

„Anno 1549 (1559?) assumpsi (licet indignus) sacros „ordines."

„A:o 1560 constitutus est Dn. *Olaus Sigfridi* in Rectorem „Scholae Wiburgensis, Augusti 13, egitque Rectoratum feliciter „non tribus integris annis; nam anno 1563 Aprilis 21 ex hac „lachrimarum valle migravit."

Deinde aliae sequuntur Adnotationes, similis tenoris, ab Anonymo (Wiburgensis Ecclesiae Ministro?) concinnatae:

„A:o 48 (Dni 1548) obierunt strenui viri Equites Aurati „Dn. *Christophorus Andreae*" (*Röd*, R. Senator et Cancellarius, qui Lubecae exul obiit, unde hoc ejus elogium parum exspectatum obvenit; vid. v. DALIN l. c. III D. I B. VI C. §. 21, p. 366 sq.) „artium liberalium Magister, vir pietate, doctrina et „generis claritate perspicuus, Dn. *Iwarus Flemingh*, Dn. *Ericus*

cola) prima vice, triennio fere post reditum M. *Thomae Francisci*. A. 1543 rursus Witembergae versabatur, Magistri jam auctus nomine; ad quam vero deinde translatus fuerit in Patria stationem, aut ubi obierit, (quod a. 1545 evenisse,

---

„*Flemingh* Decemb. 14, columna et flos Finlandiae post Deum et „Serenissimum ac Clementissimum - - - Regem. Sepultus est in „templo Beristas" (l. *Pargas*, Finlandiae Australis) „Decemb. 19."

„A:o 1546 obiit reverendus pater D. Martinus Lutherus „Februarii 18 Islebiae, unde 22 Febr. Wittebergam transfertur „et sepelitur in templo arcis."

„It. Dn. Mag. *Thomas Francisci* Raumensis in Kyro Ta„vastie."

„A:o D:ni 1552 April. pars occidentalis civitatis Aboënsis „incendio casuali desolata est."

„A:o D:ni 1549 conflagravit incendio casuali tertia [pars] „civitatis Aboënsis, quae vocatur *Mätäjerfvi quarter*, idque con„tigit Maji 27."

„A:o 1554 obiit Johannes Fridericus Dux Saxonie."

„A:o 1554 vir pietate et doctrina clarus *Paulus*. *Juusten* „factus est Ordinarius Wiburgensis."

„Eod. anno ac fil." (leg. *die)* „ingentis eruditionis vir *Mi*„*chael Agricola* factus est Episcopus Aboënsis."

„A:o 1544 ritu solenni introducta est in urbem Prussiae „*Regium Montem* Academia, Augusti 17."

„A:o 1541 missus est Juustenus in Rectorem Scholae Wi„burgensem, ibique mansit 2 annis Jcdo" (includendo?) „mensem „Junii 20, Oct. 8.

„A:o D:ni 1563 missus est *Laurentius Petri* Helsingensis „in Rectorem Scholae Wiburgensem, suscepitque scholas mode„randas die 6 Novembris. Resignavit A:o 1571, factus Pastor „Wiburgensium. Cui successit Dn. *Thomas Laurentii* Tamme„lensis - - -

„A:o D:ni 1578 obiit reverendus vir M. *Ericus Härkäpä* „Episcopus Wiburgensis, Februarii 4, inter 7 et 8 horam ve„spertinam. Sepeliebatur in summo choro templi ejusdem urbis, „sexto die ejusdem mensis. Anima autem in sinu Abrahae be„ata vivit."

„A:o D:ni 158[illegible] obiit meus dilectissimus Pater Decemb. 18, „inter horam 1 et 2 pomeridianam, humatusque est 21 ejusdem „mensis, qui est dies S. Thomae Apostoli, in summo choro tem„pli Wiburgensis: cujus anima nunc requiescit in sinu Abrahae."

„A:o restitutae salutis CDXXCVI (MDXXCVI) excitus est

Auctor noster p. 616 prodit) rescire non potuimus. *Virum in bonis artibus apprime doctum et in Theologiae studio feliciter exercitatum,* Auctor hunc popularem atque fautorem suum vocat.

Martinum Teittum, Magistri nomine ex Germania reportato, *juniorum Principum Regiorum* (ex secundo R. *Gustavi* conjugio natorum) institutioni adhibitum, a. 1545 decessisse, Auctor docet (p. 616). Num hic parens fuit illius *Gregorii Teit, Martini* filii, qui exeunte seculo XV *Rector* fuit Scholae, et deinde *Pastor* Ecclesiae *Aboënsis?* De quo cfr. D:ni Mag. PET. JOH. ALOPÆI, (R. Gymnasii Borgoënsis jam Adjuncti), *Specimen Hist. Literariae Fennicae,* Ab. 1793 sqq. 4:o editum, Part. II p. 28 sq.).

Ericus Herkepaeus (sive ut ipsum scripsisse nomen suum deprehendimus, *Herchepe* l. *Härkäpää,* quod *Caput Bovis* Fennice significat [11])), *Magistri* titulo ille etiam de-

„sorte fatorum ex hac lachrimosa vita venerabilis vir Dn. *Mar-*„*tinus Winther,* Pastor Wiburgensis, efflavitque animam Martii „14 in crepusculo noctis inter 5 et 6 horam; et 17 die mensis „ejusdem in summo choro humatus est, cujus anima cum omni-„bus sanctis nunc in Ecclesia triumphante canit Sanctus Sanctus „Dominus Zebaoth."

[11]) Svetice Oxhufwud; quod MESSENIUS (*Chron. Finl. Rhythm.* p. 49) interpretatur Ur-Hufwud, nisi legendum sit Tjur-Hufwud? Caeterum RHYZELIUS (*Episcoposc.* P. II p. 54) dicit, eum natum fuisse in praedio *Herkäpe (Härkäpää)* Paroeciae Nylandensis *Perno:* unde cognomen retinuerit. Sed quod addit, eundem *Scholae Wiburgensi tanta cum laude omniumque applausu praefuisse, ut dignus haberetur qui ibidem primum Archipraepositus, ac deinde, post mortem M. Pauli Justen Episcopus a. 1576 fieret,* ac *anno* demum *1580 obiisse,* illud a veritate prorsus est alienum: nec minus falsum est quod P. II p. 347 asserit, *Juustenum* licet ab Episcopatu Wiburgensi ad Aboënsem (a. 1563) translatum, tamen illius Dioeceseos administrationem usque ad mortem suam (a. 1576) retinuisse. Successit enim *Juusteno* in Episcopatu Wiburgensi mox (a. 1563) M. *Canutus Johannis* (vide infra et p. 623) eique brevi mortuo, M. *Ericus Herkäpäus* a. 1568; qui a. jam 1578 obiit, ut annotatio Auctoris coaevi, in nota proxime praecedente allata, manifestum reddit. Ad quae porro illustranda hoc adjungemus initium *Catalogi Episcoporum*

coratus, Wittemberga a. 1551 honorifico *Philippi Melanchthonis* testimonio munitus [12]) domum rediens, Rector pri-

---

Wiburgensium, ex Actis Palmsköldianis (Vol. Carelen T. LXI, p. 533) descripti:

„M. *Paulus Juusten* åhr 1554 förordnad til Biskop uti Wi„borg, och aff Biskoppen uti Strengnäs D. Botvido thertil invigt."

„Canutus Johannis."

„M. *Ericus Härkäpä (Herchepe)* Rect. Gymn." (h. e. Scholae) „Aboënsis, blef Biskop uti Wijborg 1568, obiit 1578 d. 4 „Febr. inter 7 et 8 horam vespertinam, et sepeliebatur in summo „choro templi Wiburgensis."

„M. *Ericus Erici Finlandus*, 1583."

„M. *Oluf Elimaeus* Kyrkioherde vid S. Nicolai Kyrkia uti „Stockholm, förordnad 1618 (d. 16 Julii) at vara Biskop uti „Wiborg."

„M. *Nicolaus Magni.* Dog 1632." etc.

Archipraepositum aliquem Wiburgi primis illis temporibus fuisse, non reperimus. Nec *Herkepäum* Scholae Wiburgensi praefuisse, series Rectorum hujus Scholae in *Annotationibus* nota proxime praecedenti (10) allatis exhibita, vel suspicandi ansam praebet. Neque si ante Episcopatum a. 1568 susceptum, per 12 aut 13 annos Scholae Aboënsi praefuit, ac ei a R. *Johanne III* (ut *Magno Principe Finlandiae,* quae dignitas ei a. 1556 data) praefectus fuit, Wiburgensem Scholam regere potuit; nisi mox post reditum suum inter a. 1551 et 1556 contigisse, quis docere possit? Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793 N:o 1.

[12]) In Literis ad R. *Gustavum* commendatitiis, dat. Witeb. Idibus Januar. a. 1551 (apud Celsium *Monum. Politico-Ecclesiast. ex Archivo Palmsköld.* Ups. 1750-1753, Cont. I. p. 19 sq.); ubi scribit: „dedi huic *Erico Herchiepe* Finlandiensi testi„monium, ut ejus studia Regiae Majestati Vestrae commendarem. „Vir honestus est et gravis, et cum *Rostochii* virum doctissimum „*Arnoldum Burenium audivisset biennio, postea in hac Academia* „*triennium commoratus, ad studia Latinae et Graecae linguae* „*etiam Ebraeam adjunxit,* ut rectius enarrare sermonem pro„pheticum posset. Et doctrinam ecclesiae Dei recte didicit et „consensu amplectitur, quam et Suedicae et nostrae ecclesiae „Christi profitentur. Cumque sciat ad dexteritatem in docendo „prodesse philosophiae cognitionem, etiam harum artium do„ctrina se instruxit quas Philosophia continet. Nec vero dubito „quin Regia Majestas Vestra maxime velit ut passim ecclesiis „praeficiantur viri honesti, eruditi et moderati. Talem esse hunc „Ericum Regia M. V. cognoscet. Est et haec ejus virtus lau-

mum Scholae Aboënsis (a. 1556?) constitutus fuit, ac deinde a. 1563 Episcopus Wiburgensis renunciatus, ubi a. 1578 die 4 Februarii vitam cum morte commutavit [13]).

„danda, *quod reditum sibi ad Academias concedi orat*, ut de „multis doctrinarum partibus eruditionem augeat et judicium con„firmet.“ etc.

[13]) Cfr. Nott. proxime praecedd. 10 et 11. Rectorem autem Scholae Aboënsis fuisse, atque de illa bene meruisse, Epistola sua docet (cujus exemplum in Collectione sua Monumentorum ad res Patriae illustrandas pertinentium locuplete ac saepius nobis laudata servatum, benigne nobiscum communicavit Cel. NORDIN) ad Regem (*Johannem III* sine dubio, ad alium enim referri commode nequit) scripta; ex qua, Dissertationi Dn. M. ALOPAEI nuper citatae, P. I, p. 22 sq. inserta, haec excerpenda hoc loco duximus: „Vestra Majestas *ante duodecim aut tredecim „annos me in Rectorem Scholae Aboënsis constituit,* cui pro mei „ingenii mediocritate sic praefueram, ut ecclesia fideles et ido„neos adhuc ministros habeat, mei Rectoratus tempore institutos, „quamvis malevoli meam qualemcunque diligentiam et existima„tionem calumniis saepe obscurare tentarunt. Nec porro lateat „Vestram Majestatem, quod *ante biennium coepi tradere juventuti „initia Graecae linguae, quod studium intellexi non prorsus inane „esse in nonnullis auditoribus;* malevoli autem metuentes ne ali„quid gloriae aut existimationis hujusmodi conatus mihi parerent, „statim coeperunt quaerere occasiones removendi me ab officio „Scholae administrandae. Itaque *hoc currenti anno* ex insidiis „adorti, *ab officio Rectoratus me removerunt, constituto alio quo„dam neophyto sacerdote in Rectorem, non data mihi alia provi„sione.* Nunc igitur incertis sedibus vagabundus sine officio et „beneficio erro. Hanc gratiam pro molestiis quas sustinui in „puerorum institutione, toto illo tempore quo Rectoris officio fun„gebar, reddiderunt. Vehementer et studiose Vestram Majesta„tem supplex imploro, ut mihi decernat administrationem officii „apud Aboënses, nimirum in hunc usum et finem, ut pubi Scho„lasticae quae ibi musas colit, initia Graecae linguae discendae „tradam, sicut coepi cum adhuc Rectoris officio fungerer; nec „puto piis et eruditis ecclesiae doctoribus alienum videri a recta „et sana juventutis institutione, statim ab ipsa prima aetate, „quando juniores Latine discere incipiunt, simul etiam Graeci „sermonis cognitionem paullatim eis instillari. Haec enim con„suetudo in Scholis particularibus Germaniae, ubi respublicae et „ecclesiae sunt recte institutae, servatur, ut pueri discentes La-

Jacobi Teitti fata incognita nobis sunt [14]). De *Mi-*

„tinam Grammaticam, statim etiam imbuantur in Graeca. *Po-*
„*stremo Vestram Majestatem oro, ut reditus quos hactenus a Ve-*
„*strae Majestatis munificentia habueram, adaugeat: quia parva*
„*illa accidentia, ut didactra quae a Scholasticis Rector sublevare*
„*solet, postquam ab officio Rectoris remotus sum mihi ademppta*
„*sunt.*" Literas has sub exitu a. 1568 fuisse scriptas, quo R. *Johannes* sceptra (mense Septembri exeunte) capessivit, indubium videtur; siquidem hoc eodem anno *Herkepaeus* sedi Wiburgensi admotus fuit, ac initio literarum Deo gratias agendas autumat, quod Regem *ex angustiis liberaverit et in gradum majestatis restituerit;* addens: *nisi enim Vestra Majestas sic nobis nunc restituta fuisset, et belli praesentis incendium extinxisset, metuendum, ne ruinis et dissipationibus majoribus respublica Svedica labefactata et tandem eversa periret.* Neque credibile est *Herkepaeum,* qui officio privatus eodem quo has literas exaravit anno fuerat, diu cunctatum ex quo Rex (cui et idem officium, ante 12 aut 13 annos sibi collatum, et stipendium, ut videtur extraordinarium, accepta debuit) solium occupavisset, quin de injuria sibi facta apud eum quereretur, atque restitutionem muneris ademti peteret. Quos ille inimicos habuerit, quorum malitia officium perdidisset, ipso tacente conjicere non valemus. *Paulus* quidem *Juusten* Episcopalem tenuit dignitatem; sed neque illam pravitatem ac barbariem in viro egregio suspicari facile licet, neque in potestate fuisse Episcopi credi potest, Rectorem privare munere quod *Çivilis Magistratus beneficio ac diplomate* acceperat; probabilius habeas, a Reg. *Erici* Praefectis, ut nimii fortassis in Ducem *Johannem* affectus suspectum, *Herkepaeum* (aemulis suis instigantibus) fuisse ab officio remotum? Unde nec est improbabile, eundem postea a Rege, cum in fidei remunerationem, tum in passae injuriae reparationem, in sedem Wiburgensem fuisse evectum: cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 1. Neque quis *neophytus* ille fuerit *sacerdos,* quem in nostri locum hujus inimici surrogaverant, expiscari valemus; utpote cum seriem Rectorum qui inter *Juustenum* et *Christianum Agricolam* Scholae Aboënsi praefuerunt, haud teneamus. Singulare autem est, introductum a viro meritissimo in Scholam *studium linguae Graecae* (cujus tamen nonnisi *initia tradere juventuti coeperat)* invidiam ei inprimis conflasse! Hujus igitur linguae cognitio ad illud usque tempus neglecta prorsus in Finlandia fuerat! Quid igitur de *Hebraea* putabimus, cujus nec illius *Herkepaeum* fuisse imperitum, ex allato supra (not. 11) testimonio *Melanchthonis* didicimus?

[14]) Non enim permittit ratio temporum, eundem putare M.

chaële autem *Agricola* et *Paulo Juusten,* infra ex instituto dicemus.

Si plures etiam, praeter hos VIII, adolescentes literis deditos, atque in Germaniam hoc tempore profectos, publica beneficentia fuisse adjutos quis docere valuerit, nos habebit facile sibi assentientes, qui neque unde Magister *Petrus Särkilax* [15]), neque unde *Laurentius Canuti* Sacristanus [16]), emendatae doctrinae quam propagabant, placita hauserint, alias indicare possumus.

Jacobum Finnonem, qui circa finem seculi XVI:ti et initium XVII:mi, primum Scholae et deinde Ecclesiae Urbicae Aboënsi praefuit, ac *Precum formulis* et *Hymnis Publicis Fennicis* (nec non cantionibus Scholasticis Lat.) apud nos emendandis egregie de popularibus suis meritus fuit. Cfr. Schefferi *Svec. Liter.* p. 316 sq. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1796, N:o 17 et 18, atque Diss. cit. Cl. Alopaei P. II p. 28 sq. (ubi alterius quoque M. *Jacobi,* qui in Schola Aboënsi ille etiam docuerat, mentio injecta reperitur).

[15]) *Petrum* hunc exteras adiisse Academias, vel *Magistri* titulus qui eidem ab Auctore nostro tribuitur, manifestum redderet, si etiam expresse (p. 597) non docuisset, cum *venisse ex illo Wittembergensium coetu in Finlandiam.* Quodnam hic munus gesserit, nescimus; nisi quod Auctor ibidem asserat *et in Scholis et in Ecclesia Aboënsi de doctrinae Euangelicae repurgatione ex idolomania papistica fideliter docuisse et constanter admonuisse.* Ac fructu hanc diligentiam suam non caruisse, vel exemplum ostendit *Mich. Agricolae,* quem idem (v. infra) *imbibisse vera seminaria doctrinae Apostolicae* illo *docente et praedicante,* postea addit.

[16]) An et hic *Lutherum* audierit, non constat. *Magistri* nomine non decoratur. *Sacristanum, (Sacristam* vel *Thesaurarium)* munus gessisse ecclesiasticum, ad quod pertinuit custodia sacrorum vasorum cujusque generis, vestimentorum ecclesiasticorum etc. (verbo totius thesauri ecclesiastici), docet *Glossar. Cangianum* voc. *Sacrista.* Hunc *Laurentium Missam Svecicam in ecclesia Aboënsi primum celebrasse* docens Auctor p. 616 (Messenius per praecipitantiam canit „På *Finska* har den först messat „i Åbo" *Chron. Rhythm. Finl.* p. 48), dicit eum *natum fuisse* sive in *Sarflax* (s. *Sarwlax),* praedio nobili paroeciae Perno in Nylandia, sive in *Sawlax,* hodie paroecia S. *Michaëlis* in Savolaxia, prout lectionem Codicis vel *Nettelbladiani* vel *Academici* nostri adoptaverimus.

102. Salutarem hanc Reipublicae[17]) et amicam vero Religionis consilio mutationem, non potuisse non hominibus ejus temporis valde memorabilem videri, ac Ordinis Ecclesiastici membris non omnibus usquequaque gratam, (quotquot scil. pristinum ejus splendorem meminerant, atque potentiam, opes, commodaque ejus infracta, reditus extenuatos, Instituta deleta, possessiones dissipatas, praediaque partim aerario vindicata, partim privatis, inprimis potentioribus et procacioribus, nec semper optime meritis, permissa cernebant, ecclesiastica et literaria re saepe negligentius interim fota et curata), mirum obvenire minus debet: qualem sensum hic etiam Auctoris nostri locus prodere videtur[18]). Res scilicet Civitatis afflictae R. *Gustavum* cogebant, parciora usibus piis ac institutioni juventutis (cujus tamen deficientis fructum acerbum, ex defectu hominum ad varia officia publica administranda idoneorum, de quo non semel questus fuit, ipse satis percepit) subsidia ex spoliis ecclesiasticis praebere, quam adjutores sui in Reformandae Ecclesiae negotio Clerici optabant, ac ipse sine dubio fuisse praebiturus, si in statu integro remp. regendam suscepisset: unde his saepe severitas et parsimonia sua minus probabatur. Quam rem, praeter sententiarum aliarum, cum Theologicarum tum Ethicarum et Politicarum[19]), in animos illorum vim, non inter caussas fuisse infimas credas frigoris et offensarum, Regem inter atque *Laurentium Andreae, Olavum Petri* etc. exortarum[20]). Sed praeclare haec desideria po-

---

[17]) Cfr. Nobil. AF BOTIN, *Beskrifn. om Svenska Hemman och Jordagods* I D. 3 C. §. 2—6, haud miti in Clerum Pontificium, ac maxime Antistites ejus, animo rem depingens.

[18]) Collatus cum alio, infra mox occurrente (pag. 616), de quo mox.

[19]) [*Democratiae* fuisse faventiores quam *Monarchiae* (et inprimis *Aristocratiae?)* colligi potest ex gravaminibus contra *Laurentium Andreae* et *Olavum Petri* a Rege *Gustavo* ipso adductis. Cfr. CELSII *Monum. Politico-Ecclesiastica ex Archivo Palmsköld. edit.* p. 26 sqq.]

[20]) Cfr. Literae R. *Gustavi* ad Archiep. *Laurentium Petri*, dat. *Gripsholmiae* d. 24 Dec. a. 1554, in Appendice ad Hist.

stea explerunt Regum sequentium, maxime *Gustavi Adolphi* et *Christinae*, munificentia, Xenodochiis, Scholis, Gymnasiis Academiisque instituendis et dotandis demonstrata; magnam partem ex priscis bonis ecclesiasticis (decimis, praediis revocatis etc.) subsidia nactis. Verum haec obiter.

103. Vi Decreti Comitiorum Arosiensium (*Vesterås-Recess*) et Ordinantiae Arosiensis, a. 1527, Rex hanc potestatem exercuit; cfr. v. STIERNMAN *Mötens och Riksdagars Beslut* T. I p. 75 sqq., TEGEL l. c. p. 167 sqq., BOTIN l. c. §. 6 sq. Narrat MESSENIUS (*Chron. Rhythm.* p. 48 sq., *Scond.* T. X p. 24) Regem imposuisse Capitulo et Episcopo Aboënsi tributum annuum 700 *Marcarum Denariorum* (s. *tremissium,* (*Mark-örtugar*) et 288 librarum (*Majoris generis,* s. decies duplicatas, Svetice *Lispund?*) *Butyri:* quod tributum, contra Auctor noster *in pecunia, frumento ac piscibus salsis et siccis* fuisse solutum docet, summa ipsa non indicata; addens, *singulis annis Holmiam versus deferre,* Episcopum ut et reliquum Clerum haec sua tributa, non parum aucto inde incommodo, necesse habuisse [21]. *Ecclesiam* qui-

---

Eccles. *Spegelianam (Skriftelige Bevis hörande til Svenska Kyrko-Hist.* etc. Upsaliae 1716 a Rev. ER. BENZELIO Fil. edita, p. 99 sqq.) et aliae dat. Holmiae d. 24 Apr. 1539 ap. CELSIUM l. c. Cont. II p. 32 sqq. ac v. DALIN l. c. C. VI, §. 1, 4, 7.

[21]) Certiorem vero ac pleniorem rei rationem exhibet monumentum, quod ex egregia Collectione *Nordiniana* attulit Reverendiss. VON TROIL (*Skrifter och Handlingar til uplysning i Svenska Kyrko- och Reformations-Historien,* IV Del. p. 345 sq.) „*Register på the Contracter som gjorde äro medh Bisperne, Ca-„pitlen och klostren i all Stichten.* Aff Bispen i Aabo. Item, „skall Bispen i Aabo giffua vor Nådighe Herre utaff Biskops „stolens renta årligha, först Redha penningar I M mark. Om „Erici, Shmör IX Lester“ (h. e. 1296 libras, lispund?), „Geddor „X skippund, Lax III lester, Korn VI lester, Rogh VI lester, „Haffre IV lester. Om Erici. Kornet och Roghen skall han „venda i penningar til godh rekning i år, och thet annet skall „han lata koma hiit til Stockholm. *Aff Capitulum i Aabo.* „Item „skall Capitulum i Aabo giffua vor Nådighe Herre årligha utaff „theras renta, först Redha penninga VII. C mark, Shmör IV „lester.“ Ibid. Inter Monasteria Nådendalense non comparet: sed

dem *Cathedralem* et *Canonicos*, ex conventione cum Rege facta, aerario quotannis (praeter pecuniam) IV *duodenas Tonnarum Butyri* (4 *Lester*), h. e. cum Tonnae cuique XII librae majores (*lispund*) tribuuntur, 567 tales libras, pependisse (*Taxan*) novimus [22]). Quantum autem a reliquo Clero Finlandensi tributi hujusmodi exactum (sive quanta, ut Auctor loquitur, *mulcta* ei fuerit *imposita*), ignoramus. Nisi solam pecuniam pro militibus hospitio excipiendis, *Borglägers Penningar*, ab iis exactam putemus? De qua re mox. Quo autem Rex aestimare rectius opes Hierarchiae, atque sic pro earum ratione *censum* hunc definire posset, ex decreto itidem Comitiorum eorundem Arosiensium Episcopos eorumque Canonicos jussit praediorum redituumque suorum omnium accuratos sibi exhibere indices; qualem indicem diligentem [23]) bonorum ad *Ecclesiam Cathedralem* Aboënsem,

---

p. 350 additur: „Rentan af Prebenda Animarum i Åbo VIII tunnor smör (96 lispund). Dito dito af nya Kor stundom III, „stundom IV tunnor smör." Quod tanto magis est mirandum, quo majores *Novi* illius *Chori Praebenda* habuit reditus, quam *Praebenda Animarum*; ut infra patebit. Illustrantur ac confirmantur haec, quoad tributum Episcopi, literis ejus ad R. *Gustavum* a. 1530 *die S. Mauritii* (22 Sept.) datis, quarum exemplum, ex veteri descriptum apographo (Bibl. R. Stockh.) *Fol. Hebd. Ab.* a. 1796 N:o 8 inseri curavimus, ubi inter alia legitur: „Yttermere käre Naduge Herre, *om then deel iach staar til „ryggia med Smör och Gedder, til par tunnor för tetta året, „achtar iach her epter i höst utöfver skicka, thet förste iach ter „kan få scheprum till. Men til at upfylla Laxen efter pachten*" (sc. pepigerat cum Rege, de certa summa cujusque generis quotannis transmittenda) „*hafver iach ingen macht, förty han fiqx „ganska ringa i åhr,* som Eders Nåde vijdare hafver förnummit."

[22]) Docetur in Indice Decimarum Ecclesiae Cathedralis Aboënsis et Canonicorum, nec non Praediorum (cum vectigalibus suis annuis) ad illam atque hos, ut et reliquos Praebendatos, pertinentium, Regi exhibito, de quo mox. Cfr. supra p. 543 not. 100, et p. 563 not. 16.

[23]) Asseverant in praemisso adnotamento auctores: „I thesse „her effterscriffne Register är företaget och upregistrerat thet nemast wij hafwom kunnit, uthan all fördölningh, nästh Gudz hielp. „Om noghot är förseet eller kommit i försumelsse, thet kan al-

suosque *Praelatos, Canonicos* et *Praebendatos* pertinentium, nec non redituum, cum ex illis tum ex decimis, ad illam quotannis influentium, ab eorum quovis (opus inprimis, ut videtur, dirigente et concinnante M. *Michaële Agricola)* pro a. 1541 confectum [24]) praesto habemus, a nobis saepius jam

„tijdh förbättras och upregistreras." Non distinctissime tamen esse concinnatos, reperimus.

[24]) Ratio *Decimarum* etiam pro anno 1540 exhibetur. Anno 1542 Indicem concinnatum esse, inscriptio docet, quae talis est: „A:o D:ni 1542, XXVII daghen i Martii monadt. Epther Högh-„borens och Högmechtige Förstes alles vor käraste Nadigaste „Herres befalningh, enn underwisningh om alle Domkyrkienes, „Praelaturers, Canoniers och Präbenders Ränthe vijdh Aabo „Domkyrkie." *(Agricola* tamen reditus suarum Praebendarum, *S. Laurentii* et *S. Bartholomaei*, pro a. etiam 1542 recenset). Praefatio rationem Decimas Ecclesiasticas (inprimis quae ad Ecclesiam Cathedralem et Canonicos pertinebant) per Finlandiam olim colligendi et dividendi accurate proponit; quam etsi supra (p. 510 not) explicuimus, tamen ipsa verba libri veteris hic apponere placet. „Alle Tiende som inkomen är til Domkyrken „bodhe i Sädhe, Peninga och annedh *af huar Landzkyrkie i Fin-„land* --- skifftes medh Domkirken och Canickarna them emel-„lan i sådane motthe, at af huarie X pund sädhe beholder Dom-„kirkien VI pund, och Canickerne IIII pundt; af huarie X mar-„cher peningar beholder Domkirkien VI march, och Canickerne „IIII march, epther thet årsvexten åhrlighe kan reessa, stundom „mere, stundom minne etc. So är och vethendes, at thenne ti-„ende i Südhen komber alt af Aabo Län, Rassborgs Län och „Östernyland in til Weerlax, aff Norbotn, aff Olandt och aff „somme sockner i Kumo-Gordz Län, som Registret uthviser. „Men Sädhen drages inthet hit til Domkirken lenger emooth „Nylandh, en af Lojo och Wictis i Karis socken; och i alle „andre socknar in till Wiborgh, theslikes i Oland och Norbotn „sälies Domkirkens och Canickers deel och wendes i peninga, „som och Registret uthwijser. *Och omkring alt Nylandh in till „Wiborgh komber Biskopen ingen Sädhes Tiende till, utan han „fåår af alt Nylandh Smör, som kallas Nebbeskatt Smör.* Ty „byttes ther kringom alt Nylandh, Oland och Norbotn Sädhes „Tienden i twå deela, annan Sockne-Kirken och annan deelen „Kirkieherren aff Rogh och Korn. Sidhan foor Domkirken och „Canickerne sin deell medh Sockne-Kirckie: först Canicke-deelen „uthaff hele summan som Landzkirken foor, huar fierde pening

laudatum [25]), atque his rebus illustrandis apprime inservi-

„och huar fierde span; och thet anned igen blifuer, byttes jempt „i tw, helften foor Domkirken och helften beholde Soknekirken. „--- Item ther som Nebbeskatten ingthet görs i Biskops ränthen, ther skiptes tienden aff Rogen i tree deela, enn Biskopen, annan Kirkieherren, tredie Soknekyrkan, och samma tredie „deelen i rogh byttes emellan Domkirken, Canickerne och Soknekirken, som tilförende; Korn, Hafra, Hvete, Ärther, Böner „byttes i tw delar emellan Bispen och Kyrkeherren; Socknekirkie och Domkirken foo ingthet annath til sin deell medh Canickerne, uthan af Roggen. Aff alle andra sockner, ther Bispens rente faller i Nebbeskatt Smör, ther faller tiende-korn, „til byttes emellan Sockne-kirken och Kirkeherren medh roggen; „och aff thenne Sockner komber alt i rede penningar til Domkirken. Ty foor Domkirken ingthet korn i tiende, uthan blott „roghen. Thet lille Kornet som faller i tiende i thesse sockner, *Loyo*, *Victis*, *Poya* och *Tenala*, som i Registret finnes, „skifftes enskylt emellan Canickerna, och ingthet meer Korn „komber i tiende til Domkirkenne eller Canickerna en thet lille „i Registred finnes, af alle sockner i Findland etc. Ty vid alle „Kirkier i Nyland, Olandt och Norbotn och allestedes ther Nebbeskatten utgörs, faller alt peninge renthen för tiende til Domkirken etc. Item i Tavastland och i Karelen görs Kirkes tiende i peningar efter bogetaall, som aff hvariom them som äro „XV åår gammall görs i Tavastland i ortuger och i Karelen i „skillingh; theraff komber Kirkieherren inthet till, uthan byttes „emellan Domkirkien, Canickerne och Soknekirken; sammelundhom som sädhen bytthes epther pund taall och span taall, så „peningar effter man“ (leg. *march)* „tall och öre tall etc. Och i „förste begynnelsen när Christendom kom til Finland, gjors“ (leg. giordes) „eth groskin aff huarjo bogo, sedhen noghan tijdt ther „effter, vart thet vänt i peningar, effter the kunde icke få skin“ (cfr. supra p. 267 sq. not. 98); „och ther then tiende faller i Tavestland och Karelen, ther får Bispen tiende skatt som kallas „*Kyltis*“ (vox nobis ignota!), „*therom och alt annat han sjelff vill* „*lathae upschrifva och registrere.*“ Cujusmodi tamen Registri hactenus copiam nobis usurpare non contigit.

[25]) Vid. supra pag. 267, not. 98; pag. 423 sq.; p. 483, not. 19; p. 498, not. 27; p. 510, not. 37; p. 543, not. 100; p. 563, not. 16. Quod autem pag. 424 commemoratum mensurae genus antiquum *Pund*, cum de frumento adhibetur, attinet; quot modii illud implerent, inde definitu visum nobis fuit difficile, quia in Libro illo veteri ex propositis summis numerorum partialibus

entem [26]). Inde etiam discimus, Regem, loco hospitii mili-

---

nullibi totales collectae habentur: ac praeterea in serie secunda *(andra columnen)* collocati numeri partium (s. mensurarum partialium) saepe majores sunt quam qui ad efficiendum totum (s. mensuram totalem) requirantur, quique igitur vel toti vel ad partem debuissent in seriem loco priorem, transferri. Ex. gr. 1 *Pund*, 13 *Spenn*; cum tamen certum sit, 13 *spann* multo plus quam 1 *pund* continere. Scilicet 1 *Pund* aequavit 6 *spann*, s. Modios tales quorum quisque 20 modiolos s. *Kappar* continebat. Didicimus hoc ex Indice Praediorum s. Colonorum qui ad Ecclesiam Aboënsem ejusque Praelatos, Canonicos et Praebendatos olim pertinuerant *(Praebende Landbönder)* pensorumque ab iis, quotquot bonis aerarii adjuncti fuerant, a. 1559 huic vectigalium; qui Index in Archivo Provinciali Rationum Publicarum *(ibland Lands-Contoirets Handlingar)* hic Aboae servatur.

[26]) Inde edocemur (praeter ea quae supra passim adduximus), Decimarum partem quae Ecclesiae Cathedrali a. 1540 soluta fuit, effecisse circiter 500 tonnas *Secalis*, inter 40 et 50 *Hordei*, inter 700 et 800 marcas *Pecuniae*. Reditus autem quos a praediis (numero 61) a. 1541 habuit, inter 100 et 120 tonnas *Secalis*, circa 50 *Hordei*, circa 30 *Avenae*, circa 150 libras majores *(lispund) Butyri*, marcas pecuniae 162 cum dimidia (praeter vellera, Pisa, Triticum etc.); frumenti tamen copia pro diverso annorum proventu (tum in Fennia incertiore quam hodie) saepe variavit. Ecclesias porro Rurales s. Paroecias illo aevo reperimus pertinuisse ad *Finlandiam Borealem* 13 (nempe *Ründämäki, Rusko, Masko, Nousis, Lemo, Wirmo, Vemo, Nykyrkia* cum Kodiala, *Letala* cum Undamala, *Tövesal, Rymittelä* et *Korpo)*; ad *Finl. Australem* 12 (nempe *Nagu, Pargas, Sagu, Kymitto, Bierno, Uskila* cum Salo, *Halicko, Pemar, Nybygd, Lund, Picke, Nummis)*; ad *Satacundiam inferiorem* 8 *(Raumo, Effrabominne* cum Lappo, *Effra* cum Säkylä, *Ulfsby, Kumo* cum Kiulo, *Huittis, Loymajoki, Pöutto* cum Ylälä); ad *Satac. Superiorem* 11 *(Kalliala,* (hodie Tyrvis, Karcku et Mouhijärvi?) *Sastamala, Kyro* cum Lactis, *Birckala* cum Messukylä, *Kangasala, Orivesi, Pelkänä, Säxmäki, Akas* cum Urdiala, *Lempälä, Wesilax)*; ad *Tavastiam Inferiorem* 5 *(Somero, Tammela, Janackala, Wåno, Hattula* cum Leejervi s. Leihijärvi, Kalvola et Tyrvendö); ad *Tavastiam superiorem* 7 *(Hagu* s. Hauho cum Tulos, *Lampis* cum Koskis, *Hollola, Itimä, Sysmä* cum Koskipä, *Padasjoki* cum Kuhmos, *Jempsä)*; ad *Careliam* 11 *(Sawlax, Jocas, Sämingh, Lappvesi, Jäskis, Ägrepä, Kiffvineb, Nykirkie, Wiborgh* cum Säckijärvi, *Weerlax, Weckelax)*; ad *Nylandiam* 14 *(Pyttis, Perno,*

tibus praebendi, universis Curatis Ecclesiarum Fennicarum imposuisse pecuniam quotannis pendendam (*Borglägers penningar*) 600 *Marcarum* (cfr. v. Troil l. c.), de cujus colligendae et symbolae singulorum definiendae ratione in sy-

---

Borgho, *Sibbo*, *Helsinge*, *Espo*, *Kyrkeslett*, *Ingo*, *Siundo*, *Loyo*, *Wictis*, *Karis* cum Karis-Loyo, *Pojo* cum Kisko, *Tenala*); ad *Alandiam* 8, eaedem quae hodieque; ad *Norbotniam* 12 (*Nerpis*, *Mustsåår*, *Kyrobominne*, *Ilmola*, *Wöro*, *Pedersåår*, *Karleby*, *Kalajoki*, *Salo*, *Limingo*, *Ijo*, *Kijm*). Unde patet, quanta pars regionis superioris adhuc esset inculta. Ad *Praebendas* autem Ecclesiae Cathedralis quod attinet, plerarumque reditus valde erant mediocres. Sic *Praeposito* quotannis ex *praediis 7 et agro* redibant circa 60 tonnae *Secalis*, prope 20 *Hordei*, circa 15 *Avenae*, circa 5 *Tritici*, *Malti* et *Pisorum* tantundem, circa 40 librae majores (*lispund*) *Butyri*, *Pecuniae* 16 *marcae* cum dimidia (praeter 60 plaustra *foeni*, 4 *oves*, dimidia tonna *Salmonum* salsorum, et *vellera*); ex paroecia Rusko, (quae huic Praebendae perpetuo annexa mansit, caeteris quae olim adjectae fuerant inde postea separatis, cfr. supra p. 209 not. 3 et p. 351 not.) 70 colonis constante, loco *portionis cibariae* (*Matskott*) 1 *Lesta* (1 läst) *Secalis*, (20 tonnae, ut videtur? licet in Indice Praebendarum a. 1559 confecto, de quo nuper, not. 25 fine, commemoravimus, ad 1 *Lestam*, 12 *pund* h. e. 48 tonnae, referantur!), et ex *Decimis*, circiter 20 tonnae *Secalis*, 16 *Hordei*, 4 *Avenae*, 2 cum besse *Pisorum*, 1 cum triente *Tritici*; porro ex Decimis Paroeciae *Kimito* (quae inter *Archipraepositum*, *Curatum* et *Ecclesiam* partibus aequalibus dividebantur), circiter 24 tonnae *Secalis*, 8 *Hordei*, tantundem *Avenae*, 20 *agni*, 144 *librae* (*lispund*) *Butyri*, 6 tonnae *Gadorum* salsorum (*Torsk*), 20 marcae pecuniae (praeter *Tritici*, *Pisorum* siccorum aliquantum); praeterea ex ecclesiis 11 aliis (inter quas 7 Ostrobotnicae) pecuniae marcae 116, atque a Curato Ijoënsi 7 tonnae *Salmonum* (quoties piscatura esset prospera) inter Praepositum et reliquos Canonicos dividendae (quod et de additis 12 paribus Salmonum, *Spickelax*, nescio utrum salsorum an fumo siccatorum? et 10 libris majoribus *luciorum* siccorum, fortassis valuit?) 2. *Archidiacono* redibant a 19 *Colonis*, circiter 50 tonnae *Secalis*, 40 *Hordei*, tantundem *Malti*, 4 *Tritici*, 8 *Avenae*, 4 *Pisorum*, 30 librae (*lispund*) *Butyri*, 45 marcae *Pecuniae* etc.; ex ecclesia *Pargas* 1 *Lesta* (20 tonnae?) *Secalis*, loco *portionis cibariae*, et ex decimis inter 40 et 50, 120 librae (*lispund*) *Butyri*, 24 *agni*, 20 marcae *Pecuniae*; *Decimae* a 90 colonis ecclesiae *Sund* in Alandia, quarum valde pa-

nodo convenerunt, 30 etiam marcarum mercedem collectoribus stipulantes, qui Regi eam transmitterent; cui porro accessit alia summa, dimidio fere minor (322 *Marcarum*) a Superintendente M. *Georgio Norman* Regis jussu iisdem

rum (nonnisi circ. 5 tonnae *secalis* et 8 *hordei)* anno 1541 solutae sunt; ex ecclesia *Saltvik* ibidem 13 aut 15 marcae *pecuniae; Decimae* ex ecclesia *Veteris Nousis,* 6 tonnae *Secalis,* tantundem *Hordei,* etc. ac pro *portione cibaria* 24 tonnae *(Secalis?),* pro introductione puerperarum 25 Marcae. 3. ***Praebenda Corporis Christi*** 34 habebat *colonos,* a quibus redibant inter 140 et 150 tonnae *Secalis,* inter 60 et 70 tonnae *Hordei* (si 1 *Lest* respondet 20 tonnis?), circa 18 tonnae *Avenae,* 8 *Tritici* et tantundem *Pisorum,* 50 ad 80 librae *(lispund) Butyri,* 12 ad 50 tonnae *Malti,* 9 ad 27 oves, 26 marcae pecuniae; ex ecclesia *Sagu,* 12 librae *(lisp.) Butyri,* 1 tonna Halecum salsorum *(strömming),* 40 marcae pecuniae; ex ecclesia *Janackala* marcae 20; praeterea *Vellera,* et 40 plaustra Foeni. 4. ***Praebenda S. Johannis,*** ex 16 *praediis* habuit inter 80 et 90 tonnas *Secalis,* inter 50 et 60 *Hordei,* 13 l. 14 *Avenae,* 30 ad 50 libras (lisp.) *Butyri,* 22 marcas *pecuniae* (praeter *Triticum, Pisa, Vellera,* et 40 plaustra *Foeni); ex* Ecclesia *Pyttis* 120 libras (lisp.) *Butyri,* 1 tonnam *Salmonum* et 20 marcas *pecuniae.* 5. ***Praebenda Clericorum*** ex 7 *praediis, Secalis* tonnas 40 ad 50, *Hordei* circa 20, *Avenae* circa 5, *pecuniae* marcas 26, (praeter *Butyrum* et *vellera);* ex ecclesia *Birckala,* circa 18 tonnas *Secalis,* tantundem *Hordei* et *pecuniae* marcas 20; ex aedibus urbanis locatis marcas 2 cum quadrante. 6. ***Praebenda S. Laurentii*** ex *praediis* 11, *Secalis* tonnas inter 60 et 70, *Hordei* inter 30 et 40, *Tritici* circ. 2, *Avenae* circ. 12, *Pisorum* circ. 1, *Butyri* libras (lispund) 19, *velleris* 3, *foeni* plaustra 25, et tonnam *Cerevisiae;* ex ecclesia *Vemo* tonnas 36 *Secalis* loco *portionis cibariae;* ex *decimis* autem 24 tonnas *Secalis,* 12 *Hordei,* circ. 3 *Avenae,* tantundem *Pisorum,* 60 libras (lisp.) *Butyri,* 14 marcas pecuniae (praeter Triticum etc.). 7. ***Praebenda S. Bartholomaei,*** ex 3 *praediis,* 24 tonnas *secalis,* circ. 7 *Hordei,* 4 *Avenae,* 5 libras (lisp.) *Butyri,* circ. 2 *Velleris,* 6 marcas *pecuniae,* 6 plaustra *foeni,* (praeter *Tritici* et *Pisorum* aliquantum). 8. ***Praebenda Divae Virginis*** s. *altaris Parrochialis,* ex *praediis* 6, tonnas *secalis* 22, *Hordei* 9, *Avenae* 2, *Pisorum* circ. 2, etc. *Butyri* libras (lisp.) 6, *Velleris* 2, *pecuniae* marcas 7; ex ecclesia *Lundo, secalis* tonnas 36, *agnos* 6, et *pecuniae* marcas 10 (quas *Curatus Urbis,* ad quem haec Praebenda pertinebat, *Capellano* suo, mercedis

imperata (*Hielpe-Skatten, som Mester Jörgen Superintendens pålade*).

Praebendas autem, per decessum Praelatorum, Canonicorum et reliquorum Praebendatorum sensim vacantes, Re-

---

loco, concedebat!); ex *Urbe Aboënsi* 50 marcas, ac praeterea pro mortuorum sepultura et benedictione nubentium (*likstol och Brudevigning*) 12 ad 15 marcas; porro ex aedibus urbanis locatis 10 marcas; ac tandem 6 plaustra *foeni*. 9. ***Praebenda S. Georgii*** ex 5 *praediis*, tonnas *secalis* circ. 20, *Hordei* circ. 8, *Avenae* fere tantundem, (aliquant. *Tritici, Pisorum, Butyri, Halecum* et *foeni*), pecuniae marcas 9. Haec Praebenda eo tempore Curato Urbis, ad tenue suum stipendium supplendum, addita erat. 10. ***Praebenda S. Sigfridi***, ex praediis 9, (quorum nonnullis frigus aestivum nocuerat) tonnas *secalis* circ. 9, *Hordei* 8, (aliquant. *Tritici, Avenae* etc.) *Butyri* libras (lisp.) 13, *foeni* plaustra 13, *pecuniae* marcas 52 cum quadrante. Praeterea Episcopus et Capitulum M. *Martino*, qui hac Praebenda jam fruebatur, concesserat paroeciam *Rändämäki* (*quam Canonici antea conjunctim habuerant ejusque reditus inter se partiti fuerant*) unde eidem provenerunt, loco *portionis cibariae*, 1 *Lesta* (20 tonnae?) *secalis*, et ex *decimis*, tonnae *secalis* 25, *Hordei* 16, *Avenae* 8, (aliquant. *Tritici* et *Pisorum*); accedebant *pro portione Canonica* circ. 8 tonnae. 11. ***Praebenda S. Petri et Pauli*** ex 3 *praediis*, tonnas habebat *secalis* 26, *Hordei* 16, *Tritici* 2, *Avenae* circiter tantundem, *Butyri* libr. (lisp.) 4, Velleris fere 1 cum dimidia, *pecuniae* marcas 16 (praeter aliqu. *pisorum*). 12. ***Praebenda S. Annae*** ex 10 *praediis*, tonnas *secalis* fere 24, *Hordei* 14, *Tritici* 1, *Avenae* 2, *Pisorum* 1, *pecuniae* marcas 27 cum quadrante, 2 tonnas *Cerevisiae*; ex ecclesia *Hauho* pecuniae marcas 20. 13. ***Praebendam S. Catharinae***, ad quam pertinebant, praeter 18 *Colonos*, dimidia *Lesta Butyri* (72 librae majores, *lispund?*) ex ecclesia *Töfsala*, et 50 marcae *pecuniae* ex ecclesia *Pelkäne*, Rex jam *Camerario* suo *Magno Magni*, stipendii loco concesserat. 14. ***Praebenda Trium Regum***, ex 6 colonis habuit 22 tonnas *secalis*, 13 *Hordei*, fere 8 *Avenae*, 2 *Tritici*, 4 *Pisorum*, *pecuniae* marcas 7 cum quadrante. 15. ***Praebenda S. Crucis***, ex 5 *praediis*, tonnas *Secalis* 22, *Hordei* 10, *Avenae* 7, *Pisorum* 2 (aliquant. *Tritici*) *pecuniae* marcas 30, *suem* pinguefactum. Hanc Rex, loco stipendii concesserat *Philippo Olavi*, scribae Arcis Aboënsis (*Slotz-schriffuare på Åbo Slott*). 16. ***Praebenda S. Erici***, ex 12 *Colonis* tonnas *Halecum* (*Strömming*) 2 cum dimidia, *oves* 6, et *pecuniae* marcas 27

gem partim aerario mox vindicasse, partim Officialibus suis stipendii loco assignasse, reperimus; donec tandem praedia omnia quae Nobiles Haereditatis jure interim non revocaverant aut redemerant [27]), cum caeteris aerarii fundis con-

cum quadrante. 17. *Praebendam Animarum* Rex stipendii loco concesserat *Clementi* scribae *(Finsk Clement Skriffuare)*. 18. *Praebendam Omnium Sanctorum* in *Indice Capituli* prorsus esse praeteritam, supra (p. 567) jam monuimus: quam tamen eandem fuisse putamus, quae in *Indice Praebendarum* a. 1559 confecto (vid. supra not. 24 fin.) vocatur *Praebenda Novi Chori (Nye-Kors Praebenda)*, utpote omnium novissime condita, quamque unam ex ditissimis fuisse deprehendimus (ut infra demonstrabitur), ac mature a Rege sibi aerarioque vindicatam. Porro adnotamus, colonos Praebendarum partim certa atque in perpetuum definita vectigalia ex praediis quae colebant pependisse *(Stadga-Landbor)*, partim dimidiam fructuum perceptorum partem Praebendato quotannis tradidisse *(Skiftes-Landbor)*. Posterioris inprimis generis praediis certus simul assignatus fuit numerus *Boum* arando aptorum *(par oxar)*, *Vaccarum* et *Ovium*, *(Inventarii-Boskap)* perpetuo conservandus; ex quibus *vaccis* debebant quidem coloni quotannis libras majores (lispund) *Butyri* 2 Praebendato pendere, sed saepe, ob ingruentia incommoda, non nisi unam praestare valebant, interdum prorsus nihil; similiter ex quavis ove, velleris impertiri debebant libras minores *(skålpund)* 2, quarum saepe nonnisi unam, saepe nihil praestabant; unde nec certam utriusque generis summam Index Capituli apponere potuit. Ex eodem tandem discimus Indice, pecuniam quae decimarum loco ex ruralibus redibat ecclesiis, vulgo tempore *Synodi Dioecesanae* (quae circa nativitatem *S. Johannis Baptistae* celebrabatur) fuisse apportatam, saepe etiam serius. [Supra p. 188 not. didicimus, *Synodum* annuam *terminatam* fuisse *IV Idus Septembris* (d. 10 Sept.); *Nativitas* igitur *Johannis Baptistae* hic significat *diem Decollationis* suae (d. 29 Aug.). Verba ipsa veteris libri sunt: „Heer aff och merkiandes, att Peninga summan „som en icke inkommin är aff Tienden, icke heller komber *för* „*en prestemöthen är*, *circa Nativitatem Johannis Baptistae*, och „somme icke för en Nativitatem Mariae (d. 8 Sept.), och en senare.“]

[27]) Nempe quae post conatum R. *Caroli* injustam cleri aviditatem coërcendi *(K. Carls Räfst)*, Ecclesiae erant acquisita. Erat facultas haec Nobilitati per *Recessum Arosiensem* concessa; quae ad cives reliquorum ordinum parum pertigisse videtur. Ac Nobilitatis inprimis favorem atque opem, in consilio suo perfi-

jungerentur [28]): quibus, quinquennio ante mortem Episcopi

---

ciendo, Rex sibi conciliare, hac illecebra proposita volebat, contra cleri pervicaciam et plebis praejudicia; nec spes eum fefellit; Ipseque reliquis exemplum dedit, familiae suae praedia haereditaria strenue sibi vindicando. Multi deinde Nobilium per vim fraudemque hoc jure abutebantur: quos imitabantur alii, praedia ecclesiastica, etiam quae Curatis habitanda erant concessa, quaeque Rex tranquille his permitti colenda voluit, passim involantes: quam ferociam edicto reprimere (dato d. 26 Maji 1538) necesse habuit. Cfr. Nob. BOTIN l. c. §. 29. Imo et *Decimas* solvere haud pauci recusabant; quare non sine sarcasmo scribit MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 25, ad a. 1530): „Finnones *libertate* „*freti Euangelica*, se immunes quoque putant a decimis et aliis „Clero sportulis solvendis. Ideoque eas imposterum dare ab„nuunt; sed 25 Julii mandato Regis minaci coguntur.“ Cfr. *Idem* ibid. ad a. 1534 et 1538. [De ipsa re cfr. etiam WILSKMAN *Svea Rikes Eccles. Wärk* T. I, Art. *Kyrkio-Gods*, ubi p. 356 sq. etiam Edicta Regia huc spectantia exhibentur.] Haud pauca vero praedia quae ad Ecclesiam Cathedralem et ejus Praebendas pertinuerant, a privatis fuisse vindicata vel redemta (varie etiam commutata) inde colligi posse videtur, quod *Index* eorum quae aerario a. 1559 vectigalia erant, multo pauciora exhibet quam Index anni 1542: quae differentia inprimis in nonnullis Praebendis magna obvenit. Mirum autem videtur, in posteriore Indice *Praebendam S. Johannis* esse omnino omissam; ut in priore illo *Praebenda Novi Chori* prorsus desideratur.

[28]) *Praebendam Novi Chori* jam ante conditum Indicem Capituli Aboënsis saepe laudatum, per mortem ultimi Praebendati vacasse, adeoque a Rege fuisse aerario vindicatam, vel sequentes docent literae, inter Coenobii *Nådendalensis* illas servatae, quae illustrando etiam modo talia negotia conficiendi inserviunt: „Jak *Erich Andersson* Konungzliga Majestets var käre „Nadughe Herres *Landzfougte uti Sudra Finne, och Fougte över* „*Hans Nadz arfva godz och Niekors godz her uti Finland*, be„kennes medh detta mitt öpna bref, att *för mik är komed thet* „*nogre änghe stycker skulle vara kompne undan itt vor nadighe* „*Herres godz som tilförene hafver legat under Nye Khoren i* „*Abo, benemt Karkari* uti Masko sochn, och under thessens 11 „Nadendals Klosters godz, som äre *Akerby* och *Kalela* by, *hvilka* „*änga stycker iak och utan laga doma, pa var nadige Herres* „*vegna viderkent hafver;* doch epter same Nadendals Klostre sik „titt och ofta om same äng stycker beklagat hafve, *ta hafver*

Martini, bona quoque Episcopalia accesserunt (vide infra) [29].

„*jak mik granneligen therom försport med gambla goda män,* „*och i sanningen så befunnit, at same äng stycker aldrig hafva* „*legat under fören. Karkari, utan af heden höös under fören.* „*Klosterit och thera godz; så epter det iak inga skäl eller rätt* „*till same ängz stycker hade eller befinna kunde, och ej heller* „*hade iak någon besynnerlig befallning af K. M. vor nodige Herre* „*at kennes vidh them eller egne dem under fören. Karkari;* Ty „hafver iak andtvardat them Klostridt igen, som äre IV tegar „under *Akerby* och itt stycke uti *Kalela* äng, umbevarit af mik „och epterkommande fougter och befallningzmän öfver samma „*Nya Chor* godz epter thenna dagh. Thess till yttermehra visse „och vitnesbyrdh, trycker jag mit signete å ryggen på detta „bref, som gifvit är uti S. Catherinae Länsmans gard om Helge „Kors dag exaltationis (d. 14 Sept.), anno MDXXXVII.“ Caeterum a. adhuc 1559 pertinebant ad hanc Praebendam *praedia* 22, ex quibus redibant 93 marcae 5 orae 6 d. *pecuniae*, *Secalis* tonnae circiter 68, *Malti* 12, *Hordei* 8, *Avenae* 4, *Butyri* librae (lisp.) 55, *Velleris* 9 *lispund, 7 skålpund*, 3 *Vaccae*, item 3 juvencae, 25 *Oves*, 4 *Caprae* etc.

[29]) Ex horum *Praediorum* (olim Episcopalium, sed tempore *Martini* ad Regem devolutorum) 171, a. 1559 aerario redibant *pecuniarum* marcae 404, orae 6 d. 2, *Secalis* tonnae 128 cum triente, *Hordei* 35 cum triente, *Malti* 12 cum besse, *Avenae* 82 cum triente, *Pisorum* 1 cum dimidia, *Butyri* librae *(lispund)* 436 cum quadrante, *Vaccae* 23, *Vituli* adultiores *(Ungnöt)* 22, *Oves* 82, *Agnus* 1, *Gallinae* 43, *Panes* 176, tonnae *Cerevisiae* 4, *Carnis* (siccae) librae *(lisp.)* 20 cum dodrante, *Suillae* 14 librae *(lisp.)*, *Lavareti* (Sik) *fumo siccati* 782, *salsi* 176, *Krampsill* (an *Haleces* igne leviter tostae aut in aëre aut fumo siccatae? vix enim idem significare posse putes ac *Kramsill*, ut autumat Nob. IHRE *Glossar*. T. I p. 1154, quod genus singulos numerando pisces exhibitum fuisse, aegre credas?) 200, *Ova* 240, *Velleris* librae *(lisp.)* 25 cum dodrante, *Cannabis* librae *(lisp.)* 12, *Candelae* 36, *Foeni* librae majores *(lispund)* aut 1140, aut 912 (19 *åmar)* ac porro 78½ *Kapparlass* (quam mensuram rite definire nequeo!), *lignorum* strues tricubitales *(famnar)* 26. Utrum vero nonnisi tantundem ex his praediis Episcopus olim quotannis perceperit, aut an quae ad mensam episcopalem pertinuerant aerario omnia accesserint; existimare haud possumus. Ex indice eodem, saepius jam laudato, simul discimus, praedia *Coenobii Nådendalensis*, quae sibi Rex vindicaverat 105, anno eodem

104. *Praelatorum* horum atque *Canonicorum* Ecclesiae Aboënsis (quibus mortuis Honores sui terminabantur, Praebendaeque *Regiae cedebant Camerae)* nomina pleraque exhibet etiam Index ille praediorum et redituum hujus Ecclesiae R. *Gustavo* exhibitus, quem saepe laudavimus. Archidiaconus ultimus M. *Petrus Sillae,* in Codicibus quibusdam (male) audit *Bille;* ultimus ille Canonicus S. *Johannis* ibidem vocatur *Andreas Jacobi.* Canonicatui vero *Petri et Pauli* praefuit a. 1542 Dn. *Martinus Nicolai,* cui itaque sine dubio postea successerat (Rege annuente) Dn. *Jacobus Blomen?* Praebendam Corporis Christi eodem tempore habuit *Petrus Ragwaldi,* idem quem a. 1554 *Decanum* fuisse, Auctor noster infra testatur. Praebenda S. *Sigfridi* eodem anno fruebatur Magister *Martinus,* forte *Teittus?* de quo supra egimus, p. 627, quemque a. 1545 obiisse, Auctor no-

---

(1559) aerario contulisse *pecuniarum* marcas 183, 5 oras, *Tritici* tonnas 2 cum dimidia, *Secalis* 136 cum sextante, *Hordei* 47 cum dimidia, *Malti* 86 cum triente, *Avenae* 41 cum sextante, *Pisorum* 4 cum sextante, *Cerevisiae* tonnam cum dimidia, *Butyri* libras (lisp.) 19, *Velleris* 44 cum dodrante, *Succidias* 4, *Halecum (Ströming)* salsarum tonnas 5 cum dimidia, *Krampsill* (?) tonnas 5, *Lavaterorum* salsorum tonnae quadrantem, *Lini* libras *(skålpund)* 5, *Boves* majores *(oxar)* 5, *Juvencos (stutar)* 36, *Tauros (tjurar)* 2, *Vaccas* 32, *Juvencas (quigor)* 15, vitulos adultiores *(ungnöt)* 4, *Oves* 186, *Capras* 3, *Agnum* 1. Coenobia contra *Aboënse* (Dominicanorum) et *Raumense* (Franciscan.), utpote ad Ordines Monachorum Mendicantium pertinentia, praedia perpauca habuisse, reperimus: quodque scilicet nonnisi 3, quorum quae ad illud pertinuerant, a. 1559 aerario pendebant *Secalis* tonnas 16, *Hordei* 4, *Malti* 2 cum besse, *Pisorum* trientem. *Butyri* libras *(lisp.)* 13, *Velleris* 3, marcas *pecuniae* 4, *Vaccas* 2, *Vitulos* adultiores *(ungnöt)* 2, *Oves* 3; *hoc* vero quae possederat, conferebant *Secalis* tonnas 13 cum triente, *Hordei* 4, *Butyri* libras (lisp.) 16, *Velleris* circiter dimidiam, *pecuniae* marcas 6. Ex Codice autem, aliquoties jam a nobis laudato, *Sundholmensi* (supra p. 599 not. 6 et p. 604 not. 19) didicimus, *Tonnam Secalis* his temporibus emi consuevisse 18 *oris* (a. 2 *marcis cum quadrante)*, *Tonnam Malti* 15 *oris*, et *Tonnam Hordei* 10 *ad* 12 *oris*. Quod ad redituum illorum valorem aestimandum, nosse prodest.

ster docet, cfr. not. 26 p. 640. Atque has quidem 4 *Praebendas* fuisse *Canonicales*, ipse significat; quod idem de Praebendis *Divae Mariae* (s. *Altaris Parochialis*) et S. *Laurentii* infra docet. Reliquas 4 hujus ordinis non nominat (cfr. supra p. 410 sq.); redituum quidem amplitudine illae S. *Catharinae*, S. *Sigfridi*, *Animarum*, et *Novi Chori* (s. *Sacelli Omnium Sanctorum?*) caeteras vincebant. Ac qui novissime tribus postremis, quarum hoc loco fecit mentionem, (*Trium Regum*, *Georgii*, *Annae*) fruebantur, eos *Praebendatos* tantum, non etiam *Canonicos*, appellat. S. *Georgii* autem illam, a. 1442 jam Curato Urbis Aboënsis, ad ordinariam suam *Praebendam* (*Altaris parochialis*) additam fuisse, supra vidimus (pag. 640, not. 26); S. *Erici*, Dn. *Sveno* Oeconomus a. 1541, post mortem Dn. *Hermanni*, ab Episcopo et Capitulo obtinuerat; *Trium Regum* illi praefuit tum Dn. *Benedictus Kurck*; S. *Annae* illam habuisse *Arvidum Nicolai*, ad a. usque 1554, quo obiit, Auctor tradit. Neque caeterum hos, neque Canonicos Ecclesiae Aboënsis ultimos, quos paullo ante nominaverat, cognoscimus: aliquos tamen ex praecipuis familiis Fenniae nobilibus ortum duxisse, dubio caret. Ex annotationibus autem supra (p. 624 not. 10) allatis addere licet, *Andream* Canonicum in Urbe Raumo natum fuisse, et a. jam 1542 obiisse; ac a. 1545 Magistrum *Svenonem* (an eundem qui a. 1542 fuit Oeconomus, nuper commemoratum?) etiam *Canonicum*, e vita discessisse [30]).

---

[30]) Adjungere MESSENIUS (*Scond.* T. X p. 24) Canonicis videtur etiam M. *Petrum Serkilax* et *Laurentium Canuti*, cum horum pro religionis novatione conatibus perstrictis, addit: „*Canonicorum reliqui Abogensium* --- Lutheri constanter sententiae reluctantes, mandato Regis, in fidei negotio simulare compelluntur.“ Nisi *reliqui* ei dicantur, qui adhuc erant in vivis? Quem autem inter ultimos Canonicos idem in *Chron. Episcopor.* numerat, *Benedictus Johannis*, Auctori nostro ignotus, ex male lecto et explicato loco nostro provenisse videtur, ubi pro *Dn. Andrea, Canonico B.* (beati) *Johannis*, legerat, ille (*Dn. Andrea* omisso, cujus nec igitur ullam facit mentionem) *Canonico Bene-*

105. Hunc ad gentem *Flemingianam* pertinuisse alicubi (in Schem. Gen.) adnotatum vidi; nescio qua fide? Ad res autem et ejus et patriae (hujus temporis) illustrandas pertinent literae *Electi* atque Capituli Aboënsis, de ejusdem electione a. 1526 (d. 22 Julii) ad R.' *Gustavum* datae, quarum exemplum in loculo quodam Templi Cathedralis nuper repertum fuit, quasque hic igitur subjungimus [31]).

---

dicto Johannis? Dn. SPEGEL *Messenium*, pro more, temere secutus est.

[31]) „Humillima ac devota nostra recommendacione pre„missa, debitum reverentie et honoris. Höghboren förstbe käre „nadigeste herre. Verdughes edher nadh vile vethe, at noghen „tiid forlidhen tecktes Gudi alzmechtigh kalle hedherligh herre „*mesther Jacop* vor elskelighe *Domprowest* aff thenne snödhe „werld! Toghe vij oss strax före epther the helighe Kirkene „lagh, privilegier och gode gamble christelighe sedwänie en„drechtelighe *utwalde hederligh herre mester Hans aff Erke„diäkne sätedh* til Domprowste embete och säthe. Vij kundhe „thet valedh icke lengher med fordraghe, for landzens beläghe„lighetz skuldh, for ty ath alle the ärende mene landeth opa „hengher i andelighe sacher och siäle gagn skal han höre, rand„zake och i svadane sacher epther the helghe Kirkenes lagh" (deest verbum). „Ty är alless vare ödmiuke och kerlighe bön, „at edher nad verdiges stadfeste thet valeth som vij for the „helghe Kirkenes bätzte och for siäle gangn giort haffue. Oss „hopes edher nadh skall befynne hanom eder nadhz troofast, „och nyttogh fattigh capetlom. Vii äre medh hanom väl be„lathne i alle motte som thet embethet tiilkräffuer i the fattighe „groffue landzende, ödmiukelighe och kerlighe bedhendes, at „edher nadh verdiges giffue for: de godhe herre behageligh „svar och stadfästelse. I hvad motto vij kunne och forma vare „edher nadh tiil tiänisth och ödmiwcht, göre vij altiid gerna, „thet swa Gud känne, hvem wij edher nadh befale evinnerlighe. „Ex Abo anno Domini MDXXVI die beate Marie Magdalene, „nostris sub sigillis. Ejusdem regie Majestatis vestre humiles „capitulares" (vetus exemplar potius legi jubet *Capellani?*) „*Eri„cus Svenonis Electus Aboënsis* etc. *Jasperus Arckidyaconus* et „Capitulum ibidem." Satis ex his apparet, Capitulares, timentes ne Rex Praepositum eligendi jus illis adimeret, electionem maturasse, et metu haud caruisse, ne Rex, a quo expetere libertatem eam faciendi debuerant, hanc praecipitantiam illis vitio

106. De hoc sociisque suis nuper egimus, p. 623 sqq.

107. Sensim in Finlandia, ut in reliquo regno Suecico, hujusmodi superstitiones et abusus fuisse abolitos, Auctor significatum voluit. *Mandato* autem *Regio Missam Latinam* in Ecclesia Cathedrali (nam nonnisi de hac loqui videtur) fuisse abrogatam, primo intuitu minus putes verisimile, cum Rex libertatem subditis suis hanc vel Latine vel Svetice, prout cuique arrideret, audiendi, permisisse reperiatur [32])? Sed quamvis ecclesiis ruralibus haec libertas partim concederetur, Urbicis tamen ac maxime Cathedralibus injunctum fuisse, credere licet, ut lingua vernacula Cultum Divinum celebrarent. Caeterum decreto Concilii Örebroënsis (et a. 1520 et a. 1537) conformiter haec fiebant [33]); atque cum *Agendis Ecclesiasticis*, tum *Missae* et

---

verteret. Confirmasse tamen Regem electionem ipsam, videmus. Caeterum videri mirum potest, idem Capitulum, quod sollicita adeo supplicatione apud Regem agit de electione *Praepositi* confirmanda, in *Archidiaconi* munere, per promotionem ejusdem *Johannis* vacante, mox sine ulla vel haesitatione, vel expetita venia, successorem ei dedisse? Atque huic Archidiacono etiam alium (*Petrum Sillä*) similiter suffectum fuisse, donec Rex totum ordinem Canonicorum abolendum statuisset, verisimile est.

[32]) Cfr. BÆLTER *Om Kyrko-Ceremonierna* C. III, §. 20, 21, p. 36 sqq., et Reverendiss. v. TROIL l. c. T. III Praef. p. XXXI sq. et p. 171 sq. (De *Magno Johannis*, *Herr Måns Johansson*, ad quem literae Regis missae sunt, strenuo Reformationis religiosae fautore, vid. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I pag. 242). Adde CELSII *Monumenta Politico-Eccles. ex Archivo Palmsköld.* p. 14 sq. et 32 sq.

[33]) De *priore* illo Concilio vid. TEGEL l. c. P. I, p. 216 sqq. (cfr. v. STIERNMAN *Riksd. och Mötens Beslut* T. I p. 92 sqq.) De *posteriore* (anni 1537) TEGELIO ignoto, minus certam notitiam habemus. CELSIUS (*K. Gustaf I:s Hist.* T. II p. 163, 2:dae Edit. p. 585) ejus non modo meminit, sed etiam dicit: „vid detta tilfället blef änteligen *Latinens bruk vid Guds-tjensten* „*aldeles aflyst.*“ (Verbis proxime praecedentibus docuerat: „I „synnerhet hade han (Rex) hittils ei vågat, at aldeles förbjuda „Latinens bruk vid den allmänna Guds-tjensten. Det första steget var någon tid tilförne tagit således, at Latinen och moders „målet om hvarandra skulle brukas.)“ Hoc, etiam quoad tem-

Precum Formulis, nec non *Hymnis* publicis, et ipsis S. *Bibliis*, Svetice editis, adjuvabantur [34]): qua eadem methodo *Ecclesiae* etiam *Fennicae* Reformatio peracta fuit [35]). *Chrismatis* autem voce, cujus meminit Auctor, *Sacramentum* sic dictum *Confirmationis* respexit [36]).

---

poris rationem, apprime quidem cum Auctoris nostri asserto convenit. Sed non affert CELSIUS alium testem quam MESSENIUM (*Scond.* T. V p. 79); qui de Synodo quidem Örebrogiae hoc anno habita, ejusque scitis, commemorat, sed de plena Latinae linguae in sacris celebrandis ibidem facta abolitione nihil habet, nisi ut *Baptismus Svetice, non amplius Latine, administraretur:* (quod ipsum in priore illa Synodo jam constitutum dicit l. c. BÆLTER C. II §. 21, pag. 39, ad Praefationem ipsorum *Agendorum Eccles.* hoc anno editorum provocans?) Auget hanc dubitationem, quod in ipsa *Missae formula* hoc anno, 1537, et (MESSENIO l. c. perhibente) *Synodi hujus mandato, concinnata atque publicata,* usus Latinae linguae, in quibusdam partibus, expresse permittitur, quod in prioribus editionibus non fuit significatum (vid. Rev. v. TROIL l. c. praef. P. XLII): idemque in editionibus a. 1541 et 1557 adhuc cernitur (cfr. BÆLTER l. c. p. 40, et v. TROIL p. XLIII). Nob. v. DALIN (*Sv. R. Hist.* 3 Del. 1 B. 6 Cap. §. pag. 316) CELSII vestigia premens, provocat etiam ad „*Mandatum R. Gustavi* in Collectione J. P. HÖPPENER p. 2.“ An intellexit *Indicem Regiorum Edictorum etc. ab a.* 1522 *ad* 1750 *typis impressorum, (Förteckning uppå alla Kongl. Placater etc.)* quem Stockh. 1754, 4:o hic edidit? ubi p. 2, *Missa Svetica*, sine dato edita commemoratur, atque ad a. 1537 refertur: unde vero parum commodum vel pro Concilio illius anni, vel pro decreto de linguae Latinae in sacris usu abrogando ibidem facto, argumentum hauritur. Rem igitur diligentius examinandam iis quibus opportunum fuerit, commendamus; interim suspicantes, MESSENIUM et qui eum sequuntur, ex uno Concilio Örebroënsi duo fecisse?

[34]) Cfr. BÆLTER l. c. p. 39 sq. et C. 25 §. 6, p. 399 sqq. Nec non Collectio Rever. v. TROIL passim.

[35]) Vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 14—20. In *Missae Formula Fennica* a. 1549 edita, nihil Latine habetur, nisi Precatio a Sacerdote ad Altare accedente dicenda, et Absolutio ei a Ministris danda, p. 3 sq.

[36]) Cfr. BÆLTER l. c. C. 34, §. 14 p. 607, et NETTELBLADT l. c. p. 159 (cfr. p. 199 et v. TROIL l. c. T. II p. 327).

108. Quum Coenobium hoc esset Ordinis *Praedicatorum,* quod non multa possideret praedia, et cujus membra literis aliquam navassent operam (cfr. supra p. 644 not. 29 fine, et p. 620), permissum illis fuisse videtur in cellis suis manere, donec eos ignis (d. 3 Maji a. 1537) inde expelleret; quo facto, multis eorum ecclesias rurales curandas traditas credas, in illa praesertim sacerdotum idoneorum penuria?

Anno sequente (1538) *die Translationis S. Henrici* (18 Junii) Monachos *Raumoënses* (Ordinis *Franciscani)* e Claustro suo fuisse expulsos, quod inde a Rege in curiam sacerdotalem *(Kyrkoherde Boställe)* mutatum fuit, ex Annotationibus *Henrici Matthaei Raumensis* supra p. 624 not. 10 vidimus: cum quibus conferenda sunt quae in Descriptione Templi Raumoënsis, *Fol. Hebd. Ab.* a. 1778 N:o 23 pag. 177 sq. (ubi exstructio hujus templi, nimis liberaliter atque valde infirmis argumentis, ad sec. usque 13 retrahitur) et Dissert. Cl. Sv. MELLENII, *om Sjöstaden Raumo* (Praes. Cel. BILMARK hic Aboae a. 1770 et 1772 edita), §. 6, 7, 9, docentur. De interitu utriusque Monasterii *Wiburgensis* (cum *Dominicanorum* illius, tum *Franciscanorum)* nihil scimus, praeter ea quae affert RHYZELIUS *(Monasteriol.* L. VIII C. VI, pag. 310 et 312), vi *Recessus Arosiensis* a. 1527, eodem quo reliqua Regni Monasteria, fuisse fato involuta, ac R. *Gustavum,* literis d. 13 Julii a. 1541 datis, urbis Wiburgensis civibus permisisse, ut lapides et lateres ex horum Coenobiorum ruinis effractos, ad turres murosque urbis reparandos adhiberent. Monasterii in *Kökar* (Alandiae) ut reliqua Historia, ita interitus quoque sui notitia, valde obscura est: de quo cfr. (praeter RHYZELIUM l. c. C. V p. 305 sqq.) editam ab Exper. D. FRID. WILH. RADLOFF egregiam Alandiae Descriptionem *(Beskrifning öfver Åland,* Ab. 1795, 8:o), C. X p. 137 sqq. De *Coenobiis Finlandiae* universis supra p. 531—538 disputavimus; quibus nunc addimus, postea nosmet ex monumentis *Nådendalensibus* plenissime didicisse, nullum hic Aboae fuisse Claustrum *Virginum,* ac S. *Annae* illud in *Reso* destinatum, nunquam fuisse perfectum,

sed ejus aedificandi consilia omnia tandem ad *Nådendalense* condendum atque stabiliendum fuisse traducta: quod in *Foliis Hebd. Aboënsibus* a. 1796, N:o 1, 2, 3, 5, 7 ex instituto demonstravimus, praecipuis etiam subjunctis rerum documentis; unde manca et confusa RHYZELII narratio (l. c. p. 291 sq., p. 302 sqq.) emendari debet. Caeterum cum idem (ibid. p. 288, 290, 300) non modo in genere asserat, Monasteria Fennica et a Regibus et a civibus locupletioribus laute fuisse dotata, *(rikeligen begåfvade, både af Konungar och förmögna män i landet)*, sed etiam *Aboënse* illud *dives* vocet *(thetta gambla, stora och rika Kloster)*, et de *Raumoënsi* dicat illud ex *praediis*, testamentis et donis multorum hominum locupletium, insignes habuisse reditus *(haft vackra inkomster, icke allenast af thes fundations gods, utan och genom testamenten och andra gåfvor, hvarmed monge förmögne thy påtenckt hafva)*; memoria tenendum est, eum liberaliter solere res augere, et monumentorum defectus ex ingenio interdum supplere. Ex utriusque autem hujus Coenobii (Ordinum Mendicantium) praediis Coronae vindicatis, nuper vidimus, (p. 644 sq. not. 29 fine) aerario non multum sane lucri accessisse.

Nådendalense igitur unicum fuit in Finlandia Coenobium quod locuples vocare liceat. Illis autem quae de ejus interitu' narrat RHYZELIUS l. c. pag. 296 sqq. addi debent, praeter MESSENII querelas *(Chron. Finl. Rhythm.* p. 50) [37]),

---

[37]) „Än mera i Finland vändes, Vid alla Klostergods kändes Kungen, derför var i nöd Nådendal til sågel och bröd. „Abdissan hos honom begick, Hon så många gods igenfick, Som „hon de gamle med föder, Och sjuke systrar och bröder. Så „länge hon den ränta har, Kungen af henne hvart år tar En „summa penningar; också Et dyrt credents månne han få. På „senaste togs allt igen, Klosterfolket til svåra men: De unga „för de gamlas föde Arbeta, til dess allt var öde.“ *Scondiae* T. X p. 25 scribit: (1530) „*Gustavus* Rex, accepto a Nådendalensi „Antistita, insigni Chrysendeto, tantum de sublatis resignat illi „proventibus coenobii, quantum sustentationi grandaevorum in „utroque conventu sufficeret.“ Videtur Rex bona Coenobii mobilia, Vasa etc. sibi non vindicasse, aut ad ea proferenda Coe-

PETRI ELMGREN Diss. *Analecta quaedam Historiae Coenobii Nådendalensis in Finlandia continens* (Praes. Cel. BILMARK, Aboae a. 1774, 4:o edita) pag. 7 sqq.; cfr. *Appendix* ad Hist. Eccles. *Spegelianam*, p. 116. Post jus in bona Monasteriorum Regi per Recessum Arosiensem traditum, hic quidem mox illud exercere coepit, sed ita ut Sororibus (et fratribus?) aetate aut morbo invalidis (totque junioribus quot ad harum curam gerendam suoque labore illarum sustentationem adjuvandam remanere vellent?) domicilium in Claustro ac certorum praediorum proventus, (detracto tamen annuo tributo aerario pendendo) initio permitterentur. Nimis autem severe Officiales suos Regis jus interdum esse persecutos, credere licet; nec mirandum, si multis Coenobitis, (praejudiciis religiosis et vitae generi monastico ab adolescentia adsuetis) subita haec rerum conversio, atque adeo sors sua, aequo visa sit acerbior [38]).

Incendiis pluribus, hac etiam aetate, urbem Aboënsem (praeter clades ab hostibus illatas) infestatam fuisse, reperimus: inter quae illud anni 1546, ut funestissimum, ab Auctore (ac etiam a MESSENIO *Scond.* T. X p. 25) inprimis commemoratur: quod contigit nocte aut die proxime post Dominicam *Reminiscere*, quae hoc anno incidit in 21 diem Martii; cfr. supra pag. 624, not.; sed praeterea anno 1549,

---

nobitas non compulisse? Quod annotatio confirmat, in libro *Sundholmensi* (saepe nobis laudato) occurrens, unde discimus *Valburgim Torkilli*, Abbatissam Nådendalensem, quae a. 1528 a *Joachimo Fleming* frumentum, pecuniam etc. ad usum Coenobii mutuo sumserat, ad aes alienum sic contractum solvendum a. 1537 *Calices* etc. vendidisse.

[38]) Queruntur Moniales *Nådendalenses* in literis ad R. *Johannem III*, d. 4 Jan. 1569 datis (in Diss. Cl. ELMGREN nuper laudata, p. 8 sq. legendis), se ut senes et infirmas, non modo ipsas sese alere non valere, sed neque a cognatis suis opem sperare posse, utpote *quae bona atque praedia sua haereditaria, olim sibi legitime tradita, secum Coenobio addixissent;* quae jam aerario erant vindicata! Quarum igitur jus, ad tantum saltim stipendii ex bonis Monasterii obtinendum, quantum ex praediis olim suis redibat, precarium videri haud debuit!

d. 27 Maji, illam urbis partem quae *Mätäjärvi* dicitur, et 1552 in Aprili occidentalem ejusdem partem conflagrasse, Auctor Anonymus, cujus supra p. 626 not. 10 attulimus Annotationes, docet [39]).

109. Cfr. quae monuimus supra p. 632. Sine dubio videri debuit Episcopo, sub quo tantae res contigerant, quique a primis Reformationis Ecclesiasticae initiis, ad eam plene perfectam, partim spectator partim etiam actor fuerat, haec scena memorabilis. Quam fuerint Cleri non modo auctoritas et externus religionis splendor imminuti, sed etiam reditus ecclesiastici recisi, vel exemplis ex sua Dioecesi exhibitis, vidimus. Cumque reipublicae conditionem, diuturnis calamitatibus exhaustae et oppressae, (quarum nova cohors, mortuo R. *Gustavo* erupit) simul cogitamus; mirari non debemus, homines ejus aetatis, ac maxime ecclesiasticos, ad querelas fuisse proniores [40]).

---

[39]) Ad incendium anni etiam 1549 MESSENIUS respexisse videtur, cum de illo anni 1552 commemorans canit: „Åbo *efter* „*två år igen* Af vådeld lider åter men.“ *Chron. Rhythm. Finl.* p. 51. — [Posterius hoc incendium die 29 Aprilis contigisse, testatur TEGEL l. c. P. II p. 287.]

[40]) Locus huc pertinens memorabilis in Auctoris nostri occurrit Oratione Synodali, a. 1573 Aboae habita (quae in Bibliotheca Academica Ms. habetur): „Octavo, *de tolerantia in paupertate ferenda, cum reditus sacerdotales sint per Magistratum* „*imminuti.* Hic locus prolixe posset dilatari sententiis et exem„plis Scripturae hinc inde collectis; sed cum non sit hujus insti„tuti, adhortor vos, ne de vocatione vestra male sentiatis, neve „damnetis eam, tamquam a Deo rejectam, nec deseratis profes„sionem vestram, sed potius pergite in confessione nominis Dei „et filii ipsius Domini nostri Jesu Christi, in propagatione Euan„gelii, ut Deus celebretur et Ecclesia aedificetur. Si quid in hac „propagatione perferendum erit, id patienter sustineatis, commit„tentes exitum Deo, qui faciat ne labor vester irritus sit in Do„mino. Memineritis quid passi fuerint sancti Prophetae, Apo„stoli et alii Martyres. Gaudete quod Deus vos dignos judica„verit, qui propter confessionem nominis Christi et verbi, aliquid „odii diabolici sufferre debeatis. Deus olim et labores vestros „et tolerantiam vestram aeterna gloria in mortuorum resurrectione

110. Miro errore MESSENIUS (quem Auctoris nostri hoc scripto usum fuisse, manifestum est), mortem Episcopi *Martini* ad a. usque 1555 [41]) rejicit; cum tamen observet, praecedenti jam anno (1554) „Finlandiam in binas divisam „fuisse Episcopas, Abogensem et Wiburgensem," quarum illi qui praefectus fuit, M. *Michaëlem Agricolam,* „primitias ce-„lebrasse Abogiae pompa ferme Catholica," addit, „ideoque „in Regis incidisse indignationem:" quae omnia satis indicant, Cathedram Episcopalem, per *Martini* obitum antea vacuefactam jam fuisse. Unde ipse, non admodum con-

---

„exornabit. Tantum fideliter pergite in Euangelii praedicatione; „et Deus aderit vobis." Quae legens, tristem valde his temporibus fuisse credas Cleris Finlandici conditionem? Sed ex communi temporum calamitate, haec miseria, magnam partem, sine dubio proficiscebatur? Quod verba haec, in fine Orationis legenda confirmant: „Nec minus populus adhortandus est per Dominos „Ecclesiarum Pastores, ut *in his patriae publicis calamitatibus, „dum omnes diutino bello, peste et omnium rerum caritate horri-„biliter affligimur,* sine intermissione precibus insistant, ut Deus „misericordiarum Pater in Christo Jesu Domino nostro, nobis „nostra delicta condonare, poenas peccatorum nostrorum mitigare „ac tollere, et tranquillitatem ac pacem patriae restituere digne-„tur, *ut nos ex his aerumnis aliquomodo respirare possimus!*" Qualem igitur putemus faciem fuisse Fenniae, post accedentes etiam civiles turbas, inter R. *Sigismundi* et *Caroli* factiones, crudeliter agitatas, et perpetua bella sequentibus temporibus, sine ulla fere intermissione, cum vicinis Russis ad pacem usque Stolbovensem, et praeterea cum Danis, Polonis, in Germania etc. continuata?

41) *Scond.* T. X p. 26; cfr. *Chron. Rhythm. Finl.* pag. 52, et *Chron. Episcopor.* p. 115 (Ed. Lips. p. 158) ubi similem anachronismum committit, a SPEGELIO (P. II p. 403) tanto turpius adoptatum, cum simul (ex Auctore nostro) addat, post Episc. *Martini* mortem (die 30 Dec. a. 1555) vacasse Dioecesim per annos tres; licet anno jam 1554 *Agricolam* et *Juustenum* ei praefectos fuisse, paullo pox narret! Neque auctor Annotationum supra p. 625 not. adductarum *(Henricus Matthaei)* ab errore immunis est, qui Ep. Martinum a. demum 1551 obiisse narrat (nisi vitium sit transscriptoris? quod esse tamen non videtur) pro a. 1550. RHYZELIUS, ad ductum Auctoris nostri, annos recte constituit.

stanter, ad a. 1555 scribit, M. Michaëlem *in vacuam* successisse Cathedram. Verum autem horum eventuum ordinem distincte et luculenter Auctor noster proponit.

111. Annum quo *Nicolaus Grabbe* obiit, Historicis nostris haud ignotum, 1549 [42]), hinc excidisse liquet. Praeter insignia autem de universa patria egregii hujus viri merita [43]), memoria favoris et patrocinii sui Urbi regionique Wiburgensi, Auctoris nostri natali, olim praestiti, laudabilem sui hoc loco mentionem inprimis peperisse videtur [44]). Ne-

---

[42]) Habet Celsius, *K. Gustaf I Hist.* T. I p. 128 (Ed. II, p. 139) not. (*) et Nob. v. Dalin l. c. p. 52, not. (h); ubi addunt, eundem sepultum fuisse in templo ecclesiae, alter *Faris*, alter *Saris*, (lege *Karis*, Nylandiae).

[43]) Cfr. supra p. 603 not. 18. Facta ejus exhibent Tegel l. c. P. I, p. 31, 36 et 76, P. II, p. 25; et ex eo Celsius et v. Dalin l. l. c. c. passim. Praefectum fuisse a Rege Arci et ditioni Wiburgensi, indidem discimus. In Autographis Literis (quas oculis usurpavi) Judicialibus *Henrici Skriffuare*, datis a. 1524, *Sundagen näst efter S. Erasmus* (d. 5 Junii), praesentes fuisse dicuntur „Ärlig och Velbördig *Nils Grabbe, Häradshöfding öfver Rasborgs Län*, och *Lasse Olofsson*, Slottsfogde på Raseborg. Aliis Literis Judicialibus (etiam illis autographis) datis a. 1535, vidimus *Ericum Olai (Erich Olofsson*, Häradshöfd. i Borgo Län) tanquam simul praesentes nominare *Ericum Flemingh, Equitem et Legiferum Fenniae Australis*, nec non „*Velbyrdig man Nils Grabbe, Kongl. Maj:ts Befallningsman på Wiburgh.*" In veteri Schemate Genealogico familiarum Nobilium Fennicarum (aliquoties a nobis commemorato) dicitur Patrem ejus fuisse *Magnum Grabbe*, qui villam Grabbacka primus aedificavit; de filio autem hoc additur: „*Nils Grabbe* höll sig „mannligen mot K. Christiern, och är begrafven i Karis Kyrka „a. 1529. Uxores 1. *Elin Clas dotter*. 2. *Kirstin Knuts dot*„*ter Kurck*, Arvid Erikssons til Sydämma (Stålarms) änka" (cum qua nuptias celebrasse a. 1530 dicit v. Stiernman, vid. *App.* ad *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, p. 204). „Och var bemälte *Nils* „*Grabbe* den sidste af det namnet på Svärdsidan." Porro docetur, eum filiam reliquisse *Beatam*, ex priore uxore *Helena* (Elin) susceptam, quae nupserit *Erico Arvidi* til Grabbacka (Stålarm), cujusque nuptiae celebratae sint a. 1545. Aliter vero Nob. v. Dalin l. c. p. 52, ad *Palmsköldii* Annot. provocans.

[44]) In vita Auctoris nostri, infra adferenda, magnifico hoc

que qui de illa non minus provincia quam de tota Fennia, Patria hac sua ab hostium vi liberanda, optime illi etiam meriti sunt, illustres fratres *Flemingios, (Iwarum* et *Ericum)* sibi silentio praetereundos duxit [45]). Merita *Biörnonis Clas-*

---

elogio ornatur: „In locum ejus D:ni Comitis *(Johannis de Hoya),* „cui Wiburgum cum sua ditione Rex commiserat administrandum, „successit nobilis et providus vir *Nicolaus Grabbe*, vir pietatis „et omnis honestatis amans, anno Domini 1536." Biennio tamen maturius urbem arcemque Wiburgensem a copiis Regiis, quibus praeerant *Ericus Fleming* et *Nicolaus Grabbe,* fuisse occupatas, docet TEGEL l. c. P. II p. 25; ac anno jam 1535 *Grabbium* praefecturam gessisse Wiburgensem, in Nota proxime praecedente vidimus: ita ut loco laudato pro a. D:ni 1536, a. D:ni 1534 legi debere, probabile sit?

[45]) Vitam *Iwari Fleming,* Domini de *Sundholm* et *Nynäs* etc. paucis exhibet Dn. RADLOFF, *Beskr. öfver Åland,* C. 3, p. 42 sq. Cfr. Nob. UGGLA l. c. IV Afdeln. N:o 5, p. 3. De captivitate sua Dantiscana commemorat *Johannes Magnus* in literis ad R. *Gustavum* (dat. d. 10 Dec. 1535). Vid. Append. ad Hist. Eccles. *Spegelianam* p. 79. Ex *Libro Sundholmensi* (saepius nobis commemorato), qui ab eo ejusve jussu conscriptus fuit, discimus eum cum fratribus suis natu majoribus, in adolescentia (ante a. 1512) extra patriam, artis bellicae discendae caussa, militasse; et *Alandiam* anno jam 1527 feudi jure tenuisse, quam a. 1537 perdidit. (In *Archivo Palmsköld.* N:o XIV *Topogr.* T. 59, *Åbo och Åland,* p. 485 legitur: „*Castelholm* med hela *Åland* „samt *Nykyrcka* socken i Finland, och *Osmo* socken på Tören, „var förlänt af K. Gustaf I til Herr *Ifwar Fleming.*") *Legifer* fuit *Fenniae Borealis* et *Judex Territorialis* Territoriorum Masko et Vemo, ut alius liber, qui nobis ad manus est, docet, in quo caussas consignat a se aut vicariis suis, in Territoriis *Maskoënsi* et *Vemoënsi* inter a. 1524 et 1531 cognitas. *(Ifwar Flämings Lagmans och Häradz Dombok öfver Mascho och Vemo Häreder ifrå* 1524 *til* 1531). Habentur etiam sententiae Judiciales ab eo annis 1537, 1540 etc. latae. Diligentem et attentum fuisse patrem familias, qui opportunitates oblatas numerum praediorum suorum augendi haud neglexit, ex priore illo satis elucet libro. Pater suus fuit *Joachim Fleming,* Judex Territorii Vemoënsis 1488, et Praefectus Aboëns. (a. 1491) de quo cfr. UGGLA l. c. III Afdeln. N:o 651, p. 67; Mater vero *Helena,* teste Libro Sundholmensi, ubi tamen neque quo patre nata neque ex qua familia orta esset, significatur. Uxoris suae nomen *Märtha,* quae

ei supervixit, filii sui *Laurentii* hujusque uxoris *Birgittae Laurentii de Penningby*, 1549 nuptae, ibidem proditum habetur, quae filium *Iwarum* et filiam *Helenam* ei peperit, patri superstites.

Ericus Fleming, Dominus de *Svidia*, *Quidia* et *Ylenä*, frater *Iwari*, Praefectus Fenniae Borealis *(Lands-Fougte i Norr-Finland)* a. 1512-1518; postquam ex Arce Aboënsi manibusque *Thomae* Praefecti Danorum, (digni *Christierni* amici, crudelitatisque suae satellitis) a. 1521 callido consilio effugisset, a. 1522 factus Praefectus Classis Sveticae, non minus callide eum cepit; a. 1523 Senator Regni, 1528 Eques Auratus, 1530 Praefectus Arcis Raseburgensis: vid. TEGEL l. c. P. I, p. 35, 37 sq., 58, 186. Legatus bis in Russiam missus fuit, a. 1526 et 1556 (ib. p. 121 et P. II pag. 232). Wiburgum a Praefecto Comitis Johannis ab Hoya, una cum *Nicolao Grabbe* recepit; copiis auxiliaribus, quas R. *Gustavus* Christiano III contra Lubecenses etc. in Scaniam miserat, a. 1535 praefuit, ac Legatus eodem anno ad eundem Daniae Regem profectus fuit (ibid. P. II, p. 25, 64 sq., 68). Eodem tempore *Legiferum* fuisse *Fenniae Australis* nuper vidimus, pag. 654 not. 43. Cfr. UGGLA l. c. IV Afdeln. p. 3, N:o 4 cui mater sua vocatur *Märta Gren*, quod si verum est, frater uterinus *Iwari* non fuit? Sed idem hoc nomen *(Märta* l. *Mätta Gren)* uxorem *Iwari* habuisse narratur in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1773, p. 77; cfr. quae nuper ex Libro Sundholmensi attulimus. Ex uxore sua *Hebla Sparre* filium habuit famosum illum postea Regni Mareschallum et Gubernatore Finlandiae generalem *Claudium Fleming:* de quo cfr. UGGLA l. c. p. 13, N:o 2, ac scriptores ibi laudati; quibus addendum GEZELII *Lexicon Biographicum*, T. II p. 293.

Fratrum *Flemingiorum* operam in expugnandis Arcibus Finlandiae et satellitibus Tyranni hinc expellendis, patriaque sic in libertatem asserenda, eximiam fuisse, in confesso est. Vid. TEGEL l. c. P. I p. 76. Eodem anno (1548) utrumque mortuum esse, aperte Auctor prodit, ac eodem etiam die (19 Dec.) in templo Ecclesiae Pargas (ubi praedium *Erici*, *Quidia*, situm erat), fuisse sepultos: quod etiam Annotatio Anonymi (supra p. 626, not.) confirmat. Mortuos autem eodem ambo die (14 Dec.) fuisse, aegre credas; nisi aliquo infortunio periisse (ex. g. aquis) putes? quod tamen non indicatur; ita ut forte ad *Ericum* solum diei nota apposita trahi debeat?

Caeterum alios quoque duo fratres eosdem habuisse, *Jacobum* et *Joachimum*, liber saepe laudatus *Sundholmensis* docet; quorum hic tempore *Stenonis Sture* junioris (inter a. 1512 et 1520) militare servitium Wiburgi praestitit, sub Praefecto *Antonio Erici Tott*, (supra p. 601 sq., not. 13, 14), anno autem

son, huic trigae ab Auctore adjecti, minus vulgo nota et illustria sunt [46]).

1526 Praefectus fuit Fenniae Borealis (Lands-fougde i Norr-Finland). *Ille* contra *(Jacobus Fleming),* qui sese scripsit *de Lepistö,* quique ille etiam Wiburgi militaverat, a. 1530 tria accepit praedia, quae ad *Praebendam Corporis Christi* pertinuerant, (Literae in Bibl. R. Stockh.), anno autem praecedente (1529) severas has a Rege *Gustavo* literas accepit: „Giffue wi digh tilkenne „*Jacob,* at store klagomål äre kompne för oss på tig, at du i „*din förläning* som wi tig unnte bruker mykket orätt och öff„uervåld, tager bönderne ifrå åker, äng, sääd, höö och huad tu „kant öffuerkomma, utan lagh och rättegång; för huilke saak „bönderne bedie för Guds schuld at de måge komme under Åbo „Slott igen. Wilie wi och strängeligen biude, at huad du haf„fuer tagit them ifrå [med] olagum, at tu fåår them igen, och „lät huar behålle och bliffue wid sitt, till dess tu haffuer them „någon deell afvunnit med Lagenn inför de Domere som owel„duge kunne ware uti sachen, *efter du äst där sielfver Härads„höfdinge,* och äst utan tueke weldug i din egen saak. Haffue „wi och förståt, at du äst sjelffuer Lenndsman i din förläning, „det ei heller mycket berömmer sigh. För denne din missbruchs „schuld haffue wi scriffuit Måns Svensson till, at han skall ken„nes vid samme din förläningh åter under Åbo Slott igen, be„synnerliga til thess tu haffuer giordt tin redeliga undskyllning. „Och wilie wi at tu låter the fattige män blifve ofägrade (så „frampt wi skole förliche oss well.)" Tales dedimus has literas, quales in *Foliis Hebdom.* a D:no E. Ekholm anno 1767 editis *(Den Svenska Fatburen* 2 Öpn. N:o 5) p. 38 sq. exhibitas reperimus, ubi ex Archivo Regni depromtas fuisse, indicatur. Anno 1535 *Jacobum* hunc *Fleming* mortuum jam fuisse, in Literis fratris sui *Erici* Judicialibus nuper laudatis, docetur. Nullam autem prolem reliquit; quare inter fratres suos, ut in Libro Sundholmensi docetur, bona sua divisa sunt.

46) Vocatur in monumentis ejus aevi *Björn Classon til Lepas* (apud Nob. Stiernman et Uggla *Leppis)* leg. *Leppas,* hodie *Stjernsund,* praedium paroeciae *Hattula; Köppas* apud Tegelium l. c. P. II p. 87, (male). Regni Senator a. 1523 factus, auctoritate et fama suo tempore clarus, Legatus in Russiam a. 1536 et 1545 missus fuit; vid. Tegel l. c. P. I pag. 58; P. II pag. 87, 232. A Nob. Stiernman *(Höfd. Minne* I D. p. 24), vocatur *Lejon,* ex armis suis gentilitiis, cfr. Uggla l. c. p. 4 N:o 9, ac in matrimonio habuisse *Catharinam Stjern-*

Praelatos et *Canonicos* praecipuos, quorum quidem ad nos pervenerunt nomina, qui Ecclesiae Fennicae initio seculi XV, antequam per Reformationem Religionis nova rerum facies hic oriretur, praefuerunt, passim jam nominavimus. *Archipraepositi* nempe dignitatem, post *Laurentium Suuripää* sedi Episcopali admotum, tenuerunt (praeter M. *Johannem Olavi,* postea Episcopum, si is *Praepositi* administravit munus? [47])), 1. Magister *Henricus Wenne* [48]), qui a. 1509 inter

---

sköld dicitur, filiam *Georgii Hansson in Norrnäs*. In veteri autem Schemate Genealogico ad *Stiernkorssianam* ille familiam refertur, hoc modo: „Per Hansson til Lepas *Stiernkorss.* 2 Hans „Persson til Lepas (uxor Ragnil, Henric Sverds dotter). 3 Clas „Hansson til Lepas. 4 Björn Classon til Lepas, u. Karin, Jöran „Johanssons dotter til Werne.“ Cuinam potius sit assentiendum, haud dicam. Liberos porro ejus idem Schema recenset 1 Hans Biörsson til Lepas (u. Kirstin, Hr. Henric Horns dotter til Kankas). 2 Clas. 3 Jöran. 4 Melker. 5 Ingeborg. 6 Anna (conjux Mars Larsson til Harfvila, filius Hr. Jesper Matsson). Judicent harum rerum periti.

[47]) Pendet hoc ex interpretatione et significatione vocabuli *Archipresbyteri,* quo Auctor utitur in dignitate designanda ex qua *Johannes Olavi* ad Episcopatum fuit sublatus, sive is videlicet *Archipraepositus,* sive *Archidiaconus* fuerit? Cfr. supra p. 590.

[48]) *Wenne* nomen suum in *Registro Eccles. Aboëns.* constanter (ut et ab Auctore nostro) scribitur (vid. Fol. 193 et 270); *Wenner* a Nob. v. DALIN vocatur (l. c. P. II, C. 20, §. 6 p. 865), ad imitationem literarum R. *Johannis* et Senatus Regni Danici de conditionibus Recessus Hafniensis, datarum a. 1509, d. 17 Aug. (apud HADORPHIUM *App. ad Chron. Rhythm.* p. 419 sq.): cfr. Nob. UGGLA l. c. III Afdeln. pag. 72, N:o 690. In Literis Episc. *Martini Skytte* ad R. *Gustavum* a. 1530 datis, quarum supra (p. 634, not. 21) mentionem fecimus, narratur M. *Jacobum Wenne, Seniorem, (Magister Jacob gamble Wennen;* ubi haec vox *amicum* significare commode nequit!) fuisse nuper *Peste in his locis tum grassante* consumtum; quare Episcopus cum Capitulo Praebendam ejus *M. Jacobo Wenne juniori (Mag. Jacob unge Wennen)* ejus ex sorore nepoti, concesserant, suffecto huic quodam *Sigfrido,* homine aetate jam provecto, Regis confirmationem iis enixe jam efflagitantes; cujus consilio, Praebendarum reditus sibi vindicandi, hujusmodi conatus non facile convenire poterant: cfr. supra p. 622 sq., 633 sq., 640—645. [De

Legatos Svecicos ad Conventum Hafniensem destinatos, compareret[49]), atque anno 1513 decessisse, Auctori nostro

---

hoc M. *Jacobo Wenne juniore,* in Actis Reg. Dicasterii Aboënsis a. 1624 (d. 12 Maji) Fol. 93 legitur: --- „Och inlade i „Rätten Abedissans i Nåndals Closter *Birgitta Petri* och hennes „Conventz Systrers bevis dat. den 17 Aprilis 1564, så lydan„des: at Jöns Philpusson til Storgården hafver gifvit förenämde „Hulkis til Nåndals Closter för sig" (sin?) „och sin hustrus lä„gerstad, efter de voro barnlöst folk. Sedan månge år derefter, „när Jöns Philpusson döder var, *hafver hans Systerson unge „Mester Jacob Wänne tilägnat sig b:te Hulkis ifrån Clostrit,* och „efter hans död hafver hans syster *Margeta,* långe Markuses i „Åbo, såldt samma Hulkis" etc.] Eaedem tandem hae ostendunt literae, jam ante a. 1530 *Praebendam Novi Chori* administrationi Regis subfuisse, quae M. *Jacobo* illi demandata fuerat, ac de qua porro Regis mandatum imperiumque Episcopus flagitat (*Om Nye Chors Landbönder, som M. Jacob gamle Wennen hade i befallning,* bediandes Eders Nad werdoges gifva tilkänne huruledes Eders Högmechtighet teckis therom skicka). Cfr. supra pag. 642 sq. not. 28. Quae simul demonstrant, minime licuisse Episcopo, Praebendarum omnium reditus pro arbitrio ad juvenes studiosos adjuvandos adhibere.

[49]) Docet Nob. v. Dalin l. c. Quamvis conditiones Recessus Hafniensis, ab his Legatis pacti, patriae minus essent vel honorificae vel proficuae; nescio tamen, annon dura nimis in illos sententia ab iis feratur Historicis nostris, qui perfidi in patriam animi illos arguunt, ac Hierarchas inprimis horum temporum omnes, ut ordinis sui vitio perpetuos patriae hostes exagitant. Negari quidem nequit, potentiam, opes et divitias eorum nimias, privilegia iniqua et reip. onerosa fuisse, (ut et dependentiam a Principe peregrino, Papa, absurdam atque noxiam); certum est, multos his rebus abusos turpiter esse, ac dominandi actos cupidine, turbas perniciosissimas et flagitiosissimas in civitate excitasse: sed plerumque potentium familiarum suarum odiis, cupiditatibus et factionibus magis quam ordinis sui stimulis, ac potius quatenus Optimates, quam quatenus Ecclesiae Antistites erant, in perniciosa illa Reip. consilia abreptos fuisse constat, a quibus Optimates Laicos haud plus quam Clericos abstinuisse, reperimus. Ac nonne similia etiam post reformatam religionem consilia tentata sunt? Nonne multi contra Episcopi laudabilis in patriam fidei atque amoris specimina constanter ediderunt? Quod de Finlandiae inprimis Praesulibus merito praedicare licet. Unde

dicitur. Ei successit 2. *Magister Paulus*[50]) *Skeel* l. *Skääl*[51]),

neque Praeposito nostro malam fidem temere imputandam esse putamus. Quae temporibus R. *Gustavi I* (cum de Optimatium numero sapienter eximendi essent) valde excusabilis fuit, (ac respectu adjumenti quod plurimi eorum *Christierno* Tyranno nuper enixe attulerant, digno mox ab eo affecti praemio! etiam justa), querela perpetua et criminatio de consiliis et moliminibus nefariis Hierarcharum, eam paullo jam sedatiore et aequiore expendere animo licet, et judicia in eos favorabiliora *Olai Petri*, in *Chronico* passim lata, (ex. g. de consilio pacis cum R. *Johanne* ineundae ad a. 1508) quibusque R. *Gustavus* vehementer adeo offensus fuit, si non usquequaque approbare, tamen neque acerrime omnia condemnare. Cfr. loca supra p. 632 sq. not. 20 excitata.

50) M. *Henrico Wenne*, a. 1513 mortuo, mox successisse, Auctor docet. In *Registro* tamen *Eccles. Aboënsis* (Fol. 270) anno demum 1515 successori suo penum ad mensam Archidiaconatus pertinentem tradidisse, dicitur. Verba ipsa, animi caussa, subjiciemus: „Inventarium, mense Archidiaconatus, re„lictum per Magistrum *Paulum Sthwl* (Skeel) anno Domini „MDXV:o circa nativitatem Mariae, ad manus venerabilis viri „D:ni Magistri *Jacobi Johannis*, in presentia Capituli, et per eum „aliqualiter emendatum et adauctum: Primo una stopa argentea „de XXVI lotis, ex donacione D:ni *Magni* de Serkilax, bone „memorie, Episcopi quondam Ecclesie Aboënsis, quam Magister „*Paulus* postea fecit renovari et deaurari, adaugendo et de novo „fabricando pedem de VIII lotis. Item adauxit idem Magister „*Paulus* unum tassum de VI lotis. Item unam caldariam ma„gnam pro braxatura, de mensura unius lagene cum dimidia vel „quasi." Haec post mortem M. *Pauli* scripta esse, apparet. Cum Nob. v. DALIN l. c. II D. 20 C. 11 §. (ad Collectionem *Palmsköldianam* provocans) narret, Pro-Regem *Stenonem* per Legatos suos *Ericum Thuronis, Clementem Hågensköld* et M. *Paulum Archidiaconum Aboënsem,* feliciter bellum Russicum avertisse, quod R. *Christiernus* per transactionem Hafniensem a. 1515 cum *Basilio* Magno Principe Russorum factam ciere studuerat; inde colligas, M. *Paulum* non ante hunc annum ad Praepositi dignitatem pervenire potuisse? (Cfr. supra p. 600 not. 10). Num igitur vitium in anni nota ab Auctore expressa (1513) inest? Aut num toto fere biennio Archipraepositura, post mortem M. *Henrici*, vacavit?

51) Nomen suum, quod in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 193 et 282 scribitur *Skeel* (vid. supra p. 425), Fol. autem 270 (loco

quem anno 1516 obiisse, idem testatur (supra p. 595); qui-

---

nuper not. 50 allato, *Sthwl*, si recte lectum est?), in Codice *Chronici* nostri Academico exaratur *Käåll* (forte pro *Skäåll?* quod alius Codex habet), in exemplo Nettelbladiano (et alio viso nobis Codice) *Skär*, ac in Codice qui nuper Bibliothecae Acad. accessit, *Skör*, *Skeel* aut *Skääl* (Phoca?) recte scribi putamus. A. 1513 d. 19 Julii (*Abo Tisdagen nesth före S. Marie Magdalene dagh*) adhuc Archidiaconus Aboënsis vocatur, in Literis Judicialibus *Stenonis Sture* Pro-Regis, et Senatorum Regni, eo die datis (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 282). Si in literis, quibus praedium *Tursunperä* Coenobio Nådendalensi donatum fuit, datis *Valle gratiae a.* 1448 *ipso die S. Dionysii sociorumque ejus Martirum*, (9 Oct.), quibusque sigilla sua appendi fecerunt *Magnus* Episcopus, Dn. *Henricus Bidz* (*Ehrlig och stränge Riddare Herr Henric Bidz i Nynäs*) et *Magister Paulus Archipresbyter Aboënsis* (Mr. *Pawal Arkeprester i Abo*), atque *Consules et Senatus Urbis Nådendal*, anni nota, ut suspicamur, in vitio est, (ita ut legi debeat 1498 pro 1448, MCDXCVIII pro MCDXLVIII?); nostrum M. *Paullum* iis scribendis interfuisse sequitur, atque *Archidiaconum* (cui vocabulo *Archipresbyteri* illud tum aequipollere existimabitur) eo anno jam fuisse. Quo autem posito, *Johannes Olai* (qui a. demum 1506, cum antea fuisset Archipresbyter, Episcopus est factus) suus fuisse antecessor non potuit? (cfr. supra pag. 590 et p. 658 not. 47). Cur autem laudatas nuper literas non a. 1448 exaratas esse suspicemur, haec est caussa, quod *Archipraepositus* quidem tum fuit M. *Olavus Magni* (postea Episcopus, supra pag. 459), *Archidiaconus* autem M. *Sigurdus Johannis* (ad diem certe 1 Febr., *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272) vel M. *Johannes Magni* (d. 27 Apr. *Ib.* Fol. 246), vixque probabile videtur M. *Paullum* (cujus caeterum nulla in illius temporis monumentis alia occurrit mentio) tertium eodem adhuc anno fuisse hujus dignitatis possessorem? Utrovis autem anno (vel 1448 vel 1498) *Magnus* (vel II vel III) erat Episcopus, et *Henricus Bidz* (vel Avus vel Nepos) Eques et Legifer: cfr. supra p. 375, 556, 490—494. Quantum autem nos vetera monumenta cognoscimus, *major* ille (Legifer Suderfinniae) vocavit se *Militem in Vik*, *Minor* (Legifer Norrfinniae) *Militem in Nynäs*, neque exempla contrarii nobis ulla succurrunt: quod vero aliter Nob. STIERNMAN (vid. *App.* ad *Fol. H. Ab.* a. 1785, p. 197) et post eum Nob. UGGLA, id partim ex confusione viri utriusque (supra p. 492 not. 8), partim ex ipsa hac, quam dubiam esse docuimus, anni nota, pro certa ab eo assumta, profectum esse videtur?

que successorem habuisse videtur 3. Magistrum *Jacobum* [52]), eum quem a. 1526 de vita migrasse, supra (p. 646 not. 31) didicimus? Huic porro subrogatus eodem anno fuit 4. Mag. *Johannes* [53]); post cujus mortem a. 1547, hoc munus abrogatum fuit (supra p. 616, et 646). *Archidiaconos* autem eodem tempore fuisse reperimus 1. *Magnum Laurentii Grisefoth* (l. *Griffoth,* ut alio loco nomen suum, vitiose puto? scribitur); qui a. 1502 obiit [54]). Hic mensam Archidiaconi liberali donatione quinque Praediorum auxit, ea sub conditione, ut successores sui de praescriptis quatuor missis canendis curam diligentem atque perpetuam haberent, ut literae ipsae donationis atque fundationis subjunctae [55]) do-

---

[52]) Hunc in Archidiaconatu M. *Paulo* successisse, verba *Registri Ab.* supra p. 660 not. 50 allata, innuere videntur? Quem eundem fuisse, qui deinde Archipraepositus factus, a. 1529 decessit, credas? Cfr. supra p. 646, not. 31.

[53]) Hunc *M. Johannem (Mester Hans),* e gente *Flemingiana* oriundum, filium fuisse *Johannis Fleming* (an illius de quo Nob. UGGLA l. c. p. 68, N:o 663?), fratrem *Petri Fleming de Friskala,* et Nepotem *Henrici Fleming in Sundholm,* (adeoque fratrem patruelem *Erici* et *Iwari,* vid. supra p. 655 sq. not. 45) vetus Genealogia gentis Flemingianae in Archivo Regni asservata, ostendit? Nescio vero an idem esse possit Dn. *Johannes Flämingh,* qui ordine primus inter Canonicos, socios *Fraternitatis Trium Regum,* enumeratur? Cfr. supra p. 425.

[54]) Inter *Litteras Coenobii Nådendalensis,* in Schedula chartacea situ jam atque senio fere oblitterata, haec leguntur: „Item „A:o D:ni 148 -- obiit Dn. Nicolaus de Thöwesala pie memorie.“

„Anno D:ni MDII obiit honorabilis vir Dn. *Magnus* Archi„diaconus. Ipse vive vocis oraculo dixit Patri nostro carissimo, „cujus anima in pace perpetua requiescat, ceteris fratribus au„dientibus, vester sum, si non venero vivus, veniam utique mor„tuus, quoniam hic in monasterio elegeram sepulturam, et ante „X annos colligavi centum marcas pro sepultura et testamento „meo; non autem traditae, quod non facit cum 40 marcis --- et „nondum --- nec pro exequiis conventualiter celebratis, 5 mar„cas, 3 solid. minus.“ Lucrum sibi ereptum fuisse, boni fratres aegre tulisse videntur.

[55]) „Universis et singulis presentes literas inspecturis, vi„suris seu audituris *Magnus Laurentii,* Archidiaconus Ecclesie

cent. 2. Deinde a. 1512 invenimus Mag. *Paulum Skeel* huic

„Aboënsis, salutem in Domino sempiternam, et fidem indubiam „presentibus adhibere. Quia ex testimonio veritatis unusquisque „mortalium villicus Dei fore dinoscitur in hoc mundo, quoque „tandem de villicatione sua coram supremo Judice necesse erit „reddere rationem: idcirco ego prefatus Magnus judicium illud „districtum cupiens prevenire, in laudem omnipotentis Dei ac sue „matris, intemerate virginis Marie, et omnium Sanctorum ejus, „nec non ob salutem anime mee, parentum, propinquorum, bene„factorum ac amicorum meorum, et omnium Christi fidelium, vi„vorum ac defunctorum, preteritorum, presencium et futurorum, „de consilio et consensu Reverendi in Christo patris et Domini „mei, domini Laurentii, divina providencia Episcopi Aboënsis, et „sui venerabilis Capituli, institui, fundavi et erexi, ac vigore pre„sentium instituo, fundo et erigo quandam prebendam cum cer„tis perpetuis Missis, in Ecclesia Aboënsi prefata, *ad altare san„cte Crucis in nova Capella ad latus aquilonare Ecclesie supra„dicte*, modo et ordine infra scriptis, in perpetuum dicendis: vi„delicet omnibus feriis 2:is pro fidelibus defunctis, feriis quartis „de quinque vulneribus D:ni nostri Jesu Christi, feriis sextis de „beata Katherina, et diebus sabbatinis de compassione beate Ma„rie virginis. Pro quarum Missarum continuacione seu susten„tacione, dono, lego et approprio *eidem Prebende quinque predia „mea* infrascripta: primum in parochia *Janakala*, dictum *Melkela*, „cum duobus Molendinis ibidem in torrente *Tervenkoski*“ *(Terwakoski)*, „que emi a Dn. *Erico Jacobi*, quondam Canonico Abo„ënsi, pro CCC marcis denariorum monete Suevice. 2:um pre„dium in *parrochia Kalvola*, dictum *Kalvola*, quod emi ab *Anna „Jacobi*, sorore D:ni Erici prefati, pro C marcis denariorum. 3:m „predium in *Saw*, dictum *Mäkinpä*, quod emi a *Johanne van „Eken* pro CC marcis; 4:m predium ibidem, dictum *Korwala*, „quod emi ab *Acone Jacobi* pro CC marcis; 5:tum predium in „*Resaa*, dictum *Soyniss*, quod emi a *Petro Hansson* pro C mar„cis. Quam quidem prebendam et omnia predia supradicta, cum „omnibus suis juribus et pertinenciis quibuscunque, de simili con„silio et consensu dicti reverendi Patris et sui venerabilis Capi„tuli, annexui, univi et incorporavi Mense Archidiaconatus, pro „sustentatione predictarum Missarum in perpetuum possidenda: „ita quod Archidiaconus, quicunque pro tempore fuerit, de hu„jusmodi Missis continuandis et dicendis sollicitudinem habeat „diligentem, prout in extremo iudicio coram districto judice de „hoc velit reddere racionem. Qua propter aufero a me et ab

muneri praefuisse [56]), unde a. 1513 (?) ad Praepositaram promotus, successorem habuit 3. Magistrum *Jacobum Johannis,* eundem (ut putamus) qui postea in Praepositura quoque eidem successit [57])? Post quem 4. *Jasperus* ille (si nomen suum recte legimus?) qui a. 1526 hac dignitate eminuit, (supra p. 646, not. 31) eadem ornatus fuisse videtur. Clausit tandem hanc seriem 5. Mag. *Petrus Sillä,* post cujus mortem (a. 1542 d. 20 Junii) haec dignitas fuit abolita. *Decanos* plures non reperimus commemorari, quam 1. M. *Arvidum Kurck,* qui ad Episcopale fastigium ex hoc gradu evectus fuit (supra pag. 595), cui ille primus forte praefuerat? (cfr. supra pag. 561 sq. et 599). Successorem habuisse videtur 2. Mag. *Conradum,* quem inter *cognatos suos* [58]) Au-

---

„heredibus meis quibuscunque omne jus, si quid fortassis in pre„dictis prediis seu ad predicta predia videatur habere, appro„priando ea, sicut predictum, mense Archidiaconatus in perpe„tuum possidenda, eo presertim, quod intuitu ecclesie et cum „ejus pecunia fore dinoscuntur acquisita. In quorum omnium et „singulorum premissorum evidenciam firmiorem, sigillum meum „personale, una cum sigillis prefati Domini mei Reverendi, sui „venerabilis Capituli, ac Consulatus Aboënsis, presentibus infe„rius sunt appensa. Datum Abo anno D:ni MDI die Mercurii, „prima mensis Decembris.“ *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 275.)

[56]) De eo supra jam egimus p. 660 sq. nott. 50, 51. Anno 1513 caussam pro praedio Ecclesiae *Heickilä* contra *Henricum Korpolayn* hic Aboae feliciter egit, coram Pro-Rege *Stenone Sture* et Regni Senatoribus, quorum Literae Judiciales in *Regist. Eccles. Ab.* (Fol. 282) exstant, tale initium habentes: „Wij epterschriffne „*Steen Stwre,* Sveriges Rikes Forstandere, *Hemming Gadt* Ele„ctus til Linköpingh, *Knwth Eskilsson, Sten Christiersson, Ake* „*Yriensson,* Ryddere, *Niles Eskilsson, Iwan Jonsson, Clawes Henricsson* och *Henrich Stensson,* Wepnare, Sveriges Rikes Radh „och män, göre vitherligit met thette varth närvarendis wpne „breff, ath aar epter Gwdz byrdh MDXIII, Tiisdagen nesth fore „S:te Marie Magdalene dagh, sothe wij for rätthe pa Abo Rad„stwffu; Tha kom for oss hedherligh man, Mester *Pawel Skeel,* „*Erchedegne j Abo,* ok kerde etc.

[57]) Vid. supra p. 660 sqq. nott. 50, 52.

[58]) Ex qua hic gente fuerit, ignoramus. Episcopum autem *Arvidum,* ex veteri fuisse gente *Kurckia,* supra docuimus (p. 597).

ctor noster referre videtur (supra pag. 596), quique socius

Nob. v. Dalin scribit, multiplici errore, *Arvidum* fratrem fuisse illius *Erici Canutii* qui cum aliis Regni Senatoribus in Laniena Stockh. a. 1520 periit; hujus autem filium fuisse *Canutum Erici in Näs,* cujus uxor *Helena Claudii (Elin Clasdotter)* nomen *Kurckianum* in mariti sui familiam intulit (*Hist. Sv.* P. III Vol. I, C. 2, §. 3, not. (o) p. 56, 10 §. not. (t) pag. 78; cfr. P. II, C. 20, §. 27). Sed 1:o *Ericus* ille *Canuti* scripsit se *in Hiulesta* (vid. Tegel l. c. P. I pag. 14), quod prodit ex alia eum gente, non ex *Kurckia* (adeoque nec fratrem Episcopi *Arvidi)* fuisse? 2:o Pater *Canuti Erici* (qui sese scripsit *in Lauko,* non *in Näs),* in vetere Schemate Genealogico (de quo saepe commemoravimus) vocatur *Ericus Oxleson til Näs,* alius plane ab *Erico Canuti* Holmiae 1520 necato; atque *Canutus* ille *Erici* neque filium habuit *Ericum,* sed *Johannem Canuti (Jöns Knutsson til Lauko),* R. Senatorem, ut ibidem docetur, qui in (secundo?) matrimonio habuit *Ingeburgim Tott,* (filiam *Antonii Erici, Tönne Ericssons)* per quem nova illa gens *Kurckia* fuit propagata. Qua vero cognatione *Benedictus Kurck (Kurcke, Korke,* adeo enim varie hoc gentis nomen apud veteres scriptum reperitur) Canonicus Aboënsis (de quo nuper pag. 645) Episcopum attigerit, dicere nequimus: ex *veteri* tamen *Kurckia* gente illum etiam fuisse (nam *nova* illa nomen hocce serius usurpare coepit), adeoque Episcopum *Arvidum* ultimum non fuisse masculum illius gentis surculum, quod vulgo asseri solet, liquet. Cfr. v. Stiernman *Matrickel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* P. I p. 72: ubi simul asserit, gentem veterem *Swerd,* hic in Fennia olim celebrem, veteris *Kurckianae* stirpis fuisse propaginem; qua quidem de re certi nihil affirmare nos audemus, quamvis arma gentilitia eadem omnino (qualia describit Nob. Uggla l. c. IV Afdeln. p. 3, not. (a)) utramque familiam gestasse, extra dubium sit. Inter viros autem ad illam gentem pertinentes, in monumentis nostris laudantur 1. *Henricus Swerdh,* qui a. 1423 literas *Waldemari Diekn* judiciales sigillo suo, in paroecia Tavastiae *Janackala* munivit (*Regist. Eccles. Aboëns.* Fol. 233), ac a Nob. Lagerbring (*Hist. R. Sv.* T. IV p. 104, cfr. Hadorphii *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 90 sq.) inter Regni Senatores a. 1435 fuisse docetur, (praeteritur tamen a Nob. Uggla) ut et a. 1442 inter compurgatores Regni Mareschalli *Caroli Canutii* (ib. p. 364). 2. *Olavus Swerdh,* Armiger, qui a. 1443, 1445 et 1451 Judex Territorialis Ostrobotniae fuisse deprehenditur. Uxor ejus *Helena Johannis (Elin Jöns dotter)* a. 1451 jam decesserat; ipse autem a. 1458 adhuc

infelicis navigationis ab Episcopo in Sveciam susceptae, cum eo una periit (supra pag. 604 sq.) 3. *Petrus Ragvaldi*, post cujus mortem haec dignitas sublata fuit (cfr. supra pag. 644). Inter caeteros *Canonicos*, praeter eos qui ad superiores deinceps gradus ascenderunt, nec non ultimos illos, quorum nuper mentionem, Auctore nostro praeeunte fecimus, neminem hoc aevo florentem nominare possumus, qui quidem sit commemoratione dignus; nisi *Oeconomos* Ecclesiae excipiendos putemus, quorum ordine ultimos, *Hermannum, Svenonem* et *Nicolaum Thomae*, supra memorari vidimus? [59]). Numerum Ecclesiarum insigniter crevisse, nuper animadvertimus (p. 637 sq. not.). Literarum apud nos his temporibus statum, paullo ante attigimus (cfr. pag. 619-633), praecipuos illarum cultores atque doctores simul memorantes [60]).

---

vixisse videtur? (*Litt. Coenob. Nådend.* et *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 152). Hic duos habuit filios: 3. *Petrum Swerdh*, Judicem Territorii *Kumoënsis* a. 1463 (*Reg. Eccles. Ab.* F. 141) et 4. *Olavum Swerdh*. Ab hoc autem *Petro* diversum fuisse alium oportet *Petrum Swerdh* (hujus fortassis patruum?), cujus vidua *Catharina Haquini (Kaderin Haquonsdotter)* a. 1458 *dilectos suos filios* (h. e. *generos*, ut ex literis discimus ipsius *Olavi Drake*, Armigeri a. 1481 datis, quae in *Biblioth. Reg. Stockholm.* servantur) *Olavum Drake* et *Gustavum Slatte* rogavit, ut literas quasdam, eo datas anno, sigillis suis appensis munirent (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 195); atque hunc quidem *Petrum Swerdh* (non juniorem illum) esse credas, qui, una cum *Henrico* nuper laudato, inter compurgatores *Caroli Canutii* a. 1440 occurrit (HADORPH. l. c. pag. 364)?

59) Cfr. supra p. 645. *Svenoni*, a. 1541 muneri nuper admoto, successisse credas *Nicolaum Thomae*, a. 1546, cum idem administraret, mortuum. Vid. supra p. 624 not.

60) Inter *Magistros* ex Svecia oriundos, Wittembergae ab anno 1517 ad a. 1561 hoc honore ornatos, quorum Catalogum olim concinnaverat M. *Erasmus Nicolai* (Episcopus tandem Arosiensis), exhibitum in *Novellis Literariis Bibliothecae Regiae (Kongl. Bibliothekets Tidningar om lärda saker)* a Cel. GJÖRWELL a. 1767 editis, P. I p. 56 sq. nostratium nonnisi IV, *Sigfridus Finno, Canutus* (Johannis), *Michaël Agricola* et *Simon* (Henrici) *Wiborgensis*, recensentur; quorum primus ille, a. 1534, d. 5 Cal. Sept. Magister renunciatus, *Rector* fuisse *Scholae Sca-*

Quibus rebus addimus, nostras quidem Scholas illud deliquium quod multae aliae Scholae patriae passae sunt [61]),

---

rensis docetur, nobis caeterum ignotus: fortassis ille etiam addito stipendio, quali caeteri populares sui fruebantur, domo illuc missus? *Canutum* a. 1536, d. 29 Augusti, *Agricolam* a. 1539, *Simonem* a. 1541, d. 8 Cal. Mart. Magistros fuisse creatos, idem prodit: unde supra (p. 623 et 624) a nobis allata, suppleri possunt. Sed *Petrum Särkilax, Thomam Francisci*, utrumque *Teittum, Paulum Juusten, Ericum Härkäpäum* etc. omnino praeterit, evidenti argumento, quam sit mancus indiculus ille habendus.

[61]) Florem literarum, regnante *Gustavo I*, adeo non apud nos crevisse, ut potius magis magisque decrevisse videatur, atque parum omnino vel incitamenti (praeter memorata supra p. 621 sq.) a Rege hoc, caeterum laudatissimo, accepisse, res est manifesta. Cfr. Diss. M. NATH. GESTRIN *de statu rei literariae in Svecia sub imperio R. Gustavi I* (Ups. a. 1785, Praes. Cel. FANT ed.) §. 1 et 4. Confirmant rem ipsae literae Regis, cum ad omnes Dioeceses a. 1533 missae (apud WILSKMAN *Eccles. Verk* T. I p. 245 sq.), ubi de Scholarum patriae ruina acerbe queritur, tum a. 1538 d. 1 Aug. ad *Nicolaum Magni* (ap. CELSIUM *Monum. Politico-Eccles. ex Archivo Palmsköld.* p. 29 sqq.), et a. 1559 d. 15 Aug. ad *Nicolaum Örebroënsem* (ibid. p. 41 sq.) datis. Excusationem quidem et defensionem suam ipse Rex in laudatis ad *Nicolaum Magni* literis affert; quae de primis regni sui temporibus utique valet, (quibus penuria omnium rerum premebatur), sed ad ultimos non aeque quadrare, aerarium locuples testari videtur quod successori reliquit, non fortassis nihil ad vastiora atque ambitiosiora consilia suscipienda hunc exstimulans (ut solet fere dives haereditas, non Principum minus quam privatorum cupiditates excitare et alere), parum felici et suo et regni fato. Negari quidem nequit, Regem graviter hortatum fuisse rusticos, ut et filios suos in Scholas mitterent, et subsidia scholaribus, veteri more, liberaliter praeberent (adde literas Ejus ad incolas Norrlandiae, ut denarium S. Olavi, Scholastico Upsaliensi stipendii loco concessum, accurate penderent, dat. d. 10 Junii a. 1548, apud CELSIUM l. c. p. 36 sqq.); sed parum ipsum his, aut literis, adjumenti dedisse, reperias; nisi quod in Actis Comitiorum Strengnaesensium a. 1529 (apud Nob. v. STIERNMAN, *Riksd. och Mötens Beslut* T. I p. 103) docet se partem Clenodiorum ex Monasteriis ablatorum ad juvenum quorundam literis deditorum sublevanda studia impendisse *(sompt till att uppehålla dermedh nogra personer til studium, på det att lärdomen mothe komma i landet, Christendomen til styrchelse).* De

Scholis quidem dotandis, superioribusque condendis, qua de re literis a *Luthero* et *Melanchtone* diligenter admonitus fuit (cfr. *App. ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 84, et Diss. M. CPH. NIC. HUMBLE *de Institutione publica juventutis patriae, ante tempora R. Gustavi Adolphi* Ups. a. 1782, Praeside Celeb. FANT ed. p. 18, not. l et m), adeo non fuisse sollicitum reperimus, ut Upsaliensem etiam Academiam prorsus interire passus sit, *reditibus annuis* (ut MESSENIUS queritur, *Sveopentaprotop.* C. IX p. 51) *subductis,* et ipsis aedificiis Arci Upsaliensi adjectis. Cfr. Diss. D:ni GESTRIN cit. pag. 1 et 2. Mirum itaque minus fuit, si adolescentes publicis muneribus administrandis parum idoneos Scholae (nempe inferiores tantum illae aderant) sibi tradebant, quod in literis suis ad *Nicolaum Örebroënsem* acerbe conqueritur: licet suspicemur, Rectores illarum (utpote sacerdotali ipsos ordini initiatos) non optimos suos alumnos (quos n. sacro ordini consecrare malebant), sed tardiores ac minus probatos, ad civilia negotia tractanda ablegasse; cujus rei vestigia infra notabimus. (Non erant sc. adhuc, de vero Scholarum publicarum vel consilio vel ratione, satis sanae hominum plerorumque animis familiares sententiae? ad studia inprimis Theologica fovenda totas fere debere comparari, plurimi putabant). Neque putamus defectum hominum idoneorum, ad munus docendi, etiam in Scholis superioribus utiliter adhibendorum, impedimentum satis grave his condendis objicere potuisse, si rem serio aggredi Rex voluisset, aut sumtus illis impendendos minus metuisset; nam praeterquam quod peregrinos non difficilius ad haec munera, quam ad civilia et militaria amplectenda, potuisset stipendiis lautioribus propositis allicere, aut civium filios, quot opus esset, in exteris Academiis solidae eruditionis atque dexteritatis facultate opibusque ornandos curare; neque tali defectu Fenniam certe nostram laborasse, ostendunt plures illi viri, haud contemnendae eruditionis, quos his temporibus apud nos floruisse, nuper vidimus. His tamen ita disputatis, summis et immortalibus maximi Regis in patriam reliquis quidquam detractum meritis haudquaquam volumus, quibus vix alium ei parem Historia exhibere poterit; quamvis ab hac quidem una parte minus splendeat, cujus rei multae dari possunt rationes. Adde quae supra observavimus p. 632 sqq. Neque reticendum est, eum nec hujus partis Reip. fuisse in testamento suo immemorem, in quo (apud TEGELIUM l. c. P. II p. 410) legitur: „Til thet yttersta, så giffue wij och til Gudz „åhra, Ungdomens uptuchtan och Skolerne här i wårt Rijke, „ther lärde män skole upfödhes, uthi een Summa mark.“ Summa ipsa expressa non est; uti nec quomodo voluntatem defuncti Regis, filius suus exsecutus fuerit, satis scimus.

expertas fuisse non videri [62]); sed tamen et illas sensim elanguisse, et numerum eorum qui acriorem studiis operam impenderent, decrevisse [63]).

---

[62]) Floruisse Scholas *Aboënsem* et *Wiburgensem*, ex iis quae supra allata sunt, colligas: cfr. p. 623, 629 sq. (et infra), nec non Diss. M. PET. JOH. ALOPAEI supra laudatae P. I, pag. 18 sqq. Scholae Raumoënsi a. 1541 et 1542 praefuit Pastor Urbis, cui eam ob caussam decimae ejus paroeciae, alias Ecclesiae Cathedrali debitae, erant concessae (vid. Index praedior. Eccles. Ab. R. *Gustavo I* exhibitus). Ex Annott. *Henrici Matthaei* supra (p. 624) allatis patet, *Matthiam* Sacellanum Raum. qui a. 1549 obiit, simul fuisse institutorem juventutis.

[63]) Circumcisis reditibus Cleri, et spe ad honores dignitatemque ampliorem hac via adscendendi praeclusa, homines, inprimis Nobiles, ad liberos suos literis consecrandos atque in publicas Scholas mittendos factos fuisse minus proclives, et monumenta horum temporum testantur, et res ipsa loquitur. (Inprimis rem confirmant verba *Mich. Agricolae* in literis a. 1543 ad *G. Normannum* datis, apud CELSIUM *Mon. Polit. Eccles. ex Arch. Palmsk.* p. 185 qui, „Huc, inquit, accedit, quod *bona juventutis* „*pars*, quam in literis aliquo usque profecisse gaudebam, nunc „animum a Musis perverse abalienavit, propter incertum quemdam „rumorem, nescio quo sinistro genio et authore in vulgus spar„sum, quasi ministrorum Ecclesiae reditus in ordinem prorsus „redigendi sint, nec a modo ullus honos bonis artibus virisque „piis sit relinquendus"). Unde illa necessitas parentes, etiam plebejos, ad hoc adjuvandum consilium enixe hortandi. Sufficit vel ex Oratione JUUSTENI nostri Synodali (vid. supra p. 652 not. 40) locum huc pertinentem attulisse: „Undecimo, de *vulgo* ad„monendo ad adjuvandos Scholasticos et transmittendos liberos „ad studia Scholastica. Nos enim qui jam docendi munere fun„gimur, sicut mortales sumus omnes, ita Ecclesiae Dei perpetuo „inservire non possumus; quare alii ad studia literarum a teneris „assumendi sunt, in iis instituendi, retinendi et adjuvandi; ne „Ecclesiae Dei et Reipublicae ministri desint idonei, quorum „opera et ad Christianae religionis doctrinam propagandam con„servandamque, et ad munia civilia utatur respublica. Huic com„muni utilitati omnes intentos esse convenit. Parentes ideo sibi „liberos datos existiment, si ad Ecclesiae et Reip. ministerium „eos utiles et idoneos obtulerint. Vulgus promiscuum gloriosum „esse judicet, si sua ope ad id sedulo eos adjuverint promo„verintque."

Praefectorum qui Arcibus provinciisque Fenniae his temporibus praefuerunt (crebro mutatorum) seriem exhibere eo minus aggredimur, quod STIERNMANNIANUS eorundem index typis nondum est editus, quem ad imperii usque Gustaviani initia in *Appendice* ad *Folia Hebd. Aboënsia* anni 1785 continuatum, hactenus quasi obiter supplevimus[64]).

[64]) Simili consilio hic nonnullos, a STIERNMANNO l. c. p. 207 sq. praeteritos addemus viros, his terris olim *Praefectos*. Primo *Aboënses, Dietericum Johannis*, qui a. 1498 Judex Territorii Maskoënsis, anno vero 1504 (teste *Libro* quem saepe laudavimus, *Sundholmensi)* simul fuit, mira munerum conjunctione, *Praefectus Arcis* et *Senator Urbis Aboënsis*, nec non Curator pauperum *(Välboren man Dirich Hansson, Fougde på Åbo Slott, Häradshöfdinge i Mascho Härede, Rådman i Åbo Stad, ock the fattiges förmyndere i Helge Ands Huset)*; e qua gente fuerit oriundus, nos fugit: anno autem 1502 inter cives suos eminuisse, atque sub signis *Stenonis Sture* militasse, constat (vid. *Append.* ad *Fol. Hebdom. Aboënsia* a. 1785 p. 206). *Jacobus Petri (Jeppe* l. *Joppe Persson)* in eodem Libro anno 1507 et 1515 Praefectus Aboënsis salutatur; forte idem quem STIERNMANNUS l. c. p. 207 vocat *Josephum Petri in Diula? Johannem Westrogothum (Jöns Westgöthe)* a. 1524, 25 et 26 huic muneri praefuisse, ibidem et in *Registro Judiciali Iwari Fleming* (supra p. 655 laudato) docetur, de quo viro cfr. supra p. 607 not. 29. Excepit hunc *Magnus Svenonis (Välbördig Sven, Måns Svensson)*, quem annis 1528 et 1530 idem munus gessisse reperimus (TEGEL l. c. P. I p. 198, et *Reg. Jud. Iwari Fleming)*; post quem a. 1533 *Magnus Magni (Måns Månsson, Kongl. Maj:ts Befallningsman på Åbo Slott)*, a. 1534 *Andreas Westrogothus (Anders Westgöthe, Slots-Fougte)*, et a. 1537 atque 1539 *Thomas Johannis (Välboren man Thomas Jönsson, Fougde på Åbo)* in *Libro Sundholmensi* commemorantur. Praeter quos, *Fenniae Boreali*, strictius sic dictae, praefuisse (minori potestate) reperiuntur *(Landsfougdar i Norr-Finland)* a. 1514—1518 *Ericus Fleming*, cfr. supra pag. 656 (cujus nominis virum, alium ab Equite illo, *Iwari* fratre, cum *Consulem Urbis Aboënsis* sese, a. 1530, in *Registro Judiciali Flemingiano* Fol. 137 appellare reperiamus, dubii haeremus annon idem annis indicatis Fenniae Boreali praefuerit? Verba ipsa sunt: „Anno D:ni MDXXX:o Tijsdaghen nest „for S:te Henrics dagh, tho hult jac *Eric Flemingh, Borgmestare* „*y Åbo,* Lagmans tingh med almogan ij Pöytto, på Strenge Her-

Legiferos Fenniae, Flemingios fratres, alterum *Borealis,* post interfectum Aboae a. 1522, Tyranni jussu, *Henricum Ste-*

„res vegnar Herr Iffwar Flemings, Riddares" etc.); anno 1526 *Joachim Fleming,* et a. 1527 *Henricus Jonsson (Registr. Judic.* laudatum). De *Thoma (Juncker Thomas),* homine Germano (nobili, ut videtur, genere nato? sed dum Arci praeesset Aboënsi, perfida saevitia infami), quem cognomen gessisse *Wolff* docet Cel. MURBERG *(Kongl. Vitterhets-, Hist.- och Antiquitets-Acad. Handl.* T. IV p. 106 et 116), qui dignum vita sua exitum reperit, legi potest TEGEL l. c. P. I pag. 33, 37 sq. aliique R. *Gustavi I* Historici. - - Inter *Praefectos Tavastburgenses,* quorum seriem exhibet STIERNMAN, apud Cel. GJÖRWELL *Svenska Mercur.* a. 1757, Sept. pag. 268 sqq., praeteriti sunt, non solum *Petrus Huid,* qui nomine *Christinae* Gyllenstierna, Viduae Proregis *Stenonis Sture* Junioris, anno 1520 Arcem Tavastensem tenuit, sed etiam *Johannes Matthiae (Jöns Matsson)* cui Tyrannus eam tradi jussit (HUITFELD p. 1162). Cfr. supra p. 603 not. 17. De hoc *Johanne* (quem HUITFELDIUS p. 1161 inter saevissimos refert *Christierni* consiliarios, *som haffde lyst att see det Svenske blod rand,* ut verba sonant) cfr. Cel. MURBERG l. c. pag. 68 et 72. Caeterum observamus, *Torstanum Salomonis (Ram)* anno etiam 1526 *(Reg. Judic. Fleming.), Isaacum Nicolai (Baner)* a. quoque 1544, et *Christophorum Blomen* a. 1559 eandem ornasse spartam, ut Amicus nos ex literis eorum superstitibus docuit. [Hunc *Chr. Blomen* a. 1575 fuisse *Advocatum Finlandiae* (Fougde i Finland) discimus ex literis R. *Johannis* in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1795 N:o 10 allatis. In laudato autem supra (p. 637 not. 25) Indice Praediorum Ecclesiasticorum Aerario vindicatorum, a. 1559 confecto, vocatur Exactor Regius *(Krono-Fogde)* in Finlandia Boreali. Ac in Literis etiam Judicialibus *Hermanni Fleming* (Judicis Territorii Vemoënsis) a. 1573 d. 7 Apr. scriptis, audit *Christopher Blome, Befallningsman uti Wemo och Masko Härader* (Protoc. R. Dicasterii Aboens. a. 1629 Fol. 243). Quae quomodo conciliabuntur? — Num Germanici hunc virum generis fuisse, atque ex eadem gente oriundum, credere licet, quae postea jure Nobilitatis Sveticae donata fuit? (Cfr. v. STIERNMAN *Matrikel* p 349 N:o 303)]. - - E *Praefectis Ostrobotniae* obliti sumus supra (p. 578 not. 50) nominare *Johannem Andreae (Hans Andersson),* quem a. 1490 eo functum munere (saltim in Ostrobotnia Septentrionali) fuisse, *(Fogat),* discimus ex *Append. ad Chron. Rhythm.* apud HADORPHIUM, p. 343. - - Inter *Praefectos Raseburgenses* post *Thomam Erici,* (quem, sine

nonis [65]), qui ab a. 1507 ei praefuerat muneri, (vid. supra

ulla ratione, Nob. STIERNMAN, *App. ad Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, p. 224, suspicatur eundem fuisse *Domicellum Thomam, Junker Thomas,* qui postea Arci Aboënsi R. *Christierni* nomine praefuit), et *Rolfonem Matthiae, Rolof Matsson,* de quo mox, (quem tamen, a. 1520 Arci Raseburgensi praefuisse, inde tuto non colligitur, quod Auctor *Hemmingum Gadd* per eundem fuisse ante hoc castrum decollatum, supra p. 595 tradit), innotuerunt nobis *Laurentius Olavi* a. 1524, *(Lasse Olofsson, Slotts-Fougde på Raseborg),* supra p. 654 not. 43, et *Ericus Fleming,* qui literis a. 1530 datis (in R. Biblioth. Stockh.) vocatur *R. Senator et Praefectus Raseburgensis.* -- Inter *Wiburgensis* tandem *Arcis Praefectos,* observamus *Ericum Thuronis* anno etiam 1504 idem munus obiisse *(Reg. Eccles. Ab.* Fol. 258); *Antonium Erici (Tönne Eriksson, Tott)* tempore Proregis *Stenonis Sture* Junioris (inter a. 1512 et 1520) illud administrasse (supra pag. 656 not.) docuimus. Anno autem jam 1520 *Rolfonem Matthiae* ibi adfuisse, Literae testantur Judiciales *Hemmingi Gadd,* ubi dicitur: „Then tidh vij laghs „tingh hulle och för rätte såtho på Rådhstugun i Wiborgh i „Ehrlig godh mans närvaro *Tönne Erichssons,* och vår käriste „nådighe Herres *Konungh Christierns Hofzind Ehrligh välbör„digh sven Rolff Matzsons, Oluf Erichsson Lagmans, Lasse An„dersson* och flere godhe mäns --- öfver Wiborgh lähn, etc. „Dat. i Wiborg S. Mårtens afton 1520.“ (Ex *Archivo Palmsköld.* Vol. 61 Karelen, p. 367 sq.) cfr. TEGEL l. c. P. I p. 76. Addimus tandem Comitem *Johannem ab Hoya,* de quo Historici nostri hujus temporis satis agunt, et *Nicolaum Grabbe,* de quo supra diximus (p. 654 sq. not. 43.)

65) De quo cfr. v. STIERNMAN apud Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercur.*, a. 1757 Sept. p. 272 sq. Pater suus *Steno Henrici, Judex* fuit *Territorialis* Territorii *Pickisensis* a. 1467—1488, quo ultimo anno vocatur *Senator (Rådman) Urbis Aboënsis* (Litt. Judiciales Pro-Regis *Stenonis Sture,* eodem anno Aboae datae, inter Nådendalenses); cujus altera uxor fuit *Anna* Jacobi *(Jopsdotter,* qui Jacobus in matrimonio habuerat *Catharinam Nicolai, Claws dotter, in Nynäs)* antea nupta *Johanni Sachsen* (a quo filiam habuerat *Catharinam):* prima autem hujus *Stenonis* uxor neptis ex filia fuit *Catharinae (Tavast)* in Wiljas, sororis *Olavi Tavast,* Equitis. Haec omnia docent Literae *Stenonis* nostri (datae *Nadhendall* A:o D:ni 1480, Sonnedaghen näst epther S. Birgitte dagh), quibus filiam suam *Elseby Stensdotter* et filiam uxoris suae *Catharinam Hansdotter* (ex priore matrimonio utriusque conjugis natas) Coenobio Nådendalensi cum dote debita consecravit.

p. 601 sq. not. 13, 14), alterum *Australis,* (post mortem *Claudii Horn),* ad mortem usque suam fuisse, supra vidimus (p. 655 sqq. not. 45). Qualis status fuerit regionis et incolarum, etiam significavimus (pag. 652 not. 40). Addemus tantum, cum Arx Episcopalis *Kustoënsis* (sive post fugam demum Episcopi *Arvidi,* sive jam maturius, a Danicae factionis asseclis occupata) fuisset a copiis R. *Gustavi,* ducibus *Flemingiis* etc. a. 1523, eadem qua reliqua castella urbesque in his oris munitae, felicitate magnaque celeritate recepta [66]), consultum Regi fuisse visum, eandem, ut in

---

De filio autem *Henrico Stenonis* cfr. etiam supra p. 601 not. 13 sq. Eum a. 1506 reperimus appellari *Välbyrdig Dandeman,* atque *Häradshöfding i Vemo Härad* (Litt. Nådend.), et Judicia Territorialia *(Häradsting)* in paroecia Lappo a. 1511—1521 habuisse *(Lib. Sundholm.)* Inter Senatores Regni a Nob. Uggla non recensetur. Qui in *Reg. Judic. Fleming.* a. 1530 Judex Territorialis in Wirmo, Nousis et a. 1533 in Territorio Maskoënsi etc. fuisse deprehenditur, *Steno Henrici,* filius ejus fuisse videtur? Praeterea vocatur in monumentis hujus temporis *Canutus Erici* in *Lauko, (Kurck* Senator Regni, cfr. supra p. 665 not. 58 et Nob. Uggla l. c. IV Afdeln. p. 3, N:o 1) *Legifer Satacundiae* a. 1520 (supra p. 601 not. 13), et a. 1531 (1532, 1534) *Legifer Ostrobotniae* et *Satacundiae* (ut post *Palmsköldium* tradit l. c. Nob. Uggla): unde eum Stiernmannus l. c. p. 274 appellat (minus accurate, neque satis constanter) *Legiferum Fenniae Borealis,* quod munus *Iwarum Fleming* ab a. 1524 gessisse, supra vidimus (p. 655 sq. not. 45). Idem Stiernmannus ibidem dicit filium hujus *Canuti, Johannem (Jöns Knutsson til Lauko)* sese appellasse materno nomine *Kurck;* quod alibi *(Matrickel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* T I p. 72) filium ejus *Axelium (Axel Jönsson Kurck til Annula)* primum fecisse tradit. Porro *Johannem* illum *Canuti* in primo matrimonio habuisse asserit *Helenam (Elin Nilsdotter) Grabbe*: quae itaque altera *Nicolai Grabbe* filia fuerit, necesse est? Cfr. supra p. 654 not. 43, et p. 665 not. 58. Quis vero *Olavus* ille *Erici, Legifer,* fuerit, qui in literis *Hemmingi Gadd* nuper laudatis commemoratur (p. 672 not. 54 fin.), penitus nos fugit: nisi per errorem exscriptoris *(Palmsköldii?)* ibi *Oluf* pro *Knut* male legatur, ita ut idem hic *Canutus Erici* sit intelligendus?

[66]) Vid. Tegel l. c. P. I pag. 76. Parum fortiter restitisse Danos eorumque amicos, apparet.

tanta vicinia Arcis Aboënsis (a qua nonnisi milliaris intervallo distabat) minus necessariam, atque plebi (cui id incumbebat oneris, ut eam sartam tectamque conservaret) gravem atque molestam, demoliri; quod ejus jussu, a. 1528, per *Magnum Svenonis*, Praefectum Arcis Aboënsis, factum fuit [67]); ut ita hoc quoque monumentum potentiae in Finlandia Episcopalis, deleretur [68]).

---

[67]) Tegel ibid. pag. 198.

[68]) Addere debemus *de genere Episcopi Martini,* 1:o Quod de patre suo *Jacobo Petri* supra pag. 580, not. 51 (cfr. p. 618) suspicati sumus, eum nonnisi *Legiferum Suderfinniae Vicarium* fuisse, nunc monumentis pluribus collatis, ita emendandum censemus, ut munus ordinarium, inter *Christiernum Frille* et *Claudium (Nicolaum) Henrici Horn* (a. 1482, 1484 etc.) vere tenuisse, credamus. Literae autem illae anno 1514 scriptae, quae dubitationem nobis injecerunt, nonnisi de actis anni 1484 testantur. 2:o Cum a. 1628 eorum qui tum vivebant *Skyttiorum* nobilitas in controversiam vocata fuisset; *Axelius Kurck* (idem putamus *Axelius Johannis,* de quo nuper not. 65 commemoravimus) a *Supremo Dicasterio R. Aboënsi* ea super re consultus, Genealogiam eorum talem exhibuit, ex qua eluceret, Episcopo fratrem fuisse *Jacobum Skytte*, et sororem *Margaretam: Jacobo* filium *Matthiam* fuisse et ex hoc nepotem *Johannem (Jöns Skytte)*, qui tempore R. *Erici* Centurio Equitum *(Ryttmästare)* atque postea Praefectus Tavastburgensis *(Ståthållare på Tavasthus)* fuisset, atque filium genuisset *Axelium*, de cujus nunc genere quaerebatur; *Margaretam* vero nuptam fuisse *Magno in Nokia (Måns på Nockia)*, cujus filius *Georgius Magni* a R. *Gustavo* jure nobilitatis, et insignibus gentilitiis, tres soleas ferreas quibus equorum ungulae armantur (3 *Hästeskor)* exhibentibus, ornatus, filios 2 reliquisset, alterum *Ericum Georgii,* alterum *Claudium* qui tempore R. *Johannis* duce Axelio Kurck militans *(under Axel Kurcks Fana)* in Livonia occubuisset. His *Kurckii* assertis fidens, R. Dicasterium prosapiam *Axelii Skytte* nobilem esse judicavit. (Ex *Actis R. Dicast. Aboënsis,* a. 1628 d. 22 Sept. etc.) -- Porro cum supra (p. 620), Messenium *(Scond.* T. X p. 23) secuti, *Martinum* nostrum, *Priorem* jam tum *Sigtunensium,* a. 1522 *Visitatorem Ordinis sui Generalem* factum fuisse significaremus, obliti sumus observare, eundem Messenium *Scond.* T. V (pag. 18) hunc eventum ad a. demum 1523 (probabilius) referre videri; ubi etiam *Robertum* illum *Norvegum* ab *Officio Prioris Do-*

VICESIMUS QUINTUS.

Magister MICHAEL AGRICOLA, natus in paroecia Perno Nylandiae inferioris, in villagio Torsby. Is prima

---

minicanorum Arosiensium eodem tempore remotum fuisse docet, in cujus itaque locum non *Martinus* sed *Nicolaus Andreae* fuit suffectus, idem qui postea a. 1522 *Decanus* Ecclesiae Arosiensis factus est (TEGEL l. c. P. I pag. 198, et MESSENIUS l. c. T. V p. 42); quem vero CELSIUS, *K. Gustaf I Hist.* pag. 405, Ed. II, dicit in munere *Archipraepositi* successorem decapitato M. *Canuto* fuisse datum? Nescio an alio fundamento nitantur, quae idem CELSIUS l. c. p. 215 habet de suscepta a *Martino* nostro, Regis jussu, a. 1523 generali *omnium per Sveciam Monasteriorum* reformatione? Cui *Abbates* sese haud inimicos exhibuisse addit, praeter quosdam, qui se *Martini* monitis opponerent, inprimis e Monachis *Dominicanis* (quasi ad alios quoque Ordines Visitationis suae auctoritas atque officium pertinuisset?). Qua occasione *Robertum* quoque illum Norvegum, quem *Abbatem* Arosiensem appellat, munere hoc fuisse privatum, significare videtur. Tandem subjungit, Regem severo jussisse mandato, *omnes Dominicanos* ante diem XXIX Junii regno exire; quod consilium *valde audax (Et ganska vågsamt steg)* merito vocat *(temerarium,* et fere stultum vocare debuisset?), caussam addens: „vid „början af en så vacklande regering, besynnerligen då icke Ri„ket til alla des delar ännu var lagt under hans magt.“ Nobis minus accurate haec omnia tradi videntur. Non enim nisi sui Ordinis Visitator noster fuit constitutus, nec de reformandae ab eo Religionis consilio, aut Monachis ei conciliandis, quaestio adhuc fuit; neque alios Monachos Dominicanos nisi *alienigenas (Danos Germanosque),* quorum fides visa fuit suspectior, Regem jussisse regno excedere, MESSENIUS l. c. (T. V pag. 18) expresse testatur: simul indicans, eum contra, consilio longe sapientiore, *suae addictos causae illis Priores deputasse.* Monachos vero hujus Ordinis indigenas, adeo non exilio damnavit, ut multos eorum (e quorum ipse *Martinus* fuit numero) ad ampliores promoveret dignitates ecclesiasticas, reliquis diu postea permitteret in Claustris suis manere, ac deinde muneri sacerdotali per rura passim admoveri: ut ipse CELSIUS alibi (pag. 405) observat. Unde male etiam p. 341 dicit: „De (Monachi Dominicani) hade „*ofta* undfåt Konungens tilsäjelse at gifva sig ur Riket, hvilken „de icke efterkommit.“ Ipse deinde addit, eos Stockholmiae a. 1527 ad egrediendum quidem e Claustro suo compulsos fuisse,

fundamenta rei literariae jecerat in Schola Wiburgensi, Rectore D. Johanne Erasmi, viro diligenti et fideli in instituendo coetu Scholastico: inde advenientem ad Abo, Reverendus Pater D. *Martinus* Episcopus adjunxit eum sibi in scribam; ac post D. Johannem Erasmi, beatae memoriae, factus est ejus Cancellarius. Et quia simul imbiberat vera seminaria doctrinae Apostolicae, docente et praedicante M. Petro Särkilax, assumptus est ad sacros ordines, exercens se sedulo in concionibus habendis, tam in Ecclesia Aboënsi, quam in visitatione Episcopi, adeo quod *o*) multis spem dederit,

---

sed licuisse illis in urbe manere! -- Tandem addimus, reperisse nos in Dissert. Joh. Beronii (Upsal. a. 1784, Praes. Cel. Fant ed.) *De Exsecutione Recessus Arosiensis* a. 1527, (quae relatione ex actis hausta, de toto hoc negotio, Ms. Nob. *Örnhielmii*, inprimis duce utitur) p. 8 locum ad res nostras pertinentem hunc memorabilem: „A. 1545 d. 27 Apr. procuratori suo in praefe„ctura Aboënsi *Thomae Johannis* atque *Olao Trottonis* in Alan„dia Rex mandavit, ut singulos fundos rurales, sedi Episcopali „Aboënsi hactenus subjectos, Fisci nomine occuparent, quoniam „senio tum confectus Episcopus *Martinus Skytte* taxam illam, „quam vocabant, seu pecuniae summam, Regi vi contractus sol„vendam, praestare non posset sibique commissa praedia curare. „Ei vero in sustentationem reliquae aetatis concedebatur Prae„benda *S. Johannis* atque reditus *Procurationis* nomine insigni„tus.“ Unde discimus, vivo adhuc Episcopo *Martino*, atque quinquennio ante ejus mortem, fundos Episcopales Regalibus illis adjunctos fuisse, idque tanta severitate, ut seni Episcopo ad vitam sustentandam nonnisi *Praebenda S. Johannis* (vid. p. 639 not.) relinqueretur, una cum reditibus *Procurationis*, h. e. mercibus vel pecunia, ab Ecclesiarum Curatis Episcopo easdem visitantibus exhibita, Svet. *Gengärd;* ex qua quidem Senex, qui per alios, ob ingravescentem aetatem, Visitationis officium peragendum curare cogebatur, haud multum lucrari potuit. Quomodo reliquis etiam Episcopis eodem tempore fundos fuisse ablatos, nonnisi exigua redituum parte iis relicta, ibidem docetur.

o) N. *ut.*

illum fore utile et necessarium organum in instituenda Ecclesia. Peractis igitur aliquot annis, uberioris doctrinae consequendae gratia, missus est Wittembergam, ubi haud poenitendam in bonis literis navavit operam. Inde titulo Magisterii accepto rediens [112], factus est Rector Scholae Aboensis; cui praefuit annos circiter 10, non tantum Scholasticae pubi sua eruditione et diligentia vehementer consulens, verum etiam reliquae Ecclesiae, horis intermediis, utiliter inserviens. Edidit enim in suo Rectoratu Precationale Finnonicum, quod in omnium Finnonum manibus quotidie teritur. Transtulit etiam Novum Testamentum Finnonice, quod Ecclesiae Finlandensi magno est in usu *p)* [113]. Ab officio Rectoratus Scholae cum se anno 48, Feb. 22, (licet invite) resignasset, (intercessit enim auctoritas et mandatum regium, ut sic fieret), fuit postea, sicut et antea, D. Episcopo a consiliis, qui ejus opera usus est, etiam in visitatione Ecclesiarum; et cum Episcopus ipse imbecilliori esset valetudine, propter aggravescentem senectutem, commissum est aliquoties, (vivente adhuc Episcopo), visitationis officium ipsi Agricolae, una cum M. Canuto Johannis, Pastore Aboënsi. Hoc tempore procuravit ille ut Psalterium imprimeretur Finnonice, quod tamen integre Finnonice fuit translatum in Schola Aboënsi, Rectore Paulo Juusten, qui mandaverat, ut Scholastici pro exercendo stilo, interdum verterent

p) M. *est usui.*

Psalmos, prout Doctor Lutherus, beatissimae memoriae *q*), eos transtulerat. Illorum Finnonicam versionem audivit *r*) et correxit ipse illis horis, quibus scripta Scholasticorum *s*) exhiberi *t*) solent et examinari, saepe etiam peracto prandio in hypocausto suo. Sed nihil refert, cujus nomine sit editum, ideo enim translatum est *u*), ut in populo Finlandico magno esset usui *v*) [114].

Hactenus audivistis, in qua conditione fuerit, et quid fecerit Agricola; nunc considerate, quomodo ad Episcopatum pervenerit *x*). Anno D. 1554, illi qui adhuc reliqui erant de veteri forma Capituli, Decanus scilicet D. Petrus Ragvaldi, M. *Michaël Agricola* Canonicus B. Laurentii, Magister Canutus Pastor Aboënsis, et M. Paulus Juusten, Rector Scholae Aboensis *y*), qui tunc praefuit praebendae Clericorum, mandato serenissimi et clementissimi D. Regis Gostavi, contulerunt se Holmiam initio mensis Maji, et negotiis omnibus aliis discussis, excepit eos sua Majestas loco quodam in planitie extra arcem Grypsholm, dicens: Non jam opus esse, ut Praelati Ecclesiarum Svecicarum invisant limina Curiae Romanae pro confirmatione Episcopali, cum illa jurisdictio jam sit domi in Svecia apud suam Majestatem. Complacuit igitur serenissimo D. Regi, ut Dioe-

---

q) A. *recordationis.* *r)* N. *adjuvit.* *s)* A. *Scholasticorum scriptiones.* *t)* M. *excipi.* *u)* A. *translati sunt Psalmi.* *v)* A. *magnae essent utilitati.* *x)* A. habet: *sequitur quomodo M. Michael ad Episcopatum pervenit, scriptum a Paulo Jwsten.* *y)* A. *et rector scholae Paulus Jwsten.*

cesis Finlandica in duos Episcopatus dirimeretur, in Aboënsem scilicet et Wiburgensem, sicut etiam cùm aliis dioecesibus Regni Sveciae eodem tempore factum fuit. Sed M. Michaeli *z*) haec disjunctio non magnopere placuit, cui tunc dioecesis Aboënsis committebatur. Ad alteram dioecesin spectabat tractus Wiburgensis, Novae Arcis in Savolax, paroeciae Borgensis, et superior pars Tavastiae, quam vocant Öffverhäredt. Praestito igitur juramento Episcopali, et literis comprehenso, admonuit D. Rex, ut memores nostri officii, nec more quorundam veterum Episcoporum, veluti D. Gostavi Trullen *a*) Archiepiscopi, et aliorum, velimus esse publicae pacis ac tranquillitatis seditiosi interturbatores, sed potius ut obedientiam, fidelitatem et reverentiam legitimo magistratui exhibeamus; alios quoque ad haec officia fideliter praestanda sedulo admoneamus: et in omnibus gloriam Dei quaerentes, multorum saluti invigilemus. Manuum vero impositionem et confirmationem accepimus ab Episcopo Botvido Strengnensi, (erat enim D. Archiepiscopus quodammodo in regia indignatione). Ad Abo vero rediuimus (Deo duce) vigilia S. Henrici. Ea aestate visitavit ille *b*) Ecclesias maritimas, et die natalis D. Virginis, Missam Episcopalem, ut vocant, mitra ornatus celebravit [115]; quod cum rescivisset Regia Majestas, non admodum aequo

---

z) A. *sed Agricolae.* *a)* M. et N. *Trullo.* *b)* A. addit: *M. Michael.*

ferebat animo, propter papismum, qui huic rei adhaesit. Sequenti aestate visitavit Ecclesias Boreales in Norbotnia, non sine magno emolumento [116]. Illo anno, videlicet 55, ortum est bellum inter Ruthenos et Svecos, quare et Dominus Rex, cum junioribus Principibus, et Senatoribus regni, ac validissimo exercitu, illo autumno Wiburgiam commigravit. (Dicam *c*) vero postea breviter de hoc bello [117]). Anno D. 1556, statim post ferias Henrici, missus est M. Canutus Pastor Ecclesiae Aboënsis cum literis regiis, ad magnum Principem Muscovitarum, pro salvo conductu, ut vocant, legatis impetrando; rediit vero ad Wiburgiam ex Muscovia die Bartholomaei. Eodem anno, peracto jam autumno, missi sunt legati Dn. Steno Erici Baro [118], Dn. M. Laurentius Archiepiscopus, M. *Michaël*, una cum aliis compluribus [119] Wiburgiam, circiter Dominicam 2 Adventus, ut legatione fungerentur apud Muscovitam, et componerent turbas bello excitatas. Contulerunt igitur se in Rutheniam statim exactis feriis trium Regum, anno 57. Redeuntibus autem illis ex Ruthenia, pace confirmata, correptus est Magister *Michaël* morbo in itinere, neque enim antea satis firma fuit valetudine: subitanea igitur morte in itinere in pago Kyroniemi, parrochiae Nykyrckio, in Domino obdormivit, qui tandem Wiburgiae *d*) sepultus est, die lunae post Dominicam Palmarum, praesente D. Archiepiscopo, et multis aliis.

---

c) A. *Dicetur*. *d*) M. et N. in *Wiburgia*.

Notae Editoris.

Locum suum natalem, vir de Ecclesia patriae meritissimus, eundem quem Auctor noster, ipse prodidit, *Michaëlem Agricolam Torsbyum* sese appellare solitus [1]).

112. De plerisque rebus hic commemoratis, supra satis pro consilio nostro jam disputavimus. — *Scriba* Auctori hoc loco significare *scriptorem librarium* videtur *(Skrifvare, Renskrifvare)?* *Cancellarius* autem [2]), MESSENIO *Archigrammateus*, quem nos hodie dicere *Secretarium* solemus? Vid. GESNERI *Thesaur. L. Lat.* in illa voce.

Magistri honore *Agricolam* a. 1539 fuisse ornatum, supra (p. 666 not. 60) vidimus; quo eodem anno Wittemberga (ubi degens, *Praebendam S. Laurentii* ad Ecclesiam Aboënsem, in studiorum suorum subsidium, a Rege, literis supplicibus ad hunc die 20 Aug. a. 1537 datis, atque in *Archivo Palmsköldiano* legendis, petiverat atque obtinuerat)

---

1) Patrem ejus *Olavum Simonis in Torsby,* fuisse Piscatorem Praedii *Serkilax* in Nylandia, scribit RHYZELIUS *(Episc.* p. 544 n. N), nescio cujus Genealogi nixus asserto. Praedium quidem *Särkilax* in eadem, in qua *Torsby,* paroecia Pernoënsi habetur: an vero illi praedio hic subjacuerit pagus, non multum inde remotus, nosmet latet.

2) [De hujus cum munere tum reditibus, existimare licet ex *Statutor. Upsaliens.* Memb. III Punct. 119, apud Ill. NETTELBLADT *Schwed. Bibl.* P. II p. 174 sq. (cfr. p. 196) ubi statuitur: „*Cancellarii* Episcoporum pro literis ordinationis non recipient ultra unam oram: pro literis indulgentiarum non ultra dimidiam Marcam: et pro literis collationis beneficiorum pinguiorum non ultra XII oras, mediocrium vero non ultra unam marcam. Super aliis literis, secundum quod plus vel minus laboris impenderint, duximus eorum conscientiis relinquendum". Inter *Officiales Episcoporum* numerantur quidem in *Statutis Skenningensibus* (vid. NETTELBLADT l. c. p. 122, cfr. v. TROIL *Skrifter och Handl. til uplysn. i Sv. Kyrko-Hist.* T. II p. 312) praeter *Marscalcum* etiam *Genescalcus (Senescalcus* vel Senescallus); sed utrum apud nostros adhibiti fuerint, nescimus. Praeter *Cancellarium* vero atque *Scribas, Praefectos Arcium, Exactores, Capellanos, Eleemosynarios* (NETTELBLADT l. c. p. 157, punct. 20) etc. habuisse, constat.]

rediit, testimonio et *Lutheri* et *Melanchthonis* (ut ex literis eorum ad R. *Gustavum* datis intelligere licet) amplissimo munitus [3]). Reduci facto, ad priorem suam Praebendam (S. *Laurentii*), aliam etiam Episcopus *Martinus* adjecit, nempe S. *Bartholomaei* illam [4]); quam utramque, donec *Episcopus* (sive ut Antistites hos Ecclesiarum Euangelicos dici R. *Gustavus* maluit, *Ordinarius*) Aboënsis constitueretur, retinuisse videtur [5]). Pro quo eodem stipendio munus etiam Rectoris Scholae Aboënsis administrasse, putamus; ut successori suo M. *Paulo Juusten, Praebenda Clericorum,* stipendii loco item fuit concessa.

113. De Scriptis *Fennice* (qua lingua antea vix quidquam literis [6]) fuit exaratum) ab *Agricola,* ad Reformatio-

---

[3]) Literae *Lutheri*, datae Witteb. die 17 Aprilis a. 1539, legi possunt in *Appendice ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 84 sq. ubi de nostro scribit: *Comitem itineris adducit (Georgius Normannus,* institutioni Regii Principis praeficiendus) *Michaëlem Agricolam, Svetiae Tuae filium et indigenam, juvenem sane, sed eruditione, ingenio et moribus excellentem, qui poterit in Regno Majestati tuae plurimo esse usui;* deinde addens: *hunc Majestati tuae commendo ut probatum hominem, et precor Christum, ut per hos multum fructum faciat Christus ipse, qui eos per Maj:tem tuam vocat et ordinat.* Literas *Melanchthonis*, dat. ibid. d. 12 Maji 1539, ex *Archivo Palmsk.* exhibet Diss. M. HUMBLE cit. p. 18 sq. not. m). *Agricolam* a. jam 1529 Wittembergam ab Episcopo *Martino* fuisse *missum,* unde RHYZELIUS (l. c.) didicerit, nescimus. Parum autem probabile videtur, eum per *decem annos* fuisse ibi commoratum?

[4]) In Libro Rationum Capituli Aboënsis R. *Gustavo* redditarum, (de quo saepe commemoravimus) legitur: „*S. Bartholo-* „*maei Altaris Prebenda* huilka Biskop *Martin* confererade *Ma-* „*gistro Michaeli* till en lithen vndtsettningh, sidhan han aff „Tydzskland kommin var."

[5]) Certe in laudato nuper Indice Capituli Aboënsis, reditus anno etiam 1552 ex hac utraque Praebenda ab *Agricola* percepti, exhibentur.

[6]) Ipse scribit *Agricola* in Praefatione Versioni N. Testamenti Fennicae praemissa (orthographiam ejus molestam et vitiosam, non autem ipsam orationem, emendamus): „Että tämän „maan kieli oli, ennen neitä aikoja, juuri vähä, ja lähes ei mi-

nem Religionis per Finlandiam promovendam editis, agitur ex instituto in *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1796, N:o 15, 16, 19, 21, duce inprimis *Oratione Synodali* (adhuc Ms.) quam a. 1775 coram congregato hic Clero Dioecesis Aboënsis habuit B. Archiep. et Acad. Pro-Cancellarius D. CAROLUS FRID. MENNANDER, cujusque nobis copiam benigne fecit Filius suus, Musis nostris faventissimus, Generosiss. Dn. CAROLUS FRID. FREDENHEIM. Talium scriptorum tria tantum Auctor noster tangit; sed ipse AGRICOLA, in Praefatione metrica ad versionem Psalmorum Davidicorum Fennicam, recenset *Libellum Alphabeticum, Catechismum* [7]), *Librum Precum*, (anno 1544, 8:o), *Novum Testamentum* (a. 1548, 4:o) [8]), *Rituale* s. *Agenda Ecclesiastica (Handboken)*,

---

„täkän kirjoisa eli pockstavisa pruukattu taikka harjoitettu; niin „ota nyt tämä, ehkä kuinga kaltainen hen olis, otollisesta, Her„ran puolesta.“ (h. e. Quum lingua hujus terrae sit ante haec tempora valde parum, imo prope nihil omnino, in libris aut literis adhibita atque usitata; accipe igitur haec, qualiacunque sint, benigne ex parte, s. nomine, Domini). In praefatione quidem ad versionem Psalmorum metrica scribit: „Se vanha julki Psaltarin „texti, Josta Nocturnit, Prim' ja Sexti Aina luettin ja veisattin, „Rukoiltin ja myös saarnattin, On syngy ja pimiä mones pai„kas, Kuins kyllä huomaat luku-aikas. Waan tai on (paitz' „pramin) selkä ja puhdas.“ (h. e. Vetus ille solennis Psalterii textus, unde Nocturnae, Primae et Sextae semper legebantur, unde orabatur atque etiam praedicabatur, est difficilis et obscurus multis locis, id quod satis reperis lectionis tempore. Sed hic, absque gloriatione, perspicuus et purus). Sed non alium nisi veterem textum *Latinum* in Ecclesiis usitatum, indigitasse putamus.

[7]) Hujus utriusque libelli exempla hactenus investigare nulla potuimus; quin neque B. *Mennandri* diligentia indagare ulla valuit. Addunt SCHEFFERUS (*Svec. Literatae* p. 316) et post eum RHYZELIUS l. c. edidisse *Agricolam* etiam *Hymnos Ecclesiasticos*, in linguam Fennicam translatos; quorum tamen nulla alia exstat memoria: unde valde dubium habemus, an ullus ab eo talis profectus liber fuerit? Cfr. *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. N:o 17.

[8]) Hoc *Agricolam* anno jam 1542 transtulisse, ait MESSENIUS *Scond.* T. X pag. 25. Ipse quidem in literis ad *Georgium Normannum* Aboae a. 1542, d. 11 Dec. datis (apud CELSIUM *Monum. Palmsköld.* pag. 183 sqq.) opus se jam tum perfectum

Missam et Historiam Passionis Christi (hos tres libros a. 1549, 4:o) cum adjuncta *Historia Resurrectionis et Ascensionis in coelum Dominicae* [9]); quibus deinde accedebant versi Fennice *Psalmi Davidici (Davidin Psaltari,* a. 1551, 4:o), *Cantica Mosis* etc. cum *selectis quibusdam capitibus IV Majorum Prophetarum,* et *priores IX Prophetae Minores (Weisut ja Ennustoxet Mosesen Laista ja Prophetista uloshaetut)* anno 1551, 4:o, atque tandem *horum III reliqui* a. 1552, 4:o (cum locis ex *Levitico* et *Deuteronomio* excerptis, quae agunt de *Gradibus Consanguinitatis* intra quos matrimonium prohibitum est, nec non formulis *Benedicendi,* et diris devovendi) [10]). Omnes hi libri Stockholmiae prodierunt, ex officina typographica *Amundi Larsson* [11]). Quantum opis ex

---

habuisse, significat; de cujus editione promovenda vehementer laborabat.

[9]) Verba ipsius (quibus se quidem horum operum auctorem expresse haud nominat, sed ita tamen ea commemorat, ut a se fuisse profecta, intelligi possit) haec sunt: „Kuin *Abc-Kirja* „ensin on, Siittä *Alku opista uskoon,* Ja *Rukous-Kirjas* sangen „hyvän, Monist' asioist' täynnäns ja syvän. Senjälken sen *Ut-„den Testamentin* Herran armosta läpitze prenttin, *Käsikirjan, Messun* ja *Passion*" etc. Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. X p. 25 et *Chron. Rhythm. Finl.* p. 51.

[10]) De Versione hac Librorum Biblicorum Fennica ex instituto egimus in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1778 pag. 92—98; cfr. Maxime Rev. D. CHRISTOPH. WILH. LÜDEKE *Allgem. Schwed. Gelehrs. Archiv,* 1 Th. p. 269 sq. et *Fol. Hebd. Ab.* a. 1796 N:o 15.

[11]) Exstant in *Archivo Palmsköldiano* ad hunc literae *Agricolae,* datae *Aboae d. 1 Aprilis* a. 1551, quas exhibet Cel. FANT *Observation. Select. Histor. Svecanam illustrant.* pag. 103 sq. Quae adeo sunt memorabiles, et tantam nostris rebus affundunt lucem, ut inserendas easdem hoc loco existimemus: „Evigha sa-„lighet met helse, lycke och wällfärdh i Gudi vårom Herra al-„tijd tilförene etc. Före thet omak och arbet, som I hafve (käre „*Amunde,* gode besynnerlig ven) hafft för the Finska böckers „prentan och tryckerii. här till dags, vard (varder) altsmectig „Gud utan tvifvel Ider evinnerliga belönandes, hvad som på våra „syda brustit är. *Så hafver man nu allt sedan i höstas ock her-„til, ock än framåt, hållit ock* med Guds hjelp *anhållandes varda*

Regia beneficentia ad eos edendos accesserit, definire haud

„(varder) uppå Davidz Psaltare, til at transfererat på Finska, „och är nu icke långt ifrån endan. Så bidher jag ännu ganska „kerliga, at I vele med then Ehrevördige fadren *Magistro Olao* „*Petri Holmensi* visseliga förhöras om Kongl. Maj:t vår aller„nådigste Herre må verdigas gunsteliga tilstädia, at samma Da„vids Psaltare book och andra slyka af then Heliga skrift, som „ofteste och mest i Tydhegärderne och församlingen brukas pläga, „och här i landet väl behöfves, kunde tryckte och prenthade „varda; sedan arbetade man teste tryggeligare in transferendo „och uthtolkande, när thet finge en viss och oförtvifladt fram„gång. Ty fåfängt värck kommer allena arbetaren til skam och „skada, men ingom til nytto och gagn. Therföre görer väll, „min gode ven i Herranom och skrifver mig her uppå et vist „behageligit svar, ther man sig kan enteliga efterrätta. Käre „*Amunde* bevisar ider her uti såsom Guds ähro thet kräfver, „och thenna arma grofva Finska almogens kennedom, tuchtan „och läran eskiar. Förty af thenna medhfölliande utskrift“ (has desiderari literas, dolendum est) „må I förstå, huru här i landit „med then meniga arma stackars almogens hoop vydha vegna „nu tilstår, så at *hungren är hvars mans gest hos bönderna*, „*jämväl Praesterskapit*. Och finnes här i Köpstäderne intit span„mål falt. Och ändock samma utskrift är hastigt af en glunt „plumpligha skrifvin och exciperat, så må I lijkvähl låta Ere„vördige förd:e Magistro *Olavo* thet jemmerliga armod [låta] för„stå. Kan hända at hans faderligh miskundsamhet varder i Gudi „någon godh råd her til finnandes, antinge förkunnandes sådant „thenna usla landsens Guds hempd, nepst och plåga af Predika„stolen, at Ridderskapet, borgare och andra Guds venner gjorde „sit“ (hit?) „med första öpna vattnit io någon undsättning med „spannmåål; eller ock om någon Guds ven och menniska kunde „ellies med goda lämpa och fögio, sådana landsens brister Kongl. „M:st vår nådigste Herre tilkenne gifva. Item her ligger isen „och sniön ännu i dag så starck och fast, såsom om midvinters „tijd; och platt intet boskaps foder finnes för handene, hvarken „hoos enom eller androm. Fordom var Finland vist et fynt land; „men her epter, rådhe Gud hvad her af blifver. *Wi arma för*„*achtade ordsens tienare* hafvom oss beflitat efter machten: men „surdis fabula (uti judicant) narrata est. Gud betrit, som alt „förmår. Then och ider här med evigt befallandes. Af Abo „med hast. Anno Domini 1551, Aprilis prima.“ Multa ex his discimus literis. Quaedam infra notabimus. Observatu praeterea dignum est, M. *Olavum Petri*, licet pristina apud Regem gra-

valemus: non autem nihil accessisse, putamus [12])? Caete-

---

tia excidisset, non contemnenda tamen adhuc Stockholmiae auctoritate apud omnes ordines floruisse, nec apud Regem ipsum nihil posse efficere, (in rebus quidem ad religionem spectantibus) fuisse existimatum. Quae de misera Finlandiae his temporibus conditione, atque sacerdotum quoque inopia et contemtu, supra pag. 652 sq. not. 40) monuimus, novo hinc argumento confirmantur. Mirum autem putes, Regem de hac subditorum suorum miseria vel parum rescivisse, vel quasi timide hanc rem ei significandam commendari? atque ex civium misericordia plus fere auxilii, quam a Principis benignitate sperari?

[12]) Hinc ex Fennia, mercedem aliquam operae suae Typographum accepisse, literis nuper allatis *Agricola* significat. Ob *incolarum hujus terrae paupertatem*, tota Biblia Veteris Testamenti typis publicari non potuisse, in Praefatiuncula metrica ad selecta Capita Prophetarum a se Fennice edita, idem queritur: („Ettei me Suomalaiset saa Prentettu koko Biblia; että me olemma „köyhät sangen En senvuoxi epäuskoon langen" (h. e. Licet nos Fenni non adipiscamur tota Biblia typis edita, quod valde sumus pauperes; tamen in desperationem non pervenio). Non parum ex suo in *editionem librorum Fennicorum sese impendisse*, in Indice Praediorum Ecclesiae Aboënsis Regi exhibito (de quo saepe), idem asserit. Quae non magnam saltem a Rege opem huic consilio praebitam fuisse, ostendere videntur? Sed cum in literis ad *Normannum* submisse adeo ac timide, imo adulatorie, veniam roget Novi Testamenti Fennice publicandi, atque ut ea res a Rege sibi permittatur supplicet, atque praeterea petat ut mediocris alicujus Praebendae hic vacantis reditus pro hujus operis consummatione benigne annuendo conferatur, non videntur de simplici permissione rem suis impensis suscipiendi, intelligi haec posse? Deinde narrat, pollicitum sibi fuisse virum illustrem (haud mediocri apud Regem gratia florentem) *Ericum Fleming*, de quo supra (pag. 656) diximus, se de eodem negotio Regi Regnique Senatui suam mentem, (*Agricolae* favorabilem consilio) expositurum. Quomodo putes, tanta molimina nihil ultra spectasse, nisi ut tam laudabilis operis perficiendi potestas sibi concederetur? non enim Regem Fennis magis quam Svecis lucem invidisse Euangelii, credi potest; nec de subsidiis quibusdam sibi privatim impetrandis interpretem, qui opus jam absolverat, Typographi operam flagitasse verisimile est. Accedit, quod legatum aliquod aut *Testamentum*, privati ut videtur hominis, piis illud in genere usibus devotum, (de quo nihil praeterea scimus) *apud se depositum conservari* dicat, quod ut in hanc rem impendatur, vehe-

rum *Agricolam* nostrum magnam curam atque diligentiam

---

menter rogat. Verba ipsa digna sunt quae adferantur: „Immor-„tales T. Rev. gratias ago, quae tanta fide tantaque diligentia, „coram Regia Celsitudine, Domino nostro Clementissimo, dignata „est pro negotii mei, tam videlicet illius legati Testamenti apud „me depositi ac conservati, quam pro interpretati Novi Testa-„menti Finnonici, *commoda exsecutione*, omnem movere lapidem „(ut ajunt) et viriliter desudare.“ (Res itaque erat difficilis, gravibusque obstaculis obstructa!) --- „Hoc tamen unum abs „te, Ornatissime Vir, per omnia sacra efflagitando peto, ut vi-„delicet T. Rev. suasu, consilio et auctoritate, Regia pietas, spi-„ritu Christi cooperante, eo impellatur, *quatenus non solum per-„mittat sua Clementia illud* profecto divinum ac longe saluberri-„mum *Nov. Test. opus*, pro multarum myriadum animarum sa-„lute, gloriaeque Dei propagatione, *in lucem prodere; verum et-„iam, ut alicujus mediocris Praebendae reditus hic Aboae vacans, „pro tam pii* tamque necessarii *operis faciliori consummatione, „aut hoc testamento jam pridem sacris usibus condito, quod in „custodia reservo, benigne annuendo, conferatur:* quid enim aeque „pium Christianumque Magistratum ornat, atque gloriae Dei et „cognitionis Christi propagatio, subditorumque tam divinus quam „humanus singularis profectus? Omnem igitur (adhuc oro et per „quemquam usquam Tuae Rever. cordi fuerit, obtestor) operam, „industriam ac studium eo intendas amantissime fautor, prae-„sertim in Comitiis proxime futuris Arosiae, quatenus nulla occa-„sione praetermissa, licet hac in re compotem fieri. *Pollicitus „est etiam* et magni judicii et auctoritatis vir, Dominus *Ericus „Fleming*, Eques auratus, *se de eodem N. Testamenti negotio, „Regiae Clementiae Regnique Consiliariis*, inter alia negotia, suam „mentem per scripta expositurum. --- Ego autem, *tametsi multo „jam tempore hoc saxum volverim*, videor ad fabulam Sisyphi „non parum accessisse, nisi Christus tandem ex alto opem ferre „praesentaneam dignetur; ea tamen fretus, *exspecto hujus per-„difficillimae rei aliquem finaliter optatum eventum*.“ Quae om-nia aliter explicari commode non posse putamus, quam ut putes hoc egisse *Agricolam*, ut publica impensa, elaborata a sese in-terpretatio N. Testamenti Fennica imprimeretur: cujus voti com-potem factum, exitus rei, de quo fere desperaverat, felix demon-strat. Non habebatur autem in toto Regno alia officina Typo-graphica, quam illa Stockholmensis, sub oculis quasi Regis exer-cita, cujus in talibus suspiciosam severitatem satis testantur li-terae suae ad Archiep. *Laurentium Petri*, supra commemoratae; vid. *Append. ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 101, ubi scribit:

non modo ad scripta haecce concinnanda, sed etiam ad editionem eorum promovendam adhibuisse, apparet [13]).

Invitum eum initio anni 1548, interveniente mandato Regio, Rectoris munus in Schola Aboënsi, cui per decem fere (ultra novem) annos praefuerat, resignasse [14]), Auctor

---

„Ty i wette väl, att inge böcker skole blifve med rätte publi-„ceret, eller komma uti allmänneligit bruuk, med mindre thet „skeer cum Regis gratia et privilegio.“ Cfr. Regis ejusd. literae ad Episc. Lincop. *Johannem Brask*, a. 1526 datae, apud CELSIUM *Monum. Palmsk.* pag. 8, ubi dicit: „Är icke heller wor „willie, at noget prenteri skal uprettes i Södercöping, thez pren-„terij til förfonng som nu i Stocholm med stoor kost uprettet „är, förtij thet ena kommer thet annet till förderf.“ Cfr. ib. pag. 12. Ex quibus verbis fere colligas, Regis ipsius sumtu hanc typographiam fuisse institutam? Nec aliud significare videntur literae Regis ad Consules Senatumque Stockholmenses dat. a. 1537, d. 10 Julii, (apud JONAM BÅNG, Diss. *de Monte Brunconis*, P. II pag. 67, not.), ubi sciscit: „Theslikes är och vor vilie, at „thet prenterijdt som för det menige bästa här i Riket upptagit „är, skal blifva stondendes i siälagardhen, efter ther är bequäm-„lich rum ther till, som fåfäng stonda.“ (Typographiae autem huic, vere Regiae, jam ante a. 1549 praefuisse *Amundum Laurentii*, satis ostendit haec ipsa versio N. Testamenti Fennica, a. 1548 ab eo prelo emissa: cfr. JOH. ALNANDRI *Hist. Artis Typographicae in Svecia*, C. II, §. 1, pag. 30). Quis correctorem egerit plagularum typis impressarum, cum Fennici libri inde ederentur, existimare non possumus. *Psalterii Davidici* (ut et prioris partis *Prophetarum)* folio primo adverso, insignia Regis *Gustavi*, tabulae ligneae incisa atque inde impressa, conspiciuntur; in quorum epigraphe significatur, esse Ejusdem *Suosion, tahdon ja käskyn merkki, tämän kirjan wahwistuxexi* (consensus, voluntatis et mandati signum, in hujus libri praesidium): unde tutius etiam colligitur, ejus munitum auctoritate et consilio, sumtuque suo editum, prodiisse? Contra minores illos libellos sumtu *Agricolae* privato impressos fuisse, atque eo spectasse verba sua de impensis in libros edendos Fennicos factis, supra allata, credas?

[13]) Adducta nuper monumenta, satis hoc superque confirmant, immortalique popularium suorum esse gratia atque veneratione dignum, testantur; utpote qui solus plus ad ecclesiam collustrandam effecit, quam multi post eum alii praestiterunt.

[14]) Ex literis tamen *Agricolae* ipsius ad *Normannum* (de quibus supra), quadriennio quidem prius datis, colligas eum per-

tradit, (tanto scil. majori cura studioque partes officii Epi-

taesum molesti laboris in pueris informandis exhauriendi, commodiorem atque honoratiorem stationem recusaturum haud fuisse. Scribit videlicet: „Nam in eam spem adduxerunt me T. Rev. „literae, summa in me benevolentia et spontaneo favore refertis- „simae, quod non tantum hac in re“ (N. Test:ti Fennici editione promovenda), „mihi, imo Christo Domino nostro, fidelis admini- „strator esse velis, sed etiam, quod omnium maxime in T. Rev. „observantiae dignatione, admirans amplector et laudo, ut tum „salutis tum dignitatis meae rationem ultro se habituram polli- „ceatur. Quamquam vero neque hujus vitae admodum sim cu- „pidus, neque majorum in Ecclesia Christi functionum appetens, „nisi forte in aliis officiis major opportunitas de ea bene me- „réndi contigerit; non tamen ignorat T. veneranda humanitas, „ut quae olim ejus ludi pertaesa est, *cujus in luto equidem ad- „huc, velim nolim haereo, quam permolesta sit provincia* pueros, „indomita ista animalia, ad aliquam bonam solidamque eruditio- „nis frugem perducere. --- Si quid igitur lucis meae obscuri- „tati Tua colenda dignitas adjecerit, id totum quidquid fuerit, „primum Deo opt. Max. deinde T. praestantiae, Vir Celeberrime, „debita cum gratitudine acceptum me promitto relaturum quam „lubentissime.“ Quae, ut etiam reliquus literarum tenor, satis ostendunt, eum blanditiis aucupari gratiam viri hujus, auctoritate tum atque potentia florentis neque nesciisse neque neglexisse, et ab amplioribus ambiendis honoribus alienum non fuisse. Ac verisimile est, *Normanni* commendationem non omnino nihil postea quoque ad Episcopalem ei dignitatem comparandam, contulisse? Neque vero suspicari licet, reditus alicujus momenti (praeter Praebendas, quas porro retinere licuit) fuisse cum munere Rectoris Scholae conjunctos, quos amittere *Agricola* noluerit; parva enim illa Didactra quae Magistro suo discipuli pendebant, et eleemosynae scholaribus tributae *(Diekne-penningar)* unius aut alterius paroeciae ruralis, in censum venire vix poterant? Cfr. supra pag. 629 not. 13. *Certum* nempe aliquod *stipendium* Rectori Scholae (praeter illud, sic dictum *salarium, victum liberum* sumtu Ecclesiae Cathedralis praebendum, et si *beneficio* nullo alio gauderet, eleemosynas scholasticas, *Diekne-penningar,* paroeciae *Hauho* Tavastiae, tempore hyemali, paroeciae vero *Lundo* Fenniae Australis, tempore autumnali) neque olim tributum fuisse, ex literis Episcopi *Conradi* supra didicimus (pag. 507 not. 35); neque postea, praeter idem illud salarium, et tenues sibi speciatim (ut videtur), a Duce *Johanne* assignatos reditus, (quos etiam munere exutus retinuit), alio *Herkepäum,* dum Rectoris officio praeesset

scopalis, senis loco *Martini* sibi praecipue demandatas, per-

---

(Praebendis omnibus aerario jam vindicatis) fruitum fuisse stipendio, supra (p. 629 not. 13) vidimus. Ex illis autem quas retinuit *Agricola* Praebendis (S. *Laurentii* et S. *Bartholomaei*), quos reditus habuerit, mediocres sane, supra indicavimus (pag. 639 not.); quos quidem a. 1552 (Ecclesia licet *Rusko*, quae ad Praepositum olim pertinuerat, addita, sed ita ut decimarum maxima pars ad emendum vinum, ceram, aliosque Ecclesiae in usus, nec non Capellani etc. stipendium, insumeretur) decrevisse reperimus, (ob annonam duriorem, de qua supra querentem audivimus): accessisse tamen sibi eo adhuc anno ex decimis Canonicalibus (s. pauperum) ipse notat 18 tonnas et 15 modiolos *(kappar)* Secalis, atque 2 tonnas et 16 modiolos Hordei. Praeterea in Indice bonorum Ecclesiae Ab. (saepius laudato) ipse addit: „Item för mit „besynnerlijgh schriffuerij medh breff och annat sodanth omaack „som jagh haffuer hafft synnerliga framföre andre Canichar bådhe „i saligh Biscop Mortens tijdh, och jemväl härtil dagx på Kir-„kiones och Bispens ärendes vägna, så hafuer jagh *stundom* foot" (fått) „af Callila Socken 1 tunna Smör, helst sedan M. *Hans* „Domproesten dödde, och aff Jeskis socken 20 marck penningar, „huilke icke under prebendan lydt haffuer, uthan äre migh ellies „här i Capittleth tilsagde." Quibus omnibus in summam collectis, ipse docet se a. 1552 percepisse *Secalis* 4 *lestas*, 1 libram *(pund*, h. e. 6 modios, *spann*, qui 20 modiolos, *kappar*, singuli continebant, sive 4 *tonnas)*, 2 modios *(spann)* cum dimidio, et 9 modiolos *(kappar)*, h. e. circ. tonnas 150; *Hordei* 9 libras (54 tonnas) 4 modios (spann) cum dimidio, et 5 modiolos *(kappar)*, h. e. 57 tonnas; *Avenae* 3 libras (18 tonnas) 1 modium cum dimidio, et 4 modiolos, h. e. 19 tonnas; *Tritici* 5 modios (3 tonnas cum triente) et 3 modiolos; *Pisorum* 6 modios (4 tonnas) et 2 modiolos; *Butyri* 7 tonnas (84 lispund). Post quas rationes ita redditas addit: „Humanissimi viri Domini Camerarii „atque amici observandi. Om uthgifften weeth man intet annat „skrifva, uthan (oberömpth för Gudh och alla menniskior) sosom „i Psalmen stoor" (står), „Ps. III: Dispersit, dedit pauperibus (scil. „Scholasticis, mendicis etc.). Hebr. 13: Hospitalitatis ne sitis „immemores. Så äre och månge stycken medh sädh och pen-„ningar inköpandes, som en fattigh mandz nöödhtorfftigh hus-„holdningh tilhörer, *föruthan then deell som the Finska Evan-„geliska bökers omkostninghar bekräffuer.*" Adducere haec plenius voluimus, ut ex his omnibus ingenii animique sui indoles eo clarius eluceret.

acturum; successorem autem in Rectoratu Scholae habuisse M. *Paulum Juusten,* paullo post docemur.

114. Quae hic ab Auctore nostro de ortu et elaboratione Versionis Fennicae *Psalterii* traduntur, difficilius cum iis conciliari posse videantur, quae prodidit eadem de re *Agricola* [15])? Sed tamen ita licere putamus in concordiam reducere, ut primos illos *Juusteni* (et discipulorum suorum) conatus, ille diligentius postea examinaverit, emendaverit et limaverit [16])?

Agricolae, qui integram Dioecesin sibi collatum iri spe-

---

[15]) Non modo in literis ad *Amundum Laurentii* supra (p. 684 sq. not. 11) allatis dicit: „så hafver man nu alt sedan i „höstas och her til, och än framåt, hållit och med Guds hielp „anhållandes warder uppå *Davids Psaltare* til at transfererat på „Finska, och är nu icke långt ifrån endan,“ sed etiam in Praef. metrica ad hanc *Psalmorum* versionem scribit: „Muistas siis ru„koillesas *heitä* Joka tulkitzit Suomexi neitä. Turun Kaupungis „tapahtui se, Pyhän Lauritzan huonesa. Siellä poikan Christiani „ilmei, Kuin Herra neitä meidän kautta tei.“ (H. e. Memento igitur in precibus tuis *illorum,* qui haec Fennice transtulerunt. Aboënsi in urbe illud contigit, *in domo S. Laurentii. Eodem tempore filius meus Christianus apparuit (natus fuit),* Cum Dominus *haec per me faceret). Agricolam* sc. nostrum Canonicum fuisse S. *Laurentii,* (adeoque in aedibus ad illam Praebendam pertinentibus habitasse), in memoriam revocandum est. Tota Biblia Fennice reddere, in animo habuisse, si partes jam editae emtores cupidos invenissent, et labor suus debito exceptus favore fuisset, in Praef. metrica ad ultimos tres Prophetas (quos ob intervenientem hyemem, statim cum reliquis edi non potuisse dicit: *Joista* (Prophetaista) *silloin ne kolmet jäit Prentämät; talven esteet sen teit)* satis ostendit, scribens: „Wielä Bibliast muut tulisit; Jos „nämät otolliset olisit, Ostettaisin ja pruukattaisin, kuin olis kyllä „kohtullinen.“

[16]) Ipsa narratio Auctoris de ortu profectae a discipulis suis ac se Versionis *Psalterii,* necessitatem ulterioris, diligentioris et accuratioris elaborationis indicare videtur; vel quoad sensum textus originalis commode reddendum, vel quoad linguae Fennicae genium studiose observandum. Quae forte emendatio atque opera *Agricolae,* Auctori nostro minus probabatur? Non vacavit autem nobis, hanc Versionem vel cum *Lutheri* Germanica, vel cum Svecica, quae non multo ante prodierat, conferre.

raverat (cui sc. per multos annos laudabiliter praefuerat), divisionem ejus, licet sane consultissimam, et jam olim destinatam (supra pag. 238) parum placuisse; post imminutos ita reditus Episcopales, ut *Procurationes* insignem eorum constituere partem censerentur [17]), etiam minus obvenire mirum debet. *Paroecia Borgensis* quae Dioecesi addebatur Wiburgensi, Auctori nostro totum significasse hodiernum *territorium Borgoënse (Borgo Härad)* videtur; Paroeciae autem *Pyttis* et *Perno* (haec *Agricolae* natalis) ad *tractum Wiburgensem* referebantur. *Territorium Tavastiae superius (Öfre Häradet)* Paroecias comprehendebat *Hauho, Lampis, Hollola, Itis, Padasjoki* et *Sysmä;* quae eaedem hodieque (cum novis postea ex iis enatis) ad Dioecesin Borgoënsem pertinent.

115. Ex Svecia redux [18]), muneris sibi commissi ad-

---

[17]) Cfr. supra p. 676 not. 68. Docetur in *Glossario Cangiano*, in hac voce, *Procurationes Episcoporum* esse, quae debentur a sacerdotibus, cum Ecclesias sibi subditas illi visitant (quas aliis etiam, illorum jussu Ecclesias visitantibus, debitas fuisse, observatur); easque interdum in summam pecuniarum fuisse conversas, quae ipsis, etiam non visitantibus erat persolvenda. Quomodo autem et quam largiter, apud nos fuerint olim exhibitae, definire non valemus. Cfr. *Legg. Westrog. Kyrkiu Bolkär, IV Flukker.* Tardiores initio fuisse ad eas praestandas, quarundam Dioecesium Clericos, ex Bulla patet Papae *Honorii III, Universis Ecclesiarum Praelatis per Scarensem Dioecesin constitutis, a.* 1220, 3 *Non. Novemb.* data, qua severe hoc illis officium inculcatur. Vid. *App. ad Recensionem Bullarii Celsianam*, a nobis ed. p. 12, not. 18. Quale aut quantum de caetero stipendium Rex *Agricolae* ad Episcopatum promoto, assignaverit, nosmet latet. — [De *Procurationibus* cfr. etiam *Statuta Skenn.* et *Upsal.* apud Ill. NETTELBLADT l. c. p. 122, 127, 155, 174.]

[18]) Quo, ut Auctor docet, cum reliquis Ecclesiae Ab. Capitularibus, initio mensis Maji, jussu Regis profectus, atque Episcopus a Rege ibi constitutus fuit Aboënsis; nova Dioecesi Wiburgensi M. *Paulo Juusten* simul demandata. Cumque fuisset uterque, jubente Rege, a *Botvido Sunonis*, Episcopo Strengnesensi, consecratus, (quod Archiepiscopus, eo tempore, Regis favore excidisset), reditum ita maturabant, ut vigilia S. *Henrici* (die proximo ante festum translationis suae) h. e. d. 17 Junii, Aboam

ministrationem statim fuit aggressus; nec nonnisi post partem Dioeceseos visitatam, solenniter illud auspicari placuit (d. 8 Sept.): pompa autem majori atque inprimis *Mitra*, in ea solennitate usum, ea re Regem offendisse, Auctor significans, quam ille fuerit in talibus suspiciosus, vel umbram Papismi exosus, simul docet. Hodie apud nos aliter judicari, nemo nescit.

116. Nescio cur hanc observationem addendam Auctor judicaverit; cum hoc *emolumentum* neque illicitum, neque insolitum videri deberet? Cfr. nuper disputata, not. 17. Fere credas, cum quae de minus probata *Agricolae*

---

venirent. Cur autem Archiepiscopo Rex eo esset tempore iratior, Auctor non explicat; ob improbatum forte Regis cum tertia Conjuge, nepte secundae, matrimonium? Quamvis etiam haec culpa ei erat communis cum *Botvido;* qui ob hanc pervicaciam suam, non minus quam ob praestitam *Olavo Petri* in *Chronico* concinnando operam, admodum (si non nimis) severe, brevi post fuit a Rege punitus: ita ut veram caussam ejus hac occasione Archiepiscopo praelati, nisi forte quod *Strengnesia Gripsholmiae* vicinior esset? indicare haud valeamus. Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. V p. 108, HALLMAN M. *Oluff Petri Phase,* och *M. Lars Petri, til lefverne--beskrifne,* C. 15, CELSIUS l. c. p. 827 sq. et DALIN l. c. C. 8, §. 2 et 5, p. 438 et 443. Ridicule autem MESSENIUS l. c. p. 107, cum docuisset famosum illum M. *Thorerum Magni,* Canonicum olim Lincopiensem „cum aliquot deten„tus fuisset annis in carcere Gripsholmensi, XVII Junii cum M. „*Michaële Agricola* et *Paulo Juusten* luculenter et ferventer de „religione disputasse, et demum ut inde liberaretur, se victum „*fortassis* fassum fuisse", addit: illos *ex Finlandia ideo a Rege accitos.* Cfr. praeterea de hoc *Thorero* MESSENIUS l. c. pag. 99, 103: et CELSIUS l. c. p. 729, ubi *Agricolam* nostrum, in quem atque collegam suum *Juustenum, Thorerum* illum *fecisse impetum (han angrep)* narrat, male appellat *Pastorem Aboënsem (Kyrkoherden i Åbo);* quod etiam munus, aeque male, ei tribuit TEGEL l. c. P. II p. 290 ubi scribit (multiplici errore); „Samma år „(1553) uthgick aff Trycket Davids Psaltare på Finske Tunge„mål, som then Höglärde Man, M. Michael Agricola, *Kyrkeherde* „*uti Åboo* transfereret och uthsatt hade, hvilken ock *sedhan* Ca„techismum och fleere härlige Böker, på samma Tungemål lät „uthgå aff prentet."

nostro Dioeceseos divisione, fastuosiore ejus inauguratione, et lucro ex visitatione hac Ecclesiarum Ostrobotnicarum percepto commemorat, expendas, aut Auctorem nostrum minus amico in illum animo fuisse, aut ingenium illius minus visum ei fuisse probabile? Definire nihil valeo.

117. Satis ex hoc loco patet, Auctorem in animo habuisse plenius hanc scriptionem suam persequi, quam factum esse jam videmus: nihil enim de hoc bello, in iis quae supersunt commemorat; de quo caeterum consulantur scriptores horum temporum alii, TEGEL l. c. P. II p. 306—341, MESSENIUS *Scond.* T. V p. 108—111, CELSIUS *K. Gustaf I Hist.* p. 734—743, VON DALIN l. c. C. 8, §. 3, 4, 6—13. Cfr. etiam MÜLLER *Samml. Russischer Gesch.* T. V p. 505—508; cujus contra nostrates objectiones, narrationibus nixae Chronicorum Russicorum ineptis (quae inter alia urbem Careliae Svecicae *Kinowet,* in rerum natura non existentem, a suis fortiter expugnatam docent!) facillime dilui possunt; nec melioris commatis sunt quae affert LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II pag. 454 sqq. Qui ingenium moresque R. *Gustavi I* et *Johannis Basilidis II,* non omnino ignorat, facile v. g. judicare valebit, a quo bellum temere fuisse illatum induciasque fractas, verisimilius sit, si vel nulla rerum monumenta veram horum eventuum rationem illustrarent. Admirabile autem putes, quod l. c. disputat MÜLLERUS: „Nun wollen zwar die Schwedischen Geschichtschreiber - - - „den Russen aufbürden, als ob sie diesen Frieden zu erst „gebrochen: unsere Russische Geschichtbücher aber, die als „gleichzeitige Urkunden anzusehen sind, behaupten das Ge„gentheil, und schreiben den ersten feindlichen Einfall, der „im Jahre 1555 geschehen, den Schweden zu." Quasi coaeva monumenta omnino nulla (majore etiam fide digna, quam Chronica Russica, a Monachis ignorantibus et coeco suarum rerum studio captis, profecta) Svecis adessent, narrationem suam confirmantia! Quomodo autem res acta sit, et plene et vere, indubia proferentes testimonia atque argumenta, demonstrant TEGEL et v. DALIN l. l. c. c. Regem vero senem, ut haud libenter illud bellum suscepisse, ita

neque solito olim animi vigore administrasse, haud obscure animadvertas. Itaque etiam ad pacem, s. inducias renovandas, fuit pronissimus. De misso (a. 1556) in Russiam, hoc consilio, M. *Canuto Johannis*, supra paucis commemoravimus (p. 623); cujus totius rei veram rationem luculenter explicat idem TEGEL l. c. p. 336 sq. et 341 sq. (ubi recte quidem *Canonicum*, sed male *Archipraepositum* Aboënsem eum vocans, CELSIUM et DALINUM in eundem induxit errorem). Statim post ferias *Henrici* (Translationis suae) ablegatum fuisse, Auctor scribit: die 4 Julii permissum ei fuisse, ut Russiae fines intraret, TEGELIUS docet; qui porro eundem reducem, *die* 24 *Septembris* Regem *Eskilstunae* adiisse narrat, cum noster die *Bartholomaei* (24 Aug.) Wiburgium rediisse dicat. Quae optime consentiunt.

118. Hic *Steno Erici (Lejonhufvud)* postea scilicet fuit *Baro* a R. *Erico* creatus.

119. Quos recensent TEGEL l. c. p. 342 et v. DALIN l. c. §. 15, p. 462; qui historiam quoque itineris, et conciliatae ab iisdem pacis, exhibent. Unde autem HALLMAN, quam l. c. C. XXIV, pag. 119 sq. affert narrationem lepidam, de colloquio inter Archiepiscopum Sveciae et Russorum Patriarcham de Religione, jussu Magni Principis habito, (cfr. etiam CELSIUS l. c. p. 746 sq. et v. DALIN l. c. p. 463; TEGELIO et MESSENIO res ignota fuit) hauserit, (quum fontes suos non nisi valde generaliter indicet), investigare non vacavit, ut qua nitatur fide, existimare liceat: quae si vera est, non modo *Graece* doctum *Agricolam* nostrum fuisse, sed *Russice* etiam, raro sane exemplo, apparet scisse. Initio porro Mensis (die 10) Aprilis a. 1557 Legatos Wiburgum rediisse, TEGELIUS docet (l. c. pag. 352); cum pridie *Agricola,* morbo in itinere correptus, subitanea fuisset morte exstinctus. Auctoris autem nostri de loco mortis suae testimonio (utpote in vicinia versantis et regionis periti) fidendum est. TEGELIUS (cfr. DALIN p. 464 not.) paullo aliter: „Dagen näst tilförende bleff *M. Michaël Agricola* dödh på „wäghen, i een By *uthi Eurepe,* benembd *Sewaste,* när man „skulle hielpa honom, effter hans egen begeren up aff Sle-

„dan.“ *Abogiam perlatum, sepulchro* fuisse *commendatum,* male MESSENIUS (*Scond.* T. V p. 112 et *Chron. Episc.* p. 116), ac post eum SPEGELIUS *Chron. Episc.* p. 404 contra Auctoris nostri fidem asserunt, qui *Wiburgo* sepultum fuisse testatur [19]).

---

[19]) Epitaphium ejus vetus cum in *Collectione Palmsköldiana* T. 61 (Karelen) p. 417 sqq. servetur, (idem, ut videtur, quod Cel. *Scarin* in Sacrario Ecclesiae Cathedralis Aboënsis, reperisse narrat RHYZELIUS l. c. p. 345, not. O), illud hic apponere (ut monumentuum simul literarium ejus aetatis) placet:

„Epitaphium Reverendi viri M. Michaëlis Agricolae, Aboënsis Episcopi, qui obiit die IX Aprilis, hora duodecima pomeridiana (!), anno Domini 1557.

Ecce diem tristem lacrymisque rigantibus ora
  Dignum, cantari moesta Thalia jubet.
Sustulit Agricolam quum mors violenta Magistrum,
  Aeterni solitum pandere verba Dei.
Hic puer a primis didicit feliciter annis
  Artes Wiburgi, Pallados arma sequens,
Joannisque usus studio cognovit *Erasmi*
  Dogmata cum summa dexteritate sacra.
Hinc is discedens Aboënsem venit ad urbem,
  Artibus imbueret pectus ut ipse magis.
En tunc *Martinus* delegit Episcopus illum
  Ut Cancellarii grande subiret onus.
Hoc is sustinuit septenis sedulus *annis*,
  Fecit et officium non sine laude suum.
Post venit Albiacas Aboënsis sumtibus oras,
  Templi ad Leucoreae docta Lycea Scholae.
Hic artes didicit recte studiosus honestas
  Excoluitque animum relligione sacra.
Sic ut sit merito donatus honore Magistri,
  Et tulerit nomen jure gradumque bono.
In patriam rediens Aboënsi praefuit, omnes
  Erudiens summa sedulitate, Scholae.
Tradidit et vitam pueris praecepta regendi,
  Ut studiis esset consona vita piis.
Tandem Divino (dubitat quis?) Episcopus actus
  Numine, praeclarum munus in urbe gerit.
Quam bene tractarit coelestia dogmata, norunt
  Vivere quos testes fata benigna sinunt.
Saepe Papistarum spectacula ludicra taxans,

Caeteris addit *Agricolae* nostri meritis RHYZELIUS, eum

Detexit niveo tecta venena cado.
Nil docuit falsi, nil est meditatus amandum
Vertere quo posset relligionis opus;
Sed semper tenuit constanti mente professus
Prolata ex Patris dogmata vera sinu.
Nec cuiquam motus coeco est blanditus amore,
Sed retulit firmo corde nefanda mala.
Hujus ruperunt cito stamina ducta sorores
Qui longo vitae tempore dignus erat.
Hic etenim valido Ruthenica corpore tendens
Littora, cum reliquis Rege jubente viris,
Ut sanent mediis corda inflammata regentum,
Et sic tollantur bella cruenta, piis;
In reditu moritur peragens sua secula vitae,
Cujus Wiburgum triste cadaver habet.
Nil testamenti solito pro more reliquit;
Sed testamenti sit labor iste loco:
Finnonico vertit libros idiomate sacros,
Quod multis dignum laudibus exstat opus."

Habetur ibidem aliud etiam ejusdem Epitaphium, *tumulo* (ut verba sonant) *intitulatum*, hujusmodi:

Hic jacet *Agricolae* corpus mortale Magistri,
Qui docuit verbi dogmata pura Dei.
Nunc licet in cineres redigantur membra sepulta,
Attamen aetherea spiritus arce sedet.

Accuratissime apographon horum versuum (quorum ignoramus Auctorum) scriptum esse, non affirmaverim; ex quibus patet, primo, cum *Agricola* antequam Wittembergam proficisceretur, per *septem annos* Cancellarius fuisse (cum *Scriba* antea fuisset ejusdem) doceatur Episcopi *Martini*, qui a. 1528 ad Episcopalem evectus fuit dignitatem; quam absurde anno jam 1529 illuc missus perhibeatur, quo ante annum certe 1535 aut 1536 proficisci non potuit. Deinde, initio ope etiam ipsius Episcopi privata (antequam Praebendam *S. Laurentii* ex Regia gratia adeptus esset?) sublevatum fuisse, ex verbis colligere queas Carminis: Post venit Albiacas *Aboënsis sumtibus* oras? Nisi ita generatim Auctor voluit intelligi, ut sumtu *Ecclesiae Aboënsis*, cujus bona administrabat Episcopus, *Agricola* studiorum maturandorum gratia peregre missus fuerit? Tandem, verbis quoque Epitaphii, recte observante RHYZELIO (l. c.) confirmatur, quod expresse JUUSTENUS testatur, *Agricolam* Wiburgi (non die 9, quo obiit, sed 11 Apr.) sepultum fuisse.

a Rege missum in Lapponiam, ad populum hunc idololatricum Christi fide saniorique doctrina imbuendum, fuisse[20]); valde autem vereor, ne turpi nominum confusione, temere facta, tota haec narratio nitatur[21]), cujus ne minimum quidem vestigium nostra monumenta exhibent. Certius est, virum hunc diligentissimum atque in plurium literarum genere versatum, interpretationem quandam *Juris Maritimi Wisbyensis* Svetice concinnasse, (e Germanico exemplo contracti)[22]); cujus nunquam typis editae (sed quam magno sibi usui fuisse HADORPHIUS fatetur) exemplum Bibliotheca etiam nostra Academica servat.

De filio suo M. *Christiano Agricola,* atque reliquo genere, (cui *Nobilitatem,* adsciscenti nomen *Lejonmarck,* merita sua pepererunt), cfr. RHYZELIUS l. c. (ubi recte observat, primum fuisse Episcopum Aboënsem qui uxorem duxisset) et v. STIERNMAN *Matr. öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* p. 796 sq. Eundem M. *Christianum* (cujus etiam nati annum a Patre proditum fuisse, supra p. 691 not. sq. 15 vidimus) Rectorem fuisse, paterno exemplo, Scholae Abo-

---

20) „Han berettas ock (men året nämnes icke) hafva blefvit af Konungen send til Lapland, at arbeta på thet hedniska „folkets undervisning och omvendelse."

21) Ex SPEGELII *Hist. Eccles.* P. I p. 43 sq. eam hausisse videtur RHYZELIUS (cui solenne est, fontes suos celare); ille nempe cum legisset, a. 1559 ad Lappos, Regis jussu missum fuisse Sacerdotem quendam, Dn. *Michaëlem* (vid. SCHEFFERI *Lappon.* C. VIII, p. 68), statim videtur de nostro *M. Michaële* cogitasse, et nomini ejus cognomen nostri *(Agricolam)* temere addidisse, in memoriam haud revocans, hunc anno jam 1557 diem obiisse supremum?

22) Vid. HADORPHII Praef. ad editum a se *Jus Vet. Maritimum Wisbyense (Wijsby Sjö-Rätt)*, et *Hist.* nostram *Bibliothecae R. Acad. Ab.* §. 31, LXXXIII, ubi nostro exemplo hujusmodi praemissam esse inscriptionem docuimus: *Siöökort, thet är then högsta och elsta Siöörett och skipmåla Lagh, som the almeneligh köpmän och skipare haffua skipatt och ordineratt fordom i Wiisby på Gottlandh, ---- uthdragin aff Tydskon på Svensko per M. Michaëlem Agricolam,* 12 *Dec. anno* 1549.

ënsis, antequam Sedi admoveretur Revaliensi, discere licet ex *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1773 p. 89 sq. Cfr. Diss. M. PET. JOH. ALOPÆI supra laudat. P. II p. 28.

VICESIMUS SEXTUS.

M. PETRUS FOLLINGIUS, Svecus, quondam Rector Scholae Lincopensis, et Canonicus, vir jam provectae aetatis. Studuerat ille olim Haffniae in Dania, ubi etiam Depositor fuerat Beanorum [120]: erat is in arte Musica exercitatus, et alioqui solide doctus. Hic eligitur in Episcopum Aboënsem anno D. 1558, et mense Majo venit ad Abo; qui paulo post redierat in Sveciam, pro adferenda familia et suo supellectili. Assumtus est autem ad hanc dignitatem consilio Doctoris Andreae Jurisperiti, Johannis Thomae Quaestoris, et aliorum, quibus lingua Fennonica invisa erat [121]. Mansit vero in Episcopatu homo ille, ingenio vafro et subdolo, usque ad annum D. 1563; tunc submotus est ab officio mense Majo, propter suspiciones, quas de eo conceperat Rex Ericus. Multae erant quoque Sacerdotum querelae de ejus avaritia et rapacitate, quae bonis rationibus demonstrari possunt [122]. Sed quia Christus Dominus noster mandavit, ut alter alterius lavemus pedes; ideo, isti naevi in membris Ecclesiae melius teguntur, quam deteguntur. Huic opus erat interprete, tam in privatis, quam in publicis Finnonum negotiis. Anno D:ni 1565 a Rege Erico in Episcopum

Revaliae erat constitutus. A Revalia rediens ad Abo pro suis rebus, ibique *e*) obiit ipso anno *f*).

Anno D:ni 1560, die Sanctorum Angelorum, obiit serenissimus et clementissimus D. Gostavus, Rex Svecorum, Gothorum, Vandalorum, pater regni Sveciae. Cecidit corona capitis nostri; vae nobis, quia peccavimus!

Anno D:ni 1563 peractis Comitiis Holmiae mense Junii, erant M. Paulus Jwsten in Episcopum Aboensem et M. Canutus Joannis in Episcopum Wiburgensem constituti *g*).

Notae Editoris.

120. *Beanos* esse Studiosos novellos, qui ad Academiam nuper accesserunt, (a voce Gallica *Bec jaune*, ut sunt aviculae quae nondum e nido evolarunt) docetur in *Glossario Cangiano*, sub hac voce. Hos, antequam plenum jus civitatis Academicae adipiscerentur, modis variis vexatos olim fuisse atque exercitos, eique praefectum negotio hominem inter *Magistros* delectum, *Depositoris* nomen gessisse, (ut omnem hunc morem insulsum atque inconditum, *ritum Depositionis*, s. *Depositionem* audivisse), notum est: a quali stultitia nec Patriae Academias superiori seculo immunes fuisse, constat. Hujusmodi igitur officio Hafniae functus fuerat *Follingius;* quem male *Fullingum* vocat MESSENIUS (cum in *Chronico Episcoporum*, tum *Scondiae* T. X p. 27), *Follingum* RHYZELIUS l. c. p. 346, qui eum (pro more) eximie laudat, nulla vitiorum, quae in illo reprehendit Auctor noster, (eruditionem ei caeterum haud denegans) turpissimorum mentione facta.

---

e) ibi? f) Tota haec sententia addita est e Codice A. *g)* Etiam haec additio est e Cod. A.

121. *Doctorem* hunc *Andream*, Jurisperitum, parum nobis caetera notum, (qui neque quo officio, hic in Finlandia, functus, neque quibus meritis gratiam Regis aucupatus sit, hactenus rescivimus), et *Johannem Thomae Quaestorem* (*Regis Camerarium*, ut alibi vocatur: cfr. Diss. D:ni Beronii, supra laud. p. 8) Fennis vehementer fuisse invisos, ex Epigrammatis (ineptissimis) in eos fusis, quae conservavit in Collectione sua Palmsköldius (N:o XIV *Topogr.* T. 59, *Åbo, Åland,* p. 375) colligere licet [1]). Caussam, cur Regi *Petrum* hunc *Follingium* duumviri illi inprimis commendarent, Auctor *odium* fuisse prodit *linguae Fennicae;* quam cum alter *Svecus,* alter *Danus,* ipsi scil. ignorarent, aequius utique atque sapientius censebant, ut quinquaginta myriades Fennorum ad patriam linguam abjiciendam adigerentur, quam ut ipsi suique amici, (viginti fortassis numero?) molestiam subirent linguam discendi gentis, cui praeesse cupiebant! Cujusmodi consilia, nostris quoque temporibus, unum aut alterum hominem ingenii scil. subtilis, et aequi justique amantem, nonnunquam agitasse, novimus! Nihil sane est quod hi Italorum damnent rationem, qui ut homines suae gentis molestia liberarentur linguas peregrinas discendi, callide olim sciscebant, ut cultus Divinus per totam Europam Latine celebraretur: patuit enim sic ubique sibi aditus facilis ad praecipuas dignitates Ecclesiasticas suis vindicandas; parvique caeterum referebat, quem usum ex tali cultu religioso tot populi habituri, aut quae incommoda inde experturi essent? — Cfr. quae contra stulta non minus quam

---

1) *Epitaphium* nempe *Johannis Thomae,* tale est:
Johannes Thome, Danice gentis,
Vix habet micam humane mentis.

(De *Johanne Thomae, Hans Thomasson,* a. 1556 *Praefecto Arcis Aboënsis,* alio ab hoc? cfr. v. Dalin l. c. pag. 458).

Epitaphium vero *Doctoris Andreae* hujusmodi est:
Doctor Andreas Neritianus,
Semper insanit, quasi insanus.

Patriam tamen utriusque ex insulsis non minus quam infestis his versibus cognoscere licet.

iniqua hujusmodi consilia disputavimus in *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1793 N:o 13.

122. Non itaque satis fuit, quod bonus hic Doctor Ecclesiae loqui cum auditoribus sine interprete non posset; sed turpi etiam avaritia odiosum se reddidit! Cujus pravitatis eum graviter accusans, religioni sibi tamen Auctor duxit (!), exemplis afferendis rem plenius demonstrare. Non autem ob justas has caussas munere exutum fuisse docet; sed *propter quasdam suspiciones quas de eo conceperat Rex Ericus.* Sine dubio fratri suo Duci *Johanni* nimis deditum Rex existimavit, (MESSEN. *Chr. Rh. Finl.* p. 55, *Scond.* T. X p. 29); de cujus fide dubitandi, haud leves habuisse caussas videtur. Cfr. v. DALIN l. c. C. IX, §. 21, p. 560 sqq. et CELSIUS *K. Eric XIV:s Hist.* (Ed. II, Lund 1795) pag. 135 sqq. Deinde eundem post biennium (a. 1565) ab eodem Rege Episcopum *Revaliae* fuisse constitutum, additur in Codice Chronici nostri vetustissimo, quem *Academicum* vocare soliti sumus (in Bibliotheca nostra Acad. servato), et *Mennandriano* (quo illo etiam postea, beneficentia Generosissimi D:ni FREDENHEIM, Bibliotheca Academica aucta fuit) [2]). Revalia autem *Aboam* (ubi igitur interim, dum munere caruerat, mansisse putes?) pro rebus suis inde trans-

[2]) Scriptus hic est manu *Gabrielis Peldan*, Pastoris olim Ecclesiae *Ilmola* in Ostrobotnia meritissimi, (cujus vitam breviter descriptam dedimus in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1792 N:o 45 et 46), qui eundem contulisse reperitur et cum Codice *Brenneriano* (nostro Academico) et cum alio quem fratris sui, *Israëlis Peldan* (Rectoris olim Eccles. Cathed. Ab.) fuisse notat, adscriptis margini lectionibus utriusque variantibus. Praeterea accessit nuper, dono D:ni *Gustavi Rancken*, Choralis ad Ecclesiam Cathedralem Aboënsem meritissimi, Bibliothecae Academicae Codex Chronici nostri tertius, Soceri olim sui (quem *Rothovianum*, nomine pristinorum possessorum, vocabimus), lectiones ille etiam quasdam bonas habens: quas inter fortasse referas, quod de *Flemingiis* (supra pag. 617) habet: „D:nus Iwarus, et D:nus *Ericus Flä-„ming (Fleming)*, Decemb. 19, qui postea *sepelitur*" (ita ut ad *Ericum* tantum referri velit?) „in Pargas Dec. 19." Cfr. supra p. 656).

ferendis, *rediens,* ibi eodem anno mortuum fuisse, porro docetur. Unde emendandus est RHYZELIUS, qui l. c. eundem, post amissum munus Episcopale, in Ostrogothiam (natalem suam regionem; nam in praedio *Follenge,* prope *Skeningiam,* lucem adspexisse idem tradit) se recepisse, ibique non multo post, annis gravem obiisse, narrat.

M. PAULUS JUUSTEN [1]).

Quae pro vita illustranda viri meritissimi, cujus diligentiae *Chronicon* debemus (unicum in suo genere rerum veterum Fennicarum monumentum) quod hactenus explicare, confirmare atque supplere conati sumus, colligere potuimus; ea hoc loco, coronidis instar adjiciemus. Primum igitur adjungere placet fragmentum, vitae suae primam atque maxime ignotam partem complectens, ab ipso ut videtur, (aut ab amico aliquo coaevo atque rerum suarum peritissimo?) profectum. Exemplo illud Chronici nostri, quod olim possederat magnus monumentorum Patriae conquisitor, nobiliss. *Abrah. Ericus Gyllengrip* (quoque uti nobis amice permisit b. *Sigfr. Laur. Gahm,* ille etiam, dum viveret, talium rerum collector diligentissimus; post cujus mortem quo pervenerit, nescio) adjectum reperimus, vitiosius a librario rudi descriptum: quare loca corruptiora, critica ope adhibita, sanare simul conabimur. Tale autem illud habetur:

VICESIMUS SEPTIMUS.

M. PAVLUS JUSTEN *a*), natione Wiburgensis. Hic successit *Petro Follingio* in Episcopatu Aboënsi. In ejus

---

[1]) Ita ipse semper nomen suum scripsit (duplici *u,* vel *w,* h. e. prima syllaba producta, altera correpta); quem morem etiam aequales sui sequuntur. De origine nominis infra loquemur.

a) Rectius Juusten.

vero locum *b*) Wiburgi substitutus fuit M. *Canutus*, beatae recordationis, qui ibi obiit anno *c*) Domini 1564 *d*). Ad studia literarum *e*) adhibitus est *Paulus* in tenera sua aetate, Rectore adhuc *Johanne Erasmi*, felicis recordationis, antequam ille in Cancellarium D:ni Episcopi *Martini* vocaretur. Sed qui Dn. *Johanni f*) in officio Rectoratus successerant, non erant aeque fideles, diligentes aut felices in juventute instituenda; donec quidam Dn. *Clemens*, natione Danus, labores (laborem?) docendi pueros in se suscepit. Erat is Concionator D:ni Comitis *Johannis von Hoyen in Brockenhausen g*), qui fuit gener *h*) Serenissimi et Clementissimi D:ni Regis *Gustavi*. Ille D:nus *Clemens* primus in Schola Wiburgensi inchoavit lectionem *Terentii* et *Virgilii*; sed et ille secutus est D:nam *Margaretam*, relicto Wiburgo, anno D:ni 1534, dum Comes *i*) ipse a Regno Sveciae ad perfidos Lubecenses defecit: quasi ditiones *Wiburgum, Savolax, Satacundia* et *tractus Borgoënsis k*) non suffecissent ejus dominationi. Recte igitur Poëta: Non facile est aequa mente secunda *l*) pati. In locum ejus D:ni Comitis *m*) successit nobilis et providus vir *Nico-*

b) In Apographo nostro absurde legitur *domo.*. *c)* Habet idem absurde *primo*. *d)* Cfr. supra pag. 623 et 627 not. 11. *e)* Absurde legit *horum*. *f)* Male habet *Johannem*. *g)* Habet *Bråkenhusen*. Comes scil. fuit *de Hoya* et *Brockhausen*. Cfr. v. DALIN l. c. C. 2, §. 24 pag. 113. *h)* H. e. *Affinis*, qui Sororem ejus in matrimonio habuit. Qui enim hodie nobis *Svåger*, olim *mag, måg*, vulgo appellabatur. *i)* Legitur absurde *Canutus*. *k)* Ergo plus etiam habuit, quam tradit Nob. v. DALIN l. c. C. 5 §. 2 pag. 254 not. (a). *l)* Legitur absurde *omnia*. *m)* Rursus *Canuti*, absurde.

laus Grabbe n), vir pietatis et omnis honestatis amans, anno D:ni 1536 *o)*, cum jam *Paulus* utroque parente orbus esset. Pater enim ejus ante sex annos, mater vero ante tres annos (tunc enim Wiburgi pestis gravissima saeviit) in D:no obdormiverant. Profectus est ille in Scholam Aboënsem, et praecedente autumno ex Witenberga redierat M. *Thomas Francisci*, qui factus Rector Scholae reduxit scholasticos ad prima artis Grammatices initia recte percipienda, ne *p)* in aliis artium discendis elementis a principiis et fontibus aberrarent, sed ordine perciperent quidquid addiscendum erat. Simili diligentia et fidelitate tradidit etiam suis auditoribus rudimenta Christianae Religionis; sicut haec omnia in Schola Witenbergensi, magna dexteritate studiosis proponi audiverat. Dum in hoc stadio *q)* biennio versatur *Paulus*, revocat eum ad se Reverendus Pater D:nus Episcopus *Martinus*, ut apud se lectorem mensae ageret; idque maxime consilio Magistri *Simonis* Wiburgii, qui prima vice nunc ex Germania redierat; et simul factus est *Hypodidascalus* Scholae Aboënsis. Erat tunc in Aula non admodum peroptanda consuetudo, quod adolescentes bona aliqua indole praediti, ex medio cursu studiorum suorum etiam inviti raperentur, nulla habita ratione, utrum ad aulica officia, vel ad alias humaniores artes discendas, essent idonei *r)*. Ne

n) Grobben, male. *o)* Forte 1534? Cfr. supra p. 655 not. 44. *p)* Habet *neque*, male. *q)* In Ms. legitur *studio*. *r)* Penuria nempe hominum, quibus in negotiis quibuscunque civi-

autem id fieret, procuravit Dn. Episcopus, ut *Paulus* ille, quem in familiarem suum suscepit, Sacris Ordinibus initiaretur; quod factum est anno D:ni 1540. Quia vero Schola Wiburgensis, post spontaneam resignationem *Simeonis Leth* (?), Rectore caruit, injunctum fuit illi a Venerabili Capitulo, ut eo se conferret, donec de commodiore Rectore substituendo deliberari et prospici potuit. Obedivit ipse illorum authoritati, non libens; intellexit enim se imparem esse tunc illi vocationi, quae multarum bonarum rerum cognitione opus habet. Fecit autem in re, velut adhuc adolescentior, quantum potuit, non quantum debuit. Inde vocatus ante completum biennium, missus est in Germaniam, ut et ipse solidiorem bonarum artium et doctrinae Theologicae cognitionem consequeretur, atque (et?) aliis eam deinceps majori fructu et dexteritate communicaret. Aggressus est iter illud, rebus antea dispositis, die Sanctorum Angelorum, quos sibi a Deo, maximo gemitu petierat comites suscepti itineris. Witebergam pervenit circiter ferias *Martini*, et post octiduum a beanismo depositus, praesentibus eruditis et egregiis viris, M. *Simone Wiburgio* et M. *Magno Botvidi* s), cum reliqua turba popularium suorum, qui eo ex Svecia studendi

---

libus uti Rex posset, tanta fuit, ut adolescentes ex Scholis requirere, et etiam invitos saepe cogere, ad munia varia obeunda adhibendos, necesse haberet. In qua re non semper Rectores Scholarum sibi habuit sincere faventes. Cfr. supra p. 668 not. 61. *s)* Cfr. Indicem *Erasmi Nicolai* (supra laudatum pag. 666 sq., not. 60) apud Cel. GJÖRWELL l. c.

gratia confluxerant: factum est id fine anni 1543. Praecedenti anno erat in Svecia seditio Rusticorum Smolandensium, quam in Svecia vocamus *Dackefejd*, Eam *t*) Serenissimus et Clementissimus Rex, Dei suffultus auxilio et sua regia industria, magna potentia compescuit et devicit. Habuit *u*) Witenberga tunc viros in omni genere Facultatum eruditissimos, Dominum Doctorem *Lutherum*, *Pomeranum v*), *Philippum x*), *Crucigerum y*), *Majorem z*), *Paulum Eberum*, *Erasmum Flavum a*) et *Reinholdum b*) etc. Hos audivit ipse de gravissimis rebus disserentes. Quibus et suum judicium de multis controversiis Christianae Religionis confirmavit, ac (et?) meliorem cognitionem et usum bonarum artium sibi comparavit. Mansit Witenbergae tantum triennio; quod ab eo tempore non erat ibi locus musis, propter bellum exortum inter Caesarem Carolum et Ducem Saxoniae cum aliis Euangelicis confoederatis. Dissipato igitur toto coetu Universitatis, manserat ille hyeme partim ------ *c*), partim Magdeburgi, et vere proximo sequenti contulerat se *Rostochum*, inde ad *Regium Montem*; ibi tota aestate com-

---

t) Ms. absurde *Erat.* *u)* Ms. *Habet*, male. *v)* H. e. *Johannem Bugenhagen.* *x) Phil. Melanchthonem.* *y) Casparum Crucigerum.* *z) Georgium Majorem.* *a)* Hic quis significetur, nescio; cumque ordinem totum Professorum, illo tempore, Wittembergensium haud cognoscam, locum mutare non audeo, quamvis suspicer *Matthiam* fortassis *Flacium* legendum esse? *b) Erasmum Reinholdum.* *c)* Hoc legere nomen non poteram. Ductus quasi literas *quevest* offerre videbantur: an *Servestae* Auctor scripserat?

moratus est, audiens Doctoris *Sabini d)* lectiones, *Staphyli e)* et aliorum qui in Academia erant *f)* Professores. Illo vere, anni 1547, captus est *Johannes g)* Dux Saxoniae a Caesarea Majestate, die Marci Euangelistae *h)*.

Notae Editoris.

Post reditum ex Germania (a. 1547 autumno?) a R. *Gustavo* obtinuisse *Praebendam Clericorum* narrat Rhyzelius l. c. Anno vero sequente Rectorem Scholae Aboënsis ab eodem Rege constitutum fuisse, Palmsköldii etiam testimonio confirmatur (*Collect.* N:o XV, *Bibliogr. Sviogoth.* T. X p. 249), qui ad Acta Archivi Reg. (*Registr. R. Gustavi I,* a. 1548 lit. R. pag. 14, 15) provocat. Huic officio praefuit, inter Capitulares simul Aboënses totius Dioecesis curam agens, donec illa in duas partes divisa, Wiburgensem Episcopatum, a. 1554, nostro committere, Regi placeret. Cfr. supra pag. 678 et p. 692 sq. not. 18. Novam hanc spartam cum per novem annos ornasset, ad Sedem Aboënsem fuit a R. *Erico* translatus (vid. supra p. 700), qui in locum exuti munere *Follingii* nostrum suffecit. Hic literas illas commonitorias anno sequente (1564 d. 14 Decemb.) ad Pastores Ecclesiarum in Norfinlandia dedit, quas exhibet Rhyzelius l. c. *Append.* pag. 151 sq. Quod autem ille narrat (ib. p. 347), nostrum simul Wiburgensem Dioecesin, ad mortem usque suam retinuisse, falsum omnino est; nam supra vidimus (p. 700), et statim sibi in Sede Wiburgensi (a. 1563) successisse M. *Canutum Johannis,* et eo (sequente mox anno) vita defuncto, (cfr. p. 627 not. 11) M. *Ericum Her-*

d) *Georgii Sabini.* *e)* Ms. Habet *Stephani.* Sed jam Messenius (in *Chronico Episcopor.*), quem idem hoc fragmentum oculis usurpasse apparet, habet *Staphylum.* *f)* Ms. *fuerant.* *g)* *Johannes Fridericus.* *h)* D. 25 Aprilis.

kepaeum anno 1568 eidem fuisse Dioecesi praefectum, qui nostro supervixit. Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 1. De infelici legatione sua Russica (quam jussu suscepit R. *Johannis,* non, ut male habet RHYZELIUS l. c., *Erici,* qui Regio diademate jam fuerat exutus) narrationem, ab ipso literis consignatam, olim edidimus [2]): de qua igitur nihil hic addere opus est. Rediit autem inde, non anno demum 1575, ut ibidem habet RHYZELIUS, sed initio jam anni 1572, ut ipsa eadem laudata nostri docet Narratio s. Itineris Ephemerides [3]). Dum vero captivus in Russia ultra biennium detineretur (ubi crudelissime et indignissime a feroci barbaro tractabatur), ut triste otium falleret animique moerorem levaret, Ecclesiaeque suae simul aliquid tamen utilitatis pareret, non modo *Explicationem* (s. ut ipse vocat, *Fragmenta in explicationem*) *Euangeliorum Dominicalium et praecipuarum feriarum totius anni,* Latine elaboravit, (quam Ecclesiarum Pastoribus, Sacellanis et aliis quibuscunque Verbi Dei Ministris Finlandensibus, Epistola praemissa dedicatoria consecravit), Ms. adhuc in Bibliotheca R. Acad. Aboënsis servatam [4]); sed etiam *Catechismum* Fennice versum (quem videre nobis haud licuit) atque anno 1574 Stockholmiae typis editum [5]). Servatur etiam in Bibliotheca Aca-

---

[2]) Dissertt. Acadd. III, *Narrationem R. V. Pauli Juusten, Episcopi Aboënsis, de Legatione sua Russica* exhibentes, Aboae 1775, 4:o.

[3]) Discere hoc potuisset cum a PET. PETREJO *(Regni Muschovitici Sciagraph.)* L. II p. 42 sqq. tum ab AEGID. GIRS *(K. Johan III:s Chrönicka)* p. 6 et 31 sqq.

[4]) Codicem hunc (de quo etiam RHYZELIUS l. c. not. R. commemorat) breviter descriptum dedimus in *Hist. Bibl. R. Ac. Ab.*

[5]) Hic neque Reverendiss. MENNANDRO innotuerat; ita ut vereamur, ne jam prorsus perierit. Notitiam autem ejus exhibet PALMSKÖLDIUS *(Collect.* N:o 15, *Bibliogr. SvioGoth.* T. X pag. 255, ubi hoc modo describit: „*Catechismus, Suomenkielen*" *(Suomenkielin,* l. *Suomenkielinen?)* „*tulkittus*" *(tulkittu;* l. *tulkitus?)* „*udistettu ja Jumalisten ja caunisten Rukousten ja kijtos-sanain* „*canssa enätty, ja surella wisudella koottu Suomalaisten hywäxi* „*ja jocapäiwäsexi tarpexi, sekä cotona että matkas. Paulus Juu-*„*sten Aboen. Anno* 1574, 8:o. In fine: *Tulkittu sures fangiuxes*

demica Ms. Oratio ejusdem Synodalis (saepius jam nobis laudata) post reditum hic Aboae habita, s. ut ipse vocavit, *Capita rerum Synodicarum recitata in Synodo Aboënsi anno* 1573 [6]). Editionem etiam *Libri Missalis* Fennici, plenioris quam quo hactenus Ecclesia Fennica usa fuerat (ab *Agricola* edito), anno 1575 Stockholmiae typis imprimi curavit [7]); ut de *Chronico* suo *Episcoporum Finlandensium* (quod quo anno concinnaverit, nescimus) nihil addamus. Ex quibus omnibus patet, eum laudatissimum *Agricolae* de Ecclesia Patria bene merendi studium, fuisse praeclare aemulatum. Adeo sese prudenter in rebus civilibus gessisse reperimus, ut neque R. *Erici* suspicionem in se excitaverit, neque R. *Johannis* gratiam perdiderit [8]). Praeter caeteram Dioecesis suae curam, etiam de Schola quadam in Ostrobotnia condenda, voto incolarum satisfacturum, apud Regem (*Johannem*) egisse, ex *Collectione Palmsköldiana* discimus [9]).

„*olles, mutta painettu Stockholmisa Amund Lauritzan pojalda* „*anno* 1574." *Lutheri* fuisse Catechismum credas, Fennice a nostro versum, atque Precum formulis variis auctum? Sub captivitate sua fuisse elaboratum, ipse in fine significavit.

[6]) Etiam haec Oratio (de qua cfr. *Historia* nostra *Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* § 31, LXXVIII) haud inutilis est, ad statum Ecclesiae nostrae, qualis iis temporibus et proxime praecedentibus esset, cognoscendum.

[7]) Cfr. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 21.

[8]) Nulla quidem ostendunt vestigia, eum ut Regi placeret, Liturgicis hujus conatibus justo amiciorem se praebuisse. Nam quod initio, cum nondum sese verum Regis consilium prodidisset, facilius, ut plerique alii Episcopi et totus fere Clerus, ei obsequeretur; excusari haud aegre potest. Singulare tamen est, pompa adhuc majore atque ad morem Pontificiorum propius accedente, quam qua *Agricola* Regem *Gustavum* olim offenderat, nostrum cum Episcopo Wexionensi (*Nicolao Canuti*), novum Archiepiscopum *Laurentium Petri Gothum*, a. 1574 Upsaliae consecrasse. Vid. Diss. CAROLI PET. RYDBERG *de motibus Liturgicis in Svecia* (Ups. a. 1788, Praes. Cel. FANT ed.) P. I §. III p. 6 sq., et MESSENIUS *Scond.* T. VII passim ad a. 1574 sq. Cfr. supra p. 680 et p. 693.

[9]) „M. *Paulus Justen* Ordinarius Aboensis, omnium Ostro„botniae incolarum precibus motus, S. Regiae Majestati scripsit

— Anno tandem 1576, die 22 Augusti, e vita discessit [10]).

De genere quoque suo et posteris, quaedam addenda videntur. Ex Actis igitur quae ad res pertinent *Benedicti*, filii *Severini (Bengt Söffringsson Juusthen in Olsböle* [11]), auctoris Familiae Nobilis *Gyllenlood* (de quo cfr. v. STIERNMAN *Matrikel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* p. 309 sq.) aperte constat, gentem (plebejam) Wiburgi floruisse, nomine *Juusten*. Sic *Benedictum* illum ab haeredibus defuncti *Johannis Juusten* fundum in urbe Wiburgensi *(en Stadsgård)* emisse, ibidem docetur, nomine *Juustila* (a quo verisimile est gentem illam nomen suum habuisse, aut contra illi dedisse?), prope Claustrum Dominicanorum situm [12]). Mentio etiam fit alterius fundi (Domusque in eo exstructae lapideae) eidem Claustro vicini, quem haereditario jure olim possederat b. *Petrus Juusten senior* [13]). Minus igitur nobis probatur, quod in *Collect. Palmsköldiana*, N:o XIII *Geneal.*

„et petiit, ut in Ostrobotnia Schola quaedam Regio privilegio „fundetur, ad quam incolae illius terrae suos filios mittere pos„sint, ad discendam doctrinam Ecclesiae et Reip. necessariam, „(quod) cum ob itineris distantiam tum ob caritatem victus suos „filios ad Scholam Aboensem mittere non valeant. Id ipsum ab „illustrissimis viris ac Dominis Domino *Hogenschildo Nicolai* et „D:no *Canuto Canuti* anno - - - - cum Regiae Majestatis mandato „Finlandiam simulque orientalem Botniam visitarent et peragra„rent, indigenae illius tractus omni submissione flagitarunt, quod „R. Majestati illorum desiderium supplicemque orationem de Schola „in eorum filiorum usum fundanda notificarent.“ Vol. *Österbotten* p. 82. Quae unde ille exscripserit, rescire hactenus non licuit.

[10]) Cfr. MESSENIUS *Scond.* T. X p. 31.

[11]) Quorum exemplum favori debemus Cel. NORDIN, ex cujus Thesauro monumentorum ad res Patriae illustrandas pertinentium locupletissimo, describere illa licuit. De hoc *Benedicto Severini* scribit v. STIERNMAN loco mox indicando, eum natum fuisse in Westrogothia; quod falsum esse, ex his iisdem Actis discimus, ubi Patrem suum *Severinum* (Juusten) Pastorem fuisse Ecclesiae *Hauko* Tavastiae, atque medio seculi XVI vixisse, aperte docetur.

[12]) „Liggiandes när Svartebröder Closter-gården.“ Cfr. caeterum *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1798 N:o 11.

[13]) Non putes improbabile, hunc *b. Petrum Juusten Senio-*

SveoGoth. T. 26, Litt. I, P. II, p. 491 traditur, Episcopum nostrum natum fuisse in *ditione Wiburgensi* atque *Jussila* (forte *Juustila?*) *Jokiby;* quibus porro additur, duos eum filios, *Paulum* et *Ericum,* filiamque *Annam* reliquisse: *Paulum,* qui *Centurio (Capitaine)* factus sit, filiam habuisse, nuptam cuidam *Starckhufvud,* cui filium *Johannem Starckhufvud* pepererit [14]); *Annam,* Episcopi filiam, nupsisse *Johanni (Hans) Kröell,* Consuli urbis Wiburgensis (qui a. 1622 d. 30 Aprilis, literas confirmatorias obtinuerit R. *Gustavi Adolphi* de possidendis praediis, in ditione Wiburgensi, socero suo a R. *Johanne* concessis); quorum filius *Johannes Rosencroel* in *Justila, Tervas* et *Järvenpä,* Consul fuerit urbis ejusdem a. 1644 et 1647, Capitaneus urbis Wiburgensis a. 1646, jure Nobilitatis auctus a. 1653 d. 16 Aug. [15]), et potestatem simul nactus sit insignia avi materni (cujus mascula progenies exstincta interim fuerat) gestandi [16]), et postea a. 1661 et 1664 Pro-Chiliarcha fuerit Dimacharum *(Öfverste-Lieutenant öfver en Esquadron Dragoner).** Quem etiam a. 1647, d. 17 Novembris, confirmationem (a Regina *Christina)* accepisse donationis praediorum avo suo materno (Episcopo nostro) olim factae, ibidem docetur. Ex his omnibus satis apparet, liberis Episcopi nostri nobilitatem (nomine tamen patrio non mutato) a R. *Johanne,* mox post illius a tristi sua Legatione Russica reditum, fuisse concessam [17]). Aliis

---

rem (salige gamle *Pedher Juusten)* Patrem nostri fuisse, *Johannem* autem illum, filium fortassis Episcopi?

[14]) SPEGEL *Hist. Eccles.* P. II p. 406 tradit, filium Episcopi *Paulum* factum fuisse Centurionem Peditum *(Capitaine),* hujus autem filium Equitum Centurionem *(Ryttmästare),* qui cum Nobilitatis jure augeretur, vocatus sit *Starkhaupt.* Merito haec improbat v. STIERNMAN *Matrik.* p. 1011; licet *Martinum* illum *Starckhufvud,* qui a. 1699 nobilitatis jus accepit, eundem esse quem SPEGELIUS spectarat, pro certo affirmari nequeat. Probabilior est PALMSKÖLDII Genealogia.

[15]) Concinit v. STIERNMAN l. c. p. 498.

[16]) De levi inter insignia utriusque differentia cfr. *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1782 p. 189.

[17]) Confirmatur hoc *Fol. Hebdom. Ab.* loco nuper allato,

autem monumentis edocemur, filium (eumque non unicum) illum reliquisse, *Johannem;* cujus filius (nostri nepos) *Paulus Johannis Justen* (primum Signifer, deinde Sub-Centurio, *Lieutenant)* a R. Dicasterio supremo Aboënsi ad nobilitatem suam probandam a. 1630 (urgente Advocato Fisci) citatus, Diploma quidem ipsum, avo suo datum, exhibere non potuit, sed rem tamen, ut notam, confidenter asseruit [18]). Hic filium reliquisse nullum videtur; *Catharinam* vero *Justen,*

p. 190; insignia autem Episcopi, tabellae aeneae incisa, adjunximus *Ephemeridibus* infelicis suae *Legationis Russicae,* supra commemoratis. PALMSKÖLDIUS, Episcopum nostrum a R. *Johanne* Nobilitatis jure auctum fuisse testatus, addit: *Fick 12 Skattegods i Finland* l. c. p. 489.

[18]) Scripto R. Dicasterio exhibito, unde haec excerpsimus: „Först anbelangande, så åhr min Fader Fadher, den Biskop „öffuer Åbo och Wiborgz Stift var, Saligh *Mester Påffvel Justen* „tilsagt worden och förwerffuet, - - - - aff S. Konungh Johan „Sköldh och Hielm, för Rickzens omwårdnadh, sin store mödho, „swedhe, wärck och plågor han S. uthi fengelset i tre åhrs tidh „j Muskow wthstodh, herdhede och ledh, då han dijtt gesante„wiss deputerat och förskickett wart, deropå wthen twiffuel skrif„ter och bewiss uthi Rickzens Liberi-Cammar finnes kan. Men „godzen anbelangende, som honom dåå bleffue nådigest done„rade och skänkt, äger iagh aldrig en stacke aff, uthan *mine* „*Farbroder-barn* och *Farsyster-barn* någon dell af dem possi„dera. De godssen belangende iagh haffuer haft, *åhr migh* „*ifrån hendt och tillegnet Nådige Herren Cantzleren,* benämdh „*Warthe* gordh i Kimittå, dett endagh skeet åhr j min frånvaru „tå iagh stadder war emooth Rickzens fiender i Cronones tienist, „och min fatige hustro och barn måste sedhan inhysses sittia, „uthi en bondes huss“ etc. Hoc igitur praedium, ob servitium militare a R. *Gustavo Adolpho* a. 1627 sibi donatum, ut sibi reddi R. Dicasterium procuraret, supplex oravit. Sententia de caussa sua lata, non superest. In Protocollo tantum legitur (d. 14 Julii a. 1630): „Sammaleedes bleef och Paulus Justen tilltaledh om sin Adelskap, deropå han och svarede skrifteligen, „som der af nochsampt åhr till att see sub lit. B“ (illud ipsum, quod nuper attulimus, ejus scriptum, indicatur), „och inhtet breeff „hade han på sin Adelståndh: och der medh trädde dhe ifrån „Rätthen.“ Ipsam citationem a R. Dicasterio ad ipsum missam, ut nobilitatem suam Diplomate Regio aliisque documentis proferendis probaret, in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1782 N:o 25, p. 193

quae nupta *Georgio Thauvonio* Pastori Ecclesiae *Haliko*, mater facta est *Abrahami Thauvonii,* Episcopi tandem Wiburgensis, illius fuisse filiam (aut sororem?) putamus [19]).

sq. attulimus. Ubi etiam significavimus, in Actis iisdem a. 1634 d. 4 Febr. literas haberi commendatitias R. hujusce Dicasterii ad *Achatium* (Åke) *Oxenstierna,* Praefectum Ditionis Wiburgensis datas, quibus hic rogatur, ut *Paulo* eidem (cujus igitur justam fuisse caussam, putasse videntur?) ad bonorum partem, quae ad se non minus quam ad cohaeredes suos pertinere deberent, obtinendam, auxilio esset. Ubi inter alia legitur: „Och „låte Eder förnimme, att Breffvijsere och Fendrich under Ryttmester Ernest Lindelöff, *Paulus Justen,* hafwer här uti denne „Konungsliga Rätt supplicando begäret assistance och förfordring „til det godz som honom medh sambt flere hans *medarffvingar* „*efter S. Biskop,* och man doch icke egenteligen veet, huru denne „saak sig hafwer, *Påfvel Justen* kan tilfalle; så etc." In *Catalogo Fundorum Regiorum* (Jordebok) *Territorii Halikoënsis,* a. 1640 d. 31 Jan. idem hic *Paulus Justen* vocatur sub-Centurio *(Lieutenant).* In Actis R. Dicasterii Aboënsis anni 1649 d. 26 Nov. commemoratur *Christina (Fru Kirstin i Mainiemi i Kimito,* ubi *Pauli* matrem habitasse ipse in scripto supra laudato prodit) *vidua b. Pauli Justen;* unde jam tum fuisse mortuum, apparet. Apud Palmsköldium l. c. mentio fit hujus ejusdem *Pauli (Påvel Hansson Justen),* qui autumno a. 1621 captus fuerit apud Kokenhusen, sed postea redemtus, quique uxorem habuerit *Christinam Johannis (Hans Dotter):* quae Actis laudatis apprime consentiunt. Deinde idem meminit ibidem, *Margaretae Pauli F. Justen,* nuptae *Arvido Möller,* quam ille *Pauli* nostri filiam facit, citans Regist. (Act. Reg.) a. 1641 p. 685; in laudato autem nuper a nobis *Catalogo Fundor. Reg. Territorii Halikoënsis* pro a. 1638 sq. occurrit *Margareta Johannis,* (Hans Dotter) *Justen* (adeoque soror, uti videtur, *Pauli)* vidua *Andreae Möller,* cui quamdiu viveret ac vidua maneret, concessi erant tres fundi integri *(3 mantal)* in Paroecia *Haliko,* feudi nomine (i lifstids förläning), vi literar. Regiar. datar. d. 17 Junii 1629, quia maritum illa suum in bello contra hostes regni amiserat. Unde Palmsköldii locus corrigi debere videtur. Quam autem idem eodem loco commemorat, Acta R. Cancellariae (Registrat.) a. 1644 d. 22 Maji citans, *Annam Petri Justen* a. 1644 adhuc viventem, uxorem *Olai Philippi* (qui in bello contra hostes patriae occubuerat), illa ex alia forte *Juustenorum* linea ortum habuit?

[19]) Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* 1782 p. 188 sq. et p. 193 sqq., ac Stiernmanni *Aboa Lit.* p. 81.

Ad Lectores.

Excrevit opus quod ad finem jam perduximus, ad majorem multo molem, quam ei dare primum constitueramus. Quamobrem diutius quoque, quam consilium initio fuit, editio ejus retardata est; quippe particulatim, speciminum Academicorum loco, a Juvenibus literarum Studiosis, typis commissi publiceque defensi. Nempe in animo primum habebamus, *Chronicon Episcoporum Finlandensium Juustenianum* (ut monumentorum nostrorum Historicorum praestantissimum) curatius descriptum, apparatuque modico (ex Registro Ecclesiae Aboënsis maxime petito) confirmatum atque illustratum, edere. Postea autem, animo ad has res diligentius converso, majorique monumentorum copia, sub ipsa operis editione, hinc illinc adfluente, latius sensim limites primi consilii extendere placuit (quamvis nec sine hoc turbando, nec sine diligentioris ordinis debitaeque partium inter se convenientiae atque proportionis fieri posse jactura, appareret); quod tamen hoc opere suscipiendo, non justam gentis nostrae Historiam exhibere, sed quasi Horreum tantum quoddam condere institueramus, in quod, quicquid ad eam illustrandam pertinens (in illa qua laborabamus scriptorum eam persequentium paupertate) conquirere nobis contigerat, conjiceremus: verentes, ne nostram idem fatum maneret monumentorum Fennicorum collectionem, quod multae ante nos expertae fuerant, ut casu aliquo prorsus interirent. Quumque et serius in nonnulla monumenta incideremus, quam ut, operis editionem maturantes, justo eadem loco afferre possemus, et ipsi majorem cum his rebus familiaritatem sensim contraheremus; postea addere quaedam, corrigere, et rectius explicare, passim necesse habuimus. Quae omnia, ut facilius inveniri, ac ad res factaque suis quaeque locis illustranda adhibere tamen liceret, *Indicem* adjicere rerum praecipuarum simul constituebamus, ad documenta annotationesque passim allatas, lectores remittentem, unde ad quamque illarum lux aliqua comparari pos-

set, eique etiam praemittere alium, *erratorum* cum ab operis tum a nobis profectorum, quae ut corrigere Lectores benevole velint, molestiamque hinc sibi creatam benigne nobis condonare, rogamus. Quos, inter alia subsidia, post textum Juustenianum typis jam expressum, inspiciendos nacti sumus *Tres* Chronici nostri *Codices* *), ex iis parum quidem opis ad loca ejus affecta sananda accepimus; quare nondum plene eundem restituere valuimus: sed nulli tamen nobis usui (inprimis *Gahmianus* ille, ob supplementa ei adscripta egregia,) haud fuerunt. Ex *Archivo* autem *Coenobii Nådendalensis,* in R. Bibliotheca Stockholmensi jam servato, praeclara nacti sumus subsidia: unde nonnulla exempla Syllogae inseremus, quam Appendicis loco operi adjicere animus est, praecipua quaedam monumenta, ordine chronologico exhibiturae ad res Fennicas veteres illustrandas pertinentia, in ipso opere nostro aut praeterita, aut non plene allata, partim hactenus inedita, partim manu adhuc medica uberioreque luce indigentia. Ita materiam nos pro virili collegisse atque suppeditasse patriae Historiae studiosis existimamus; qua porro tractanda et ornanda, alii utilem gratamque civibus suis operam praestare, beneque sic de literis mereri, laudemque sibi parere justam, poterunt.

*) Unum qui in R. Bibliotheca Stockholmensi asservatur, alterum quem possedit haud ita pridem Dn. Secret. *Sigfridus L. Gahm*, tertium qui ad b. Past. in Ikalis *Rothovium* pertinuerat (quique in Bibliothecam nostram Academicam jam transiit). Cfr. supra p. 212 not. 12; p. 703; p. 661 not. (51); et p. 702.



INDEX
rerum Praecipuarum.

(Numerus paginam significat).





